Universidad de Deusto
Biblioteca

quędam adesse grauedoq; uidebat. Tū hoc etiā q; nō adesset: ad cōuētū ipse: q euocaret. Cū alii adessent oēs. Excusāte autē Manilio & in necessarias quasdā cās referēte Tarquinii cunctionē: postulāteq; differri collo/quiū in diē postey. Persuasi p̄mores latinoy cōsiliuz distulere. Affuiteq; ea die Tarquius: atq; cōgregato cōcilio: pauca q̄dā de cūctatione sua p̄/fatus. Verba statuz de ducatu intulit: tanq̄ iure ad se ptinēte. Quādo qui dē auus suus Tarquius ipz optinuisset q̄situ bello: pactioēsq; exhibuit q̄ urbibz cū illo esset multūq; sermonē de iure deq; fęderibz pcurrēs. Et magna urbibz emoluměta pollicitus: si in amicitia pmanerēt. Ad extre mū suadebat eis uti secū aduersus gentē sabinoy militarēt. Vbi uero fe cit finē dicēdi. Assurgēs Turnus tarditatēq; eius criminatus: haud sine bat cōsessores p̄ncipatu ei cedere: tāq̄ ipso neq; iure ad eū ptinēte: neq; ēt in utilitatē latinoy cōcedēdo: deq; utroq; ei multus fuit sermo. Fędus q dē qd' cū auo eius fecerāt tradētes ei ducatū: esse solutū dicēs post mortē eis qa minime ascriptū esset fęderibz. Hoc idē fore ēt Tarquii nep̄tibz liberale munus. Eū quoq; q postularet heres esse bonoy aui e.ānū bo minū mīgslimū: pessimūq; demōstrās actiōes eius enarrās: quas occu/pādo romanoy impio pegerat. Ac multas graueśq; pcurrēs in eū accu/sationes: ad extremū docebat q; nec romanoy regnū habuisset ex legibus a uolētibusq; acceptū. Sicut supiores reges. Sz armis & ui corripiēs tyrā nicūq; cōstituēs dominatū. Ciues qdē alios occiderat: alios patria expu lerat: alios opibz spoliarat. Vna eis autē oibz fiduciā: libertatēq; abstule rat magneq; fatuitatis dicebat: lęsionisq; deorum esse a prauis: impiisq; moribus boni aliquid humani ue sperare: aut existimare eum qui co/gnatis proximis necessariisq; suis non perciperet: alienis ipsuz esse par/surum. Ad extremumq; admonebat esse eis: postquam nondum serui tutis frenum accepissent de non suscipiendo eo dimicandum. Conie/ctantibus quidem ex iis quę alii passi essent: quid tandem sibi patien/dum foret. Tali uso discursu Turno: & his sermonibus admoduz per/motis multis petens tempus Tarquinius ad defensionem diem secutu ram & accipiens: ubi dimissum est concilium aduocatis necessariis spe culabatur quonam modo rebus utendum esset. Alii igitur sermōes ei ad defensionem adhibendos subiiciebant. Deq; modis quibz coli mul/titudinē oporteret ratiocinabātur. Ille uero nullius istoy indigēr res di/ces suā ipsius setētiā ,ptulit haud eē qdē crimina diluēda sz accusatorē ipz criatorēq; tollēdū. Laudātibz autē sniaz eius oibz ostituēs cū eis quo mō in posturā aggrederēt q minime casurus eēt in ,puidentiam cautionēq;

REVERENDI PA-TRIS DOMINICI SOTO SEGOVIENSIS THEOLOGI, ORdinis Prædicatorum, In Dialecticam Aristotelis Commentarij.

EDITIO POSTREMA, NVNC RECENS recognita, ac mendis compluribus, quàm maximè fieri potuit, accuratissimè repurgata.

28568

CENTRO DE ESTUDIOS BILBAO

Cum priuilegio.
SALMANTICÆ.
Ex Officina Ildefonsi à Terranoua & Neyla.
M. D. LXXXIII.

EL REY.

POR quanto por parte de vos los Priores Frayles y Conuentos, de los monasterios de señor S. Pablo de Burgos, y S. Esteuan de Salamãca, de la orden de S. Domingo, se nos hizo relacion diziendo, q̃ nos de vuestro pedimiento auiamos prorogado el priuilegio, e merced de la impresion de las obras q̃ hizo el Maestro fray Domingo de Soto Cathedratico en la Vniuersidad de Salamanca, por cinco años, los quales se cumplian muy presto, y las dichas obras eran muy importantes, y de mucha vtilidad y prouecho. Suplicandonos os mãdassemos prorogar el dicho priuilegio y merced por otros cinco años mas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e nos tuuimos lo por biẽ. Por la qual vos prorogamos y alargamos el termino q̃ de los dichos priuilegios, è prorogaciones dellos vos estan dados, por otros cinco años mas, los quales corran y se cuenten desde èl dia q̃ se cumplieren las vltimas prorogaciones, q̃ cada vno de los dichos priuilegios se os dieren, durante el qual dicho tiempo damos licencia e facultad a los dichos monasterios, o ala persona, o personas que su poder ouieren, para q̃ puedan imprimir è vender en estos nuestros reynos los dichos libros, y obras, al precio y segun y como esta mandado por las dichas cedulas, y mandamos q̃ durante el dicho tiẽpo ninguna persona pueda imprimir ni vender los dichos libros, sin tener poder vuestro, So pena q̃ pierda la impresion q̃ hiziere e vendiere, e los moldes y aparejos con q̃ lo hiziere, y mas incurra en pena de cinquẽta mil marauedis, la mitad de la qual dicha pena sea para la nuestra camara, y la otra mitad para vos los dichos monasterios. Y mandamos a qualesquier nuestras justicias y juezes que guarden e cumplan e hagan guardar e cumplir esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en S. Martin de Vega à ocho dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y setenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.
Antonio de Erasso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Commentarij Fratris Dominici Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiæ Professoris, in Dialecticam Aristotelis.

QVÆSTIO PRIMA PROOEMIALIS.
Vtrùm Logica sit scientia necessaria?

COmmentarios in Dialecticam Aristotelis auspicantes, nihil aliud, quam operæpretium facturi sumus, si quæstiones illas introductorias, quas proœmiales appellant, ipso statim aditu præmiserimus. Antiqui ex quatuor illis quæstionib⁹, quas authore Arist. 2. Post. de vna qua libet re percõtamur, ea videlicet prima est, vt inquit super Porphyriũ Boetius. An res sit. Verũ enimvero cũ in numero sciẽtiarũ nihil debeat esse aut diminutũ aut redũdãs: idẽ est quærere, an talis sciẽtia sit quod quęrere, an sit necessaria? Atq; adeo prima quæstio quæ in hoc proœmio sese nobis offert, ea inimitrũ est, vtrũ Dialectica sit sciẽtia necessaria. Nẽpe vt intelligamus quanecessitate, autcõmoditate fuerit Dialectica a Philosophis excogitata. Nã quod nõ fuerit necessaria, sunt argumẽta nõnulla. ¶ Primũ, aut Dialectica est necessaria propter se, aut propter alias sciẽtias. Nõ propter se. Quia Dialectica non est cognitio rerũ diuinarum, aut humanarũ. naturaliũ, aut moraliũ: quæ scientiæ sunt necessariæ propter se, aut propter officia vitæ. Quare Aristoteles. 1. Metaph. text. 15. (vt exponit Commentator) non vocat eam, scientiam, sed modum sciendi. At quod non sit necessaria prõpter alias scientias, arguitur. Nam id præsertim esset: quia docet definire, diuidere, & argumentari in alijs scientijs, ac denique inter verum & falsum discernere: sed hæc omnia quæuis scientia docet in propria materia (traditenim Theologia. v. g. proprias definitiones & rationes de diuinis: & Philosophia de naturalibus: & reliquæ suo modo) ergo in hũc vsum non est necessaria alia specialis scientia. Et confirmatur hæc ratio. Si ad Dialecticam pertineret verum à falso discernere, tunc ad Dialecticos deferendum esset, vt de omnibus rebus tum diuinis tum humanis iudicarent: & non ad Theologos, Iurisconsultos, Philosophos naturales: quod tamen absurdum est dictu. ¶ Secundo arguitur. Experientia compertum est, illustres viros sciẽtijs alijs fuisse præditos sine adminiculo Dialecticæ, tum Iurisconsultos (qui cum nihili faciant Dialecticã, habent nihilominus peritiam iuris) tum maximè nonnullos ex doctoribus sacris, qui non videntur admodũ Dialecticæ diligentes, cum tamẽ scientias omnes alias redoleant vt sunt Ambrosius, qui canebant, a Logica Augustini libera nos Domine, Gregorius, Bernardus, alijque id genus. Imo verò ante Platonem & Zenonem qui fuisse dicuntur inuentores Dialecticæ, fuerunt illi septem sapientes, quos Græcia tactat sine Dialectica: ergo Dialectica non est necessaria propter alias sciẽtias. ¶ Confirmatur. Si Logica esset necessaria ad acquirendas scientias, tũc cũ ipsa Logica sit sciẽtia, vt quæstione sequẽti cõstabit, fieret vt neq; ipsam possemus acquirere sine alia Logica: atq; adeo procedendum esset in infinitũ. ¶ Tertio arguitur, vna pars Dialecticæ est sophistica & cauillatoria quam tradit Arist. in libris Elẽcho. Vbi technas permultas docet, modosq; fallendi in disputatione: sed Sophistæ, & diuinis literis dãnantur & humanis. Qui enim sophisticè loquitur, odibilis est. Ecclesiast. 37. Et Socrates quem sapientissimum ipse pronuntiauit Apollo, Gorgiã cæteroſq; id genus Sophistas ludibrio habuit, vt ex Platone colligit Cice. lib. 2. de finibus ergo dialectica perniciosa est, tantũ abest vt sit necessaria. ¶ Quarto & postremo arguitur quod Logica non sit ante alias sciẽtias necessaria. Docet Arist. Primo Physi. tex. 2. Hanc nobis natura insitã esse viam, vt a notioribus nobis & faciliorib⁹ exordiamur. Et. 5. Metaphy. tex. 1. In doctrinis (inquit) inchoandum est vnde quis facilius discat. Dialectica vero difficillima est, vt pote quæ circa recondita opera intellectus versetur ergo non est ab illa inchoandũ: atq; adeo neq; est ante alias scientias necessaria. ¶ At vero in contrariũ est authoritas Arist. 1. Topi. cap. 2. vbi docet Dialecticã esse vtilem ad tria: nẽpe ad exercitationes, ad colloquia & ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt disciplinas. ¶ CIRCA quæstionẽ hanc nẽ ignorantia nominum (quod ait Arist. 1. Elencho.) facit nos hallucinari, prænotandum est primum omnium iuxta doctrinã ipsius. 1. Poste. tex. 2. quid nominis logicæ, atq; Dialecticæ. Logica nomen est Latine receptũ (quod meminit Isidorus lib. 2. Etym.) à logos Græce: quod inter alia multa, & sermonem significat, & rationem, vnde logica idem pollet quod scientia sermocinalis, seu, scientia rationalis. Et differunt huiusmodi scientiæ ratione obiecti & finis: nam finis scientiæ sermocinalis est proprietas sermonis: vt rectè, ornatè, aut figuratè loqui: qualis est finis Grammaticæ, Rhetoricæ & Poeticæ: quæ proinde sunt scientiæ sermocinales: atq; adeo comprehenduntur nomine Logicæ. Sed finis rationalis scientiæ est intelligere: qualis est finis Dialecticæ: quæ licet tractet de vocibus, id tamen tractat, quatenus sunt signa conceptũ: vt docet Auicenna prima parte Logicæ. cap. 3. At verò, quia finis etiam Rhetoricę & Poeticę, propter sermonẽ, est opus rationis, vt pote persuadere verisimilitudinem coniecturis & repræsentationibus, fit vt vtraq; itidẽ numeretur inter scientias rationales. Vnde in illa antiquissima diuisione Philosophiæ in Physicam, id est, naturalẽ: Ethicã, id est, moralẽ: Logicã, id est, rationalẽ, sub tertio membro cõprehenduntur Rhetorica, Poetica & dialectica: vt notat Hieron. Hom. 1. super Cãtica. Et ideo S. Tho. in principio statim posteriorum distinguit Poeticã Rhetoricã & Logicã tanquã tria opera rationis.

Logica.

Differt inter sciẽtias ratio & sermo.

Differẽ. inter Logicã, Rhetoricã & Poeticã.

¶ ET quanquam posset quæstio præsens tractari de Logica hoc modo generaliter dicta: tamen ad nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

strum propositum, solum pertinet Logica. vt distinguatur contra Rhetoricam & Poesim. Quæ differunt dupliciter. Primo ratione finis & materiæ. Finis in Logica, vt docet illic S. Thom. est facere vel certam scientiam ex necessarijs & vniuersalibus, vt in lib. Poster. vel fidem saltem humanam seu opinionem, vt in libris Topic. sed Rhetorica non necesse habet generare semper, vel opinionem: sed satis est si suspicionem faciat: & id de rebus particularibus vt si Milo occidit Clodium, &c. quæ proinde vtitur coniecturis in particulari. Poesis vero generat & amorem virtutis & odium vitiorum, per modum repræsentationis: veluti cibus ostensus generat, vel appetitum sui vel horrorem. ¶ Secundo differunt ex modo procedendi. Nam Dialectica, vt docet Aristotel. 1. principio Rhetoricæ, est compendiosior, Rhetorica vero extensior. Quod enim Dialectica breuissimo syllogismo tribus terminis concludit, id Rhetorica pluribus verbis explicat & amplificat. Ob idq; & Aristot. illic & Zeno, quod Cicer. 2. lib. de Legibus commemorat, Dialecticam comparabant pugno constricto, Rhetoricam vero extensæ palmæ. Atque adeo Varro, Est (inquit) Dialectica ad disserendas res acutior, Rhetorica vero ad illa quæ instituit docenda, facundior. ¶ Secundo notandum est, quod dialectica proprie dictat non enim extenditur quantum Logica, imo est pars ipsius. Diuiditur enim Logica (vt author est Cicer. in lib. Topico.) in dialecticam & Topicam: vt Dialectica sit illa pars Logicæ quæ est iudicatiua: Topica vero ea, quæ est inuétiua. Prima pars traditur in libris Priorum & Poste. vbi docetur quemadmodum de vna quaque re iudicandum sit per resolutionem in sua principia necessaria: iudicium nanque propriè non sumitur nisi de necessarijs: vt docet sanct. Thom. in principio Posteri. Altera traditur in libro Topicorum vbi docentur loci & sedes argumentorum: vt vnusquisque abunder medijs ad persuadendum quancunque veritatem: per locum à definitione, à diuisione, à genere, &c. Quanquam in alta significatione distinguatur syllogismus Dialecticus à demonstratiuo: vt demonstratiuus sit, qui procedit ex necessarijs, Dialecticus qui procedit ex probabilibus. At verò iam Doctores promiscuè vtuntur vtroque nomine: vt idem sit Logica & Dialectica. Et ita nos vtimur in proposito. ¶ Est ergo Dialectica, seu Logica, vt definit Isidor. 2. libr. Etymologiarum scientia definiendi, inquirendi, & differendi: quæ docet disputando quemadmodum vera & falsa dijudicentur. Et de hac quærimus an sit necessaria? Postremo circa eundem titulum quæstionis notandum, quod necessarium (vt author est Aristotel. 5. Metaphys. text. 6.) multis modis dicitur secundum numerum causarum. Dicitur enim aliquid necessarium ab intrinseco ratione causæ formalis aut materialis: vt necesse est hominem esse risibilem ratione formæ: & esse mortalem ratione materiæ. Secundo ab extrinseco: aut ratione causæ efficientis, quod alio nomine dicitur violentum: vt necesse est sagittam sursum proiectam ascendere: est item necessarium ratione finis: idque dupliciter, aut simpliciter: puta sine quo non potest quis consequi finem: vt cibus necessarius est ad vitam: aut solum ad bonum & commodum esse finis, quod aliàs dicitur vtile, vt equus necessarius est ad iter.

Dialectica.

Necessariũ.

2. Cõclusi. ¶ IGITVR ad quæstionem respondetur quatuor conclusionibus. Prima conclusio. Dialectica est quodammodo hominibus necessaria primo modo, quasi à propria forma, & hominis natura dimanans, Probatur. Dialectica est ars disserendi ac ratiocinandi, vt modo dicebamus, sed homo inter vniuersas creaturas propriè est rationalis, vt pote cui naturaum sit progressu quodam ac discursu rerum veritates peruestigare, & ex notis ad ignota procedere, vt visa. v. g. eccl psi causam quærere, ergo Dialectica est homini naturalis. Vnde Albertus in prologo Prædica. Logica, inquit, à natura incipit, sed arte perficitur. Et Victorinus, Potentia facit habilem, ars vero facilem, vsusque potentem. Et Aristotel. 1. Rhetorico. ait Dialecticam naturalem esse, quam omnes etiam illiterati participant, sed illa est ad artem reducenda. Quocirca angelis qui non indigent discursu ad cognoscendum (ea saltem quæ naturaliter cognoscunt) non est Logica necessaria respectu illorum. ¶ Secunda conclusio. Dialecti. est ad alias scientias conquirendas necessaria, & (vt inquit Albertus super Porphyrium. cap. 3.) non solum est vtilis vt facilius acquirantur, sed simpliciter necessaria. Probatur, modus perquirendi scientias est per definitiones rerum, per diuisiones ac discursus, sed Dialectica est ars quæ docet definire, diuidere & argumentari: ergo dialectica est necessaria ad alias scientias, rationem hanc manifestat egregie sanct. Thom. in princip. statim Poster. Hominum, inquit, genus arte & rationibus viuit, vt author est Aristotel. 1. Metaph. capit. 1. quo differt homo à cæteris animantibus, quæ cum ratione non vigeant, nulla ducuntur arte, sed solum naturali instinctu aguntur, ob idque homines ad diuersa opificia diuersas artes excogitarunt, vt sculptoriam, ferrariam, &c. At verò intellectus & ratio non solum ordinat exteriora opera, verumetiam disponit suos proprios conceptus in formam definitionis, syllogismi, &c. ergo adhoc necessaria fuit ars quæ dicitur Dialectica. ¶ Secundo probatur hæc conclusio antiquissima authorit. Philosophorum qui necessitate adducti Dialecticam excogitarunt. Nam, vt notat Aristotel. 1. Poster. & refert Cicer. 1. lib. Academicarum quæstionum, fuerunt ante Platonem, Democrates, Anaxagoras, Empedocles & alij in ea opinione, vt nihil posse ab hominibus sciri. Vnde illa vox Socratis, vnum hoc scio, me nihil scire. Et Archisilas & illud quoque negabat se scire. In quam certè opinio. inciderant ex incuria & ignorantia Dialectic. quæ vta est inquirendi scientias, cuius vis nondum erat illorum tempore cognita, vt meminit. Aristotel. 1. Metaphys. text. 8. & lib. 13. cap. 4. Quanquam & rerum etiam mutabilitatem in causa esse putabant, vt nihil de illis posset sciri. Ob idque Plato, Aristotel. & postea Zeno Stoicorum princeps Dialecticam vel inuenerunt, vel saltem ad perfectum perduxerunt, qua homines possent cæteras scientias adire. Vnde Diogenes Laertius, quamuis lib. 2. de vitis Philosophorum dixerat à quodam alio antiquissimo Zenone Eleate nonnullum Dialecticam sumpsisse exordium, tamen lib. 3. de vita Platonis, ex tribus illis, inquit, partibus Philosophiæ Physica antiqua fuit, accessit Socrates & adiecit Ethicam, tertiam Plato Dialecticam addidit. Et libr. 7. de vita Zenonis Stoici. Tanti (inquit) faciebant Stoici Dialect. vt solos dialecticos appellarent sapientes. Et Isidor. libr. 2. Etym. capit. 24. Physicam, inquit, Thales Milesius vnus ex septem sapientibus primus apud Græcos perscrutatus est. Ethicam Socrates instituit, sed Logicam Plato subiunxit. Veruntamen (vt ipse illic testatur capit. 22.) quanquam primi Philosophi in suis dictionibus dialecticam habuerint, tamen Aristotel. fuit qui

1. Conclusio.

qui illam in artem redegit, & ad regulas certas produxit, quod 2. Elencho. capit. 9. insinuatur. Nempe ante suam ætatem non fuisse artem dialecticæ eam præsertim quæ versatur circa syllogismos, sed ipse (inquit) Aristot. laborem multo excogitauit. & Cicer. lib. 1. Acade. quæstionum dicit tempore Socratis omnia illos philosophos dubitare nihil affirmare: sed tunc facta est ars disserendi quam minime probat Socrates. Atque hinc abijt in vsum vt reor, artem syllogismorum quæ in libris Priorum. Poster. & Topico. Elenchorum traditur, appellari artem nouam, quod eam Aristot. inuenerit. Artem vero prædicamentorum & Perihermenias, vocari veterem, vt adnotauimus in principio prædicamentorum. Tametsi totius dialecticæ in vniuersum princeps fuerit Aristot. vt testatur Cicer. in libr. Topicor. quia omnes eius partes in lucidam artem reuocauit. ¶ Tertio probatur conclusio. Nam quotquot antiqui philosophi in errores inciderunt, ex ignorantia dialecticæ lapsi sunt. Primo Epicurus: quia nimirum fuit contemptor dialecticæ, in errores incidit grauissimos vt adnotat Cicer. 2. libr. de finibus, & Boetius super Porphyrium. Enimuero, quia definire nesciebat quid esset summum bonum: illud in voluptatibus constituebat. Et Aristotel. primo Physicor. Philosophos illos antiquos, tam absurdè errantes circa principia rerum naturalium, cunctos subnotat ignorantiæ Logicæ. Quia enim inquit, æquinoca distinguere nesciebant, sæpe in æquiuocis laborabant. ¶ Et re vera si rem ad hæreticos qui fuerunt in ecclesia deducere lubet, compertum erit ex ignorantia Dialecticæ passim hallucinatos fuisse. Quare Dialectica, vt cæteræ artes liberales, admodum est in ecclesia necessaria. Vnde. 37. distinct. capit. de quibusdam ab Eugenio Papa, synodo cautum est, vt episcopi curam & diligentiam habeant vt magistri & Doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. ¶ Vltimo tandem probatur conclusio. Tunc vnamquanque rem scire putamus (vt inquit Aristotel. 1. Physico.) cum causam in principia rei cognoscimus, sed cognoscere rem per causam nemo potest sine Dialectica: quippe quæ docet conclusiones in sua principia resoluere: ergo sine Dialectica nullus est verè sciens, neque est aliqua vera scientia. ¶ Quo fit vt qui hac tempestate tari vtrique student, certè (quod sine culuspiam iniuria dixerim) veram scientiam non habent, sed meram fidem quam adhibent dictis doctorum. Non enim res per causas & principia comprobant, sed sola authoritate tenent. Vnde in longissimo tempore nihil nisi turbam opinionum comparant: cum tamen antiqui Iurisconsulti non authoritatibus solum, sed rationibus agebant. Vnde eleganter Cicer. de claris Oratoribus, Seruium Sulpicium vniuersis Iurisconsultis illius temporis anteponit. Qui tamen, inquit, nunquam ad tantam iuris scientiam peruenisset, nisi Dialecticam didicisset: quæ docet rem vniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde distinguere: postremo habere regulam qua vera & falsa iudicentur, & quæ, quibus propositis, essent: quæque non essent consequentia. Et inferius & alibi sæpe dicit sine Dialectica iustam eloquentiam quæ Iurisconsultis necessaria est neminem consequi posse. Et Plato. 7. libr. de republi. dicit ad omnes scientias & artes necessariam esse Dialecticam atque adeo ad ipsam diuinam summi boni contemplationem. Et August. libr. 2. de ordine. capit. 13. disciplina, inquit, disciplinarum quam Dialecticam vocant: hæc docet docere: hæc docet discere in hac seipsa ratio demonstrat, atque aperit quæ sit, quid velit, quid valeat, scit scire tenetos sola scientes facere potest. Vnde scientia, inquit, argumentandi, diuidendi, definiendi, non ab hominibus pro arbitrio institutæ sed in rerum ratione comperta est. ¶ Est ergo Dialectica, vt dictum est, simpliciter necessaria. Sed postquam studium literarum in quæstu esse cœpit, Dialectica contemnitur quæ non est de pane lucrando. Et illa studia sequuntur iuuenes, vt inquit Cato, in quibus maiora præmia posita sunt: non tam veram scientiam quam vulgi opinionem aucupantes. ¶ Tertia conclusio, Ars sophistica est etiam vtilis, dummodo sit ad mediocritatem. ¶ Probatur, Non solum opus est philosophum esse instructum ad docendum veritatem, sed necesse est esse armatum aduersus eos qui fallacijs & cauillis veritatem adulterant, & impugnant: hoc vero præstat ars sophistica: ergo est vtilis. Quemadmodum enim Scorpio non commiscetur theriacæ propter sanos, sed vt illis sit medicina qui morsu Scorpionis affiguntur, ita ars sophistica est nobis aduersus sophistas & hæreticos necessaria. Vnde Cicer. libr. 1. de finibus: bona pars, inquit, Dialecticæ est quæ captiosa dissoluere ambiguaque distinguere ostendit. Et secundo de diuinatione, pars inquit sapientis est fallax argumentum dissoluere & foritis resistere. Soritas vocat Græci captiosum & multiplex genus argumentandi. ¶ Et confirma. exemplo. August. qui quanto prius Gentilis Dialectica fuit plus nocuit ecclesiæ, quando cantabatur à Logica Augustini libera nos Domine, tantum postea Christianus eadem arte plus profuit aduersus hæreticos. Vnde pro crimine obijciebant illi quod esset Dialecticus. A quo ipse se purgat libro. 1. contra Cresconium Grammaticum capit. 3. vbi miris modis extollit Dialecticam: asserens Apostolos etiam fuisse Dialecticos, cum sæpe disputauerint aduersus Gentiles: imo & Christum ipsum saluatorem nostrum qui sæpe disputauit aduersus Iudæos. ¶ Secundo, Vtilis est ars sophistica ad exercendum & exacuendum ingenia iuuenum, vt sciant in omnium materia prompte disputare. Sed tamen hoc est in perniciem hominum nimium immorari in huiusmodi. Quemadmodum enim Reubarbum certo pondere vtile est ad sanitatem, sed si multum sumpseris, enecat: ita Dialectica eousque vtilis est, quantum est necessaria ad alias scientias adeundas. Vnde Seneca lib. 1. epist. 89. Artes, inquit, liberales eatenus vtiles sunt, si ingenium præparent, non detineant. Tamdiu illis immorandum est, quandiu nihil animus agere potest maius. Vnde quantum prosunt per ipsas transeuntibus, nocent circa ipsas immorantibus. ¶ Vltima conclusio. Dialectica est primum discenda ante alias scientias. De hac conclusione fuit controuersia apud antiquissimos Philosophos, vt refert Laertius lib. 7. Panætius enim & alij dicebant à Physica inchoandum esse: Diogenes vero ab Ethica. Sed Academici, Stoici, Peripatetici cõsentiunt à Logica esse incipiendum, post Grammaticam. ¶ Et probatur conclusio. Modus sciendi prærequiritur ad acquisitionem scientiarum, sicut ars requiritur ad constructionem domus (absurdum enim est, vt citatum est apud Aristot. secundo Metaphy. Simul quærere scientiam & modum sciendi) sed Dialectica tradit modum sciendi, vt illic dicit Commentator: ergo ipsa prærequiritur ante alias scientias.

3. Conclus.

Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secundo arguitur, quod non sit incipiendum ab Ethica vel Physica. Nam prudentia quæ prærequiritur ad Philosophiam moralem: & pariter principia Philosophiæ naturalis, non possunt haberi nisi per experientiam, vt author est Arist. 1. & 6. Ethic. iuuenes autem in breui tempore non possunt experientiam habere rerum. Ex quo illic colligit Aristotel. iuuenem non esse idoneum auditorem Philosophiæ moralis aut naturalis: sed possunt, inquit, esse Mathematici. Dialectica enim, & Mathematicæ scientiæ non requirunt experientiam: quia abstrahunt à materia. Et ideo ab his inchoandum est studium scientiarum. ¶ Vnde sanctus Thomas opus. 70. super Boetium de Trinit. quæstio. 5. articul. primo. dicit antiquissimum ordinem scientiarum eum esse, vt prius iuuenis discat Dialecticam, deinde Mathematicas scientias: quæ sunt aditus & via ad Philosophiam moralem & naturalem. Et inde, vt refert Hugo de Sancto Victo. 3. lib. Didasc. capit. tertio. ex septem artibus liberalibus, Grammatica, Logica & Rhetorica nomen habent, vt dicantur trium. Geometria verò Arithmetica, Perispectiua, & Musica dicuntur quadrium id est, terna & quaterna via ad altas scientias. ¶ Boni consulite, si quæstionem hanc (quæ facies est libri) latius forsan deduxerimus quam propter rudium iuuenum fuerat necessarium. Libuit namque iacentem hac ætate Dialecticam pro sua dignitate & antiquitate hisce rationibus erigere: & aduersus contemptores suis viribus asserere, suisque dotibus perornare. Quandoquidem antiquitas Philosophorum Mercurio suo, quem Deum sapientiæ coluit, vel de Dialectica præcipuos honores detulit, angues manibus apprehendentem eius effigiem depingebant, eique dracones sacrificabant: quod implexa per Dialecticam extricaret, & terrificam argumentorum vim facile dissolueret.

¶A D primum argumentum respondetur, quod Dialectica quodammodo est per se naturalis: vt diximus. Nam & si nullæ essent aliæ scientiæ, posset quis formare syllogismos in modo & figura ex terminis non significatiuis, vt facit Aristotel. in libris priorum. Sed tamen necessaria non est, nisi propter alias scientias, in quibus traditur cognitio rerum. Et quamquam aliæ scientiæ ministrent peculiarem materiam & peculiares terminos circa sua cuiusque obiecta. Dialectica tamen est quæ docet inde constituere definitiones & syllogismos atque ideo ex notis ad ignota procedere. Sicut ars sartoria non facit pannum aut sericum, sed ex illis facit vestem. ¶ Et per hoc respondetur ad confirmationem, quod non pertinet ad Dialecticam iudicare de omnibus rebus. Sed ad alias scientias quæ versantur circa diuersas materias rerum. ¶ Ad secundum argumentum negatur quenquam acquirere posse scientiam veram sine Dialectica. Et sancti doctores omnes fuerunt Dialectici. Nec iurisconsulti, vt dictum est, antiquitus sine Dialectica adibant studium iuris. Nec qui modo sunt habent sine illa nisi meram fidem. ¶ Et quod attinet ad antiquos Philosophos, quanquam nó habebant artem Logicæ perfectam, habebant tamen naturaliter imperfectum modum arguendi & definiendi. ¶ Ad confirmationem autem respondetur, quod cum primo inuenta fuit, per naturalem instinctum ratiocinandi inuenta fuit ipsamet ars ratiocinandi: & maximè: quia semper in genere humano mansit aliquod semen Dialecticæ & cæterarum scientiarum, quæcunque infusæ fuerunt primo parenti: & modo postquam inuenta est, ipsa sibi seruit: non enim docet solum disputare in alijs scientijs, sed in seipsa. Quare non est processus in infinitum. ¶ Ad tertium respondet ipse Augustinus. 2. de Doctri. Christia. capit. 31. quod sophisticè loqui intentione decipiendi, hoc odibile est & damnatum Eccles. 37. Sed callere artem Dialecticam ad declarandum scripturam & ad obuiandum cauillosis hæreticis id plurimum valet in sacris litteris. Verum est tamen quòd Socrates vt argutum est, postquàm ad Philosophiam moralem sese contulit non tanti faciebat Dialecticam. Cuius subinde studiosissimus discipulus Seneca, vt patet lib. 6. epistol. 49. & 50. non adeo multum fauet Dialecticæ, tametsi negare non possit quo minus Philosophis prospicienda sit & à lumine salutanda. ¶ Vltimum argumentum est sanct. Thom. opuscul. 70. super Boetium quæstio. 6. artic. 1. Ad quod respondet, quòd à facilioribus semper inchoãdum est, nisi necessitas nos aliquando compellat à loco difficili exordium sumere. At Dialecticam non est iuitium scientiarum quia facilior, sed quia tradit modum acquirendæ aliàs scientias.

Ad confir.
Ad secũdã.

Adtertiam.

Ad postremum.

Quæstio. II. Procemialis.

Vtrùm Logica sit scientia?

QVÆSTIO secunda iuxta ordinem citatum Arist. pertinet ad quod quid est, videlicet an Logica sit scientia. ¶ Et arguitur pro parte negatiua. Primo ex parte obiecti, vnde habitus formaliter suas species. Logica, vt videbimus quæst. 5. est de entibus rationis (versatur enim circa genus & speciem & alia huiusmodi quæ solũ habet esse per operationem intellectus) at ens rationis non est ens simpliciter, sed secundum quid: ergo Logica non est simpliciter scientia, sed secundũ quid. ¶ Secundo arguitur: Scientia secundũ Arist. 1. Posterio. text. 5. & 6. Ethic. cap. 6. Solum est de necessarijs & perpetuis: Logica est de syllogismo & de cæteris operibus intellectus factibilibus à nobis: quæ sunt entia contingentia & temporalia: ergo non est scientia. ¶ Et cõfirmatur hæc ratio. Scientia, vt illic habetur procedit ex necessarijs per demonstrationem: sed Logica sæpe procedit ex probabilibus, vt in libris Topico. multisq; subinde habet opiniones: vt vtrũ res prædicetur, an terminus: ergo Logica nó est scientia, sed opinio. ¶ Tertio arguitur. Omnis scientia versatur circa aliquod speciale subiectum: sed Logica est scientia communis vt Aristot. docet. 1. Posterio. text. 27. & 4. Metaphy. text. 5. vt pote quæ versatur circa omnem materiã omnũ scientiarũ: ergo non est scientia. ¶ Quarto Arist. secundo Metaphys. tex. 15. distinguit inter scientiam & modum sciendi: sed Logica est modus sciendi, vt illic exponit Cõmentator: ergo Logica non est scientia. Et confirma. Quia si Logica esset scientia sequeretur processus in infinitũ. Nã tũc vel requiritur alia Logica ranquã modus sciendi ad acquirendũ Logicã, vel non. Si nó ergo aliqua scientia potest haberi sine præuio modo sciẽdi. Si sic, quæro de alia Logica priori an sit scientia necne. Si est scientia: ergo requirit aliam priorem: & sic est processus in infinitum. Si non: ergo deuenitur ad aliquã Logicã quæ nõ est scientia, sed modus sciẽdi. ¶ Quinto Logica est ars definiendi, & argumentandi, vt dictum est: sed ars & scientia sunt habitus specie

specie diuersi, vt author est Aristotel. 6. eto Ethicorum, lectura tertia: ergo Logica non est scientia. ¶ Postremo arguitur. Saltem pars Logicæ sophistica nullo modo est scientia: vt Aristo. tradit primo Rhetori. & quarto Methaphysi. text. 5. vbi dicit, quod sophista apparet philosophus: sed non est, ergo non tota Logica est scientia. ¶ In contrarium est quòd vt supra dicebamus, est omnes Philosophi antiqui, tum maximè Peripatetici distribuũt Philosophiam in Physicã, Ethicam & logicam, velut in tria genera scientiarum.

¶CIRCA quæstionem hanc, iuniores Logici sexcentas singunt distinctiones. Primo dicunt Logicam bifariam accipi: vno modo pro Logica naturali, quæ est habitus animę, seu animo ipsa habilis suapte natura ad arguendum & ratiocinandum, alio modo pro Logica artificiali: quæ est habitus acquisitus. Et primo modo non est scientia, sed secundo modo ¶ At vero hoc est pro libito abuti terminis. Nam inclinatio naturalis, sicut simpliciter non est scientia, ita neque simpliciter est Logica. Verum est quod secundum antiquos, vt author est sanctus Thom. 1. 2. quæstio. 51. articul. 1. est in intellecto quidam habitus naturalis, quo cognoscimus principia per se nota, siue distinguatur à potentia, siue non, sed tamen ille nullo modo habet nomen scientiæ: & per consequens, nec nomen Logicæ aut Philosophiæ, sed dicitur intellectus, qui est inchoatio scientiarum. Ergo non accipitur Logica proprie nisi pro habitu super addito potentiæ, acquisito, vel à Deo infuso. ¶ Secundo Logicam artificialem dicunt vno modo accipi pro habitu simplici vnius conclusionis: alio modo pro aggregato ex omnibus simul. Et primo modo est scientia partialis, & secundo modo scientia totalis. Sed tamen hæc alia quæstio distincta est, an videlicet logica sit vnius habitus omnium conclusionum, an collectio plurium. Modo non quærimus nisi an sit scientia. Postea videbimus an sit vna vel plures. ¶ Tertio distinguunt, quod logica vno modo accipitur pro habitu propositionum logicalium acquisito per demõstrationem, & illo modo est scientia, alio modo pro habitu tali acquisito solum per rationem probabilem, & sic non est scientia, sed opinio. ¶ At vero isti adeo sunt amatores claritatis, vt quo clare loquantur, nihil respondeant. Tantundem enim dicunt in hac distinctione ac si dicerent, quod logica quæ est scientia est scientia, & illa quę est opinio non est scientia. ¶ Alij distinguunt, quod vno modo accipitur logica pro assensu actuali, alio modo pro habituali. ¶ Sed hoc est nomina cõfundere. Nam Logica, sicut scientia prius non accipitur, nisi pro habitu. Assensus enim non dicitur scientia sed actus vel consideratio scientiæ, vt loquitur Aristotel. primo Posteriorum. ¶ Sed quid? Gualterus quidam accipit Logicam, pro isto conceptu, logica, qui vniuersaliter predicatur de omnibus habitibus logicalibus. At quis dixerit illum conceptum esse logicam, magis quam hoc nomen, homo, esse hominem? ¶ Libuit has omnes distinctiones istorum in medium proferre, vt admonerem acceptiones non esse prohibito multiplicandas. Sed expropria significantia terminorum, vel ex vsu philosophorum accipiendas.

¶ V N D E in titulo quæstionis accipitur logica, vt superiori quæstione declaratum est, pro habitu definiendi, diuidendi & argumentandi, qui versatur circa opera intellectus, quæ sunt propositio, syllogismus, &c. Et de hoc quærimus an simpliciter ut scientia sicut Philosophia naturalis, aut Astrologia, aut alia id genus scientiarum. ¶ Vbi notandum est iocando, quod scire est rem perfecte cognoscere: quod author Aristotel. primo Posterio. text. 5. est rem per demonstrationem intelligere. Atque adeo scientia est habitus generans assensum necessarium & euidentem per demonstrationem, vt illic amplius explicabimus, nam hic non esse locus exacte tractandi quid sit scientia. ¶ Tertio notandum, quod præsens hæc quæstio. An logica sit scientia antiqua fuit inter Philosophos, quam tractat Auicenna in principio Dialecticæ, & Boetius super Parphyrium sub his terminis, sit ne logica verè pars Philosophiæ, an solum instrumentum scientiarum. ¶ Et inter iuniores Ægidius Romanus quæstio. prima, super librum posterio. negat logicam esse scientiam, adductus argumento nostro quarto & eius confirmatione. Cui post subscripsit Petrus Niger. 11. quæstio. sui clypei, motus argumento nostro primo. Sed tamen communis opinio Auicennæ, Boetij & omnium vt ipse Petrus Niger cõfitetur, est quod logica est scientia. ¶ At vero distinguitur duplex logica. Nam alia est docens & alia vtens. Logica docens est habitus, qui docet naturam, verbi gratia, definitionis, demonstrationis, syllogismi probabilis atque sophistici: cæteraque id genus veritates. Logica vtens est habitus quo vtitur quicunque in alijs scientijs ad definiẽdum, demõstrandum ad arguendum probabiliter atque sophisticè. Distinctio est antiquorum qua vtitur sanctus Thomas quarto Metaphysicę. lectu. quarta. & Scotus quæstio. prima super librum Posterio. & quæstio. prima Elencho. vbi tractat hanc quæstionem. ¶ Et quantum ego conficio nõ sunt distincti habitus, sed idem habitus sub diuersis considerationibus est docens & vtens, sicut idem est malleus quem docet facere faber ferrarius, & quo vtitur faber lignarius. Accipitur enim hic logica vtens, passiue, id est, qua vtuntur tractatores aliarum scientiarum, vnde significantius forsan diceremus logicam posse dupliciter considerari, scilicet, in quantum est docens, & in quantum est vtens. v. g. ille habitus, scilicet, Barbara, est euidens consequentia, in quantum demõstratur in logica per illa principia dici de omni, est logica docens: sed in quantum illo vtitur Geometria vt formet consequentiam in Barbara, est logica vtens.

Scire & scientia.

Logica docẽs & vtẽs.

¶ T H I S præhabitis, Respondetur ad quæstionem duabus conclusionibus. Prima: Logica in quantum docet est vere & proprie scientia: & vt egregie dicit Scotus prima quæstio. Elencho. non solum ars illa demonstratiua, verum etiam pars Topica & sophistica. ¶ Et quo ambæ simul perspicacius probentur. Secũda cõclusio est. Logica in quantũ vtens nõ est scientia, sed modus sciendi & instrumentum scientiarum, Ambæ conclusiones sunt, sanct. Thom. quarto Metaph. lectu. quarta. ¶ Probatur prima conclusio. Logica est habitus generans assensum necessarium & euidentem per demonstrationem, ergo (per definitionem) est scientia. Probatur antecedens. Logica, Verbi gratia, demonstrat euidenter, syllogismus demonstratiuus generat scientiam, hoc modo, omnis syllogismus procedens ex necessarijs generat scientiam, sed syllogismus demonstrationis est huiusmodi, ergo. Eadem ratione demonstrat, quod syllogismus dialecticus procedens ex probabilibus generat opinionem, & quod syllogismus sophisticus procedens ex apparentibus fallit apparẽter. Tam necessaria

1. Cõclusi.

2. Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim & euidens conclusio logicalis est quod syllogismus dialecticus facit opinionem, & quod sophisticus facit apparentiam, quam quod demonstrationis generat scientiam, & hoc est præcipuè hic adnotandum, vt intelligas quomodo logica quo ad omnes suas partes est vere scientia. Pari arte demonstrat in libris Topico. quando valeat argumentatio à genere, à diuisione, & per alios itidem locos, & in libris Perihermen. demonstrat contradictionis alteram partem esse veram, alteram vero falsam, & quemadmodum valeat argumentatio per conuersionem. &c. Item in prædicamentis quemadmodum substantia nó possit inesse subiecto: & in alijs item operibus demonstrat, quemadmodum teneat aut fallat argumentatio in ampliationibus appellationibus. &c. quod sit vt Dialectica doceus sit scientia. ¶ Mox probatur. Secunda conclusio: vsus Dialecticæ in alijs scientijs non semper generat scientiam: ergo vsus non est scientia: probatur antecedens. Si Philosophus naturalis aut moralis faciat syllogismum Dialecticum ex probabilibus, aut si ex singularibus solis quæ experimur inducat vniuersalem, non generabit scientiam, sed opinionem: & si faciat sophisma, non generabit opinionem, sed apparentiam. Qualem facit sophisma illud quod quidam obiecit Diogeni: quod ego sum tu non es: sed ego sum homo: ergo tu non es homo. Cui argute Diogenes, recte (inquit) colligis: sed à me incipe. Sensus ergo illius quod logica docens est scientia, logica verò vtens non est scientia, est hic: Habitus dialecticæ demonstrat naturas argumentationum aliorumque operum rationis tamen vsus omnium argumentationum quarum naturam demonstratiuè tradit logica, non semper generat scientiam. ¶ Has conclusiones prætendit Autcenna in principio Dialecticæ, dicens vanam esse quæstionem, An logica sit pars Philosophiæ. Nam quatenus considerat de natura conceptuum quę est quædam natura rerum, est verè Philosophia: sicut Philosophia naturalis aut moralis. Sed quatenus vsus eius accommodatur ad omnes scientias, est instrumentum scientiarum. Idem dicit Boetius super Porphyrium editione secunda: nempe quòd logica est simul, & pars Philosophiæ & instrumentum eius: sicut membra sunt & partes corporis & instrumenta eius. Et Cicero libro quinto Tuscul. q. sequitur (inquit) tertia pars Philosophiæ quæ per omnes partes sapientiæ manat & fundit: quæ rem definit, consequentia dispertit, sequentia adiungit, perfecta concludit vera & falsa dijudicat: differendi & ratio & scientia: ex qua, cum summa vtilitas existit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio, & digna sapientia.

Ad primum argumẽtũ.

¶ AD PRIMVM argumentum quod est Petri Nigri negatur consequentia. Nam ad hoc quod aliqua sit simpliciter scientia non requiritur quòd obiectum eius sit simpliciter ens: sed satis est quod sit de re necessaria, & sub ratione vniuersali, vt. 1. Posterio. videbimus: modo tam necessaria est quæcunque propositio logicalis. v. g. quod demonstratio generat scientiam, quàm hominem esse risibilem: & adeo vniuersalis. Vnde quamquàm ens rationis non sit simpliciter ens, de illo est simpliciter scientia (licet cognitio eius & definitio non sit ex parte obiecti tam perfecta quam cognitio entis realis.) Nam alias eodem argumento probaretur, scientias mathematicas non esse simpliciter scientias: quæ tractant de accidente, pura de quantitate: quia accidens secundum Aristotel. non est ens sed entis ens. cum tamen illas appellet Aristotel. primo Posterior. certissimas scientias: quod si arguas, quod cum ens rationis non habeat verum esse, omnino non potest mouere intellectum: quia mouere est vere agere: & ideo de illo non potest esse scientia. Respondetur quod cùm ens rationis tota ratione differat ab indiuiduis realibus, habet in ipsis verum esse, & ideo indiuidua mouent intellectum ad faciendum intentiones rationis: vt viso Petro & Paulo cognosco aliquam rationem esse illis communem: & inde consequitur intentio speciei. ¶ Ad secundum argumentum respondetur quod scientia est de aliquo dupliciter: vno modo simpliciter, tanquam de obiecto formali: alio modo secundario de illis rebus in quibus reperitur obiectum formale. v. g. philosophia naturalis tractat principaliter de homine in communi, demõstrando, quòd est risibilis, quòd est mortalis, & cæteras veritates, quæ sunt perpetuæ, etiam si homines sint corruptibiles. Sed secundario tractat de Petro & de Ioanne qui sunt corruptibiles. Eodem modo logica tractat de rationibus communibus: puta quod demonstratio generat scientiam, quod definitio constat ex genere & differentia: quæ sunt perpetuæ veritatis. Sed secundario tractat de hac vel illa materiali definitione, quæ est res corruptibilis: & hoc non obstat rationi scientiæ. Ad confir. non negamus esse multas veritates dialecticas, de quibus solum habetur opinio. Nam hoc habet quæcunque scientia naturalis quæ tractat de rebus mutabilibus, vt habeat admixtas multas opiniones. At non propterea est distinguenda alia logica quæ sit opinio: & alia quæ sit scientia: & sicut non distinguimus aliam philosophiam naturalem quæ sit opinio: & aliam quæ sit scientia. Sed satis est, vt logica sit scientia, quod quantum ad partes principales generet assensum euidentem, eo præsertim quòd non est necessarium omnes scientias esse in eodem gradu certitudinis & euidentiæ. Aristotel. enim Philosophiam moralem vocat scientiam & tamen. 1. Ethic. dicit non exigendam esse rationem in illa, sicut in mathematicis. Et. 1. Poster. vocat Mathematicas, scientias certissimas: Insinuans alias esse proprie scientias, quamuis non sint adeo certæ. Sed de hoc alias. ¶ Ad tertiam iam responsum est quòd logica docens versatur circa aliquod speciale obiectum, vt videbimus. quæst. 5. tractat enim de entibus rationis: sed vsus eius diffunditur per omnes scientias. Ad quartum quod est argumentum Ægidij itidem respondetur, quod nihil vetat logicam simul esse scientiam in quantum docet, modum autem sciendi, quantum ad vsum. ¶ Ad formam confirmationis, quàm Ægidius magni facit, negatur ille processus in infinitũ. Nam logica, vt superiori quæstione dicebamus simul est scientia & modus sciendi respectu sui. Docet enim definire, diuidere & argumentari, non solum in alijs scientijs, sed in logica. ¶ Sed si quæras de prima conclusione logicali quomodo probatur, vtrum per aliam logicam, respondetur quod deueniendum est ad aliquod principium per se notum in terminis lumine naturali: & ad aliquam consequentiam per se euidentem, quæ non indiget priori scientia, vt sunt forsan quatuor modi euidentes primæ figuræ, quos Aristot. non probat per consequentias euidentiores, sed declarat per illos terminos dici de omni & dici de nullo, vt posuimus lib. 5. Summularum. capit. 1. V. g. si quæratur quare consequentia in Darij bona est, scilicet, omnis homo disputat, Petrus est homo, &c. probat Aristotel. per dici de omni hoc modo: Si aliquid prædicatur de subiecto vniuersaliter sumpto, illud prædicatur de quocunque subsumpto sub illo: sed hoc contingit in consequentia de Darij: ergo Darij est bona consequentia. Sed si proteruus negaret consequentiam Arist. quæ etiam est in Darij, certè Aristo. non adduxisset alia probationem: sed sicut maior supponitur tanquam definitio propositionis vniuersalis, ita & consequentia supponitur tanquam euidens ex terminis. ¶ Ad quintum respondetur quod quanquam logica sit ars, quia docet construere definitiones, syllogismos, &c. nihilominus est scientia. Nam Aristotel. 6. Ethic. non separat artem à ratione scientiæ. nisi illam quæ est de re factibili: quales sunt mechanicæ: quia non solum sunt de rebus corruptibilibus. sed nec procedunt rationibus necessarijs. Variatur enim ratio domificandi pro loco & tempore: sicut variantur formæ vestium & aliorum artificiorum. Sed logica est de rationibus perpetuis & inuariabilibus: & ideo simul est ars artium & scientia scientiarum. Nam eæ omnes scientiæ & artes ratione procedant, & logica tractet de operibus rationis, sit vt viam aperiat ad omnes scientias & artes: sicut scientiæ Mathematicæ verè scientiæ sunt: vt Geometria & Arithmetica: sed numerantur inter septem artes quia docent metiri & numerare, vt refert Sanct. Thomas opuſ. 70. quæst. 5. articul. 1. & 2. 2. quæst. 57. articul. 3. ad tertium. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur quod nomen sophistæ secundum vnam acceptionem honorificum est. Tantum enim valet, sicut sapiens vel præceptor: sed secundum aliam scientia sophistica est quæ apparet scientia & non est scientia. Et de hac iam diximus, quod vsus eius non generat scientiam sed fallit, sed tamen logica quæ tradit artem sophisticam est verè scientia: quia demonstrat necessario, quod per illam artem quis possit facere argumenta apparentia: sicut ars Alchymiæ si esset, esset vera ars faciendi aurum apparens, licet non verum.

acquisito primo habitu circa primam conclusionem, non acquirerentur alij circa alias, sed illa postea extenderet ad omnes: hoc tamen est falsum ergo opinio illa est falsa. Sequelam authores opinionis concedunt. Et probatur minor. Tunc sequeretur quod quam primũ Petrus. v. g. disceret primam conclusionem, acquireret totam logicam: quod est contra experientiam. Et probatur consequentia. Sit Petrus v. g. qui didicit solã primam conclusionem Logicæ, & Paulus qui didicit omnes. Et arguitur sic. Habitus Petri & habitus Pauli sunt eiusdem speciei secundum hanc opinionem, & habitus Pauli inclinat ad omnes conclusiones, & est vera logica: ergo & habitus Petri. ¶ Quarto arguitur. Stat Paulum logicum obliuisci multarum conclusionum, manẽte habitu circa alias: ergo non est idem habitus omnium. Quinto arguitur. Stat Petrum habere verum habitum logicæ circa aliquas conclusiones & simul habere errorem circa alias: ergo non est idem habitus scientiæ circa omnes: alias scientia & error essent simul circa eãdem conclusionem: quod est impossibile. ¶ Et vltimo arguitur. In Logica sunt aliquę propositiones, scitę per demonstrationem, & aliæ quarum solum est opinio per rationes probabiles: ergo saltem circa hæc duo genera propositionum non est idem habitus. ¶ In contrarium est, quod Aristo. 1. Poste. text. 43. dicit eam esse vnam scientiam quæ est vnius generis: & logica, vt videbimus quæstione vltima, versatur circa vnicum obiectum: puta ens rationis, ergo.

¶ QVÆSTIO, hæc duplicem habet sensum, Primus (qui pertinet ad Dialecticam & tangitur in primo argumento) est, vtrum logica quæ plures continet libros diuersarum materiarum, sit vna scientia specie, sicut Geometria an sint potius plures Logicæ, sicut plures mathematicæ. Secundus sensus (qui pertinet ad Metaphysicam & tangitur in reliquis argumentis) est vtrum habitus omnium conclusionum logicalium sit vna simplex qualitas inclinans communiter ad assensum omnium: an potius singularum conclusionum sint singuli habitꝰ, ita vt logica sit collectio multorũ habituũ. ¶ Et quantum ad primũ articulũ de primo sensu nulla certè deberet esse inter doctores controuersia. Omnes enim fateri tenentur esse vnam scientiam. ¶ Vbi non fuerit ab re partitionem scientiarum obiter & perfunctoriè adnotare. Habitus intellectuales, quantum ego ex Aristotel. colligere possum (præter alias diuisiones) quadrupliciter secari possunt. Primo differunt genere, ratione medij quo procedunt. Quemadmodum. 1. Posterio. text. 44. distinguit Aristotel. inter scientiam & opinionem, quòd illa sit habitus certus & clarus procedens per demonstrationem: & hæc sit habitus formidolosus, & obscurus, procedens per rationem probabilem. Et medio modo se habet fides: quæ generat assensum certum, sed obscurum. ¶ Secundo distinguuntur habitus ex parte subiecti in quantum sunt virtutes intellectus: per scientes ipsum secundum diuersos gradus. Quemadmodum distinguuntur. 6. Ethicorum capit. 3. quinque virtutes intellectus, scilicet ars, scientia, prudentia, sapientia, & intellectus. ¶ Tertio distinguuntur scientiæ etiam genere ex parte finis. Quemadmodum. 1. Metaphyli. text. 3. distinguit Aristotel. inter scientiam practicam cuius finis est opus: & speculatiuã, cuius finis est veritas. ¶ Quarto quod ad rem pertinet distinguuntur scientiæ tã speculatiuę practicæ ex parte obiecti (secãtur enim scientiæ, sicut reuvt habetur. 3. de anima tex. 38.) & inde sortiuntur species. Vnde generali diuisione antiqui philosophi & Stoici, vt su-

Tertia quæstio Procemialis.

Vtrùm Logica sit vna scientia?

QVÆSTIONI Præcedenti de quiditate Logicæ appendet tertia de eius vnitate. Et arguitur, quod non sit vna scientia. Primo Logica habet multas partes: vt puta, aliã de prædicamentis, aliam de propositione: & aliam de demonstratione, quæ omnes specie differunt: ergo sunt multæ logicæ. ¶ Secundo arguitur. Non est vnicus simplex habitus omnium conclusionum Logicalium: ergo non est vna logica. Cõsequentia est nota ex quarta vt supradictum est, scientia est habitus. Et probatur antecedens. Primo: Actus assentiendi sunt in Logica specie diuersi vt v. g. quod demõstratio generat scientiam, quod prædicamenta sunt decem: ergo generat diuersos habitus. Secundo, Experientia constat successu temporis & longo studio multarum conclusionum logicam acquirit: ergo acquisito primo habitu circa primam conclusionem restat acquirendus alter circa secundam & alius circa tertiam, vt sic per accumulationem habituum ere scat scientia. ¶ Tertio, Ad principale arguitur. Si idem esset habitus omnium conclusionum, sequeretur, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

pradiximus partlebãtur Philophiã in Physicã, Ethicã, & Logicam. Ar singula membra, vt notat Albertus super Porphyrium, subsecantur in plures species. Et ideo Aristote. 8. Metaphysicorum. tex. 2. subsecat Physicam generaliter dictam in Physicam specialiter dictam, & Mathematicam, & Theologiam, seu Metaphysicam. Quam diuisionem sequitur Boetius secundo capit. de Trinitate. ¶ Sed est notandum in præsentiarum (vt docet Sanctus Thomas opusculo. 70, quæstione de diuisione scientiæ. art. 1.) quod hæc distinctio scientiarum sumitur sicut distinctio potentiarum. Enimuero non quæuis distinctio obiectorum requirit distinctas potẽtias. Omnes enim species coloris eadem potentia visiua percipiuntur, sicut omnes species sont eodem auditu. Sed distinguuntur potentiæ sensitiuæ penes diuersas rationes formales sensibilis, inquantum est sensibile. Vt color qui multiplicat species per lumen requirit vnam potentiam: & sonus qui multiplicat species per motum, aliam potentiam & sic de singulis obiectis. Eodem modo in scientijs: quia ratio scibilis est vt sciatur in vniuersali per abstractionem a materia sensibili, distinguũtur sciẽtiæ penes maiorẽ aut minorẽ abstractionẽ a materia. Nã Physica tractat de his quę dependent à materia secundum considerationem. Tractat enim de animalibus & de plantis, quarenus sunt in tali materia. s. in carnibus & ligno. Mathematicæ vero tractant de his quæ dependent à materia secundum esse, sed secundum considerationem abstrahuntur à materia sensibili. Tractant enim de angelis & figuris, non inquantum sunt in ligno vel in ære, sed absolute. Metaphysica demum, tractat de his quæ non dependent à materia nec secundum esse, nec secundum considerationem: puta de ente, cuius ratio saluatur extra materiam in Deo & in angelis. ¶ Atqui, sunt quatuor scientiæ Mathematicæ: Geometria de quantitate continua: Arithmetica de quantitate discreta (quæ sunt species mẽsuræ diuersæ:) Astrologia, quæ est mixta ex Geometria & Physica: Musica, quæ est mixta ex Arithmetica & Physica. ¶ Item Ethica generaliter dicta diuiditur in Monasticam, quæ est de moribus vnius hominis oeconomicã, de regimine vnius domus: & Politicam. de regimine ciuitatis aut regni: & ad hanc reduciturius ciuilem nam leges per Philosophiam moralem statutæ sunt. ¶ Ac demum logica generaliter dicta diuiditur in Grammaticam, Logicam & Rhetoricam: quarum diuersitatem explicauimus quæst. 1. Et hæc est diuisio scientiarum specularuarum. ¶ Eodem modo scientiæ practicæ, quæ dicuntur artes mechanicæ, diuiduntur in septem. Quæ sunt, lanificium, armatura, nauigatio (quæ pertinẽt extrinsecus ad corpus) Agricultura, Venatio, Medicina, Theatrica (quę pertinent intrinsecus ad nutritionem & valetudinem corporis.) Vnde versus, Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina. His theatrũ facta: sunt hæc mechanica dicta. ¶ Atque adeo, quatuor mathematicæ cum tribus rationalibus, vocantur artes liberales: quia versantur circa opera animæ & rationis. Quales sunt numerari, metiri, ratiocinari. Sed septem mechanicæ dicuntur seruiles: quia pertinent ad corpus quod respectu animæ est seruus: animæ vero respectu corporis est domina & libera, vt meminit Sanct. Thomas. 1. 2. quæst. 57. articul. 3. ad tertium. Et hęc est partitio scientiarum naturalium. Supra istas est Theologia nostra Christianorum: scientia supernaturalis & reuelata, Vnde eductum est ius Canonicum: quemadmodum ex philosophia morali ius ciuile.

Septem artes liberales.

¶ AD rem igitur huius primi articuli vt redeamus. Nominales ad primum sensum quæstionis respondeũt esse plures Logicas, plures Philosophias naturales, plures scientias Geometriæ. In summa quot sunt obiecta naturalia & particularia in Logica, tot multiplicãt actus totque asserunt esse Logicas. Et eadem ratione in virtutibus moralibus, aliam dicunt esse abstinentiã circa carnes, & aliam circa pisces, & aliam circa vinum. sed isti sermones profecto indigni sunt qui in scholis doceantur, vt pote quos extra scholas non auderemus proferre, & maxime quod Aristotel. docet quomodo euitentur, etiam si concedamus quod circa quamlibet conclusionem generetur, habitus distinctus ab habitu alterius. ¶ Et ideo respondetur ad primum sensum quę stionis hac conclusione. Quantuncunque admittantur in eadem scientia plures esse habitus partiales, nihilominus simpliciter absolute est vna logica, patet apud Aristo. 5. Meta. text. 7. vbi docet quod vnum dicitur multipliciter, atque adeo potest aliqua res esse vna simpliciter, in vno genere & plures in alio. Quemadmodum exercitus est plura in prædicamento substantiæ: puta plures homines: & tamen in prædicamento quantitatis est simpliciter vnus numerus. Et domus est plura in prædicamento substantiæ, puta plura ligna, plures lapides: & tamen est vna domus in prædicamento qualitatis: & ita visus quamuis constaret ex partibus differentibus, nihilominus esset vna potentia. Eadem ratione quamuis logica esset plures entitates, est nihilominus simpliciter vna scientia propter vnicam rationem obiecti, imo profecto eadem ratione dicendus est vnus habitus: nam habitus est genus ad scientiam. ¶ Et secundo probatur: quia quemadmodum domus ex genere suo non habet quod constet ex pluribus rebus: sed licet esset vnum ens simplex, esset domus: ita logica non habet ex se quòd constet ex pluribus rebus, & ideo est vna scientia. Et hoc modo satis est dialectico scire quod logica est vna scientia. ¶ Vnde ad primum argumentum quęstionis respõderur, quod quanquam logica habet diuersas partes, nihilominus tractat de illis sub eadem ratione formali obiectiquẽ admodum scientia vnica de homine, tractat de capite & cæteris eius membris ac proprietatibus sub eadem ratione.

¶ IN secundo articulo, Circa secundum sensum Metaphysicum quæstionis an videlicet dialectica sit vna simplex qualitas, non solum inter S. Thom. & alios: verum & inter Thomistas ipsos est dissensio opinionum. Sed vt manifestum sit in quo stat differentia, notandũ est primo quod ad scientiam duo requiruntur: vnum ex parte obiecti: vt puta species intelligibiles in memoria: quæ sunt similitudines obiectorum atque adeo sunt causa notitiarum apprehensarum. Alterum requiritur ex parte potentiæ: quod est virtus & habilitas illius, inclinans ad assensus iudicatiuos. Et inter Thomistas aliqui putant scientiam esse collectionem illarum specierum: alij vero scientiam esse habitum qui se tenet ex parte potentiæ: propterea quod S. Thom. varie videtur loquí de hoc in diuersis locis. Adeo vt Capreolus in prologo sentẽtiarum. q. 3. sub dubio reliquerit quid senserit S. Thom. Nam in quæstionibus de veritate. q. 10. arti. 2. & in alijs locis, quos poteris illic vidẽre apud Capre. dicit quod ordinatio specierum in intellectu possibili est habitus scientiæ. Sed. 1. 2. q. 54. ar. 4. ad tertium argumẽtum dicit, quod qui primo acquisiuit habitum imperfectum circa primam conclusionẽ vnius sciẽtiæ, postea per demonstrationes aliarum conclusionum non acquirit nouum habitum, sed primus efficiet perfectior. Vbi intendit habitum scientiæ esse simplicem qualitatem. Vnde Capre. ad quæstionem præsentem respondet sub distinctione, quod si habitus scientiæ accipiatur pro speciebus, tunc nõ est simplex qualitas, sed collectio plurium: nam singularium obiectorum sunt singulæ species. Si vero accipiatur pro habilitate potentiæ & virtute ad iudicandum, tunc logica & quæuis alia scientia est vna simplex qualitas.

1. Conclusio.

¶ SED tamen, vt existimo, sententia S. Thom. clara est. Et ideo ad quæstionem respondetur tribus conclusionibus. ¶ Prima ad intelligendum opinionem S. Thom. & aliorum. Scientia proprie solum accipitur pro habitu qui se tenet ex parte potentiæ ad iudicandum. Et ita loquuntur omnes Doctores cuiuscunque viæ. Nec Sancti. Thomas potuit sentire oppositum. Nã scire idem est quod iudicare, & per species non iudicamus, sed per assensum vel dissensum. Vnde Sanct. Thomas nusquam collectionem specierum vocat scientiam, sed vocat eas, habitum scientiæ, hoc est habitum qui est in choatio scientiæ: in quantum noritiæ apprehensiuę prę requiruntur ante productionem assensus. Et ita exponit Caie. 1. 2. loco citato. Et hoc videtur mihi sentire S. Thom. 3. sen. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. Vbi dicit quod habitus intellectiuæ partis perficitur ex lumine & specie intelligibili illorum, quæ per speciem cognoscuntur. Vbi lumen vocat habitum illum & virtutem intellectus. Ita vt nomen scientia, supponat pro habitu & habilitate potentiæ, connotando collectionem specierũ obiectorum.

2. Conclusio.

¶ SECVNDA conclusio. Logica & quæcunque scientia spectalis est in via. Sanct. Thom. vnica simplex qualitas. Nec hoc potest cadere in dubium consideranti dicta Sanct. Thom. 1. 2. loco citato. & quæstio. 54. articulo. 4. vbi expresse dicit, quod habitus scientiæ est simplex qualitas, & alia multa quæ illic citat Caietanus. Et hæc conclusio fuit Henrici. quol. 9. & omnium antiquorum ante tempus Scoti. Et in hoc est differentia inter antiquos & modernos. Nam quantum ad species intelligibiles, omnes conueniunt quod singularũ conclusionum & obiectorum sunt singulæ species. Et sunt quam plurima argumenta pro hac sententia antiquorum. ¶ Primum. Ex comuni modo loquendi. Logica est vna scientia, ergo est vnus habitus (ab specie ad genus) & per consequens est vna qualitas: quia licut scientia est species habitus, ita habitus est species qualitatis. ¶ Et confir. Quia alias concedendum esset quod ego habeo plures logicas: puta vnam de prædicamentis, aliam de syllogismis: & eadem ratione plures physicas: vnam de homine, & aliam de equo: quod absurdum est dictu. ¶ Secundo est argumentum Sancti Tholoco citato. Habitus est perfectio potentiæ & eius virtus: ergo est proportionabilis potentiæ: sed est vna potentia respectu omnium obiectorum; quæ conueniunt in vna ratione: vt vnus visus respectu omnium specierum coloris: ergo est vnicus simplex habitus respectu omnium conclusionum, quæ conueniunt in vna ratione scibilis. Et hæc est sententia Arist. 1. de anima text. 33. distinguentis eodem modo potẽtias & habitus per obiecta. ¶ Tertio arguitur. Postquam ignis productiũ habet vnum gradum caloris, non producit alium distinctum in eodem subiecto: quia omnes sunt eiusdem speciei, sed intendit priorem: at omnes conclusiones eiusdem scientiæ, sunt eiusdem speciei qui conueniũt in eadem ratione scibilis: ergo acquisito habitu circa primam conclusionem, non acquiritur alij circa alias, sed ille postea intenditur: atque adeo extenditur ad omnes. ¶ Quarto, habitus infusi sunt simplices qualitates respectu omnium obiectorum infusibu rationis, vt vnica fides, vnica iustitia: quod authores etiam alterius opinionis concedunt, ergo & habitus acquisiti. Nam differentia quam illi conantur assignare: vt puta quod aliud est de habitu infuso à Deo, & aliud de illo qui acquiritur à nobis, certe mare gratis assignatur. Nã Deus confert perfectionem supernaturaliter: secundum modum naturalem. Vnde si non acquireremas vnicum habitum omnium articulorum, re verâ nec Deus infunderet vnicum habitum, sed plures. Quemadmodum Adæ tales scientias infudit Deus, quales ipse acquisiuisset. ¶ Et confir. Quia virtutes acquisitæ morales, sunt simplices habitus. Quis enim dixerit plures esse habitus iustitiæ commutatiuæ in me, aliam ad emendum frumentum, & aliam ad vendẽdum oleũ: & aliam esse temperantiã ad comedendum lenticulam, & aliam ad bibendum aquam! Certe est ridiculum. Ergo eadem ratione, est vnicus habitus scientiæ. ¶ Tertia conclusio. Quanquam hæc opinio antiquorum sit verisimilior, vt argumenta probant nihilominus opinio Scoti & nominalium est vtcunque probabilis. Scotus enim & Gregorius, quæstio. 3. prologo. senten. & fere moderni tenent quod singularum conclusionum, sunt singuli habitus, & collectio omnium quæ conueniunt in vna ratione scibilis est vna scientia. Et potest hoc concedi, sicut nos concedimus quod collectio plurium specierum est vnicus habitus qui est inchoatio scientiæ, dummodo concedatur quod licet sint plures qualitates est simpliciter vna scientia, & vnus habitus. Itaque sicut scientia est nomen collectuum, ita & habitus postquam est genus scientiæ, licet vnus, licet cõstet ex pluribus qualitatibus. Argumenta huius opinionis sunt illa, quæ supra fecimus. Ad quæ tamen antiqui probe respondent.

3. Conclusio.

¶ AD primum argumentum respensum est in priori articulo. Ad secundum negatur antecedens. Et ad primam probationẽ negatur consequentia. Non enim sequitur si sunt diuersi assensus actuales, quod generent diuersos habitus. Eodem modo probares quod diuersi assensus numero eiusdem conclusionis generent diuersos habitus. Hæc est enim natura habitus & potentiæ, quod vnicus habitus producat multos actus circa idem obiectum formale, sicut vnus visus producit plures visiones colorum. ¶ Et ad secundam probationem negatur quod successa temporis generentur noui habitus. Sed est notandum pro hoc & sequentibus argumentis quod acquisito primo habitu circa primam conclusionem, non acquirantur noui per studium aliarum conclusionum eiusdem scientiæ, sed tamen acquiruntur nouę species circa obiecta aliorum conclusionum. Et primus habitus perficitur non solum quia intenditur, sed quia extenditur ad alias conclusiones. Per hoc enim quod exit in actus circa nouas conclusiones acquirit nouos respectus. Non dico nouas entitates distinctas. Sed per hoc quod actuatur per species nouarum conclusionum, perficitur vt inclinet in potentia propinqua ad assensus illarum; quos non poterat antea producere, in potentia propinqua. Et hoc sentit S. Thom. 1. 2. q. 52. artic. 2. quando dicit quod scientia augetur per additionem. Intelligitur enim per additionem specierum, & per extensionem & perfectionem habitus. ¶ Vnde ad tertium argumentum. Concedatur & postquam Petrus acquisiuit habitum circa primam conclusionem, non acquisit postea alios circa alias. Sed negatur inde sequi esse iam tunc [illegible] vnum. Et cum arguitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Habitus Pauli qui scit omnes conclusiones, est eiusdem speciei cum habitu Petri. Sed habitus Pauli inclinat ad omnes: ergo & habitus Petri, negatur consequentia: sicut logicalis de inclinatione in potentia propinqua. Nã licet sint eiusdem speciei, non tamen sunt æque perfecti, nec Petrus habet tot species quot Paulus. Quemadmodum Petrus puer eiusdem speciei est cum Petro viro, tamen non potest in potentia propinqua generare quousque sit perfectus vir. Solum enim sequitur ꝙ si habitus Petri est eiusdem speciei cum habitu Pauli, potest in assensum eiusdem speciei. Nam assensus primæ conclusionis est eiusdem rationis scibilis cum assensibus omnium aliarum: & poterit in omnes, quando fuerit perfectus. ¶ Et per hoc soluuntur quartum & quintum argumentum. Nam licet idem habitus Pauli inclinet ad omnes conclusiones, possunt tamen perdi species aliquarum, manentibus speciebus respectu aliarum. Et iam ille habitus non inclinabit in potentia propinqua ad illas conclusiones: & per consequens erit obliuio illarum. Et eadem ratione potest esse error circa aliquas conclusiones manente scientia circa alias. ¶ Ad sextum argumentum concedimus quod non est idem habitus qui inclinat ad assensum scientificum & ad assensum opinatiuum: sed sunt distincti habitus. ¶ Sunt qui multiplicant hic omnes difficultates de habitibus: puta quomodo generentur & corrumpantur, quomodo inclinent. Sed nunc non erat his locus.

Quæstio quarta Procœmialis.

Vtrùm Logica sit scientia speculatiua?

POST QVAM Cicer. subtiliam Dialecticæ constituimus esse scientiam, atque adeo vnã scientiam, videre sequitur qualis sit, practica ne aut speculatiua. Et arguitur, quod non sit speculatiua: sed practica. Dialectica est ars quæ refertur inter artes liberales: imo dicitur ars artium, vt meminit Petrus Hispanus. Sed ars omnis est practica: nã practica scientia est quæ habet opus pro fine, & ars idem est ꝙ scientia operatiua, vt definit Arist. 6. Ethic. c. 4. ergo Dialectica est scientia practica. ¶ Secundo arguitur. Finis Dialecticæ, vt supra dictum est constituere syllogismos, & alias argumentationes: & ideo dicitur Dialectica, idest, disputatiua scientia, & ab Aristote. vocatur modus sciendi. Sed argumentationes sunt opera quædam perinde ac cætera artificialia, ars enim est construere syllogismum in Barbara sicuti construere domum, ergo Logica est scientia practica. ¶ Et confir. ex Sanct. Thom. in prologo. Poste. Quemadmodum, inquit, necessario fuit ars ædificatoria aut fabrilis circa ea, quæ ratio de operibus manuum ratiocinatur, ita necessaria fuit ars quæ sit directiua actuum rationis, vt in illis homo facile & sine errore procedat, qualis est ars Logica, vbi insinuat Logicam esse artem & pari ratione, qua ars ædificatoria & fabrilis. ¶ Tertio arguitur: medicina dicitur practica quatenus moderatur humores & actiones corporis: & scientiæ morales dicuntur practicę & actiuę, quia ordinant opera nostra quæ procedũt a voluntate, vt videlicet studiose fiant, ergo eadem ratione Logica erit practica, quando quidem ordinat opera intellectus. ¶ In contrarium est sententia Arist. 3. de anima text. 49. Vbi ait, intellectus practicus differt ab speculatiuo fine: nam practicus est qui propter aliquid ratiocinatur, idest, propter opus. Logica verò non ratiocinatur propter aliquod opus distinctum à ratiocinatione. Sed propter ipsum ratiocinari, ergo est speculatiua. Quod testatur etiam August. 8. de ciui. Dei, capit. 4.

¶ DISTINCTIO inter scientiam practicam & speculatiuam à fine sumenda est quod speculatiua sit solum propter veritatem cognoscendam, practica vero sit propter opus, vt modo citauimus ex Aristo. ꝙ expressius reper. 2. Met. text. 3. vbi ait, quod finis contemplatiuæ scientiæ est veritas, actiuæ autem opus: idẽ enim sonat scientia practica quod scientia actiua, à prato verbo Græco quod est facio. ¶ Sed varie loquũtur doctores in hac parte de scientijs practicis & speculatiuis: cum tamen veritas facile constet, si res oculatius inspiciatur. Vnde cum scientia ab obiecto & fine habeat vt sit practica, duo sunt necessaria vt scientia sit practica. Primum, quod sit de obiecto operabili à nobis: nam cum scientia practica sit operatiua sui obiecti, sit vt de rebus naturalibus non possimus nos habere scientiam practicam. Vt scientia de cælis, de plantis, animalibus, &c. non potest esse practica, scientia vero Dei eminenter continet speculatiuam, & practicam, vna enim simplicissima scientia infinitas res naturales & cognoscit & facit. ¶ Secundo requiritur, quod finis eius sit operari, idest, quod sit proxima regula ipsius operis & tractet de re operabili: modo operabili vt docet Sanct. Thom. de veritate. q. 14. art. 4. ¶ Vbi notandum quod in scientijs duplex est finis, alius est finis scientis, & alius est finis scientiæ. Finis scientis est quem homo constituit sibi, quando addiscit scientiam: & iste non sufficit, vt scientia dicatur practica aut speculatiua, quia extrinsecus se habet ad scientiã. Sed finis scientiæ est ille, quem habet scientia ex sua ratione intrinseca, à quo subinde scientia habet vt sit practica vel speculatiua. Exempli gratia, potest quis studere scientiam de anima, vt intelligat quomodo est perpetua & capax beatitudinis. &c. vt inde alliciatur ad bene viuendum. Scientia illa certe est mere speculatiua, tametsi finis scientis sit opus, quia scientia hæc non docet operari, sed est mera speculatio. Item potest quis de domo studere scientiam speculatiuam, puta quæ procedit per demonstrationem & resolutionem in prima principia, vt putà quid sit domus, quibus partibus constet, quis finis eius, &c. & illa certe est speculatiua: quamuis sit de re operabili à nobis quia non tractat de illa re modo operabili sed speculatiuo. Attamen scientia quæ tractat de modo quo fiat domus, idest quomodo sint dolanda ligna, parandi lapides, construendi parietes est practica, quia tractat de re operabili: modo operabili: vnde licet quis discat hãc scientiã nõ intẽtione operandi est practica quia finis scientiæ est cõsiderãdi & non finis scientis. ¶ At contra hanc doctrinam videtur esse Sanct. Thom. prima. p. q. 14. ar. 16. vbi ponit tripliciter contingere scientiam esse speculatiuã. Primo ex parte rei scitæ, puta quando est de re non operabili, & hanc dicit simpliciter esse speculatiuam. Secundo ex parte modi, vt putà si ædificator consideret domũ definiendo, & diuidẽdo, quia illa licet sit de re operabili, nõ procedit modo operabili. Et tertio ex parte finis vt si ædificator consideret, domum modo operabili. Et tertio ex parte finis vt si ædificator consideret domum modo operabili, putà qualiter sit domus construenda, non tamen intentione operãdi. Et subiungit quod scientia speculatiua ex parte modi, est partim practica scilicet ex parte obiecti, & illa quę est speculatiua ex parte finis, est practica ex parte obiecti: & ex parte modi, vbi expresse Sanct. Thom. in tertio modo dicit quod finis scientis facit quodammodo scientiam speculatiuam. Et in secundo modo dicit, quod obiectum operabile facit scientiam quodam modo practicam, quamquam ex parte modi sit speculatiua. ¶ Quam sententiã Gregorius in prologo. quæst. 4. multis redarguit, nempe quod finis scientis variet qualitatẽ scientiæ. Et quãuis multi ex nostris verba hæc Sanct. Thom. vt iacent tueantur, sunt tamen cum grano salis intelligenda. Primum Sanct. Thom. non intendit scientiam ex fine scitis esse per se aut practicam, aut speculatiuam, sed quodammodo per accidens. Et propterea id solum concedit peculiariter scientiæ Dei, hac ratione, quia Deus non habet duas scientias de rebus, aliam practicam aliam speculatiuam, sicut nos habemus, sed per scientiam infinitam & speculatiuam eminenter cognoscit res & creat. Atque adeo ibi non potest distingui inter scientiam practicam, & speculatiuam ex natura intrinseca ipsius scientiæ, sed per diuersos respectus Dei ad res. Ita vt in quantum se ipsum cognoscit scientia sua est speculatiua quia ipse non est factibilis: in quantum vero cognoscit res extra, quas nunquam est facturus, est practica scientia ex parte obiecti cum sit factibile, & speculatiua ex parte finis. Sed respectu illarũ quas facturus est, est practica ex parte finis: quamuis etiam eminenter sit speculatiua. At vero in scientijs creatis nostris vbi ex intrinseca ratione scientia suapte natura est practica aut speculatiua nunquam reor Sanct. Thom. hanc distinctionem admitteret, sed vt citatum est de veritate. quæst. 14. scientia ex intrinseca eius ratione habet quod sit aut practica aut speculatiua. ¶ Et primo: quia scientia quamuis habeat obiectum operabile si modo procedit speculatiuo, sit simpliciter speculatiua, sic ego probo. Illa scientia est solum speculationis gratia, nec docet operari, ergo nullo modo est operatiua, & per consequens nec practica, quod idem est. ¶ Secundo arguitur. Per accidens est illi quod obiectũ sit operabile aut naturale: ergo inde non habet quod sit practica. v. g. si scientia rosæ qua cognoscimus naturam rosæ est modo speculatiua, eadem ratione quamuis rosa esset factibilis nobis esset speculatiua. Etsi Deus impartiretur nobis facultatem faciendi rosam aut res alias naturales, alias scientias deberet nobis infundere quibus sciremus facere: nam quas modo habemus non sufficerent, ergo eadem ratione scientia similis de domo qua solũ cognoscimus naturam domus, est prorsus speculatiua. Accidit enim huiusmodi scientijs obiectum esse operabile, necne. ¶ Et confir. Geometria quam ego habeo de triangulis & alijs figuris est speculatiua: vt ab omnibus est receptissimum: tamen est de re operabili à nobis, potest enim homo figuras lineare: ergo eadem ratione scientia de domo potest esse speculatiua. ¶ Mox probatur quod à solo fine scientis scientia non dicitur absolute speculatiua aut practica.

¶ Huiusmodi enim conditiones conueniunt scientiæ suapte natura: sed tamen finis isti scientis de per accidens contingunt illis ex conditione subiecti: & dato oppositio concedendum esset quod scientia in diuite, qui non intendit operari, esset speculatiua: in paupere, qui intenderet operari, esset practica: imo in eodem, modo esset speculatiua modo practica, inde solũ quod mutaret propositum. ¶ Colligamus ergo differentiam inter speculatiuam & practicam quam constituit Sanct. Thom. 1. Ethic. quæst. 3. scilicet, quod speculatiua procedit modo resolutiuo: tractat enim de naturis rerum, resoluendo vsque ad prima principia, practica vero procedit modo compositiuo, docet enim inducere formam in materiam. Vt ædificatoria docet dolare ligna, quadrare lapides, construere parietes. &c. Quare practica operando potissimum acquiritur. ¶ Ex quo tandem sequitur contra Scotum. 4. q. prologi, quod Theologia non est practica, nam speculatiue considerat naturã Dei, licet ex ipsius modi cognitio alliciat ad operandũ.

¶ SECVNDO (quia habet omnes practicas scientias in summa attingere) notandum est, quod cum actio alia sit immanens: quæ proprie sortitur nomen actionis, vt intelligere, amare, loqui, comedere, &c. alia vero sit transiens in exteram materiam, vt scribere, ædificare, quæ proprie dicitur factio (diuisio est Arist. 6. metap. text. 16.) sit subinde, vt scientia practica diuidatur in actiuam, quæ actiones nostras dirigit, vt studiose fiant, & meritorie, vt dicunt, & in factiuam quæ versatur circa extera opificia, vt habetur apud Aristot. 6. meta. text. 1. Et eadem prorsus diuisio est quam Ethic. distinguit habitum practicum in artem & prudentiam: dicens, quod ars est habitus verus cum ratione factiuus: prudentia vero habitus verus cum ratione actiuus. ¶ Vbi adnotandum est, quod scientia aliqua vel virtus practica: bifariam potest opus dirigere. videlicet aut quantum ad facultatem operis, aut quantum ad vsum. Vt docet San. Thom. 1. 2. q. 56. art. 1. Ars est quæ facit facultatem operis, prudentia vero quæ facit bonum vsum. Exempli gratia, Ars pictoris facit facultatem, vt quando pictor voluerit, imaginem exhibeat perfectam: an vero studenda sit illa ars, & pingendi modo sit, necne, hoc facit prudentia. Eadem ratione virtus moralis, vt docet Aristo. 6. Ethic. cap. 12. facit rectam intentionem finis vt abstinendum esse, pugnandum esse. &c. Sed quando & quomodo, hoc facit prudentia. Quare prudentia proxime versatur circa electionem voluntatis. ¶ Hinc patet scientias morales, vt Ethica, & Politica, non esse adeo practicas, vt sunt ars & prudentia, quia obiectum philosophiæ moralis, quod est studiose agere, non fit potissimum ab ipsa scientia: sed à virtutibus moralibus: vt temperantia facit temperare comedere, & fortitudo strenue pugnare: & ideo potest Philosophus esse malus homo. Sed sunt scientiæ quodammodo practicæ: quia ostendentes naturam virtutum, quodammodo nos docent operari, & habent idem obiectum quod est obiectum virtutis. Obidque eiusmodi scientias morales, authore Aristot. 2. Ethico. consideramus, non contemplationis tantum gratia, sed vt boni efficiamur.

¶ TERTIO eadem notandum est: vt nihil huius quæstionis præteream: quod actio illaquæ per scientiam quamuis practicam dirigitur, Græca voce appellatur à doctoribus praxis. Est enim praxis idem quod actus, & proprius conuenit actioni manenti: sed accipitur iam pro quocunque obiecto scientiæ practicæ, siue actio fuerit immanens siue factio transiens. Atqui iudicio meo plus operæ consumunt doctores in inquisitione praxis quam opus esset. Scotus in prologo. ien. q. vlti. Praxis inquit, est actus alterius potentiæ quam intellectus, naturaliter posterior intellectione, natus esse conformi rectæ rationi rectæ: vt sit rectus, vbi antiam dedit huic disputationi. Nam Occham & Gregor.

Duplex finis scientijs

Facultas operis & vsus eius.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& reliqua in vltima quæstione prologi arguunt primo ꝙ operatio etiã intellectus potest esse praxis nã praxis est operatio quę est obiectũ scientiæ practicæ. sed & potest homo per prudentiam dirigere vsum contemplationis, puta quando studendum est & quas scientias expedit discere: ergo non est necesse, vt praxis semper sit operatio alterius potentiæ, quam intellectus. ¶Item arguunt quod non requiratur, talem operationem esse conformem rationi rectæ. Nam praxis æque dicitur de operatione mala atque bona. Sed missa disputatione Theologorum, hoc satis est in præsentiarum adnotare, primum quod quantum elicitur ex Arist. praxis, quamuis generali nomine posset dici de quacunque operatione, tamen proprie solum dicitur operatio libera quam in nostra potestate est, bene aut male fieri, siue quantum ad vsum, siue quantum ad facultatem operis: quod autem sola operatio alterius potentiæ quam intellectus, puta voluntatis, aut potentiæ executiuæ debeat dici praxis, hoc Scotus solum probat illo communi dicto, intellectus, extẽsione fit practicus. Sed intellectus, inquit Scotus, non extenditur nisi in ordine ad alias potentias: ergo praxis primo est operatio voluntatis, quam dirigit intellectus, & inde operatio exterior quæ procedit à voluntate. Sed contra Scotum est in primis quod illa authoritas non est Aristote. quare male citatur in margine, 3. de anima text. 49. quia ibi non habetur nisi quod intellectus practicus differe ab speculatiuo sine fine sed (vt ait Gregorius) est dictum commune. Et San. Tho. 2. quæst. de vert. argum. 8. non citat illo modo illud verbum, sed dicit ꝙ scientia speculatiua per extensionem ad opus fit practica: ponit exemplum, sicut si quis studeret medicinam non vteretur illa, esset speculatiua de per accidens ex parte finis scientis: sed si postea mutaret intentionem & practicaret illam fieret practica. Sed tamen alia ratione, magis certo apparenti, potest probari quod operatio intellectus proprie non est praxis. Nam praxis distinguitur contra speculationem, & quæcunque operatio intellectus est speculatio: quare licet reguletur à prudentia, & propterea dicatur quodammodo praxis tamẽ proprissimè nõ est praxis sed speculatiua: & si hac ratione vsus esset Scotus fecisset forte credibile suã opinionẽ. ¶Et quatũ ad secundũ, vt aliqua operatio sit praxis, nõ requiritur ꝙ sit bona operatio & conformis rationi rectę: nã etiã mala operatio est praxis mala. Sed ad hoc ꝙ sit praxis recta requiritur quod sit conformis rationi rectæ. ¶Et hæc doctrina est Arist. 6. Ethic. cap. 2. Vnde operatio quę non potest esse recta, vt odiũ Dei, est nihilominus praxis. Ob idq; in definitione praxis non debet poni rectum, nec vitiosum.

¶AD quæstionem ergo fere Nominales moderni respondent, quod Logica est scientia practica, quia docet construere syllogismos & alias ratiocinationes. Quam putant esse opinionem commentatoris. 2. Meta. quia vocat illam modum sciendi. Nihilominus respondetur tribus conclusionibus. Prima, Logica simpliciter & obsolute est scientia speculatiua. Probat primo, quia licet tractet de syllogismis & aliis ratiocinationibꝰ, quę sunt res operabiles a nobis, tamen non tractat de illis modo operabili, quod vt dictum est, requiritur ad scientiam practicam, sed tractat de illis speculatiuo & resolutorio modo, puta contemplando naturam prædicamentorum, propositionum, syllogismorum, & cuiuslibet entis rationis, & hoc contemplatur per resolutionem in sua prima principia. Itaque proprie tractat de illis ac si essent quædam res naturales, nec à nobis factibiles: ergo est scientia speculatiua. Sed quia illa sunt opera facillima, sit vt cognita eius natura facile fabricentur à nobis. ¶Secundo probatur conclusio. Esto Dialectica tractaret de istis operibus modo operabili, ita ꝙ finis eius esset operari, nihilominus esset speculatiua: quia ipsamet opera quæ dirigit sunt speculationes. Scientia enim dicitur speculatiua vel practica ab obiecto: sed obiectum Dialectiæ est speculari, ergo ipsa est speculatiua. Itaque latet fallacia, si quis inferat aliquam scientiam esse practicam, propterea quod dirigit ad opus, quãdo opus ipsum est speculatiuum. Enimuero licet ars ædificandi sit practica: tamen ars & modus sciendi, & speculandi certe non est nisi speculatiua. Quam rationem existimo commendandam. Quod si quis arguat contra hanc conclusionem. Potest quis ratiocinationes & alia opera intellectus male construere: primo quantum ad vsum potest illa frabricari tempore indebito, & deficientibus alijs circunstantijs, vt opus sit malum moraliter: & secundo quantum ad facultatem operis, quia nescit illa fabricari: ergo aliqua ars requiritur ad hoc. ¶Ad primum respõdetur, quod prudentia est quæ facit rectum vsum moraliter Dialecticæ, & omnium scientiarum, & omnium artium, vt supra diximus. ¶Sed pro secunda parte argumenti, est secunda conclusio. Dialectica & omnes artes liberales dicuntur quodammodo artes, per quandam similitudinem ad artes mechanicas. Conclusio est Sanct. Thom. 1. 2. q. 57. articu. 4. Habent enim similitudinem artis in hoc, quod ordinant ad recte intelligendum, aut recte operandum. Sed deficiunt à vera ratione artis: quia versantur circa opera ipsius animæ ideo dicuntur artes liberales, ad differentiam artium mechanicarum, quæ dicuntur serviles: nam mechanicæ sunt propter necessitatẽ corporis, liberales vero propter delectationem animæ: & corpus subditur animæ vt seruus domino: sed deficere à vera ratione artis, non est simpliciter defectus, sed potius perfectio: quia artes liberales sunt quodammodo mediæ inter scientias pure speculatiuas & artes: nam scientia speculatiua est, quæ est speculationis gratia, ars cuius finis est exterius opera rita: ars vero liberalis, quæ est propter opus animæ. ¶At vero non omnes artes liberales sunt in eodem gradu, quare sit tertia conclusio. Dialectica inter artes liberales vicinius accedit ad scientiam speculatiuam: quia finis eius est speculatio, puta ratiocinari mox Rhetorica: cuius finis est persuadere & ornate proferre argumenta: deinde Grammatica. Aliæ vero quatuor Mathematicæ proprius inclinãt ad artes Mechanicas: nã versantur circa opera exteriora: sed nihilominus sunt opera quæ pertinent ad delectationem animæ, & non ad necessitatem corporis: quare intra lineam sunt artium liberalium. Verum est tamen quod solent distinguiin speculatiuas & practicas qualiter non distinguuntur artes rationales. Vt sit Arithmetica speculatiua quæ considerat naturas numerorum. Practica vero quæ docet numeros multiplicare, partiri. &c. Et eadem ratione musica & perspectiua & Geometria. Tametsi hæc quatenus docet in materia exteriori formam inducere, mechanica est. Ars enim ædium struendarum Geometria quędam est.

¶AD primum ergo argumentum principale satis responsum est: solum enim probat. Dialecticam esse quodammodo artem: non tamen proinde cadit à ratione speculatiuæ scientiæ. Et pari modo respondetur ad secundum, nempe non sublequi si ars construendi domos sit practica dialecticam ſubinde esse practicam.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

Ars

Ars enim quæ tradit modum sciendi speculatiua est sicut scientia ipsa. ¶Quod si quis arguat tunc consequi habitum practicum itidem esse speculatiuum: nam assensus & iudicium, quod elicitur ab habitu practico, est vere actus & consideratio scientiæ. Respondetur, quod ratio scientiæ practicæ non sumitur ex actu intellectus, quem proxime elicit, sed ex opificio exteriori quod dirigit. Et in Dialectica non est nisi scire: & ideo dicitur modus sciendi, non modus pingendi aut ædificandi, &c.

¶Et ad confirmationem respondetur, quod Sanctus Thomas vocat Dialecticam artem, eo modo quem ipse docuit. 1. 2. vt dictum est in secunda conclusione.

¶Ad tertium, Quantum ad medicinam respondetur: quod aliqua est Theorica, quę tractat naturas herbarũ, & cõplexionis humanæ. Alia vero practica, quæ applicat medicinas, Et merito dicitur practica, siquidem versatur circa vtilitatem corporis. Sed quod ad morales scientias attinet, iam dictum est esse quodammodo practicas, non quidem adeo vt artes: quia non versantur circa extera opificia, sed circa actiones morales, nec hac ratione sunt practicæ sicut prudentia, vt expositum est secundo notabili.

Quæstio quinta Procœmialis.

Vtrùm subiectum Dialecticæ sit ens rationis?

POST QVATVOR superiores quæstiones de necessitate, quidditate, vnitate, & qualitate Dialecticę, superest postremo subiectum eius inuestigare. Et arguitur, quod subiectum dialecticæ non sit ens rationis. Primo Dialectica vt author est Aristo. 1. Poster. textu. 27. non est circa determinatum subiectum, sed circa omnes scientias diffunditur: ergo quæstio supponit falsum.

¶Secundo. Nulla scientia quærit de suo subiecto an sit, & quid sit, sed id supponit vt docet Aristot. 1. poste. textu. 2. Sed in logica disputatur an sit & quid sit ens rationis: ergo illud non est subiectum logicæ.

¶Tertio. Subiectum scientiæ perinde atque obiectum potentiæ debet esse illi adæquatum, ita vt nec obiectum excedat scientiam, neque excedatur ab eo vt color à solo visu percipitur, & visus ad solum colorem terminatur, sed ens rationis non est hoc modo adæquatum logicæ, ergo nec est eius subiectũ. Probatur minor. Grammatica & Rhetorica tractant de ente rationis, puta de genere & specie, & per consequens ens rationis extra limites logicæ diffunditur. Et rursus logica tractat de conceptibus formalibus, puta de propositione, de syllogismo, quæ quamuis sint opera fabricata à ratione, nihilominus sunt realia entia de prædicamento qualitatis, perinde vt domus & reliqua opificia: ergo & Logica non solum tractat de ente rationis, & per consequens non est eius subiectum.

¶Quarto arguitur. Subiectum scientiæ continet eminenter omnes veritates illius scientiæ, vt potecum sit illarum causa, sicut homo, quod est subiectum scientiæ hominis, continet risibilitatem, cæteraſque passiones quæ de illo demonstrãtur: sed ens rationis, cum non sit verum ens, nullius potest esse causa, & per consequens nec continere veritates scientiæ: ergo nullius scientię potest esse subiectum. ¶Quinto & postremo arguitur. Logica & Dialectica, vt dictũ est pro eodem accipiuntur, sed obiectum Dialecticæ est argumentatio: vnde Dialectica idem sonat, quod disputatoria scientia, & propter argumentationem tractat de prædicamentis & enuntiatione, quibus constat argumentatio: ergo argumentatio est subiectum logicæ, & non ens rationis.

¶In contrarium est Aristotel. 4. Metaphy. textu. 5. vbi dicit, logicam tractare de omni re in vniuersum, quemadmodum metaphysica, quod verum non esset, vt illic Sanctus Thom. adnotauit, nisi quia tractat de ente rationis, quod rebus vniuersis potest conuenire.

¶SVBIECTVM scientiæ duplex est puta, subiectum inhationis, quod est intellectus, de quo nihil ad rem præsente. Et subiectum attributionis, quod modo vestigare pergimus. Vbi primo notandum obiectũ hos tres terminos, subiectum, & materiam scientiæ eandem rem significare diuersis rationibus. Vt quantitas continua est subiectum, obiectum, & materia geometriæ. Atqui, vt commenta quæ hic fingãtur missa faciamus, subiectum dicitur respectu passionũ quæ demonstratur in scientia: demonstrat enim Geometria de quantitate continua suas proprias passiones. Atq; adeo quantitas continua cuius propriæ passiones in sunt, subijcituromnibus in prædicatione. Obiectum vero dicitur per ordinem ad habitum scientiæ: quia id ꝙ scimus per geometriã, est quantitas continua, eiusque passiones atque figuræ. Sicut enim per visum videmus colorem: tra per hoc iudicium, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, intelligimus naturam trianguli. Quare significantius dicitur obiectum quam subiectum. Sed materia appellatur, vt nonnulli volunt quia, est primum fundamentum quod supponitur in scientia: quippe cum omnis scientia supponat suum subiectum esse. Aut forte materia nuncupatur eadem ratione qua est obiectum: nam obiectum & materia virtutis idem sunt, vt author est Sanctus Thomas. 1. 2. quæstio. 55. artic. 4. Delectabilia enim tactus & obiectum sunt & materia temperantię. Verum est tamen diuersas esse opiniones in hac parte Nominalium atque Realium, & quantum ad subiectum & quantum ad obiectum. Nominales enim opinantur subiectum scientiæ esse terminum ipsum, qui est subiectum propositionis, vt subiectum Geometrię esse illum terminum, quantitas continua: Reales vero asserunt esse rem significatam. Enimuero quamuis consentiant omnes cum Aristotele primo. Elencorum quod terminis vtimur vice rerum. Dissentiunt tamen quid nam præcipue subijciatur aut prędicetur, res, ne, an terminus. De quo statim super prologum Porphyrij disputabimus.

¶Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Secunda inter eos controuersia est de obiecto. Nominales enim præter Gregorium, affirmant obiectum scientiæ esse propositionem ipsam. Reales vero dicunt potiſsimum esse rem significatam. Nam iudicium huius, homo est risibilis, non sistit in propositione, sed per ipsam fertur in rem, quæ est, hominem esse risibilem: quibus consentit Gregorius, differt tamen quod putat significatum propositionis, puta hominem esse risibilem, distingui à significatis extremorum, & esse prope nihil, cum tamen in rei veritate sola ratione distinguatur. Sed quia disputatio hæc proprium locum habet in primo Poste. vbi Aristotel. meminit de obiecto scientiæ, supersedendum nobis est vsque ab illum locum. ¶Atqui in præsentia satis est si supponamus rem extra significatam, esse obiectum principale scientiæ: nam finis principaliter intentus in scientia est notitia rei, & propositio accipitur loco rei, & est medium ad cognoscendum rem. Nec obstat propositionem esse obiectum proximum & immediatum, rem verò remotum, sicut obiectum proximum infirmi est medicina, principale vero est sanitas. Quærimus ergo hic subiectum, putà rem cuius cognitio principaliter intenditur in Logica. ¶Pro cuius notitia secundo notandum est tres esse conditiones requisitas vt quippiam sit obiectum scientiæ, quarum meminit Sanct. Thom. in prologo sentent. articulo. 4. quæ insinuatæ sunt inter arguendum. ¶Prima. Quæcunque sunt in scientia continentur sub eius subiecto atque adeo subiectum debet omnia comprehendere, tanquam prædicatum vniuersale respectu omnium. Quidquid enim tractatur in Geometria, aut est quantitas continua, aut pertinens ad quantitatem. Et inde dicitur subiectum attributionis, quippe cui omnia attribuuntur. ¶Secunda conditio. Cognito subiecti principaliter intenditur in scientia: vniuersa enim quæ tractantur in Geometria eo tendunt, vt habeatur perfecta cognitio quantitatis continuæ & specierum eius. ¶Tertia conditio. Per subiectum distinguitur scientia ab alijs scientijs, & inde sumit speciem. Per hoc enim Geometria differt ab Arithmetica quia prima tractat de quantitate continua, secunda vero de discreta. Addit Scotus quartam in prologo. quæstio. 3. videlicet quod subiectum debet continere omnes veritates scientiæ. Quam nos in calce quæstionis explicauimus.

¶QVANTVM ad secundum terminum quæstionis attinet, quia statim super prologum Porphirij prolixius explicaturi sumus huiusmodi entia rationis, supponatur modo, quod non loquimur nunc de ente rationis vt genitiuus accipiatur effectiue & subditibè quales sunt conceptus formales quos intellectus in seipso efficit & producit. Illa. n. simpliciter non dicuntur entia rationis: quia sunt veræ qualitates realiter inhærentes subiecto. Sed accipitur ens rationis, vt est conditio in rebus, quæ conuenit illis solum ex operatione intellectus. Enimuero quamuis omnes res sint singulares, tamen ex hoc quod intellectus cognoscit hominem conceptu communi abstrahendo à conditionibus singularibus, res ipsa sic concepta fit species, & si concipiatur conceptu magis vniuersali, animal fit genus, & illa natura sic abstracta, vel respectus potius quem habet ad conceptum, abstrahentem, dicitur conceptus obiectualis, & ens rationis quia non habet esse distinctum à singularibus nisi per operationem intellectus, & si concipiatur ea ratione qua est commune pluribus differentibus numero, est species: & si vt commune pluribus differentibus specie est genus. Quamuis sunt alia entia rationis in ipsis vocibus, in quantum sunt signa ad placitum significantia: namly homo ex natura rei non habet, vt sit nomen, sed ex operatione intellectus imponentis, & sic resultant intentiones, propositiones syllogismi, &c. quæ sunt entia rationis. Et in hoc sensu quærimus vtrum ens rationis, ideſt, aliquid commune & vniuersale ad omnia entia rationis, sit subiectum in Logica.

¶HIS præiactis de hac quæstione, tot sunt opiniones quot capita. Nominales partim opinantur subiectum logicæ esse terminum, partim esse ly terminus, partim illum terminum argumentatio. Albertus dicit esse argumentationem, putà rem ipsam quæ est argumentatio, quem multi sequuntur. Alij vero esse syllogismum. ¶Sed vt hæc perspicua fiant, adhuc notato cum Sanct. Thom. 5. metaphyſic. lect. 6. quòd subiectum scientiæ vno modo accipitur pro illo, quod adæquate continet vniuersitatem omnium quæ tractantur in scientia, quod ab aliquibus dicitur subiectum adæquationis: sicut ens est subiectum metaphyſicæ. Alio modo accipitur pro illo de quo est principalis intentio, quod potest vocari obiectum præcipuum & quodammodo finale, veluti, substantia, est principale obiectum metaphyſicæ. ¶Vnde secundum hoc respondetur ad quæstionem duabus conclusionibus. Prima. Subiectum attributionis adæquatum logicæ est ens rationis. Conclusio est Sanct. Tho. 4. met. lect. 4. & opuſ. 4. 2 quodest de natura generis, ca. 4. & alibi sæpe. Imo conclusio est Aristot. ibidem textu. 5. Vbi ait, quod metaphyſicus & dialecticus tractant de omni ente, scilicet Metaphyſicus de ente reali, & dialecticus de enterationis, quod potest conuenire omni enti reali. Omne enimens cognoscit potest, sub ratione generis, speciei, &c. Et hoc est quod eorum dicit Auicenna. 1. metaphyſi. quòd logica est de secundis intentionibus, adiunctis primis. Sed probatur ratione sumpta ex prima conditione. Illud est subiectum logicæ, sub quo continentur omnia quæ tractantur in logica, & sub cuius ratione considerantur: sed ens rationis est huiusmodi, ergo &c. maior ab omnibus est receptiſsima, nam subiectum se habet ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam, vt author est Sanct. Thom. in. 1. par quæſtio. 1. articul. 7. verbi gratia quemadmodum quicquid videmus, vt puta, Rosa, Nix, Coruus. &c. est coloratum, nec videtur, nisi sub ratione colorati, & ideo color est obiectum visus, ita in scientia verbi gratia Theologiæ, Deus est subiectum: quia quicquid ibi tractatur, consideratur vt Deus aut in ordine ad Deum, sed quod ens rationis sit huiusmodi in logica, probatur: quia dialecticus nihil tractat nisi de genere & specie, de propositione, syllogismo, &c. quæ omnia sunt entia rationis, vt expositum est. Quo fit vt nominales, quamuis daremus illis, vt terminus esset subiectum, & non res significata nullo modo debent dicere, quod terminus sit subiectum logicæ: sed terminus secundæ intentionis. Tractat enim dialecticus, de illis terminis genus & species, &c. ea ratione qua sunt termini secundæ intentionis. Sed re vera dicere quod terminus est subiectum, & non res significata per terminum, est contra Aristotel. dicentem, quod Dialecticus tractat de omni ente, sicut Metaphyſicus. Secundo probatur ratione sumpta ex tertia conditione. Subiectum scientiæ est illud à quo

Subiectum logicæ duplex.

2. Cõclusi.

quo scientia sortitur speciem & per quod distinguitur ab alijs: sed ens rationis in Logica est huiusmodi, ergo minor probatur. Per hoc enim logica differt ab alijs scientijs, quia tractat de enterationis de quo nulla alia tractat, & inde sortitur speciem: inde enim dicitur & est scientia rationalis. Actus enim sortiuntur speciem & ab obiecto & à fine. Et hinc sumunt aliqui ex nostri argumentum contra nominales, q̃ secundũ illos non dicerentur hæc scientia rationalis: nam terminus qui secundũ illos est subiectum, aut ly argumentatio non est ens rationis. Sed certe ens reale. Respondere tamen possunt quod est rationalis à fine scilicet ab operibus intellectus qui dirigit & docet, definire, diuidere, & argumentari, & hic est sensus verborum S. Th. in prologo primi poste. vbi dicit, quod logica non est scientia rationalis eo solum quòd sit secundũ rationẽ: nam isto modo ars fabrilis, & domificatoria essent rationales. Sed quia dirigit opera quæ ratio in se ipsa fabricatur. ¶Tertio arguitur aduersus Nominales ex communi animi conceptione. Nam certe nullus liberæ mentis concepit subiectum. v. g. Theologiæ esse illũ terminũ Deus aut subiectum Physicæ illum terminum ens naturale aut ens mobile: sed certè subiectum est Deus, & ipsum ens naturale, cuius cognitio in tali scientia intenditur. Et ita loquuntur homines. Hæc scientia est de cælo, hæc de plantis, hæc de quantitate, &c. Et eadem ratione logica non est de illo termino argumentatio, aut syllogismus, aut terminus secundæ intentionis, sed de specie, syllogismo, &c. atque adeo de ente rationis in communi, vt sit suppositio simplex. ¶Secunda conclusio. Subiectũ principale logicæ, ideſt, quod inter entia rationis principaliter intenditur in logica, est argumentatio, seu ratiocinatio, vt inquit Alfraganus: & forsan in hoc sensu Albertus dicit in prologo Prædicabilium argumentationem esse subiectum in logica. probatur ex se cunda conditione subiecti. Nam quanquã intentio dilecti sit cognoscere entia rationis puta, genus & species, &c. non tamen consistit illic, sed illa tractat vt inde conficiat argumentationẽ. Est enim dialectica modus procedendi ex notis ad ignota, quod fit per argumentationem. De alijs vero vt de nomine, propositione, &c. tractat tanquam de partibus argumentationis, & de genere & differentia, vt sunt partes definitionis, quæ est medium in demonstratione: quemadmodum scientia de homine tractat de eius partibus. ¶Sed hinc multi argumentum sumunt. quod non argumentatio, sed syllogismus, qui est in genere argumentationis præcipuum sit subiectum logicæ. ¶His tamen respõdemus quod intento per se logicæ non est nisi verum inquirere, siue id fit per syllogismum, siue per quodcũq; aliud genus argumentationis. nam tam proprium est logici ex probabilibus probabilem facere cõclusionem, quã ex necessarijs ostendere necessariam. Sed accidit quod inter argumentationes præmineat syllogismus, & inter syllogismos potiſsima sit demonstratio. Et si ratio illorũ valeret, nõ syllogismus, sed certè demõstratio deberet esse subiectũ logicæ. Est ergo subiectũ logicę præcipuũ argumẽtatio. Sed in libris Priorũ, subiectũ est syllogismus, & in libris Posteriorũ: scire, aut demõstratio.

¶SVPEREst paucis expedire, An subiectum scientiæ debeat continere veritates illius scientiæ, vt opinio fert Scoti loco citato: quam Occham & nominales multis impugnant in prologo sententiarum. Primo. Veritates, quæ demonstrãtur in scientia, de subiecto, sunt passiones eius, vt risibile de homine: at huiusmodi passiones, inquiunt, non distinguuntur à subiecto: nihil enim aliud est hominem esse risibilem, quam hominem: quod si non distinguuntur ab illo non cõtinentur in illo: nam inter continens & contentum, debet esse distinctio. Alia huiusmodi factunt argumenta, & certè nullius momenti. Sententiam ergo Scoti sic intelligito, sicut res se habet ad esse, ita ad cognoscendum: ex natura autem speciei dimanant propria accidentia ipsius. Consequitur enim ad naturam hominis, q̃ sit risibilis, admirabilis, &c. siue sit distinctio realis, siue non, sicuti in Deo, vbi nulla est distinctio, nisi rationis, essentiam diuinam cõsequitur, q̃ sit misericors, omnipotens &c. quo fit, vt qui haberet notitiã hominis perfectã, qualis exprimitur per definitionem, inde facile cognosceret propria accidentia ipsius. Nã in notitia subiecti virtualiter continetur notitia passionum eius, sicut effectus virtualiter continetur in causa, nec opus est prolixius istã emungere. ¶Est tamen vnum argumentum ad rẽ contra Scotum. Nam ex eius opinione sequeretur, quod nulla posset esse scientia de subiecto generico: sed quotquot sunt species specialiſsimæ, tot deberent esse scientiæ. Probatur sequela. Scientia. v. g. de animali debet tractare de omnibus speciebus & de passionibus earũ, alias scientia imperfectè tractaret de illo genere, sed tamen veritates specierum, non continentur actu in genere, sed potentia, vt videbimus apud Porphyriũ. Non enim ad naturam animalis consequitur risibilitas, cum genus sit indifferens ad plures species, alias natura animalis contineret actu rationale & irrationale, quæ sunt opposita. Quod si concedatur hæc corollariũ, tũc non esset vna Geometria de quãtitate, sed alia de linea, & alia de superficie, & alia de triangulo, & alia de hexagono, quod dictu esset absurdum. Dicendũ ergo vt annotat Caie. in prima par. q. 1. art. 7. q̃ satis est subiecto alicuius scientiæ quod ipsum vel eius species contineant actu veritates illius scientiæ, dum modo scientia omnia tractet sub vna ratione, siue illa sit specifica, siue sit generica.

Scotenti. Scoti.

¶AD primũ argumentum respondetur ex ipsis verbis Arist. citatis. 4. met. Ait enim q̃ dialectica non est de aliquo determinato subiecto. 1. particulari, sicut Geometria, ita est de quantitate q̃ non tractat de substãtia, quia Dialectica tractat de entibus, quę omnibus rebus in vniuersum contingunt. Et idẽ repetit. 1. Elen. ca. 11. non tamen negat, quin omnia entia rationis cõueniant in vnica ratione formali obiecti q̃ sit subiectũ Dialecticæ, quemadmodũ ens est obiectũ metap. ¶Ad secundum respondetur quòd Dialectica, in quantum dialectica, nõ quærit an sit ens rationis, & an distinguatur à rebus. Imo quæstiones istæ sunt Metaphyſicæ, licèt inserantur in logicam. Sed logica incipit à Metaz ens rationis esse & tractat quo modo huiusmodi entia rationis subijciãtur & prædicentur. Et hoc demonstrare passiones de suo proprio subiecto, quod est munus cuiusque scientiæ. ¶Ad tertium respondetur, quod si logica acciperetur secundum totam latitudinem, vt nomen sonat, tunc comprehenderet etiam Grammaticam, & Rhetoricam. vt diximus quæstio. 1. & sic non plus se extenderet ens rationis in sua vniuersitate quã logica: si tamen logica accipiatur vt distinguitur contra Grammaticam & Rhetoricam, tunc distinguendum est ens rationis. Aliud enim est, quod habet fundamentum in re, putà quando ex natura sua conuenit rebus id vnde intellectus abstrahit tales intentiones, scilicet esse hominis, esse animalis, &c. vnde abstrahitur ratio generis & speciei. Et de istis tractat logica, tanquã de subiecto adæquato illius. Aliud est ens rationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod conueniat vocibus, non ex natura rei: sed ex impositione, vt nomen, participium, &c. Et de istis tractat Grammatica. Quod si Dialectica tractat de conceptibus formalibus, puta de propositione & syllogismo: id tractat in quantum sunt signa rerum, in quibus sunt fundamentaliter similes proprietates. Nam in rebus ipsis est animal rationale esse risibile & hominem esse animal rationale, & inde subsequitur hominem esse risibilem, & sic quodammodo propositiones & syllogismi sunt in rebus, scilicet obiectiue: quare omnia tractat logica in ordine ad eas rationis. Et per hoc differt à Philosophia naturali: quæ tractat de conceptibus & vocibus, quatenus sunt entia naturalia: puta an sint substantiæ, vel qualitates, an sint spirituales, an vero corporales, permanentes, an successiuæ, &c. ¶ Ad quartũ respondetur quod quamuis entia rationis nõ habeant esse reale (quatenus sunt rationis) nihilominus habent suas proprietates, quæ suo modo consequuntur naturas illorum. Vt ex hoc quòd animal est genus, consequitur, vt sit prædicabile de pluribus differentibus specie, atque adeo vt cum differentia constituat speciem. ¶ Ad postremum argumentum respondetur per secundam conclusionem. Et hæc de procœmialibus, quæstionibus, quas diſputati sumus, non solum pro tyrunculis, sed respectum etiam prouectiorum nonnullum habuimus.

¶ COM-

Commentarij Fratris Dominici Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiæ Professoris, in librum prædicabilium Porphyrij.

ITVLVS Libelli huius in codice Græco duo hæc tantũ habet verba Porphyrion eisagoge, id est, Porphyrij introductio. Nonulli vero latini addunt, Introductio ad categorias, id est, ad prædicamenta Aristotel. Sed nihil fortasse est addẽdum titulo Græco: nam vt patet in prologo ipsius Porphy. opusculum istud non solum ad prædicamenta: sed ad totam logicam, imo ad omnem Philosophiã est introductorium, conducit enim & ad definitiones, & ad diuisiones, & ad demonstrationes, qui sunt in omni scientia modi sciẽdi. Vnde vt Ammonius annotauit, antonomatice, & sine aliqua additione introductio inscribitur, vel (quod ex verbis Porphyrij colligitur) Introductio ad Dialecticam. ¶ Porphyrius (vt refert Suidas) philosophus fuit Platonicus, natione Tyrius (vnde dictus est senex Tyrius) temporibus Aureliani & Diocletiani Imperatorum nempe sub anno Domini. 280. Hic cum vero esset Christianus, irã aduersus quosdã Christianos non ferens à quibus in Cæsarea Palestinæ cæsus fuerat, Christianissimũ deseruit per furorem, vt habetur li. 7. Historiæ tripertitæ. Vnde inter alia plurima opera, quindecim libros aduersus Christianam religionem euomuit. Atqui cũ stipendia faceret Philosophiæ in Sicilia, libellum hunc de quinque vocibus Chrysaorio nuncupauit, quẽ nobilẽ tunc temporis (inter alios) discipulum instituebat. ¶ Chrysaorius, si græcũ nomẽ est, idem pollet q. latine auratum gerens ensem. Attamen vt conijcio, non est id nomen græcũ, sed certe latinũ cognomen, à Chrysa fluuio apud Syracusas: fuit enim Chrysaorius fauens Siculus. Quod si Phryx forte fuerit, dictus est à phrysa ciuitate Phrygiæ. ¶ Inter latinos interpretes Ioannẽ Argyropilum dignũ æstimauimus quem eligeremus: nam quãuis Boetius author vere latinus non contemnendus, tamẽ tradoctio eius vulgata fabulosiorior est, & forsan quæ phrasim Græcam nõ tam ad verbũ latine reddat, quã Argyropili. Qui vt natione græcus, & latine egregie doctus, græcam proprietatẽ latinis quẽ exhibuit. Adnotauimus vero vbi cunque inter ambas translationes differre cõperimus.

Porphyrius.

Chrysaorius.

Translatio Ioãnis Argyropili.

PROLOGVS.

VMne necessarium sit, Chrysaori, & ad Aristotelis prædicamẽtorum doctrinam, quidnam genus, quid differentia, quid species, quid proprium, & quid accidens sit cognoscere, eumque & ad definitiones etiam assignandas ac omnino ad diuisiones demonstrationesque conficiendas vtilis horum sit contemplatio: breuius enitar tibi ea quæ apud maiores nostros de his ipsis sunt, tradere: quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando. Atque altioribus quidem quæstionibus abstinebo: faciliores autem sic afferam, qualiter nunc quidem tibi accommodatas esse cõiecto. Protinus igitur genera quidem & species in rerum natura sint necne, an in ipsis nudisq; conceptibus collocentur: & si corpora sint, an expertia corporis: & vtrum separabilia sint, an in ipsis sensilibus rebus & circa eas subsistant, dicere nunc omittam: quippe cum altissima sit talis tractatio, & alia maiore indigeat perserutatione. Vt de ipsis verò cæteris q; propositis magis disserẽdi modo verè reshorũ maximè Peripatetici tractauere, recẽserenũc atq; ostẽdere tibi conabor

Attentio.

CApitulum hoc primum Procœmiũ est libri, quo Porphyrius idoneũ præparat auditorem, dũ atẽtũ eũ reddit & docilẽ atq; benevolũ. Atqui in duos texitus secatur. Hunc enim in modũ in animo nobis est capitula singularia, & Porphyrij & Arist. partiri. In priori autor captat attẽtionẽ, & in altero docilitatẽ atq; adeo in vtroq; benevolẽtia. ¶ Attentũ facit Porphyrius dissipulũ proponẽdo intentionẽ & vtilitatẽ operis: ait enim se dicturũ de quinq; vniuersalibus, quorũ cognitio apprime est ad philosophiã necessaria. Vbi notaro q; quẽadmodũ illi nõ possunt recta ire qui quo nescium proficiscũtur, ita nec põt discipulus attẽte audire, nisi intentionẽ dicendi præcognouerit: nec rursus animũ ad audiẽdũ adhibebit nisi aliquid emolumẽti inde sperauit: alias. n. impigrescit, medioq; in cursu succũbit. Quocirca, Arist. li. 3. & Cic. li. 1. Rhetoricę, inde (aiũt) maximè attẽtionẽ captari audiẽtis, si quis de rebus magnis, aut nouis, aut inusitatis se dicturũ pollicetur. Et ideo Porphyrius ad quatuor inquit necessaria est vniuersalis cognitio. Videlicet ad notitiã prædicamẽtorũ, ad definitionũ assignationẽ, ad vsum deniq; diuidẽdi & demonstrãdi. In quib⁹ summa dialecticæ consistit. Ad prædicamẽta quidẽ necessaria est ista cognitio: quia prædicamẽtũ nil aliud est quã prædicabilium ordinatio, vbi superiora genera p suas cuiusq; differẽtias distribuũtur ad diuersas species, & eatenũs species in sunt propria accidẽtia, & præterea alia accidẽtia cõmunia. ¶ Sed ad assignationẽ definitionũ necessaria est eadẽ cognitio: nã finitio speciei quidditatiua cõstat ex genere & differẽtia, in definitione vero descriptiua ponit propria passio, accidẽtia vero cõmunia nõ intrãt dãnitionẽ. ¶ Ad vsum itẽ diuidẽdi cõducit hmõdi cognitionã refert quomodo genera diuidas: sane qd nõ est diuidẽdũ nisi p differẽtias quæ nitẽtes sunt, vt animal aliũ aliud rõnale, aliud irrationale. At p species, vtpote q certo numero nõ cõprehẽdãtur, nõ pot genus diuidi, vt inquit Plato: nunquã enim absolueretur diuisio. ¶ Ac dentẽ, vtilis est dicta cognitio ad demonstrationem, vbi mediũ est definitio constans ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessariũ.

genere & differentia, propria passio de specie demonstratur. ¶ At vero in dubium reuocãt expositores, quo modo accipiatur hic necessarium: nam quadrupliciter accipi potest, vt docet Arist. 5. Met. textu. 6. iuxta quatuor genera causarum. Et hic non accipitur necessariũ nisi in ordine ad finem, vt secmo ipse Porphyrij manifestat: ait enim. Cum sit necessarium ad prædicamentorum doctrinam. &c. Sed dubium est an sit simpliciter necessaria cognitio vniuersalium, ita vt sine illa haberi non possit notitia prædicamentorum. Nã Albertus dicit esse simpliciter necessariã: Boetius vero negat, sed solũ ait esse vtilẽ: quia ante editionem prædicabilium erant homines philosophi & dialectici. ¶ Est tamen facilis respõsio duab⁹ cõclusionib⁹. Aut enim est quæstio de necessitate cognitionis vniuersaliũ, & huiusmodi cognitio est simpliciter necessaria. Impossibile enim esse ordinare prædicamẽtũ, nisi cognoscerem⁹, quid cui subijciatur, & de quo prædicetur, & quomodo genus descẽdat per differentias in suas species. Aut est quæstio de necessitate huius opusculi Porphyrij, & in hoc sensu respondetur non esse simpliciter necessariũ hoc opusculũ, quãquam sit vtile vt facilior sit aditus ad prædicamenta, & ad rotã logicam. Quod probatur quia posset quis facile sine isto opusculo in ipso libro prædicamẽtorũ intelligere naturã generis & aliorũ vniuersalium, vt erat vsus logicorũ ante Porphyriũ. Et re vera si fuisset simpliciter necessarius hic liber, nõ fuisset ab Arist. sub silentio neglectus. Imo vero potuissemus sine opera perfidi istius hostis Christi Philosophiã adire. ¶ Hic colligitur ly, necessariũ, in textu accipi pro necessario simpliciter, vt docte notauit Ammonius. Non enim ait. Cum sit necessarius hic liber, sed cum sit necessarium nosse. &c.

Docilitas.

¶ MOX de generibus, &c. Hic est textus secũdus, vbi Porphyrius reddit discipulum docilem, dum explicat quemadmodum de vniuersalibus sit in logica disputandum. Ait enim abstinendum esse à quæstionibus Metaphysicis & disputandas esse quæstiones logicas. ¶ Vbi notato primo tria esse quæ discipulos deterrent & pigros efficiunt. Quæ sunt prolixitas, aduersus quam dixerat Porphyrius compendiosam & brevem facturum esse traditionem. Item obscuritas contra quam promiserat procedendum esse velut introductionis modo, videlicet simpliciter præcipiendo non disputando. Item profunditas sententiarum & ideo dixerat ab altioribus quæstionibus esse abstinere, simpliciora vero mediocriter conjectare. Explicat ergo non quæ sunt illæ altiores quæstiones. ¶ Vbi secundo notato, quod disputatio de natura vniuersalium, vbi nam sint, & quæ res sit, an videlicet sint à singularibus separata, est disputatio physica & Metaphysica, cuius est abditissimas rerum causas perscrutari, ob idque dicuntur quæstiones altissimæ quia sunt profundissimæ. Sed consideratio vniuersalium quatenus sunt sibi inuicem prædicabilia & subijcilia, ea pertinet ad logicum. Vnde Aut. in prolo. logicæ. Quemadmodũ, inquit, artifex domus non habet considerare naturã partiũ nempe an calida sint ligna, an vero frigida: fructifera, an iterilia (quod pertinet ad philosophũ) sed tantũ, sint ne mollia aut dura, rectaue curua, quod ad artẽ suã refert: ita logicus de vniuersalibus tantum modo habet tractare quatenus prædicãtur aut subijciũtur, & hoc est quod ait Porphyrius. Quẽadmodum antiqui magis differendi modo tractauere. Vbi animaduertendũ est in græco haberi logicoterõ, quod sonat & magis probabiliter (vt vertit Boetius) & magis logicè: quod Argyropilus vertit, magis differendi modo. Quod significantius explicat intentionem Porphyrij, cuius sensus est, quod non vult tractare de vniuersalibus metaphysicæ sed logicæ. ¶ At dum pollicetur imitaturum se Peripateticos dubiũ est an intelligat Aristotelicos, an vero Platonicos. Videtur enim intelligere Aristotelicos. Primo, quia vulgus solos Aristotelicos vocat tã Peripateticos, à peripateia, quod est ambulare. Item quia hũc libellũ potissimũ ad introductionem prædicamentorũ Arist. cõposuit. Sed ex alia parte censet Ammonius quod intelligat Platonicos: nã Plato fuit primus qui deambulans cœpit docere. Vnde oẽs Platonici dicebãtur primo Peripatetici. Sed defuncto Platone Xenocrati contigit Academia, quæ erat in gymnasiũ Platonis. Arist. vero docebat in Lyceo, quare illi dicebantur Peripatetici ex Academia, hi vero Peripatetici ex Lyceo. Sed postea discipuli Xenocratis propter nobilitatẽ Academiæ Platonis tenuerũt nomẽ à loco: & dicti sunt Academici: discipuli vero Arist. propter ignobilitatẽ loci solũ nomen actionis seruauerũt, & dicti sunt Peripatetici. Et quod Porphyrius sequatur Platonicos patet: nã fuit ipse Platonicus, atq; adeo in hoc opusculo in multis sequitur verba Platonis. ¶ In vtroque textu proœmij captat beneuolẽtiã auditoris, in priori quidẽ cum pollicetur vtile fore opusculum hoc: in secũdo vero, cum pollicetur non fore difficile. Ex vtroque enim discipuli efficiantur beneuoli magistro.

Peripatetici.

Quæstio prima ſuper Prologum Porphyrij

Vtrùm vniuerſalia in ſolo ſint intellectu, an verò ſint in rebus.

Si integrum nobis fuisset (quẽ admodũ nos admonet Porphyrius) de vniuersalibus in dialectica quæstiones tantũ dialecticas disputare, nihil hic de vniuersaliũ existentia meminisse fuisset opus. At vero, quia, res dialectica eo hac tẽpestate processit, vt dialectici ſatis iam nequaquã facere possimus, nisi metaphysicarũ quæstionũ à quibus Porphyrius abstinet, nonnihil attingamus, operæpretiũ duximus inde rem exordiri. Est autẽ biuiũ materia hæc, vnde Nominales atque Reales in diuersas sectas abierũt. Cuius dissidij id in causa fuit, q̃ cum vniuersalia, vt. 1. Metaphy. ca. 2. author est Arist. eo q̃ remotissima sint à sensibus, cognitu sint difficillima. Reales naturas eorũ plus nimio perscrutantes, rẽfecerũt obscurã. Nominales vero, quo Realiũ anfractus fugerẽt omnia ad nomina reuocarũt. Vnde cũ duæ sint partes scientiæ, altera, vt rẽ intelligas, altera vt credas, rẽ vtriq; fecerũt difficilẽ illi quidẽ ad intelligendũ, hi vero ad credẽdum. Quocirca qui inter nominales nati sum⁹ interq; Reales nutriti, tẽtabim⁹ pro captu nostro materiã tractare, vt neq; in re difficili adeo multa cõmoueam⁹, quæ caligini augeãt: nec rursus, quo perspicaci⁹ loquamur, veritatẽ deseream⁹. Veritas. n. quocũq; fuerit abicõdita, plerũq; data est, nec propter difficultatem abneganda. Neque adeo necessarium existimo tres vias hic distinguere q̃ quidam ex Nominalibus, cluis noster, his temporibus introduxit, cum inter Sanct. Thom. & Scot. vt videbimus vno & forte altero loco, & quidem parum admodum differat. ¶ Tres quæstiones Metaphysicas insinuat Porp. quas Aristotel. 7. Metaphy. textu. 45. & infra disputat aduersus Platonem, videlicet an vniuersalia sint à singularibus separata? Quam in sin versione Boetij videamus esse quatuor, vt secunda sit, an subsistant, id est an sint substantiæ. Quarum sensum primo vt exponamus, notandum est, quod quadruplex est vniuersale, putã in essendo, in causando, in prædicando, & in repræsentando. Vniuersale in essendo, est quod per se realiter subsistit separatum à singularibus: vniuersale in causando, est id quod est causa vniuersalis à materia separatum, vt sunt intelligentiæ, de quibus Arist. 1. &. 2. Metaphysi. tractat: vniuersale in prædicando est id quod formaliter prædicatur de individuis: vniuersale in repræsentando, est, species intelligibilis aut conceptus intellectus. Vnde quæstio præsens nec est de vniuersali in causando, nec de vniuersali in repræsentando, quia certissimum est, & illud esse in rebus, & hoc formaliter in intellectu: sed est quæstio, vtrum vniuersale in prædicando, sit vniuersale separatum in essendo, vt dicebat Plato, vel solum sit obiectiuè in intellectu. Et quia in intellectu obiectiuè sunt tamentia realia, vt Deus & creatura, quam fictitia, vt chimæra, quæritur an vniuersalia sint entia primi generis: putà existentia in rerum natura, an vero sint tolum obiectiuè in intellectu existentia, vt chimæra. ¶ Sed sciendum est hic quod in Græco proponitur quæstio sub his verbis. An vniuersalia sint in rerum natura, an vero in solis nudis intellectibus, aut conceptibus (vt vertit Argyropilus.) Sed Boetius addit in solis, nudis, puris q; c. Sub quibus verbis Albertus, quem fere commentatores neoterici sequuntur, putat latere mysterium: vt Solus, dicatur intellectus noster, qui in principio suæ creationis est tanquam tabula rasa: nudus vero appellatur intellectus angelicus, qui est separatus à materia: sed purus sit intellectus diuinus, qui est purus actus, vt nihil sit mixtum potẽtiæ. Et forsan hoc addidit Boetius alludendo ad opinionẽ Platonis qui dicebat vniuersalia separata esse obiectiuè in intellectu diuino. Tametsi ego nullam suspicor hic latere mysterium: quia puris nom est Græce: & nudis, solũ est exaggeratio prioris particulæ, solis, vt sensus sit huiusmodi; An vniuersalia nullo modo sint in rerum natura, sed fiat in solo meroque intellectu, nec aliud esse habeant quam cognosci. ¶ Hinc lucidè constat sensum huius quæstionis apud Nominales longè esse ab intentione Porphyrij. Putant enim hanc quæstionem esse, vtrum vniuersalia sint in rebus, an potius sint conceptus illi formales, homo, animal, quæ sunt subiectiuè in intellectu: cum tamen Porphyrius nihil meminerit conceptuum, sed quærit an habeant esse realẽ an vero esse cognitum: nam apud antiquos esse in intellectu, idem est, quod esse obiectum intellectus.

Vniuersale quadrupliciter accipitur.

Diſsidium Nominalium & Realiũ.

¶ QVÆSTIO ergo est: Vtrum his conceptibus, homo, animal, respondeat in rebus aliquod obiectũ vniuersale. Sit arguitur quod non. Primo Aristote. 1. Posterio. texcu. 33. valeant, inquit, species, quia cantilenæ sunt. Ex text. 33. vniuersale (ait) nihil est præter singularia, quod ex professo probat. 6. Met. tex. 17. aduersus Platonẽ: ergo vniuersale nullum esse habet extra intellectũ. ¶ Secũdo arguitur ratione. Quidquid est in mundo est singulare ergo nihil est vniuersale. Probatur antecedens primo inductione. Deus, angeli, & hæc omnia sensibilia aut sunt singulares substãtiæ aut accidentia singularia. Item ratione, quia quidquid est præter Deum aut à Deo creatum est, aut à causis naturalibus genitum: sed generatio (& pariratione creatio) sunt circa singularia, vt. 1. Meta. ca. 1. & li. 7. tex. 27. & alibi fæpe docet Aristote. ergo nihil est in rebus præter singularia. ¶ Tertio & principaliter arguitur, Argumẽto Aristo. contra Platonem. 7. Metap. text. 45. Vniuersale est illud quod natũ est esse in multis: sed vna res nõ potest esse in multis, vt idem color non potest inesse pluribus subiectis distinctis, & multo minus vna substantialis natura pluribus suppositis: ergo vniuersale non est in rebus. ¶ Postremo arguitur si vniuersalia solum ponantur subiectiue in intellectu, vt sint ipsi conceptus vniuersales, quemadmodum opinio fert Nominalium, tunt Logica lucide & perspicuè procedit: si vero ponatur in rebus admodum Realium, tunc caligi nẽ multam effundunt miseris dialecticis: ergo non sunt portenta illa (vt aiunt) vllo modo admittenda. ¶ In cõtrarium est, quod scientiæ reales sunt de rebus naturalibus: Mathematicæ, de quantitate. &c. Sed scientia nõ est nisi de vniuersalibus, vt docet Aristot. 1. Poste. text. 11. &. 2. de Anima. textu. 60. ergo vniuersalia sunt in rebus.

Quatuor opiniones de vniuersalibus.

¶ QVÆSTIO hæc ab antiquissimis Philosophis originem trahit. Tres fuerunt de vniuersalibus antiquæ opiniones, duæ per extremum oppositæ, & media Aristotel. Quibus quarta addenda est nunc Nominalium, tametsi parum differat à prima. Heraclitus & Cratillus (vt refert Aristote. 4. Metaphy. text. 22.) nil putabant esse in rerum natura præter sensibilia quæ videbant, quæ cum experirentur esse in continuo motu & fluxu, nullamque subinde habere certitudinem, colligebant nullam posse haberi scientiam de rebus: nam scientia debet esse certissima, atque adeo de rebus perpetuis. In qua opinione fertur & Epicurus fuisse. Hæc opinio manifeste falsa est, Primo quia sensualium est hominum, nihil percipere, nisi quod est ante oculos, nec quicquam intellectu supra sensibilia perscrutari. Secundo, quia negare scientias esse rerum, est hominẽ prorsus irrationabilium: nam, cum appetitus hominis naturalis, vt habetur in prologo Metaphysic. sit ad scientias propensissimus, non est dicendum illũ esse frustra: Deus enim & natura nihil agunt frustra. ¶ Horum occasione Plato (vt. 1. Meta. text. 5. refert Arist.) in aliud extremum inclinauit: asserens enim scientias esse rerũ aduersus Heraclitum, concedensque scientiam esse nõ posse de individuis, quæ corruptibilia sunt, cepit inuestigare vniuersalia, quæ essent perpetua. Qua ratione ductus, posuit Ideas specierum realiter separatas à singularibus, vt Aristot. frequentissime ipsum impugnat. ¶ At opinio Platonis, si ita consebat, vt Aristo. refert, multo minus habebat probabilitatis, quam opinio Heraclit. Ponebat enim hominem vniuersalem realiter separatum à singularibus hominibus, quem dicebat nec dependere à loco, nec à tempore, nec à materia, per cuius participationem homines fiebant particulares sicuti per impressionem vnius sigilli in multis ceris efficiuntur sigillationes multæ. Itaque putabat Plato quod quemadmodum intellectus concipit, ita se habeant & res ipsæ. Vt sicuti conceptus singularis Petri alius est à conceptu communi hominis, ita humanitas esset res separata à Petro. Sed de re vera hoc intellectus capere non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest, vt. 7. Meta. Id late probat Aristot. Primo non est intelligibile quin homo ille esset vna res singularis in essendo quemadmodum aliæ creaturæ, & per consequens homo ille communis deberet esse materialis, in loco, & tempore. &c. ¶ Item intelligibile non est quomodo ille vnus homo esset in pluribus simul, ita vt singuli esset illa vniuersalis: erat enim sententia Platonis quod in his prædicationibus, Petrus est homo, Paulus est homo, ille idem homo prædicatur essentialiter de suis individuis. Sed arguitur sic. Nihil prædicatur essentialiter de aliquo nisi ei realiter insit, vt si Petrus est homo, res significata per prædicatum inest realiter rei significatæ per subiectum: si ergo illa humanitas separata est à Petro & Paulo, esse nó potest, vt realiter prædicetur de illis. Argumentum est Arist. 10. Metap. tex. 46. & Auicen. 5. Meta. Adeo opinio Platonis apparet impossibilis, vt fuerint nonnulli suspicati Arist. id imposuisse Platoni. Et certe August. qui fuit Platonicus. libr. 83. quæst. q. 46. dicit, quasi interpretans Platonem, Ideas non esse nisi rationes in mente Creatoris, nec esse distinctas ab essentia diuina, sed essentiã Dei esse Ideã omniũ rerum: quia est quodammodo omnia, atque adeo deus se intuens vt exemplar, res extra producit. Quæ est concors sententia Theologorum. Nec solus Christianus August. sed Seneca vbique Platonicus li. 8. epist. 66. dicit quod Deus exemplaria rerum intra se habet quas Plato Ideas vocat. Atqui S. Tho. lib. 4. de reg. princ. capit. 4. ait. Aristo. multa imposuisse philosophis. At vero creditu est difficillimũ, Aristotel. tempore ipso Platonis eiusque discipulis viuentibus rem tam absurdam imposuisse Platoni, nisi Plato dixisset. ¶ Tertia est opinio Nominalium. Occham in sua logica. capit. 14. & infra, quem inceptorem huius viæ Nominales venerantur, negat vniuersale & in rebus. Cuius sententia explicatur hoc modo, singulare dupliciter accipitur. Vno modo pro singulari in essendo, & est illud q̃ in se est indiuisum, ab alijs quæ distinctum, vt Petrus & quæcunque res mũdi, alio modo pro singulari in significando, & est terminus vnum significans vt nomen Petrus. Et contrario modo vniuersale, accipitur vno modo pro vniuersali in re, & est natura quam Reales autumant communem esse pluribus: & alio modo pro vniuersali in significãdo, & est nomen significans plura diuisim. Tunc ad quæstionem respondetur duabus conclus. Prima, nullum est vniuersale à parte rei, imo omnis res mundi est singularis. Secunda, Multa sunt vniuersalia in repræsentando, vt isti conceptus, homo animal, substantia. Vnde Buridanus in principio prædicabilium: vniuersale (inquit) est terminus qui ex modo suæ significationis natus est supponere pro pluribus vniuoce & diuisim.

¶ SENTENTIA Aristo. (vt ex locis doctrinæ suæ quam plurimis manifeste colligitur) in medio posita est inter opinionem Heraclìti, & Epicuri, & opinionem Platonis. Cuius sententia consistit in tribus conclusionibus, ex quibus elicitur. 4. qua, respondebimus ad quæstionem presentem. Prima conclusio. Quicquid est in mundo est realiter individuum & singulare. Cõclusio hęc probata est secundo argumento principali, & ijs quæ adiecta sunt aduersus Platonem quam idem tidem Arist. 7. met. & alijs multis locis aduersus eũ stabilitur. ¶ Secunda, vniuersalia nihilominus sunt in rebus, de quibus prædicãtur. Atqui cum hte sit introitus ad vniuersalia, notandũ est duplicé esse conceptũ: alius est formalis, qui est qualitas potentiæ cognoscitiuæ, qua res formaliter cognoscimus: & alius est conceptus obiectiuus, qui est formale obiectũ immediate significatũ per conceptũ formalẽ, puta per notitiam. Punctus ergo controuersiæ inter Nominales & Reales est, quod secundum Nominales huius conceptui mentali, homo, nullus conceptus obiectiuus respondet in rebus præter singulares homines quos (vt aiunt) immediate significat: Reales vero dicunt illam notitiam non significare homines singulares, sed rationem communem hominis, & illa est conceptus obiectiuus, quem cõceptus formalis immediate significat. At singulares homines sunt significata mediata & materialia: quia conueniũt in illa ratione quæ est formale significatũ. Et in fine quæstionis videbimus, quã sit inter eos minima differentia. Probatur tã conclusionẽ esse veram, & ex mente. Arist. Primo, satis deberet esse cõmunis animus concipiendi hominũ, qui maximũ pondus habet in Dialectica. Quãdo enim enuntiamus aut audimus, omnes homines esse eiusdẽ speciei, cunctaq; animalia esse eiusdem generis quid aliud significamus, aut concipimus, quam q̃ omnes homines conueniunt in vna ratione specifica hominis, & omnia animalia in vna ratioõe generica animalis? quã re vera intelligimus esse in rebus. Arqui quando dicimus, hoc animal esse in insula frequentissimum (indicato elephante) hæc herba nascitur in horto meo, certe non loquimur de singulari individuo, sed de specie in cõmuni. Et eadẽ ratione concedimus naturã non intendere conseruare singularia, sed speciẽ. ¶ At arguitur secundo. In his prædicationibus. Petrus est homo, Paulus est homo, termini accipiuntur pro rebus, & vt author est. Arist. 1. Elen. c. 1. vbi ait, q̃ termini accipiũtur pro rebus, & quod accidit in nominibus, id in rebus quoque arbitramur accidere: ergo sicut subiectũ singulare accipitur pro re singulari, ita prædicatũ vniuersale accipitur pro ratione aliqua vniuersali, quæ communis est Petro & Paulo. Respondent negando consequẽtiam: sed dicunt terminũ qui est prædicatum, prædicari de termino qui est subiectum, tamẽ in rebus nullam rationem communẽ prædicari de Petro. Sed profecto hoc probat argumentũ, quod sicut subiectum accipitur pro Petro, ita prædicatũ quod est nomen vniuersale accipitur pro aliqua ratione vniuersali quæ est in Petro & Paulo. At vero de hoc in prologo prædicamentorũ. 4. cap. Vbi manifestabimus nomina prædicari instrumentaliter tanquam signa, & res principaliter. ¶ Tertio arguitur. Definitio, puta animal rationale, explicat quidditatem hominis, non Petri solius, aut Pauli, sed rationis & naturæ communis hominis: ergo in rebus est vniuersale. Respondent. Nominales definitum illius definitionis esse illum terminum homo, quia accipitur immediate pro rebus singularibus. Hoc tamẽ nullatenus satisfacit, nam non negamus definitum propinquum essi illud nomen: sed requirimus definitum principale. Puta rem pro qua definitur illud nomẽ. Et arguitur sic: Definitio nó est individuũ, sed speciei, & vniuersalis, vt expresse ait Arist. 7. Meta. tex. 37. & 53. ergo animal rationale non definit homines singulares, sed hominem in commuti, pro quo accipitur illud nomen, homo. ¶ Et confirmatur. Quando audimus reubarbum esse purgatiuum choleræ, certe non concipimus illud nomen esse purgatiuum, sed herbam, non hanc aut illam sed genus quoddam herbæ: & cum enũtiamus, hominem esse speciem præstantissimam animalium, profecto non significamus hominem singulare, sed naturã hominis in commuti. ¶ Quarto arguitur. Scientia est de rebus, & non est de singularibus: ergo est de vniuersalibus, quæ sunt à parte rei. Maior est de

1. Cõclusi.

2. Cõclusi. Conceptus for. & obiectiuus.

se manifesta, nec Nominales ipsi negare possunt, habemus enim scientiam de cælis, de plantis, de elementis, &c. Vnde fides & scientia diuina est de Deo: nam deo habemus nunc scientiam obscuram, cuius visionem habebimus in patriã & breuiter scientiæ ideo dicuntur naturales, quia sunt de rebus naturalibus. Sed negant Nominales minorem, imo dicunt, quod obiectum proximum scientiarum est propositio obiectum vero remotum sunt res singulares. In contrarium tamen est. 1. Porphyrius. cap. de specie, vbi ait, quod de singularibus non est scientia: & Arist. 1. Poste. text. 11. &. 2. de Anima tex. 60. vbi ait, quod non est scientia nisi de vniuersalibus. Nec valet glossa, quod sit de propositionibus vniuersalibus: nam præpositio, de, non designat propositiones, quibus mediantibus cognoscimus res, sed potius designat res de quibus habemus scientiam. Quærenti nanque de quo est Geometria, non respondebis de propositionibus, sed de astris, neque respondebis, quod est de hoc aut illo astro, sed de astris in vniuersali. ¶ Et confir. 1. Obiectum potentiæ est vniuersale in re vt obiectum visus est color, non hic aut ille, sed in vniuersali: ergo vniuersale est in rebus: nam hic non possunt dicere quod vniuersalis propositio est obiectum visus. Et confirmatur. 2. quia hac ratione, vt inquit Paulus Venetus, opinio Nominalium incidit in opinionem Heraclìti & Epicuri: nam eo quod illi negabant vniuersalia in rebus, negabant subinde aliquam esse scientiam, quia videbant quod scientia deberet esse de rebꝰ incorruptibilibus. ¶ Quinto cõprobatur cõclusio authoritatibus Arist. quam plurimis, quæ nisi de vniuersalibus quæ sunt in rebus, glossari non possunt. Ait enim. 1. Poste. text. 5. vniuersalia esse à sensu remotissima & notiora esse quam particularia: quod explicans text. 39. ait vniuersale ratione cognosci, sicut singulare cognoscitur sensu. Vbi manifeste loquitur de rebus vniuersalibus & non de propositionibus: comparat enim vniuersalia, ad singularia, quod illa sint abstracta à materia: atque adeo solo intellectu cognita: hæc vero cognoscuntur sensibus, & text. 11. ait vniuersalia esse necessaria. Quod non potest tãtum intelligi secũdæ intentionaliter de propositionibus, quippe cũ ait esse necessaria, quia ex necessitate insunt rebus. Et tex. 35. ait vniuersalia esse magis entia, quam particularia: & text. 43. vniuersalia non sunt, inquit, hic & nunc sed semper & vbique. Vbi manifestã cõparat res vniuersales ad res singulares: quia homo aut animal in vniuersali abstrahit ab hic & nunc. Et. 2. de Anima, tex. 68. eadem inquit natura diaphaneitatis est in aere & aqua. Et. 7. Met. texc. 51. expresse ait, quod ratio communis animalis eadem est in omnibus speciebus. (Et quo in summa dicam) text. 57. concludit aduersus Platonem quod vniuersalia non sunt a rebus separata, sed sunt in singularibus, &. 10. met. text. 6. propterea dicit hominem vniuersalẽ non esse separatum, vt dicebat Plato, quia vniuersale debet esse in ipsis singularibus de quibus prædicatur. Egregie facit ad rem illud. 10. Meta. texto. 2. quod prima species in vnoquoque genere est aliarũ mesura, vt homo in genere animalium, quod nõ potest intelligi de individuis quæ sunt æqualiter perfecta. Et illud. 1. Met. c. 1. medicus nõ curat hominem in vniuersali sed Callian, & Socr. Re vera nemo qui fuerit in Arist. versatus, negare potest vniuersalia in rebus. Vnde Burleus qui in Sumul. fuit nominalis, & Paulus Venetus, egregius Gregorij Ariminensis discipulus, postquam Arist. legerunt non potuerunt non asserere vniuersalia ad modum realium. Et Paulus contractam opinionẽ non vocat nominalium, sed Occham istarum quam dicit esse Heraclìti & Epicuri. ¶ Postremum tandem argumentum est aduersus nominales: q̃ nihil ad mentem Porphyrij respondent in hac quæstione: non enim Porphyrius reuocauit in dubiũ an vniuersalia in significãdo essent in intellectu subiectiue (q̃ nemo negare potuit) sed an vniuersalia in prædicando essent obiectiuè solum in intellectu, an vero aliquo modo haberent esse in rebus. Et ideo subiunxit an subsistant essent que corpora, an vero incorporea.

¶ TERTIA conclusio vniuersalia nõ distinguuntur suis singularibus realiter, sed solũ ratione. Hęc conclusio & ex superioribus palã sequitur. Et adhuc confirmatur ratione, quæ ex Arist. aduersus Platonẽ colligitur. Vniuersale est voũ in multis & de multis. 1. Poste, tex. 25. & li. 2. tex. 27. & 7. Metaph. tex. 45. puta in multis singularibus. Sed si vniuersale esset realiter separatũ à singularibus, vt dicebat Plato, non posset prædicari de illis (vt inquit illic Aristot. sicut enim Petrus nõ est albus nisi per albedinem quæ est in illo, ita nec est homo, nisi per naturam hominis quæ est in illo: ergo vniuersale est in singularibus. Kursus ratio hominis secundum esse materiale q̃ habet in Petro non potest esse in Paulo, quia in Petro est facta hæc per cõditiones singulares, quæ repugnãt Paulo: ergo non habet q̃ sit vniuersalis vel cõmunis nisi per abstractionẽ intellectus à conditionibus singularibus quibuscunq; in diuiduis: abstrahi vero per intellectũ, nihil aliud est pro nunc, quã concipi conceptu cõmuni. Itaq; homo ipse singularis quatenus est obiectũ huius cõceptus vniuersalis, homo, dicitur vniuersale. Et dicitur ratio communis, & natura hominis, & hoc est, vniuersale distingui ratione à singularibus. Hoc significat Arist. 1. de Anima. 8. vbi ait vniuersale animal, aut nihil est, aut posterius est. Enimuero cum Plato dixisset vniuersalia esse perpetua antẽ productionem singularium Aristotel. contradicens, ait vniuersalia in actu esse posteriora singularibus à quibus abstrahitur intentio vniuersalis. Quod exponens Commentator, intellectus, inquit, est qui facit vniuersalitatem in rebus. Dixit, quod intellectus facit vniuersalitatem non in se, sed in rebus. Atqui sententia hæc est quam Aristotel. plurimis in locis concludit aduersus Platonem, vt primo Posterio. texto. 35. & text. 38. & 3. Metaphysico. text. 10. & libro septimo. text. 51. & text. 57. vbi ait, vniuersale nihil est præter singularia. Quod est dicere: Non realiter, sed sola ratione distinguitur à singularibus. ¶ Animaduertite quam sit minima differentia inter Reales & Nominales. Enimuero quod Nominales dicũt conceptum illum homo, & quemcunque vniuersalem abstrahi à conuenientia essentiali reperta in rebus, Reales dicunt, conceptum illum formalem significare rationem illam communem à qua formatur talis conceptus, neque aliam confingunt naturã communẽ. Illi in quã qui Arist. & veritatem penetrant. Quamobrem nõ deberent negare & Arist. & vniuersalẽ modũ loquẽdi philosophorũ. ¶ Est ergo. 4. conclusio qua respondetur ad quæstionem. Vniuersalia sunt in rebus, sed vniuersalitas est obiectiuè in intellectu. Conclusio est S. Thom. 1. part. quæstio. 85. articulo. 2. & alibi frequenter, vbi distinguit, quod vniuersale duo dicit scilicet naturam ipsam seu rationem communem, & præterea intentionem intellectus, à qua denominatur vniuersale. Primum vocatur substractum seu materiale significatum, & secundum vocatur formale seu per se significatum. Primum est in rebus,

3. Conclusio.

Differentia Nomi. & Rea.

4. Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum est obiectiuè in intellectu. Quod est dicere, res ipsæ singulares in essendo, quatenus sunt obiecta horum conceptũ, homo, animal, & similium, sunt vniuersalia. Quare vniuersale nunquam est à rebus separatum, sed solum per intellectum. Exemplum est illic accõmodatissimum Sanct. Thom. de vsu qui videt colorem pomi sine eius odore. Et si quæratur, vbi sit color qui videtur sine odore, manifestum est iaqult, quod color qui videtur non est nisi in pomo, sed tamen quod sit sine odore perceptus, hoc accidit ei ex parte visus, in quantum in visu est similitudo coloris & non odoris,

¶ PER hæc quæ dicta sunt, facilis est responsio ad alias quæstiones Porphyrij. Est nanque secunda quæstio in versione Boetij: an vniuersalia sint substantiæ: Quam Aristot. 5. Metap. textu. 45. negatiue determinat aduersus Platonem: vnde Ocham in sua logica. ca. 7. suam monit opinionem, vbi ex quod vniuersalia non sunt subsistentiæ secundũ Aristot. infert quod sunt accidentia, & per consequens quod soli termini sint vniuersalia. ¶ Nihilominus respondetur quod sensus quæstionis est vtrum vniuersalia, ea ratione qua vniuersalia, idest, in quantum à singularibus separata, sint substantiæ. In quo sensu determinat Aristo. partem negatiuam. Enimuero, si homo vniuersalis esset realiter separatus, vt dicebat Plato, tunc neque esset prima substantia (alias non esset vniuersale) neque esset secunda substantia: quia cum non esset realiter in individuis, non prædicaretur de illis quidditatiue. Si vero vniuersalia sola ratione separentur à singularibus (vt est rei veritas) tunc fundamentaliter vniuersalia primi prædicamenti sunt substantiæ: sed vniuersalia accidentiũ non sunt substantiæ. At vero ratio vniuersalitatis in omnibus prædicamentis est eius rationis, quod accidit rebus per operationem intellectus, vt conclusione. 4. ex posuimus est. Qua de causa vniuersalia primi prædicamenti non dicuntur simpliciter substantiæ, sed secundum quid, secundæ substantiæ, vt asserit illic statim Aristo. text. 46. & in prædicamentis. cap. 5. persoiacius monstrabitur.

¶ TERTIA quæstio apud Porphyrium est, an vniuersalia sint corporea? Ad quam Nominales respõdent, quod sicut aliqua vniuersalia sunt accidentia, vt termini mentales, alia vero substantiæ; vt termini vocales & scripti (qui sunt aer vel atramẽtum) ita illi sunt Vniuersalia incorporea, isti vero sunt corporea. At profecto nihil respõsio hæc ad mentem attinet Porphyrij, quippe qui nunquam de terminis dubitasset an essent corporei, nec ne. Sed neque reales videntur rem omnes punctim attingere. Multiplicat enim Albertus & qui eum sequuntur distinctiones plurimas corporum nihil ad rem conducentes. ¶ Triplicitèr ergo apud Aristot, accipitur corpus, vno modo tanquam genus substantiæ prædicamenti substantiæ, & alio modo tanquam genus prædicamenti quantitatis. Sed tertio modo accipitur à Philosophis pro eo quod pendet à materia sensibili & tempore loco, Vt sunt individua corruptibilia. Vnde si vniuersalia accipiantur materialiter pro substracto, seu significato materiali: tunc aliqua vniuersalia sunt corporea, vt homo & reliquæ corruptibles substantiæ: alia vero sunt incorporea vt intelligentiæ: atq, alia sunt accidẽtia corporea, vt color, sapor &c. aliaque incorporea vt scientia, habitus, & similia. Si vero vniuersalia accipiantur formaliter, puta secundum rationem qua sunt a singularibus abstracta, omnia in vniuersum sunt incorporea. Probatur, quia hæc ratione abstrahunt à materia & cõditionibus singularibus.

Corpus tripliciter.

Homo nanque, non dicit nisi animal rationale abstrahendo, ab hoc & ab illo corpore. ¶ Hanc obrem enuntiat Arist. 1. Poste. tex. 25. q̃ vniuersalia non sunt corruptibilia de per se, sed incorruptibilia, & tex. 43. dicit quod vniuersale non est hic aut nunc sed semper. Qua de causa scientia solum est de vniuersalibus, tanquam de rebus perpetuis: quod repetit. 2. de anima. text. 60. Sunt verom tamen corruptibila de per accidens ratione individuorum in quibus sunt. Etenim aliquid producì, est incipere esse, & corrumpi, est desinere esse. Idcirco species humana quamuis sit perpetua quantum ad cõnexionem prædicatorum essentialium, quod est dicere ab æterno est necessariũ hominẽ esse animal rationale, nihilominus natura humana non habuit esse actuale, nisi in creatione rerũ, puta in Adã: & eodẽ modo nunc corruptis hominibus corrũperentur species: quia perderent esse, licet semper maneret verum, hominem esse animal. Num vt. 2, lib. Summul. expositum est, illa propositio non dicit existentiã rerum, sed necessariam cõnexionem extremorũ. Atque adeo hæc est doctrina Aristot. 1. met. capit. 1. vbi ait, quod vniuersalia per se non generantur, sed individua: homo enim non generat hominem sed Gallum, & Socratem. Quæ doctrina maxime est memoriæ commendanda ad intelligentiã, cum aliorum plurium apud Aristo. tum præsertim doctrinæ Poster. ¶ Vltima quæstio Porphyrij ordine optimo subsequitur hanc tertiam. Dato enim vniuersalia esse incorporea, merito dubitatur, sint ne adeo incorporea vt intelligentiæ, vel tanquam Ideæ Platonis ad quod ex dictis facile respondetur non esse eo modo incorporea, tanquam subsistentia extra corpora, sed sunt sola ratione abstracta ab individuis. ¶ Ex his tandem colligitur sensus illius distinctionis Vniuersalis, in vniuersale ante rem, in re, & post rem. Vniuersale ante rem est vniuersale existens ante singularia, quod nullum est tale nisi secundum Platonem aduersus quem Aristo. protulit illa verba. 1. de Anima text. 8. vniuersale aut nihil est, aut posterius est: inde enim sumpta est hæc distinctio. Vnde Sanct. Thom. 1. artic. 2. alia ratione appellauit species angelorum vniuersale ante rem: videlicet quia non sumuntur à rebus. Vniuersale in re est natura fundamentaliter existens in rebus: sed vniuersale post rem sunt species intelligibiles à singularibus abstractæ, aut quod conformius est Aristot. natura vt actu abstracta. Possunt vniuersalia vt abstrahibilia sunt, quodammodo appellari vniuersalia ante rem: non quod existãt ante singularia, sed quia sunt perpetuæ veritatis, ad modum iam nunc expositum.

Vniuersalia incorru.

Vniuersale triplex

¶ AD primum igitur argumentum principale ante oppositum quæstionis respondetur, quod Arist. illic loquit de Ideis Platonis. Vbi obiter adnotauerim, nõ esse legendũ, gaudeant species, q̃ multos alios graues expositores fefellit, existimantes verbũ esse dictum propter excellentiã idearũ, quod debent gaudere cum sint separatæ: non enim laudat illic Aristot. sed condemnat Ideas. Et causa deceptionis fuit, quod verbũ Græcum, chæreto. vtrumq, significat scilicet gaudeant, & valeãt sed tamẽ illic legendũ est valeant, vt est illud Comici, valeant qui inter nos diuidiũ curãt: quia monstra, inquit, aut cantilenæ. i. figmenta sunt, & si sunt non pertinent ad propositũ vniuersalitũ: quia cũ nõ sint in rebus, non prædicantur de illis. Idcirco non negat Ari. vniuersalia quæ sola ratione distinguũtur, ab individuis, sed illa Platonis. ¶ Ad secũdũ respondetur, q̃ quamuis omnes res mundi sint singulares nihilominus per operationẽ intellectũ sunt vniuersales. ¶ Ad tertiũ respõdetur, q̃ quam-

quanquam res quæ sit realiter vna non sit in pluribus, tamen ratio hominis quæ sit vna per abstractionem intellectus est realiter in pluribus. Militat tamen argumentum contra Scotum ponentem vnitatem specificã realem sine operatione intellectus, vt. q. 2. statim videbimus. ¶ Ad postremum respondetur, quod quamuis opinio. Nominalium esset lucida & clara, ipsi iudicent an sit tam conformis & Aristot. & modo loquendi Philosophorum, & communi animo concipiendi. Quã quam si vera non est: profecto nec clara censeri debet.

Quæstio secunda.

Vtrùm in rebus ante operationem intellectus sit vniuersale, vnum in pluribus?

RGVITVR à parte affirmatiua. Vniuersale est id quod natum est esse in pluribus. 7. Metaph. text. 45. &. 1. Perther. cap. 5. sed circunscripto omni actu intellectus ea de se est apta nata esse in pluribus, ergo vniuersale absque operatione intellectus habet vnitatem in rebus, probatur minor, quia naturam habet aptitudinem ad pluralitatem: nil aliud est quam quod sibi non repugnet suapte natura esse in pluribus: sed talis est natura humana, & quæcumque alia specifica: ante operationem intellectus, quia natura est id quod ex primit definitio, definitioni vero non repugnat esse in pluribus. cum non determinetur magis ad hoc quam ad illud individuum: ergo. ¶ Secundo vniuersale secundum esse quod habet reale ante operationem intellectus prædicatur de pluribus: nam secluso operatione intellectus, Petrus est homo, & Paulus est homo: vnde Porphyrius cap. de specie, participatione (inquit) speciei, plures homines sunt vnus homo: ergo in rebus est vnitas specifica rerum, ante operationem intellectus. Tertio arguitur, vniuersale sub ratione vniuersalis est obiectum intellectus tertio de Anima text. 10. &. 11. sed obiectum precedit actum potentiç, cum intellectus ab obiecto moueatur ad intelligendum: ergo ante omnem actum intellectus est vniuersale.

¶ IN superiori quæstione disputauimus controuersiam inter Nominales atque Reales, in hac examinabimus, si qua est differentia inter Scholam Scoti & sanct. Thom. Et solet differentia constitui in duobus pũctis. Alterum videbimus quæstione sequenti: primum interim est quod Scot. 7. Met lect. 16. &. 2. sent. distinct. 3. quæst. 1. censet esse vnitatem specificam minorem vnitate numerali ex natura rerum præter operationem intellectus. Sed S. Thom. de ente & essentia cap. 4. opuscu. 55. &. 1. par. quæst. 85. & vbique negat esse aliquã vnitatem specificam nisi solum per operationem intellectus. Ad cuius intelligentiam memento vniuersale idem esse quod vnum in pluribus. ¶ Est ergo conclusio Scoti: Natura humana ex natura sua absque operatione intellectus habet quod sit vna in pluribus: quia esse vnam est esse de se indifferentem ad plura, & hoc habet ex se. Quod probat argumentis quæ supra proposuimus, alijsque pluribus eodem pede currentibus.

Scotus.

¶ Conclusio vero sancti Thomæ, est hæc: Naturæ & essentiæ speciei (& à fortiori naturæ generis) secundum suam propriam rationem absolute consideratæ, neque conuenit esse vniuersalem, nec esse particularem, sed vtrumq, conuenit ei de per accidens, scilicet, primum per abstractionem intellectus, & secundum per indiuiduationem in singulari. Probatur, primo Si natura per se conueniret esse vniuersalem, tunc vbicunque esset, esset vniuersalis: nam authore Arist. 2. Poste. quod per se culpiã cõuenit: semper cõuenit & per consequens cuicũq, cõueniret p se natura cõueniret pariter esse vniuersale, atque adeo Petrus, cui per se conuenit natura humana esset vniuersalis, & esset species (sicut rationale eo, quod per se conuenit humanitati, per se conuenit Petro) consequens tamen est falsum vt statim quæstione proxima monstrabimus ergo, &c. ¶ Et secundo arguitur. Si per se humanitati & secundum propriam rationem conueniret vniuersalitas tunc repugnaret illi esse singulare, siue per se sine per accidens: sicut repugnat ei esse irrationale, eo quod per se conuenit ei rationalitas, consequens est falsum: quia in Petro contracta est singularis ergo intentum. Similibus rationibus probatur quod natura secundum propriam rationem non conuenit esse individuam: quia tunc vbicunq, esset, esset individua: quod est falsum, quia abstracta per intellectum non est individua. Item quia tunc repugnaret illi esse vniuersalem etiam de per accidens, quod est falsum: quia quando abstrahitur, est vniuersalis. Hoc ergo est animaduertendum ad intelligentiam prædicabilium & prædicamentorum, quod naturæ, siue specifica sit siue generica, de per se solum conueniunt sua prædicata essentialia aut propria vt homini esse animal, esse substantiam, esse risibilem, &c. At respectus ad plura (quod est esse vniuersale) conuenit de per accidens per abstractionem intellectus, & esse individua de per accidens ratione materiæ signatæ, aut si aliud est principium individuationis. Atque adeo ratione vtriusque conueniunt ei accidentalia prædicata vt puta, ratione prioris, esse speciem aut genus: & ratione posterioris esse calidum, esse coloratum, &c. quæ accidentia non conueniunt homini, nisi ratione individui, cui primo insunt: ob id que dicitur primo subsistantia, idest, primum subiectum.

S. Thom.

¶ HÆC amplius corroborantur responsionibus argumentorum Scoti. Vnde ad primum respondetur quod natura ante ordinem ad intellectum secundum propriam rationem est indifferens negatiue ad plura, idest, de se non est determinata ad aliquod individuum: hoc tamen non sufficit ad rationem vniuersalis, sed requiritur, quod positiue sit indifferens, idest, quod habeat respectum & ordinem ad sua individua, & hoc non conuenit naturæ secundum suam propriam rationem, sed per abstractionem vt modo probatum est. Est ergo fallacia in argu. à negatiua ad affirmatiuam cum arguitur, de se est indifferens, idest, de se non est determinata, ad vnum: ergo de se est indifferens, idest, de se habet ordinem ad plura. Aclsi argueretur homo per se non est albus: ergo per se est nonalbus, est enim natura de se negatiue indifferens & ad esse vniuersale & ad esse individuum. ¶ Et hæc est sententia expressa Auicennæ. 5. Metaph. cap. 5. dicentis, equinitas est tantum equinitas, nec ex se vna nec plures, nec vniuersalis, nec particularis. Respondet Scotus, quod ex se non est vna vnitate numerali, nec plures numero, sed nihilominus est vna vnitate specifica. At profecto

Ratio vniuersalis.

Auicenna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecto apud rem considerantem, concesso quod de se non est in pluribus, manifeste sequitur quod de se non est species communis: nam species est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. ¶ Ad secundum respondetur quod quamuis vniuersalia secundum propriam & absolutam rationem prædicentur de individuis, nihilominus ratio vniuersalitatis conuenit eis per abstractionem intellectus. Sed ad tertium statim respondebimus. ¶ Colligitur ergo, quòd humanitas secundum esse reale, quod habet non est vna, sed eius vnitas est vnitas rationis, nec est vnitas realis in rebus, nisi numeralis. Atque hanc differentiam constituit Damascenus lib. 1. cap. 11. inter essentiam diuinam & creatam, quod illa vna & eadem numero est realiter in tribus personis: sed essentia creata non est vna nisi vnitate rationis.

Vnitas specifica.

¶ AT vero aliter arguitur, quod vniuersalia sint in rebus absque operatione intellectus, ex communi modo concipiendi qui plurimum habet ponderis in dialectica. Circunscripta quacunque intellectus operatione concedimus species esse multas animalium, multaque substantiarum & accidentium genera: quod primum enim Deus creauit mundum, nullo intellectu abstrahente vniuersalia, verum fuit tot res creatas esse rerum species & genera, verumque semper fuit dicere, omnes homines esse eiusdem speciei, omniaque animalia esse eiusdem generis: ergo absque intellectus negotio vniuersalia sunt in rebus. Mirum namque esset profecto, quod dormientibus hominibus non essent species rerum. Nec iuuat recursus ad intellectum diuinum, qui semper abstrahit vniuersalia: tum & si per impossibile conseruaret res non cognoscendo eas, essent nihilominus species & genera. ¶ Et confirmatur: quia homines esse eiusdem speciei, nihil aliud est quam quod Petrus sit homo: & Paulus sit homo: & animal esse eiusdem generis, nihil aliud est, quam quod homo sit animal, & equus sit animal. ¶ Respondebit quis forte, quod vniuersale pro substracto est quidem in rebus ante operationem intellectus: sed tamen intentio vniuersalitatis est solũ per operationem intellectus. Responsio tamen non satisfacit, contendit enim argumentum, quod absq; operatione intellectus res, & sint & simpliciter dicãtur species & genera. ¶ Propter argumentum hoc Paulus Venetus nobilis author affirmat, vniuersalia esse in rebus præter operationem intellectus. At vero existimo, ni fallor, respondendum esse duabus conclusionibus. Quæ licet nouitatem præseferant, haud tamen scio, an inter illa recipientur, quæ noua placere solent. ¶ Prima Conclusio. Res non est vniuersale in actu, nisi quando actu abstrahitur species intelligibilis à phantasmatibus. Probatur: esse vniuersale in actu, est esse intelligibile in actu (quia vniuersale est obiectum intellectus) sed res non est intelligibile in actu, nisi quando actu abstrahitur eius species, vt patet tertio de Anima tit. 8. vbi docet Aristot. quod per speciem intelligibilem abstractam per intellectum agentem, & receptam in intellectu possibili, intellectus possibilis fit intellectus in actu, & obiectum fit intelligibile in actu, id est, in actu primo ad procedendum intellectionem, ergo res non est vniuersale in actu, nisi per actualem abstractionem. ¶ Vnde ad tertium argumentum Scoti principale conceditur, quod vniuersale est obiectum intellectus sed quando infertur, ergo vniuersale præcedit operationem intellectus, distinguitur consequens: si enim intelligitur de vniuersali in actu, & de operatione intellectus possibilis, puta de intellectione, conceditur consequentia: nam antequam vniuersale intelligatur, est factum vniuersale in actu ab intellectu agente per abstractionem speciei intelligibilis: si vero intelligatur quod vniuersale in actu debet præcedere abstractionem intellectus agentis, negatur consequentia, imo hoc est vnum officium intellectus agentis facere vniuersale in actu, quod sit obiectum intellectus possibilis.

Vniuersale in actu.

¶ Quapropter licet hactenus dicebamus rem esse vniuersale in quantũ obijcitur conceptui vniuersali, proprius tamen dicitur quod sit vniuersalis in actu quatenus relucet in speciebus intelligibilibus abstractis à phantasmatibus ante intellectionem. ¶ Secunda conclusio, Res nihilominus ante quãcunque operationem intellectus sunt simpliciter species & genera, & ita sine addito sunt appellanda. Existimo conclusionẽ satis esse ex communi modo concipiendi demonstratam. Itaque licet sine operatione intellectus non sint vniuersalia in actu, tamen sufficit vt sint species & genera quod Petrus. v. g. sit homo, & Paulus sit homo, & homo sit animal & equus sit animal. Hoc enim sufficit vt res dicantur esse eiusdem speciei aut eiusdem generis, quod profecto est verum omni negotio intellectus cessante. Et manifestatur adhuc conclusio. Vniuersale enim est obiectum intellectus, vt dictum est, nihilominus non tantum est obiectum quando actu mouet, sed quia est motiuum intellectus, sicuti color non solum dicitur obiectum visus quando actu mouet visum: ergo eadem ratione non solum dicuntur esse species aut genera quando actu abstrahuntur, sed quia sunt abstrahibiles. ¶ Et. 2. probatur. Cæcitas secundum Aristot. 5. Meta. text. 14. est ens rationis: & tamen homo (quod Caiet. in principio de ente & essentia docte concedit) simpliciter est cæcus sine operatione intellectus, licet cæcitas non actu sit ens, nisi per operationem intellectus: item nomen propositio, syllogismus, &c. sunt nomina secundæ intentionis. Et tamen manifestum est, quod voces sunt nomina entia quando non actualiter cognoscunt nec immutant potentiam. ¶ Forsan non tam proprie conceditur sub his verbis, Absque operatione intellectus sunt vniuersalia, quod si dicas sunt species & genera, nam vniuersale videtur designare, quòd species & genera actu habeant intentiones vniuersalitatis: sed ad hoc quod sit species sufficit, quod sit fundamentum vniuersalitatis. ¶ Ex hoc sequitur quod hæc prædicatio, homo est vniuersale in actu, nõ solum est accidentalis, sed contingens: istæ vero homo est species, animal est genus, forte sunt prædicationes proprij: veluti istæ, color est obiectum visus, ens est obiectum intellectus, quæ pariter dicunt ordinem ad potentiam cognoscitiuam. ¶ Quod si quis arguat hoc incidere in opinionem Scoti, resp. 1. quod tanto melius: & præter eas semper restat differentia quod Scot. existimat in rebus ex natura sua sine ordine ad intellectum esse vniuersalia, quia sunt de se indifferentia: sed tamen nos contra opinamur rebus non conuenire esse vniuersalia nisi per ordinem ad intellectum: nam cum species aut genus dicant vnitatem in pluribus, natura humana non est actu vna nisi actu abstrahatur, nec est simpliciter species, nisi quia in potentia est abstrahibilis per intellectum à singularibus. Quocirca in subsequentibus semper loquemur de vniuersalibus in actu, dicentes quod species & genera fiunt per abstractionem intellectus: nam fieri est fieri in actu.

Quæstio

Quæstio tertia.

Vtrùm nomina secundarum intentionum vniuersaliũ supponant personaliter pro singularibus indiuiduis?

QVÆSTIONES duæ antecedentes fuerunt Metaph. de vniuersalibus, hæc vero est Dialectica, quam lib. 1. & 2. Summularum, quãtum Summulistis necessarium erat, tetigimus: sed nunc proiectioribus discipulis præsentia examinabimus. Et arguitur quod huiusmodi nomina supponant personaliter pro singularibus, vt sit verum dicere, Petrus est species, Petrus est genus, &c. Primo vniuersalia vt dictum est secundum Aristot. nihil sunt præter singularia, sed sunt prorsus idem realiter cum illis, ergo nomina vniuersalium supponunt pro singularibus: vt bene sequatur, homo est species, Petrus est homo, ergo Petrus est species. ¶ Secundo arguitur. Vniuersale nihil aliud est, quam res ipsa singularis in quantum est obiectum speciei vniuersalis, aut vt vniuersalis cõceptus: sed hoc nihil aliud videtur esse quam quod Petrus in quantum homo est species, & in quantum animal est genus: ergo Petrus simpliciter est species & genus, à reduplicatiua ad sũa præfacentem. ¶ Et. 3. arguit. species (inquit Porphyrius) est quod prædicatur de pluribus differentibus numero: sed prædicationes rerum sunt mediantibus nominibus: ergo nomen speciei prædicatur de individuis vt verum sit dicere, Petrus est species. ¶ In contrarium est hæc eadem authoritas Porphyrij. Nam species est, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, & genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie. Sed Petrus nec prædicatur de pluribus differentibus specie ergo Petrus nec species nec genus.

¶ QVÆSTIO hæc præcedens intelligenti facilis est. Quæ duos habebit articulos: primus versabitur in expositione terminorum, alter vero modum explicabit loquendi de vniuersalibus. Primo pro intellectione terminorum notandum est, quod intentio aliter accipitur apud Philosophos morales, scilicet, pro actu voluntatis respectu finis, & aliter hic apud dialecticos: nam hic intentio seu attentio significat quemcunque conceptum intellectus, quo tendit res. Vnde prima intentio, est primus conceptus qui habetur de re, puta quo in rebus cognoscimus ea, quæ ex natura sua eis conueniant, aut accidant: vt hi conceptus, Petrus, homo, album, & similes. Et. 2. intentio est secundus conceptus qui habetur de re. Et dicitur secundus, quia supponit priorem, verbi gratia, postquam intellectus concipit hominem reflectitur supra rem cognitam. Et videns, quod talis natura, sic abstracta, conuenit pluribus numero, formar illum conceptum speciei, quo significatur illa proprietas in re quæ est conuenire pluribus. Atq; ille dicitur secunda intentio. Itaq; hæc notitia comparatiua secunda non facit vniuersale, imo supponit esse vniuersale. tam abstractum in quantum cognitum conceptu vniuersali, sed intellectus per talem notitiam comparatiuam cognoscens illam proprietatem rei attribuit illi nomen speciei, sicut cognoscens Petrum habere albedinem imposuit illi nomen album. Doctrina est S. Thom. opus. 48. artic. 1. & in hoc desipiunt qui putant per notitiam comparatiuam fieri vniuersale, vt statim videbimus. ¶ Eadem arte, postquam intellectus format hanc propositionem, homo est animal, reflectitur super res significatas, & cognoscens animal prædicari de homine, & hominem subijci, imponit alteri nomen prædicati, & alteri nomen subiecti: & pari ratione imponit alia nomina secundarum intentionum quæ conueniunt rebus. ¶ At quatres sæpe nominamus nominibus conceptuum, sicut statuam appellamus artem, fit vt res ipsas nuncupemus intentiones. Ita vt intentio accipiatur dupliciter. Vno modo formaliter pro concepta, & alio modo obiectiue, & hoc modo accipitur in præsentiarum. ¶ Est igitur prima intentio id quod primo concipitur de re, id est, quod conuenit rei de se sine respectu ad operationem intellectus. Et secunda intentio est id quod secundo concipitur de re, id est, proprietas quæ consequitur in re per operationem intellectus.

Prima & secũda intentio.

¶ Atqui nomen primæ intentionis est id quod significat primam intentionem, id est, proprietatem primi generis, vt homo, animal: & nomen secundæ intentionis est, id quod significat seu connotat secundam intentionem, id est proprietatem secundi generis, vt species, genus: sicut ly album dicitur nomen albedinis.

¶ Ex quo sequitur primo, quod si intentio accipiatur formaliter, vtraq; est ens reale: vt pota subiectiue & realiter existens in intellectu: si vero accipiatur obiectiue, prima intentio est ens reale, sed secunda intentio est ens rationis. ¶ Sequitur secundo, quod prima intentio non est relatio. Nam natura animalis, & quæcunque res mundi, est prima intentio, quamquam denominatur sic per respectum ad intellectum quia est primum cognitum: sed secunda intentio est relatio rationis. ¶ Sequitur tertio, quod secunda intentio non est relatio qua vniuersale refertur ad intellectum, sed qua refertur ad sua inferiora, respectu quorum dicitur species & genus: & ad quæ comparatur per intellectum: cuius fundamentum remotum est res ipsa & fundamentum propinquum est cognitio qua res abstrahitur à singularibus. ¶ Sequitur quarto: quod ens rationis non est effectus directe intentus ab intellectu in genere causæ efficientis: sicut conceptus formalis qui est subiectiue in intellectu, aut sicut opificium exterius quod arte producitur ab illo: sed est illud quod producitur aut consequitur ad operationem intellectus. Ex hoc enim quod intellectus abstrahit speciem intelligibilem aut formar conceptum vniuersalem, qui sunt effectus directe intenti, consequitur in re illa nominatio vniuersalis. Et ideo dicitur ens diminutum, non tamen est vera fictio sicut chimæra propterea quod habet fundamentum in re, quod est ratio hominis, aut ratio animalis, &c. Vnde cum tria sint entia rationis, vt colligitur ex S. Thom. de veritate quæst. 21. artic. 3. pura negatio, & priuatio & relatio. Negationi Ens rationis triplex. nullum prorsus fundamentum correspondet in re, sed est ens fictum ab intellectu vt chimæra, priuatio vero, vt cæcitas, est quidem ens rationis: quia priuatio entis realis puta visus: sed tamen habet vtrunque fundamentum in re, scilicet, remotum, quod est animal propinquum: quod est aptitudo ad videndum. Sed vniuersalitas quæ est relatio rationis, medio modo se habet:

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam habet in re fundamentum remotum: puta naturã denominatam, sed fundamentum proximum est cognitio: quia abstrahitur per intellectum.

¶ D V O restant hic dubia. Vnum de illo quod hactenus frequenter diximus, nempe vniuersale fieri per abstractionem. Sunt enim hoc tempore qui putant intentionem vniuersalitatis non resultare in re, nisi per notitiam comparatiuam qua intellectus v.g. comparat hominem, aut animal ad sua inferiora, quod putant esse opinionem S. Tho. At vero profecto nec apud Aristot. nec apud S. Thom. potest esse dubium quominus vniuersale fiat per abstractionem.

¶ Primum, fieri aliquid vniuersale est id fieri commune: & indifferens, id est habens se æqualiter ad plura, sed esse sic commune nil aliud est quam esse denudatũ à conditionibus singularibus, per quas contractum erat & singulare: denudatur autem per abstractionem: ergo. ¶ Et confir. quia sicut natura per contradictionem in hac materia & sub his conditionibus singularibus determinatur & individuatur: ita per oppositam abstractionem fit actu indeterminata, & per consequẽs vniuersalis. ¶ Et secundo arguitur authoritate Aristot. 2. physi. text. 18. dicentis quod abstrahentium non est mendacium. Vbi S. Thom. & glossatores dicunt quod intellectus per abstractionem separat vniuersale à singularibus. Atqui re vera abstrahere vniuersale à particularibus idem prorsus est quod facere vniuersale retentum quemadmodum Plato asserebat vniuersale esse separatum realiter ab individuis, ita ratione illud separare est facere vniuersale.

Abstractio duplex.

¶ Sed tamen multominus dubium est hanc esse sententiam Sanct. Thom. etiam in locis ipsis quos illi citant in contrarium nam. 1. part. quæst. 85. arti. 1. ad. 1. argumentum dicit quod abstrahere contingit dupliciter, vno modo per modum compositionis aut divisionis: & isto modo abstrahere rem ab alio, à quo non est separata efficit falsum, vt si quis diceret colorem non esse in pomo. Alio modo contingit abstrahere per modum simplicitatis, sicut cum intelligimus vnum nihil considerando de alio: quam abstractionem Scot. alio nomine vocat præcisionam: vt cum quis considerat colorem, nihil considerando de pomo: & hæc abstractio potest fieri sine mendacio. Et hoc modo, inquit, abstrahit intellectus vniuersale à particulari. Et itatim articulo secundo ad secundum: Quod humanitas (inquit) apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est ipsum abstrahi, ad quod sequitur intentio vniuersalitatis, accidit humanitati secundum quòd percipiatur ab intellectu, in quo est similitudo naturæ speciei, & non individualium principiorum. Ecce nihil dicit de comparatione, sed quod per hoc quod res abstrahit est vniuersalis. Et opusc. 55. expresse dicit, quod natura quæ singularis erat efficitur vniuersalis, per actionem intellectus depurantis ipsam à conditionibus quæ sunt hic, & nunc. ¶ Falluntur tamen isti, bona venia bonorum alias autorum dixerim (vel ego fallor) quia statim infra dicit S. Thom. quod species non est vniuersalis ex hoc quod est in anima, sed ex hoc quod comparatur ad multa singularia. Inde inferunt quod requiritur notitia comparatiua. Quod tamen minime sequitur, quia illic loquitur de specie, quæ est subiectiue in intellectu & illam dicit esse vniuersalem: quia cõparatur. Non tamen per hoc intelligit actualem comparationem intellectus: nam certè species illa abstracta sine eo quod cognoscatur ab intellectu est vniuersalis, sed per comparationem intelligit (vt ipse statim subiungit (vniformem rationem quam de se habet ad omnia, quæ repræsentat. Eodem modo, res ipsa relucens in illa specie habet vniformem rationem ad omnia individua, & per consequens est vniuersalis. Expresse hoc dicit S. Thom. opusc. 42. cap. 5. natura (inquit) vniuersalis propter vniformitatem rationis, quæ fit per remotionem à materialibus conditionibus, est vnum in multis. Non ergo habet vniformem rationem per notitiam comparatiuam, sed per abstractionem. Et idem dicit. 1. part. quæst. 85. art. 3. ad primum & ad quartum.

¶ D V B I V M ergo secundum est vtrum per abstractionem speciei vniuersalis, aut quando res cognoscitur conceptu vniuersali, aliquid pullulet in re, à qua denominetur genus aut species. Scot. enim ita videtur docere, saltem Scotistæ ita interpretantur auctorem. Ait enim in. 1. dist. 25. quod ens rationis causatur per operationem intellectus. Et quia dicit, causatur: putant nescio quid pullulare in re, quod vocant generelitatem aut specielitatem. Et quæst. 13. idem videtur docere, nempe quod per cognitionem producitur res in esse cognito. Et in prædicabilibus quæst. 9. expresse dicit, quod vniuersalitas est obiectiue in intellectu & subiectiue in re. ¶ At vero quicquid sit de auctoribus, statuitur hic conclusio negatiua, ens rationis quod est vniuersalitas, nullum esse subiectum habet in rebus sed solum est obiectiue in intellectu. Hoc est dicere vniuersalitas (quam vocat generelitatem aut specielitatem) est sola denominatio ab extrinseco, nec aliquid pullulat in re à qua res denominatur vniuersalis: sed dicitur genus, quia est obiectum speciei intelligibilis, aut huius conceptus vniuersalis, animal est species quatenus est obiectum illius conceptus, homo. Quemadmodum ego dicor subditus ab intrinseco quia habeo prælatum: nec relatio qua ego referor ad prælatum est aliquid distinctum à me. Et forsan Scotus nõ vult aliud quando dicit vniuersalitatem esse in re, nisi quod res denominatur vniuersalis. Nam. 4. sentent. distinct. 1. quæst. 1. dicit vniuersale esse ens diminutum, quod habet solum esse obiectiuum in anima. ¶ Hæc conclusio non aliter probatur, nisi quia sicut est sensualis hominis nihil credere, nisi quod est ante pedes, vt Heraclitus: ita & vani est hominis credere in scientijs, nisi quod ratio aut fides catholica persuadet, maxime in multiplicatione rerum, & profecto nulla ratio persuadet, vt intellectus per cognitionem aliquid producat in rebus (sat enim Aristot. 3. de Anima. text. 2. intelligere esse quoddam pati) sed sicut res dicitur cognita, quia objcitur cognitioni ita denominatur genus aut species in actu: quia objcitur huic aut illi cognitioni. Hæc est sententia S. Thom. opusc. 48. tract. 2. cap. 1. vbi ait rem esse in anima tripliciter. Vno modo sicut effectus in causa: vt domus est in mente artificis. Alio modo subiectiue, vt scientia. Et tertio modo obiectiue, vt ens rationis. Et infra. Ens rationis, quod est ens in anima, non est res, sed intentio cui nihil extra animam correspondet, nisi pro fundamẽto remoto. Quod si quæratur (inquit) vbi est subiectiue, respondetur, quod nusquam, sed est in intellectu solum obiectiue, alias esset ens reale. Hæc ille. Idem repetit opusc. 56. & 1. sent. dist. 2. art. 3.

Appellatio

¶ A R T I C V L V S secundus huius quæstionis est de modo loquendi per omnia vniuersalium, cuius cognitio quam plurimum est necessaria, non solum Dialecticis, sed in vniuersum cuiuscunque scientiæ professoribus: quippe ex cuius ignorantia & in philosophia

losophia & in theologia multi paralogizantur. Est ergo animaduertendum, quod de vniuersalibus contingit sermo, aut per nomina primæ intentionis, aut per nomina secundæ intentionis. Per nomina quidem primæ intentionis tribus modis: nempe enuntiando, aut concretum de concreto, aut abstractum de abstracto, aut abstractum de concreto. Quorum omnium exempla in his quatuor nominibus satis parebunt, videlicet Socrates, homo, animal, & rationale. ¶ Primum membrum facillimum est, manifestum enim est has prædicationes, homo est animal, homo est rationalis, & similes esse formaliter veras. Nam superiora formaliter & quidditatiuè prædicantur de suis inferioribus: & omnia de suo subiecto. ¶ Secundum ergo membrorum est, vtrum istæ sint concedendæ, humanitas est animalitas, humanitas est rationalitas, rationalitas est animalitas. Neque debent barbara hæc nomina censeri: quia non possunt à Philosophis rerum naturę, quatenus sunt formæ suppositorum, alijs nominibus significantius nuncupari, quibus proinde vsus fuit Boetius, & alij graues Latini. Atqui in his abstractis est alterum punctum quo Scotus differt ab omnibus alijs realibus: negat enim illas prædicationes in abstracto. 1. senten. dist. 2. quæst. 7. & d. 5. quæst. 1, Cuius ratio est quia animalitas, inquit, & rationalitas, & humanitas, differunt formaliter. ¶ Ad cuius intelligentiam breuiter notato, apud S. Thom. imo apud omnes philosophos ante Scotum, tantum esse duas distinctiones, pura rationis & realem. Distinctio rationis est inter ea quæ sola operatione intellectus distinguuntur, vt quando dicimus Petrum esse eundem sibi, amicum sibi, aut amicum sibi, distinguimus Petrum à seipso sola ratione: quia loquimur de illo tanquam de duobus: distinctio vero realis est inter ea quæ circunscripta operatione intellectus re ipsa distinguuntur: vt Petrus & Paulus: quamuis hęc habeant multas species: nam alia distinguuntur essentialiter & specifice, vt homo vt equus: alia solo numero vt Petrus & Paulus: alia genere vt substantia & qualitas vt latius explicabimus in prædicamentis cap. 4. Scotus vero scrutatus est distinctionem mediam: quæ nec est rationis nec omnino realis quam vocat formalem. Vt primo distinguit inter distinctionem rationis & distinctionem ex natura rei. Et distinctionum ex natura rei apud ipsum alia est realis alia que formalis. Distinctio realis est inter illa quę distinguuntur tanquam duæ res: vt homo vt lapis; sed distinctio formalis est inter ea quæ sunt vna res: nihilominus aliquid est de essentia & definitione quidditatiua vnius, quod non est de essentia alterius. Ad propositum descendendo dicit, quod humanitas, & animalitas non distinguuntur sicut duæ res, imo humanitas est res, quæ est animalitas: sed tamen quia in definitione humanitatis includitur rationalitas, quæ non includitur in definitione animalitatis, propterea distinguuntur formaliter, & non solum ratione per operationem intellectus. Itaque hæc est falsa, humanitas est animalitas, quæ facit sensum formalem, sed hæc est vera humanitas est res quæ est animalitas, quæ facit sensum identicum. Et eadem ratione, hæc est falsa rationalitas est sensualitas: & à fortiori hæc rationalitas est animalitas. Similia dicit dist. 8. quæst. 4. de attributis diuinis, quod ad præsentem non pertinet disputationem. At vero S. Thom. vt colligitur ex de ente & essentia. c. 3. & ex alijs locis censet, quod sola ratione distinguuntur, humanitas, animalitas, & rationalitas. Ait enim quod compositio humanitatis ex animalitate & rationalitate, licet quodam modo (vt infra videbimus) sit similis compositioni materiæ & formæ non tamen est omnino sicut compositio physica Petri ex materia & forma, alias (inquit) animal non prædicaretur de homine, sicut materia non prædicatur de Petro: sed est compositio ex re confuse intellecta: & ex eadem re determinate intellecta, quod est dicere, animalitas dicit naturam sensitiuam in confuso, idest, non determinando quod sit hæc aut illa, rationalitas vero dicit naturam sensitiuam determinatam per formam rationalem, & hæc est eadem humanitas, & ideo in Petro nullo modo reperitur animalitas nisi eadem illa quæ est humanitas, quare humanitas & rationalitas solo intellectu differunt. Et quia distinctio solius rationis non sufficit falsificare propositionem, istæ omnes prædicationes sunt formaliter veræ, humanitas est animalitas, humanitas est rationalitas, rationalitas est animalitas. ¶ In cuius persuasionem arguitur, Primo, Tot sunt & non plura distinctionum genera, quot sunt distinctiones rerum: sed Aristote. 5. Metaph. text. 14. & lib. 6. text. 6. non ponit nisi duo genera entium, puta entia rationis & entia realia, ergo neq; sunt plures distinctiones quam rationis & realis. Et confir. quia re vera vt nomen sonat, distinctio ex natura rei, idem est quod distinctio realis: & ideo siqua est distinctio præter operationem intellectus, ea est appellanda realis. Cum ergo humanitas & animalitas non distinguantur realiter, fit vt sola distinguantur ratione.

Definitio realis & formalis.

¶ Sed arguitur ad rem, quod humanitas & animalitas non distinguantur ex natura rei, absque operatione intellectus: nam id maxime esset propter rationem Scoti, quia aliquid includitur in definitione hominis quod non includitur in definitione animalis sed tunc eadem ratione, homo, in concreto distingueretur formaliter ab animali, quod asserere nemo potest, cum homo formaliter, & quidditatiue sit animal. Discipuli Scoti hoc victi argumento concedunt, quod quamuis homo distinguatur formaliter ab animali, & humanitas ab animalitate, nihilominus animal non distinguitur formaliter ab homine neque animalitas ab humanitate: quia superius nihil includit quod non includatur in inferiori. ¶ Sed profecto hoc est testimonium, quod definitio sua est mere gratis ficta, nam distinctio formalis debet esse mutua: quare si animalitas non distinguitur ab humanitate, profecto neque humanitas ab animalitate. ¶ Est præterea argumentum, quod cum huiusmodi Metaphysicæ distinctiones sint obscuræ & creditu difficiles, non sunt plures in scholas admittendæ quam illæ quas ratio conuicerit. ¶ Concludimus ergo, quod illa prædicata in abstracto formaliter prædicantur de se inuicem sicut in concreto. Vnde ad argument. Scoti respondetur quod quamuis humanitas distincte & determinate aliquid includat, quod determinate non includit animalitas, tamen animalitas confuse & indeterminate includit totum quod humanitas, dicit enim naturam sensitiuam quamcunque, & nulla est talis in re nisi illa animalitas quæ est in homine & ipsa est humanitas, & animalitas quæ est in equo & ipsa est equinitas: nam eadem est anima, à qua homo est sensibilis, & à qua est rationalis. ¶ Adducit Scot. illud Auicennæ. 5. Metaphysicæ, equitas est tãtum equinitas. Sed respondetur quod quamuis Auicenna non habeat tantam authoritatem in vniuersalibus quãtam in singularibus, quia medicus non curat hominem in vniuersali sed Socratem, nihilominus non vult negare quod equinitas sit animalitas, sed id solum intendit quod equinitas de se nec est vniuersalis nec individua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dua, sed solum conuenlunt illa prædicata essentialia, puta quod sit equinitas & animalitas, &c.

¶ TERTIVM membrum in nominibus primæ intentionis est, quando abstractum prædicatur de concreto, vt homo est humanitas, & de hac Reales omnes conuenlunt esse falsam. Et fateor non esse hoc facile creditu, hic vel maxime, qui non sunt in Arist. prisci, philosophis versati, quia manifestum est humanitatem non distinguat ab homine, sicut à corpore distinguitur color, quia humanitas est essentia hominis. Sed negant illam solum propter diuersum modum significandi terminorum: quia abstractum significat humanitatem per modum formæ, & concretum significat hominem per modum habentis formam, & per consequés humanitas significat humanitatem quodammodo ad modum partis, & homo ad modum totius. Atqui inter sapientes potius conceditur quod homo habet humanitatem, quam quod homo sit humanitas, & Aristot. 2. de Anima. text. 24. dicit. quod humanitas non net, nec ambulat sed homo. Propter hos modos loquendi antiqui negabant illas propositiones. Et quia illa est falsa secluso operatione intellectus, dicebant quod humanitas distinguitur ab homine. Et S. Thom. & omnes quotquot illam præcesserunt, vocant illam distinctionem realé, vt patet. 1. par. quæst. 3. art. 3. & alibi frequenter. Scotus vero vocat suo nomine distinctionem formalem. Et forsan in hoc puncto particulariter disputatio est de nomine. Non enim concedendum est distinguit tanquam rem & rem: quia homo & humanitas non sunt duæ res, imò in sensu identico prædicatio est vera, vt si dicas, homo est res quæ est humanitas. Scilicet distinguuntur (dicunt) tanquam includens & inclusum, quia homo vt delicet dicit suppositum, & suppositum dicit id, quod habet humanitatem, in hac materia cum his accidentibus, quæ quidem in humanitatis ratione non includuntur. Qui quidem modus loquendi potissimum necessarius est in materia incarnationis, à qua vix nos possumus extricare, quo modo Christus assumpsit humanitatem & non suppositum, nisi negando suppositum esse naturam. Sed de hoc in prædicamento quantitatis & reliquis sequentibus ampliorem faciemus sermonē; quo modo videlicet abstracta prædicentur de concreto.

¶ SVPEREST secunda pars de terminis secundæ intentionis. Et quidem de prædicatione abstractorum, & de se mutuò, & de concretis nulla est difficultas, ista enim est disparata, species itas est genereitas, seu intentio speciei est intentio generis, quia sunt diuersæ intentiones: & pariter istæ, genus est genereitas, & species est specieitas, ad modum istorum, albedo est sapor, album est albedo. ¶ Restat ergo vt dicamus de nominibus secundæ intentionis in concreto, quemadmodum prædicentur de nominibus primæ intentionis, vt dicendo, homo est species, animal est genus, &c. quod est principaliter intentum in hac quæstione. Et quidem secundum nominales nulla est quæstio, sane qui dicunt in his prædicationibus homo est species, animal est genus, subiecta materialiter supponere. Atque adeo in tyllogismis: homo est species, Petrus est homo, ergo Petrus est species: item animal est genus: homo est animal: ergo homo est genus, medium tenere æquiuoce. ¶ Sed tamen quia hoc tam impugnatum est, nec modus concipiendi est illa nomina, homo animal esse speciem & genus, sed res ipsas ad quæstionem respondetur duabus conclusionibus. Prima. Nomen secundæ intentionis vniuersalis non supponit pro individuo: sed pro sola natura cui conuenit illa intentio, vt hoc nomen, species non supponit pro Petro sed pro homine in vniuersali. ¶ Ad probationem huius conclusionis notanda est hæc regula. Nomen secundæ intentionis quodcunque positum in vno extremo appellat proprium conceptum alterius extremi super suum proprium significatum: vt in hac propositione, homo est species, prædicatum appellat conceptum vniuersalem, homo ad suum significatum, quod est dicere, facit vt subiectum supponat pro homine, in quantum concipitur illo conceptu vniuersali, homo. Ratio regulæ manifeste colligitur ex his quæ supra adnotauimus: nam nomen secundæ intentionis non conuenit rei, nisi inquantum substat illi intentioni, & res non substat intentioni nisi in quantum est obiectum conceptus: vt res quæ est homo est species, in quantum obijcitur illi conceptui, homo, per quem abstrahitur à singularibus. Quo fit vt prædicatum faciat subiectum supponere simpliciter. Suppositio enim simplex, vt dictum est. 2. lib. Summul. est suppositio termini pro suo primario significato: primarium autem significatum de ly, homo, est homo in quantum abstrahitur à conditionibus singularibus, quod nihil aliud est quam homo in quantum concipitur illo conceptu vniuersali: ergo de primo ad vltimum, nomen supponere simpliciter est supponere pro suo significato, cum appellatione proprij conceptus. Dixerim subiectum supponere simpliciter: nam prædicatum, species, personaliter supponit, cum supponat pro suis suppositis, in his, homo est species, equus est species. ¶ Probatur ergo conclusio. Sensus huius propositionis Petrus est species, est quod Petrus quatenus concipitur illo conceptu singulari, Petrus, est species, sed hic est falsus: ergo nomen species non supponit pro Petro. Eadem ratione nec illud nomen supponit pro genere, neq; nomē generis pro specie nec pro individuo: quia propter appellationem subiecti omnes istæ sunt falsæ, animal est species, homo est genus, Petrus est genus. ¶ Secunda conclusio. Nomen secundæ intentionis individui nec supponit pro specie nec pro genere. Exempli gratia. Hæc nomina individuum, singulare, prima substantia, sunt nomina secundæ intentionis: quia significant individuum ea ratione, qua est subiectum omnium prædicatorum, tam essentialium quam accidentaliumi & ideo appellat proprium conceptum alterius extremi, sicut nomina vniuersalium. Nullum ergo istorum supponit pro specie aut genere. Sensus enim huius, homo est individuum, aut singulare, est quod homo in quantum concipitur illo conceptu, homo, est individuum. Et eadem ratione hæc est falsa, animal est substantia. Eadem arte loquendum in alijs nominibus secundæ intentionis, quæ faciant eandem appellationem. Vt quando dicitur, color est obiectum ad æquatum visus: ens subiectum Metaphysicæ, sensus est de colore aut ente in vniuersali. Quare subiectum in his locutionibus supponit simpliciter.

¶ AD primum argumentum in contrarium respōdetur quod causa ob quam negamus nomen speciei supponere pro individuo, non est: quia species ex natura rei distinguatur ab individuo: sed quia ex defectu appellationis non sequitur, homo est species Petrus est homo, ergo Petrus est species. Nec sequitur negatiue: Petrus non est species, Petrus est homo: ergo homo non est species: nam vtrobique variatur appellatio subiecti. Nomina enim hæc secundæ intentionis eodem modo appellant in negatiuis sicut in affirmatiuis. Appellatio

¶ Sed arguitur contra hoc. Primo. Sequeretur consequentiam hanc, eadem ratione non valere, homo est animal

animal rationale, Petrus est homo: ergo Petrus est animal rationale: quia cum definitio explicet naturam speciei: videtur quod appellet sicut nomen speciei. Respōdetur negando sequelam. Imo syllogismus est bonus: quia illa definitio: animal rationale: constat ex nominibus primæ intentionis: & ideo non appellat, sed subiectum supponit personaliter. ¶ Secundo arguitur. Homo est species: ergo omnis homo est species: rursus, Omnis homo est species: ergo Petrus est species. Prima consequentia tenet: quia in materia naturali indefinita æquipollet vniuersali: & secunda per descensum.

¶ Respondetur consequentiam primam nō valere, subiectum enim in antecedenti supponit simpliciter: & in consequenti personaliter: nam signum vniuersale distribuens subiectum pro suis individuis impedit appellationem prædicati: at vero signum confusionis impedit appellationem: imo subiectum huius tamen homo & species animalis rationalis supponit simpliciter. Et exponenda est hoc modo, homo est species animalis rationalis, & nulla alia ab hac est species rationalis.

¶ Tertio arguitur. Sequeretur illam propositionem, homo est species, non posse conuerti: quia maxime conuerteretur in hanc species est homo sed hic prædicatum videtur supponere personaliter, nam subiectum non videtur appellare supra prædicatum.

¶ Hic posset quis forsan dicere, conuersionem hanc nō valere. Et ratio posset adduci, quia prædicatum est sicut forma subiecti, & ideo potest ipsum qualificare. Non tamen vice versa, subiectum quod est vt materia, potest qualificare prædicatum. Vnde concedimus, quod homo est pictus quia prædicatum alienat subiectum, sed negamus quod homo pictus sit homo, & concedimus quod homo est nomen vocale: quia prædicatum facit subiectum stare materialiter: sed tamen negamus quod nomen vocale est homo. ¶ Nihilominus tamen censeo has regulas non esse tam exacte intelligendas, sed consulendæ sunt potius aures. Et tamen ita verum sonat: species est homo, sicut homo est species. Cōcedimus enim hanc pulchra species animalis est equus. Infimum genus viuentium est planta & similes. Et ideo consulto diximus in regula: quod nomen secundæ intentionis appellat supra alterum extremum, siue subiectum sit siue prædicatum. ¶ Quarto tandem arguitur. Sequeretur quod sub subiecto illius, homo est species, nullus posset fieri descensus: quin variaretur appellatio. Respondetur quod potest fieri per singularia vaga supponentia itidem simpliciter vt hic homo est species. Cuius sensus sit: Hic homo quatenus concipitur illo conceptu vniuersali: homo est species: nam frequenter singulare vagum supponit simpliciter pro specie: vt quando dicimus, hoc animal gignitur in India, demonstrato Camelo, hæc herba crescit in horto meo. Sensus est de specie huius animalis aut herbæ.

¶ Ad secundum principale negatur illa consequentia. Homo est species: ergo Petrus in quantum homo, est species, quia si ly in quantum facit sensum reduplicatiuum præiacens est falsa, vt ibi probatum est. Si vero accipiatur specificatiue, forte consequentia valet & consequens est verum, vt pote cuius sensus sit. Petrus in quantum concipitur conceptu vniuersali, homo, est species. Tamen ti potest consequentia negari. ¶ Ad tertium demum principale respondetur, quod vniuersalia, scilicet, genus, & species, prædicantur de suis individuis: non tamen in quantum substant secundis intentionibus, sed secundum suas proprias rationes quas habent in rebus. Quare non prædicantur per nomina secundæ intentionis, sed per nomina primæ intentionis: vt Petrus est homo, Paulus est homo, equus est animal, &c. non tamen Petrus est species, &c. vt. q. proxima stat tim videbitur.

Quæstio quarta.

Vtrùm subiectum huius libri sit vniuersale?

POST quæstiones tres præambulas ad materiam prædicabilium & prædicamentorū, ad librum specialiter prædicabilium descendentes quærimus subiectum eius. Et arguitur quod non sit vniuersale. Logica, vt ostendimus quæstione vltima proœmiali, distinguitur ab alijs scientijs, quod Logica est rationalis scientia tractans de entibus rationis: aliæ vero sunt reales, quæ tractant de rebus existentibus absque ratione intellectus: sed scientiæ reales tractant de vniuersali, nam scientiæ, vt visum est, non sunt nisi de vniuersalibus: ergo Logica non tractat de vniuersalibus, & per consequens, nec eius subiectum est vniuersale. ¶ Secundo arguitur, Subiectum scientiæ est illud cuius propriæ passiones demonstrantur in tali scientia: sed vniuersale nullam potest habere propriam passionem: ergo non est subiectum scientiæ. Probatur minori quia proprium conuertitur cum suo subiecto, vt risibile cum homine, sed proprium non conuertitur cum vniuersali: nam vniuersale est genus ad quinque prædicabilia, & per consequens est superius ad proprium, quod est vnum prædicabile. ¶ Et tertio arguitur. Porphyrius proponit hic se dicturum de quinque predicabilibus: sed vniuersale non complectitur omnia predicabilia: ergo non est subiectum huius libri. Probatur. Deus est prædicabile, nam prædicatur de tribus personis: & tamen non est vniuersale cum sit singulare sicut Petrus: ergo. ¶ Sed in contrarium est quod vna scientia (qualis est hęc) versatur circa vnum formale obiectum, vt supra diximus: sed Porphyrius proponit agere de quinq; vniuersalibus: ergo subiectum huius libri est vniuersale, quod habet vnicam rationem formalem ad illa quinque.

¶ QVÆSTIO hęc mota est, vt cum tam Logica, quam scientia realis, circa vniuersalia versentur, intelligamus, qua ratione Logica differ ab alijs. Vbi notant Dialectici quod vniuersale accipitur tripliciter: vno modo pro substracto. Alio modo pro per se significato, idest, pro vniuersalitate. Et tertio modo pro aggregato ex vtroq;. Sed revera improprijssime accipitur tertio modo. Sicuti enim album non accipitur pro aggregato ex Petro & albedine, quod est ens per accidens: ita nec vniuersale accipitur pro aggregato ex natura, & vniuersalitate. Imo nec secundo modo accipitur proprie vniuersale: enimuero sicut albedo non est album, sed forma albi: ita secunda intentio obiectiua de qua loquimur non est vniuersale, sed est vniuersalitas, quæ improprietas multos neotericorum in errorem coniecit. Et ideo si proprie loquendum est, vniuersale accipi dupliciter. V no modo pro substracto, idest, pro natura secundum se absolute considerata. Et Vniuersale dupliciter.

secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundo modo accipitur pro eadem natura in quantum est sub secunda intentione, & denominatur talia. Ita distinguit. Sanct. Tho. vbique, & expresse secundo de anima lecti. 11. Sicut album (inquit) vno modo accipitur pro eo cui accidit albedo secundum se alio modo pro eo vt subest albedini, ita vniuersale. Natura dicitur substratum: qui substernitur secundæ intentioni & denominatur ab illa: sed intentio dicitur per se significatum: quia quod nomen concretum per se significat est forma, sicut album de formali significat albedinem: sed apud Nominales illud appellatur significatū materiale & hoc significatū formale. Atqui substratū significamus multis nominibus. Dicitur enim humanitas, animalitas, equinitas, &c. quia Dialecticis abstrahūtur à concretis, homo, animal, &c. Appellāt etiā quiditas & natura, vt dicit S. Th. de ente & essentia, c. 1. Et magis Latine appellatur ratio hominis, ratio animalis, ratio equi, &c. Id enim quod significat definitio, appellatur ratio speciei seu definiti.

Substratū, & per se sig.

1. Conclus. ¶HIS suppositis respondetur ad quæstionem tribus conclusionibus, Prima: Scientiæ reales tractant de vniuersalibus secundum se consideratis non vt substant secundis intentionibus, id est, Tractant de proprietatibus & conditionibus rerum quæ conueniunt illis absque operatione intellectus, atque adeo tractat de illis quatenus significantur nominibus primæ intentionis. ¶ Secunda conclusio. Logica tractat de vniuersalibus quatenus substant secundis intentionibus: Id est, Tractat de conditionibus vniuersalium quæ cōueniunt eis per abstractionem intellectus, puta quatenus significantur nominibus secundæ intentionis, aut saltem in ordine ad intellectus operationem, vt in Prolog. prædicamentorum videbimus: Exempli gratia de homine considerat philosophus naturalis principia quibus constat, & proprias eius passiones, vt pote quatenus sit risibilis, quatenus mortalis, &c. Et philosophus moralis tractat de homine quatenus deliberate tendit in finem: sed Dialecticus id solum speculatur quatenus prædicatur de pluribus differentibus numero, qualiter in prædicamento ordinator, &c.

2. Conclus.

¶ Quod si adhuc instes, Scientia realis tractat de vniuersali in quantum vniuersale: quia scientia est de vniuersalibus (vt sæpe repetimus) & Logica tractat de vniuersali in quantum vniuersale: ergo nulla potest constitui differentia inter Logicam & alias scientias. Hoc argumentum multos male torquet, non attendentes æquiuocationem reduplicationis harum propositionum: Nam in priori intelligitur, quod scientiæ omnes tractant de rebus in quantum abstrahunt à singularibus. In quo nec Logica differt ab aliis. Quia sicut philosophus non tractat de hoc, aut illo mobili, sed in communi de ente mobili: ita neq; Logica tractat de hac aut illa specie, aut de hoc aut de illo genere, sed de specie & de genere in communi. Sed quando dicimus quod Logica tractat de vniuersali in quantum vniuersale, intelligitur in quantum substat secundæ intentioni, puta generis vel speciei. ¶ Vnde constat quomodo logica diffunditur per omnia entia sicut Metaphysica. Quemadmodum enim subiectum Metaphysicæ est ens atq; adeo munus eius est constituere definitiones omnium rerum, ita subiectum logicæ est ens rationis, quod omni enti conuenire potest in vniuersis enim rebus est inuenire genus & speciem & prædicatum, &c. ¶ Ex his colligitur tertia conclusio. Subiectum huius libri est vniuersale quod habet rationem communem & generalem ad quinq; vniuersalia. Vnde subiectum huius libri est inferius ad subiectum logicæ. Nam subiectum logicæ est ens rationis, quod est commune ad syllogismum, propositionem, prædicatum, subiectum vniuersale, &c. Et subiectum huius libri est vna species entis communis. ¶ Sed est argumentum aduersus hanc conclusionem. Alia est ratio vniuersalis, & alia prædicabilis, vt docet S. Thom. opus. 58. cap. 1. nam vniuersale est quæ inest pluribus, prædicabile autem quia prædicatur & enunciatur de pluribus. Vnde esse prædicabile est passio vniuersalis, vt risibile est passio hominis. Eo enim quod ratio hominis inest pluribus hominibus, conuenit humanitati prædicari in concreto de pluribus. Sed Porphyrius hic tractat de vniuersalibus secundū rationem prædicabilis: vt patet in definitionibus generis & aliorum prædicabilium: ergo non vniuersale, sed prædicabile est hic subiectum. ¶ Respondetur quod conuenientius dicitur subiectum esse vniuersale quam prædicabile: sicut subiectum scientiæ de homine non est risibile, sed homo, de quo demonstratur passio risibilitatis. Tradit enim hic liber notitiam vniuersalis, demonstrando propriam passionem eius, quæ est prædicari, tametsi Porphyrius definiat vniuersalia per proprias passiones quæ sunt nobis notiores. Nec est solicitus an propriæ sint definitiones quidditatiuæ. ¶ At vero nominales in suis nominibus persistentes dicunt subiectum huius libri esse hoc nomen vniuersale, aut nomen prædicabile, quod est genus ad illa quinque nomina, genus, species, differentia, proprium, accidens, quę sola sunt apud illos vniuersalia, sed hoc non est tam modo quod nouis rationibus impugnemus. Ad primum argumentum satis responsum est, quod scientiæ omnes tractant de vniuersali inquantum vniuersale, idest, inquantum abstractum à singularibus. Logica vero tractat de vniuersali inquantum vniuersale, idest, inquantum substernitur & substat secundæ intentioni vniuersalitatis. ¶ Ad secundum respondetur quod vniuersalia habent suas proprias passiones: vt species, prædicari de pluribus differentibus numero: & genus de pluribus differentibus specie in eo quod quid, & quælibet earum conuertitur cum suo subiecto. Et ad consequentiam sophisticam. Vniuersale, est genus ad proprium: ergo est superius ad illud, & per consequens non conuertitur cum sua propria passione, respondetur nihil valere: quia proprium capitur æquiuoce. In antecedenti namque proprium supponit simpliciter pro eo quod est quartum prædicabile: in consequenti vero supponit personaliter pro propria passione vniuersalis, ac si argueretur species & proprium non conuertuntur, puta secundum & quartum prædicabile: ergo species & sua propria passio non conuertuntur.

3. Conclus. Subiectum prædicabi.

¶ Ad tertium respondetur, quod Deus non est vniuersale, imo est singulare, atqueadeo neque est prædicabile proprie de pluribus: nam personæ diuinæ non sunt proprie plura, quia nec sunt differentia specie, nec proprie distincta numero, sed sunt vnus Deus numero, quamuis sint tres personæ: quod altioris est negotij disputare. Quare non ponitur in prædicamento (vt videbimus in prædicamentis) sed est illic hoc singulare mysterium, quod vna essentia numero sit in tribus personis.

Quæstio

Quæstio quinta.

Vtrùm tantum sunt quinque Prædicabilia?

QVÆSTIO est de ratione numeri prædicabilium. Et arguitur quod sint pauciora quam quinq;. Prædicabile & prædicatū, vt nomina præ se ferunt idem pollent: sed tantum sunt quatuor prædicata secundum Arist. 1. Topi. cap. 4. ergo tantum sunt quatuor prædicabilia. ¶ Secundo aliqua istorum vniuersalium in idem recidunt: ergo non sunt quinq;. Probatur antecedens, nam hæc est vera, genus est species. Sūt enim omnia prædicabilia species respectu illius generis, vniuersale, vt quæstione proxima dicebamus. Item quia multa accidentia sunt genera & species, vt albedo est species & color genus. ¶ Tertio arguitur, quod sint plura quam quinq;. Prædicabile & prædicamentum idem videntur significare: sed sunt decem prædicamenta, ergo decem prædicabilia. ¶ Et confir. Definitio est vnum prædicatum: apud Arist. 1. Topi. prædicatur enim quid dictatiuè de definito, & tamen non comprehenditur sub aliquo illorum, quæ assignatur à Porphyrio. Item ens est vniuersale, vt pote quod prædicatur in quid de rebus vniuersis, & tamen non continetur sub aliquo eorum quinq;. quia maxime esset genus, quod in prædicamentis apparebit esse falsum: ergo sunt plura quā quinque. ¶ In contrarium est authoritas Porphyri.

Prædicatio directa.

¶ AD numerum venandum prædicabilium necessaria est prædicationū notitia. Atqui prædicatio apud Dialecticos idem generaliter significat quod enuntiatio, vt idem sit prædicatio, quod oratio verum vel falsum significans. Sit est triplex prædicatio, puta identica, disparata, & medio modo se habens, scilicet, nec idēntica nec disparata, sed extremorum differentium, quæ sibi tamen mutuo conuenire possunt. ¶ Prædicatio idēntica est prædicatio in qua prædicatur idem de eodem, vt homo est homo. Idem inquam aut synonymum: nam vt in. 1. lib. Summul. dictum est. Synonyma sunt nomina diuersæ vocis & eiusdem significationis, vt gladius, ensis. Sed in præsentiarum idem est iudicium de prædicatione vbi prædicatur synonymum de synonymo & de prædicatione identica. ¶ Prædicatio disparata est illa in qua prædicatur disparatum de disparato, vt homo est lapis: Exemplum affirmatiuarum intellige in negatiuis. Sit enim identica, homo non est homo: & disparata, substantia non est qualitas, quamuis illa sit falsa & hæc vera. ¶ Prædicatio nec identica nec disparata, alia est directa alia indirecta. Prædicatio directa (aiunt dialectici huius temporis) est illa in qua prædicatur superius de inferiori, vt homo est animal: vel æque notatiuum de absoluto, vt homo est albus: vel æque connotatiuum de æque connotatiuo, vt album est masculum, nisi subiectum sit superius prædicato: nam cōcauum est album, est indirecta. Sit nescio quas alias particulas pro libito accumulant, certe præter artem diffinicudi. Nam profecto oratio hęc potius est diuisio, specierum directæ prædicationis quam definitio explicans eius naturam. Nō enim docet propter quid, homo est animal, est directa: & animal est homo, est indirecta. ¶ Notandum est ergo, quod prædicatum est illud quod se habet vt forma, & subiectum id quod se habet, vt materia. Et hoc sonant illa nomina, subiectum, prędicatum, vt album est prædicatum Petri, quia albedo est forma Petri, Petrus autem non est prædicatum albi, sed potius subiectum quod recipit illam formam. Etenim ex modo essendi rerum, sequitur modus prædicandi. 5. Meta. text. 14. Eadem ratione quia superius est forma inferioris. 1. Physi text. 28. & 5. Metha. text. 2. fit, vt homo sit prædicatum Petri, quia dicit rationem hominis quæ est in Petro, Petrus vero est subiectum respectu hominis & quamuis Petrus & homo, vt supra dictum est, sola ratione distinguantur, nihilominus ita nos docet Arist. 2. Physi loqui. ¶ Est ergo prędicatio directa illa, in qua id quod se habet vt forma enunciatur de suo subiecto indirecta est illa, in qua illud quod sua pte natura se habet vt subiectum enunciatur de sua forma. Quod est dicere. Id quod sua natura est prædicatum, seruat situm prædicati & id quod est subiectum, seruat situm subiecti: situs enim prædicati est post copulam, & situs subiecti, ante copulam. Exempli gratia. Petrus est albus, est prędicatio directa: quia album, eā significet formam Petri, & per consequens suapte natura sit prędicatum eius, enunciatur de illo: sed album est Petrus, est indirecta: quia id quo ex natura sua est subiectum enunciatur de prædicato. Eadem ratione vbi prædicatur superius de inferiori, est directa prædicatio: vt Petrus est homo, homo est animal, & conuertentes earum sunt indirectæ: quia superius semper est vt forma quæ recipitur in inferiori tanquam in subiecto. Recipitur inquam, metaphysicè: quia superius contrahitur ad esse inferioris, vt dicemus in subsequentibus.

Prædicatio triplex.

¶ S E D nunquid hæc est prædicatio directa, hoc animal est homo? videtur enim quod non: nam cum hęc indefinita, pura, animal est homo, sit indirecta, videtur quod etiam singularis eius sit indirecta. Ex alia vero parte videtur quod sit indirecta: quia quamuis homo non se habet vt forma respectu animalis, tamen habet se vt forma respectu huius individui demonstrati. Respondetur quod propositiones subiectorum singularium debent regulari esse directas, aut indirectas ex parte suppositi, & non ex parte significati formalis nominis modificati signo singulari. Et ideo illa est directa si demonstretur homo, siue dicas, hoc animal, siue hæc substantialis vero demonstretur equus, est disparata. Quare eadem indefinita, cū sit indirecta, habet alias singulares directas, & alias disparatas. ¶ At vero propositionum eorundem extremorum communium: affirmatiua est directa, & negatiua erit directa, & si indefinita est directa vniuersalis, & exponibilis erit directa. Vt omnes istæ sunt directæ, homo est animal, nullus homo est animal, tantum homo est animal. Atq; adeo conuertentes earū indirectæ sunt. Si vero sit prędicatio directa vbi vnū accidens prædicatur de alio, tunc conuertens eius est pariter directa. Vtraq; enim est directa, album est dulce, dulce est album. Nec possumus certā dare regulam ad cognoscendū quæ propositio sit directa prēter definitionē datam: puta si res significata per prędicatū sē habeat vt forma substantialis vel accidētalis, respectu subiecti. Quare hęc, animal est rationale est indirecta: quia prędicatū est inferius subiecto: sed si dicas animal est rōnale vel irrationale, est directa. ¶ Ex dictis sequitur quòd sola prędicatio directa est simpliciter & absolute prędicatio. Alię vero sunt secundū quid prædica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones: nam idem respectu sui, sicut non est forma, ita nec prædicatum. Et multo minus nomina disparatorum vnum est prædicatum alterius. Nec prædicatio indirecta, vt animal est homo, est simpliciter prædicatio, sed indirecta prædicatio. Vnde Porphyr. cap. de specie: æqua inquit de æquis prædicari oportet, aut maiora de minoribus, vt hinnibile de equo, aut animal de homine: minora vero de maioribus minime. Nec enim dicens animal esse hominem. ¶ Prædicatio directa diuiditur in essentialem (quæ in quidditatiuam rursus, & non quidditatiuam subiecatur) & accidentalem quę in prædicationem proprij subdiuiditur, & prędicationem accidentis. De quibus suo cuiusque loco dicturi sumus.

¶HIS annotatis, respondetur ad quæstionem vnica conclusione. Tantum sunt quinque prædicabilia, puta genus, species, differentia, proprium, & accidens. Sufficientiam hanc duabus rationibus venamur. Primo, proportione sumpta à composito naturali. Quinque enim sunt in composito naturali scilicet compositum, materia, forma, proprium quod competit ratione formæ, & accidentia, quæ accidunt ratione materiæ in diuiduis: homini ratione formæ competit esse risibile sed ratione materialium conditionum accidit esse album aut nigrum, &c. Adhunc modum in compositione metaph. est compositum, puta, species, materia, scilicet, genus & forma, quo est differentia & proprium & accidens, constat enim species ex genere & differentia, tanquam ex materia & forma. In qua intentione fundatur versaturque ars tota prædicabilium. ¶ Secundo sumitur hic numerus prædicabilium per diuersos modos prædicandi, qui non possunt esse, nisi tantum quinque. Prædicatum enim quodcunque aut prædicatur de aliquo essentialiter, aut accidentaliter. Si essentialiter, aut quidditatiue, aut non quidditatiue. Si quidditatiue, aut de pluribus differentibus numero, & illud est species: aut de pluribus differentibus specie, & illud est genus: si non quidditatiue, illud est differentia. Si vero accidentaliter, aut est accidens proprium, aut est accidens commune. Ex his tandem sequitur quod prædicatio directa pluribus modis contingit, quam his quinque: numerus enim prædicabilium non est secundum numerum directarum prædicationum, sed secundum respectum prædicatorum simplicium ad primam substantiam. Quare istæ sunt prædicationes directæ, homo est animal rationale, substantia est ens, Christus est Deus: & multæ, quæ non sunt prædicationes alicuius prædicabilis, vt infra videbimus.

¶AD primum argumentum respondetur, quod alia est prædicatorum ratio primo Topico. & alia prædicabilium: nam prædicata sumuntur respectu speciei cuiuscunque prædicamenti, eo quod prædicata sunt quæ constituunt propositiones terminabiles per artem Dialecticam, quæ propterea debet esse de subiecto communi. Quare non ponitur species inter prædicata, sed definitio quamuis non sit simplex, sed complexum prædicatum: quia definitio est prædicatum speciei, non tamen ipsa species est prædicatum sui. Et ideo ponit quatuor prædicata, quæ sunt definitio (quam vocat terminum) genus, proprium & accidens: hæc enim sunt quæ directe prædicantur de specie. Non connumerat illic differentiam: vel quia intelligitur nomine proprij: vel quia eadem est fere prædicatio differentiæ & definitionis. Prædicamenta vero distinguuntur penes diuersas habitudines accidentium ad substantiam, quæ sunt nouem habitudines, quæ cum substantia faciunt decem prædicamenta. Sed tamen prædicabilia sumuntur per diuersos modos prædicatorum simplicium respectu tantummodo qui sunt quinque: & ideo inter prædicabilia computatur species, & excluditur definitio, & differentia distinguitur à proprio. Et per hoc respondetur ad tertium principale & ad primam confirmationem. ¶ Ad secundum respondetur quod nunquam idē est genus & species respectu eiusdem: nihil tamen obstat quod idem sit genus respectu vnius, & species respectu alterius. Vt animal est genus respectu hominis & speciei respectu corporis. Et ideo nihil vetat quod genus sit species illius generis, vniuersale. ¶ Ad secundā confir. tertij argumenti conceditur, quod eus non est aliquod horum quinq, prædicabilium: quia non est genus, vt videbimus in prædicamentis: sed disputatio est de nomine, an sit dicendum vniuersale, & forsan melius appellabitur prædicatum transcendens: sed de hoc in prædicamentis, cap. 4.

DE GENERE.

Caput. I.

VIDENTVR itaq; neq; genus, neq; species dici simpliciter. Dici tur enim genus, & aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad vnum quidpiam & inter se habent respectū, qua significatione Heraclidarum dicitur genus: quod quidē ex respectu, qui est ab vno, idest, Hercule, & multitudine eorum, qui inter se eam habent coniunctionem, quæ ab illo profluxit, sic est nuncupatum, vt ab alijs genetibus sit seiunctum. ¶ Dicitur & alio modo genus vniuscuiusq; principiū ortus, tā ab eo qui genuit, quam à loco in quo est quispiā ortus. Sic enim Orestē quidem à Tantalo, Hylum aūt ab Hercule dicimus genus habere: & rursus Pindarum quidē Thebanum genere, Platonem aūt Athenienſem dicimus esse: patria nā que principiū est generationis cuiusq;, perinde ac pater. Hoc autem significatū vsurpatius esse videtur: Heraclidæ nanq; dicuntur, qui genere descendunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum quoq; propinqui. Atq; priùs sanè genus, generis cuiusque principium dicitur: posteà verò multitudo eorum qui ab vno principio, ceu Hercule, profluxerunt: quod quidem à cæteris seiungentes ac seiparantes, totum aggregatum Heraclidarum diximus genus. ¶ Alio modo dicitur genus id, sub quo species collocantur: accepta fortasse similitudine à prioribus vocabuli eius significatis. Nam & principium quoddam eorum, quæ sub se habet genus, tale est: & præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam scilicet, infra se continet.

Genus trinā sortiam accipit.

Genus de quo hic.

Text. ij. ¶His igitur tribus modis dicitur genus

genus. De tertio verò genere philosophorum est sermo, quod & describentes sic assignarūt: Genus id esse dicentes, quod de pluribus specie differentibus hoc ipso quid est prædicatur, vt animal. Eorum enim quæ de pluribus prædicantur, alia de vno solo dicuntur, vt indiuidua, veluti Socrates & iste, & istud: alia de pluribus prædicantur, vt genera, species, differentiæ, propria, & accidentia communiter, sed non cuiquam proprie. Atque genus est (exempli causa) animal: species, homo: differentia, rationale: proprium, risibile: accidens, album, nigrum, sedere. Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur hoc sanè differt, q ipsum de pluribus prædicatur. Ab his autem, quæ de pluribus prædicantur, hisce differre videtur. Aspice quidem, quod species etsi de pluribus prædicatur, non tamen de pluribus specie, sed pluribus differentibus numero prædicatur: homo nanq;, qui quidē est species, de Socrate & Platone dicitur, qui non specie sed numero differunt. At animal quod est genus, de boue, equo, atque homine prædicatur, quæ & specie, non autem numero solo differunt. A proprio verò, quod proprium quidem de vna specie cuius est proprium, & de indiuiduis hisce quæ sunt sub illa specie prædicatur, vt risibile, de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus autem non de vna specie, sed de pluribus differentibusque prædicatur. A differentia quoque communibusque accidentibus genus differt: etenim differentiæ communiaque accidentia, quanquam de pluribus ac differentibus specie dicuntur: non tamen ita vt quid sit quidque sed vt quale quidque sit innuant, dicuntur. Rogitantibus enim quidnam illud sit, de quo hæc dicuntur, genus respondemus: differentias & accidentia non respōdemus, non enim de subiectis illa inquit, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti nanque, quale quid est homo, rationale dicimus: & quale quid est coruus, nigrum dicimus. Quorum rationale quidem est differentia, nigrum autem accidēs. Sedcum quid est homo interrogamur, animal respondemus: quod quidem hominis genus est. Genus igitur, quod de pluribus quidem prædicatur, ab indiuiduis, quæ de vno solo dicuntur, differt, quod vero de pluribus prædicatur specie differentibus, ab ijs quæ, vt species propriaue dicuntur differt. Denique quod quid quidque sit dicit à differentijs vulgoque accidentibus differt: quorum vnumquodque non quid sit, sed quale sit quomodove id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu plus minusve memorata generis descriptio habet.

Genus à cæteris quo differat.

In summa quid genus ab alijs differat.

PRÆMISSO prologo, subsequitur iam nunc tractatus, qui varie à doctoribus diuiditur. Alij enim partiuntur tractatum hunc in libros duos, vt vnus sit de singulis prædicabilibus: alter vero de comparatione quā omnia inuicem conferuntur. Alij ex genere & specie, quæ correlatiuè dicuntur, constituunt vnum capitulum. Nos vero, quibus translatio Ioannis Argyropyli semel placeſt, eius subindè partitionem sequimur: apud quem liber hic vnicus est per sex capitula distributus. In quinque prioribus explorantur singula vniuersalia, & in postremo conferuntur ad se inuicem omnia. Ordo procedendi. Is est, vt prædicata essentialia præcedant, & inter essentialia præferantur quidditatiua, & inter quidditatiua anteponatur genus: sicut inter accidentalia antecedit proprium. Ordo.

¶ Quod si quis existimet exordium potius sumendum fuisse ab specie, vt potè quæ est perfectior tum quia addit supra genus perfectionem differentiæ: tū quia principaliter intenditur à natura, respondetur quod melius inchoatum est à genere: cum quia est pars speciei, tum quia est vniuersalius ac proinde notius nobis, quos ordines docuit Arist. 1. Physi. text. 1. in progressu scientiarum obseruari. ¶ Et capitulum hoc continet duas partes, in priori explicatur quid nominis potè quid nomen, genus in præsentia significat. Et in posteriori definitur quid re ipsa potè quid sit res ipsa significata, neque partes singulas propter facilitatem in plures secuimus textus. Et Porphyrius in hoc cap. fere imitatur Arist. 5. Meta. text. 33. vbi tractat de genere: & ideo explicat quid nominis, veluti Arist. per analogiam inter genus Dialecticum: & genus in genealogijs secundum vsum vulgatum inter homines. ¶ Ait ergo neque genus neq; species simpliciter dici. Contingit genus cum specie, quia sunt correlatiua. Sed genus tripliciter dicitur. Primo genus accipitur pro collectione multorum habitudinem habentium & inter se & ad vnum primū: vt Heraclidarum collectio dicitur genus propter politiam & leges eaſdem quibus omnes tenentur: & quia ab vno Hercule descendunt. Boetius tamen exemplum quod in Græco est, Heraclidarum, transtulit Romanorum, & quia ille Romanus erat, & quia exemplum notius est nobis. Hac significatione Æneas apud Virgilium in. 1. Italos vocauit genus Iouis: Italiam quæro patriā, & genus ab Ioue summo. Quo fit vt si qua esset multitudo sine ordine confusa, nō diceretur hoc modo genus. Quinimo addit Porphy. non esse genus nisi collectionē quæ ab alijs generationibus distinguitur, vt si quis hominū collectionē appellaret genus Adamitarum, id est, ab Adā descendentiū, non loqueretur ad mentem Porphyrij: quia genus hoc omnibus est generalissimū. Quo verbo insinuauit decem genera prædicamentalia esse distincta, & primo diuersa: atque adeo eos quod est generale omnibus prædicamentis, non esse genus ad illa, vt videbimus in prædicamentis. capit. 4. Tametsi Arist. posuit exemplum de genere humano, quod eo solum vocauit genus, quia continua generatione succedit in eandem speciem.

¶DICITVR, & alio modo genus principium generationis cuiusq; quod habet à patre vel à patria, vt Orestes habet genus, idest, generationē à Tantalo, qui fuit Atauꝰ eius & Hylus ab Hercule, qui fuit eius pater, & Plato ab Athenis, & Pindarus à Thebis. Et Virgiliana Dido in. 4. Æneam inquit genus esse Deorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi animaduertendum quod non accipitur hic principium pro patre aut patria: sed pro initio natiuitatis, seu prima generatione, quam quis trahit à patre vel patria: non enim inquit Porphyrius quod Tantalus sit genus Oreſtis: sed quia genus eſt initium quod Oreſtes trahit à Tantalo. Arist. 5. Metaphy. vnde hæc desumpsit Porphyrius, dicit quod & à matre nonnunquam dicitur genus, vt Pleiades quæ (vt est in fabulis) Atlantis fuere filiæ, dicuntur Pleiades à Pleione matre. ¶ Nec fuit mens Porphyrij omnes hic congerere acceptiones generis: nam genus aliter præterea accipitur apud Grammaticos, vt accidit nomini & verbo, & aliter apud Rhetores quibus sunt tria genera causarum, scilicet, demonstratiuum, deliberatiuum & iudiciale, sed de illis tantum acceptionibus memsit, cum quibus genus dialecticum habet similitudinem. Est enim obseruandum in huiusmodi acceptionibus ne plures multiplicentur, quàm quæ ad rem pertinent. Comparat tamen has duas inuicem acceptiones: nam dicit hanc secundam esse & magis vsitatam & ordine priorem, quam sit prima. Magis, inquam, est vsitata, quia propius accedit ad significationem nominis: genus enim idem sonat quod generatio: quare vsitatius accipitur pro initio ipso natiuitatis multorum, quam pro eorum collectione. Collectio enim significantius appellatur cognatio. Et inde sequitur secundum, puta quod nomen generis à significatione, qua significat initium natiuitatis, derivatum est ad significandum collectionem & cognationem inde descendentium. Et ideo tam Aristotel. quam Porphyr. illam ponunt in primo loco, non quod sit in rei veritate propria, sed quia minus propria debet priori loco collocari, vt inde descendatur ad propriam, quæ intendit, acceptionem. ¶ Subiungit tandem Porphyr. tertiam acceptionem, scilicet quod genus est cui supponitur species, vt animal cui supponitur homo. Ad similitudinem duarum primarum acceptionum: nam sicut genus secundo modo est initium multorum, ità genus hoc modo, puta animal, est initium multarum specierum: continet enim in potentia differentias plurimas, per quarum singulas contrahitur ad constitutionem singularum specierum. Et inde sequitur quod contineat sub se collectionem multarum specierum ad similitudinem primæ acceptionis: in confuso enim animal significat hominem, leonem, &c. Et ideo annotauit Porphyr. quod prima acceptio deriuatur à secunda, vt ostenderet quomodo genus ex hoc quod est initium constitutiuum specierum, habet vt complectatur in sua significatione species plures.

Nota,

¶ TEX. II. ¶ His igitur tribus modis. Hæc est secunda pars principalis text. In qua Porphyr. explicat definitionem quid rei, puta, quid est genus. Ait enim: quod sola tertia acceptio est qua Phil. vtuntur: nam aliæ acceptiones ad historicos potius pertinent. Vnde genus (inquit) est quod de pluribus specie differentibus hoc ipso quid est prædicatur, vt animal. Exponit rationem huius definitionis conferendo genus ad reliqua prædicabilia. In quo plura verba forte prodigit, quam pro re clarissima fuissent necessaria. Summa est hæc. Eorum quæ prædicantur, alia de vno solo prædicantur: vt individua, veluti Socrates: & alia prædicantur de pluribus. Differt ergo genus ab individuis, in hoc quod prædicatur de pluribus, in quo tamen conuenit cum cæteris omnibus prædicabilibus. Sed tamen eorũ, quæ de pluribus prædicantur, alia prædicantur solum de pluribus differentibus numero, alia de pluribus differentibus specie. Idcirco in hoc quod est prædicari de pluribus differentibus specie, differt genus ab specie & proprio, quæ solũ prædicantur de pluribus differentibus numero, vt tam homo, quàm risibile: conuenit tamen in hoc cũ differentia & accidenti. Horum autem quæ prædicantur de pluribus differentibus specie, genus solum prædicatur in eo quod quid, cætera vero in eo qđ quale: puta differẽtia in eo quod quale est fertile, & accidẽs in eo quod quale accidẽtale. Vnde in fine colligit, quod cũ illa sit bona definitio, quæ explicat naturã definiti, illudque separat & distinguit à quocunq; alio: definitio illa signata sit bona. Habet enim tres particulas, scilicet prædicari de pluribus, per quod differt à singularibus differentibus specie, per quod differt ab specie & proprio: in eo quod quid, per quod differt à differentia & accidenti. Quare nihil continet superfluum aut diminutum. Circa literam hanc solum potest quis dubitare, quomodo individuum connumeretur inter prædicabilia seu prædicamenta: quia non prædicatur nisi de se solo: & tamen idem respectu sui (vt supra admonuimus) non est proprie prædicamentum: quia nihil se habet vt forma respectu sui hoc tamen in cap. de Specie, vbi constituitur definitio individui explicabitur.

Quæstio vnica.

Vtrùm definitio generis sit bona?

APARTE negatiua arguitur primo: Definitio illa non conuenit definito: ergo nõ est bona, probatur antecedens. Definitum est secunda intentio generis: nã libellus iste, vt dictũ est. q. 4. prologi, est de secũdis intentionibus vniuersalib: & tamen definitio Porphyrij nõ conuenit secundæ intentioni, sed naturæ subiectæ ad intentionem: non enim generalitas aut ly genus prædicatur de speciebus vt dicamus, homo est genericus, aut equus est genus, sed animal prædicatur de illis hisce prædicationibus, homo est animal, equus est animal: ergo definitio nõ conuenit definito. ¶ Secundo arguitur: Genus nõ prædicatur quidditatiue de speciebus: ergo definitio nõ est bona. Probatur antecedẽs: primo, quia genus est pars definitionis speciei: pars vero nõ prædicatur de toto, nõ enim homo est sua materia. Præterea, quia si prædicaretur quidditatiuè, id maximè esset, quia est pars quidditatiuę definitionis: sed hoc nõ sufficit, quia & differentia est itidem pars eius, & principalior, quia se habet vt forma, tamẽ nõ prædicatur quidditatiuè. ¶ Et cõfir. Ens prædicatur in quid de omni re, & tamen nõ est genus, vt ait Porphy. cap. 2. ¶ Tertio arguitur: Nõ omne genus prædicatur de pluribus differentibus specie: ergo definitio nõ conuertitur cum definito. Probatur antecedens: Sensibile, est genus ad rationale & irrationale: apparet nanq; inter differentias possit etiam constitui prædicationes generis: puta rationale est sensibile, hianibile est sensibile, &c. tamen differentiæ vltimæ non differũt specie: quia differre specie secundum

secundum Arist. 5. Meta. tex. 11. est differre definitione & tamen vltimæ differentiæ non habent definitionem: quia sunt conceptus simplices, & non compositi Metaphysicæ: ergo. ¶ Quarto & postremo arguitur: Si definitio esset bona, sequeretur quod vniuersale esset genus ad quinq; prædicabilia: quia est superius quidditatiue ad omnia: consequens tamen est falsum. quia alias sequeretur confusio horum vniuersalium, putà quod genus, & pariter differentia & proprium essent species, nã sunt omnia species vniuersalis.

¶ DVO sunt huius quæstionis articuli. Primus circa primum argumentum est, de definito huius definitionis: alter, circa alia tria definitionis expositæ. A primo Nominales facile se expediunt dicentes, definitum propinquum illius definitionis esse illud nomen genus quod est commune adhæc nomina, puta animal, color, figura, &c. quæ apud ipsos sunt genera atq; adeo sunt definita remota. Horum quidem primum nos etiam concedimus, putà definitum propinquum esse illud nomen genus, quia est nomen & signum quo mediante res definitur: secundum tamen negatur apud Reales, quia vt supra visum est, illi termini non sunt genera sed nomina generica. Quærimus ergo hic definitum principale pro quo supponat illud nomen, genus, quod supra diximus esse in rebus. Et manifestum est illud esse conceptum obiectiuum, puta significatum formale illius nominis, genus: sicuti definitum principale huius definitionis, animal rationale, est significatum formale huius nominis, homo puta homo in communi. ¶ Sed secundo meminisse opus est ex superioribus quod hoc nomen, genus, de materiali & de substrato significat naturam illam seu rationem communem animalis aut coloris, &c. de formali vero connotat secundam intentionẽ, qua res illa denominatur genus, quæ habet esse per operationem intellectus. ¶ Est ergo duorum, nunquid definiatur natura pro subiecto, an vero secunda intentio: nam de aggregato ex vtroque dubitari non potest, cũ non sit vnũ ens, magis quam aggregatum ex corpore & albedine. ¶ Atqui doctores quidam huius temporis, qui negotium suscepere recitandi potius, quam aut exponendi aut examinandi opiniones, putãt diuersas esse hic opiniones Realium. Vnde dicunt secundũ Scot. hisce definitionibus vniuersalium definiri secundas intentiones: sed secundum S. Tho. definiri conceptũ obiectiuum pro subiecto. Ex quo inferunt quod secundũ Scot. genus & eius definitio accipiantur, & supponũt pro secũda intentione, vt sit sensus, secunda intentio est genus & prædicatur de pluribus, &c. ¶ Nihilominus respondetur duabus cõclusionibus. Prima, definitum formale & principale huius definitionis est secunda intentio nec de hoc inter Reales est aliqua differentia. Probatur. Definitio, sicuti scientia, non est de particularibus: ergo nõ definitur hic hoc aut illud genus, putà animal, aut color, sed genus in cõmuni, sed nihil est commune omnibus generibus diuersorum prædicamentorum, nisi secunda intentio generis: ergo illa definitur. ¶ Et confirmatur ex ipsa forma definitionis quæ datur per nomina secundæ intentionis: putà prædicari de pluribus, qua ostenditur quod sicut definitum propinquum est illud nomen genus, ita definitum principale & formale est secunda intentio quæ est significatum formale huius nominis, & definita remotissima & materialia sunt, animal, color, &c. quæ substant illi secundæ intentioni. ¶ Secundo. Declaratur & manifestè probatur conclusio: Quando nomen accidentis in concreto definitur, significatum formale est quod illic definitur ratione cuius definitio cõuenit significato materiali, v. g. quando enuntiamus, album esse disgregatiuũ visus, definitur illic albedo ratione cuius conuenit niui disgregare visum, sed genus est nomen connotatiuum: ergo illa definitione definitur secunda intentio quę est eius significatũ formale, ratione cuius conuenit naturis prædicari de pluribus, animal enim prædicatur de pluribus in quantũ abstrahitur per intellectum à rationibus specierũ, quæ est intentio generis. ¶ Secunda conclusio: Neq; genus neq; eius definitio ullo modo accipiũtur, aut supponunt pro secunda intentione. Probatur manifestè. Nam quãdo definitur, album esse disgregatiuum visus, licet definiatur illic albedo, non tamẽ definitur tanquam id quod disgregat, sed tanquam ratio disgregandi: & ideo neq; eius definitio in concreto supponit pro niue, quæ ratione albedinis disgregat visum: ergo eadem ratione quamuis definitione generis definitur secunda intentio, non tamen tanquam id quod prædicatur, sed tanquam ratio qua genera prædicantur: & ideo non supponit pro illa, sed denominatiuè supponit prõ re ipsa pro qua supponit genus, putà, pro animali, pro colore, &c. Atqui hoc profecto (vt bona venia dixerim) opinionem Realium facit odiosam & inintelligibilẽ. cum isti cœperunt dicere quòd genus supponit pro secunda intentione: & quod secunda intentio prædicatur de pluribus differentibus specie, quod luce clarius falsum est. Nec Scotus vnquam hoc somniauit, vt patet in suis vniuersalibus. q. 14. Sed quia Scotus illic dicit definitione generis definiri secundam intentionem, malè intulerunt isti quod genus & eius definitio supponit pro secunda intentione. ¶ Vnde ad primum argumentum principale conceditur definitum formale definitionis esse secundam intentionem: & quando assumitur quod definitio non conuenit secundæ intentioni distinguitur, aut per conuenire intelligitur explicare eius naturam, negatur: sed si per conuenire intelligitur q̃ definitio prædicetur de secunda intentione, conceditur: volo dicere, quod id quod prædicatur de pluribus differentibus specie, est animal, aut color, &c. scilicet hoc habent in quantum substant secundæ intentioni generis cuius natura explicatur in alia definitione. Itaq; vt in summa dicã, definiri secundam intentionem, est definiri res in quantũ substant secundę intentioni. Et hæc est doctrina Scoti loco citato, & S. Tho. de ente & essentia, cap. 4. & quicunq; aliad dixerit non est audiendus in schola Arist. Hoc autem in definitionibus cæterorum vniuersalium eodem modo est intelligendum.

Definitio non supponit pro secũda intentione.

Definitũ secũda intentio.

¶ ARTICVLVS secundus versabitur in expositione definitionis, quæ duas continet particulas. 2. & 3. argumento impugnatas. Prima est, Prædicari in quid: secunda est, de differentibus specie. Ad primi articuli euidentiam exponendum est hic quid sit prædicatio quidditatiua. Vbi Burid anus (cui Nominales subscribunt vniuersi) ait, quod prædicatio directa essentialis est prædicatio duorum terminorum, quorum neuter connotat extrinsece super reliquum, nisi connotatio prædicati fuerit superior ad connotationem subiecti. Prædicatio vero quidditatiua est prædicatio directa duorum terminorum de se inuicem, quorum neuter cõnotat extrinsece, vel intrinsece, nisi connotatio prædicati fuerit superior ad connotationem subiecti. Prædicatio autem accidentalis est prædicatio directa duorum terminorum, quorum vnus connotat extrinsece supra reliquum, & connotatio prædicati non est superior ad connotationem subiecti. Exempli gratia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo est rationalis, est essentialis, quia prædicatū non connotat extrinsece: sed tamen non est quidditatiua, quia prædicatū connotat intrinsece: hæc vero, homo est animal, est quidditatiua: quia nullum extremorum connotat neque intrinsece neq; extrinsece: sed ista, homo est albus est accidentalis: quia prædicatum cōnotat extrinsece. Additur secunda particula omnibus definitionibus, quia hæc prædicatio, albū est coloratū, nō est accidentalis quamuis extrema connoteant accidens extrinsecū subiecto, puta Sorti sed est essentialis & quidditatiua, quia connotatio prædicati est superior ad connotationem subiecti, nā color est genus albedinis. ¶ At vero definitiones istæ profecto manifestant, quam sit contra naturā rerum negare vniuersale in rebus: nā re vera prædicari essentialiter & prædicari quidditatiue, vt nomen palam clamat, nihil aliud est quā prædicatū significare essentiā & quidditatē subiecti: quare nō pōt conuenire terminis, nisi in ordine ad res. ¶ Igitur ex illa superiori diuisione prædicationis, in directam & indirectam, prætermissa prædicatione indirecta quam diximus non esse prædicationem nisi secundum quid, prædicatio directa diuiditur in prædicationem essentialē & accidentalem. ¶ Prædicatio essentialis est prædicatio, cuius prædicatum est de essentia subiecti: vt Petrus est homo, Petrus est rationalis: accidētalis vero est prædicatio cuius prædicatum est accidens subiecti: vt Petrus est albus, Petrus est niger. ¶ Prædicatio vero essentialis, alia est quidditatiua alia non quidditatiua. Prædicatio quidditatiua est prædicatio cuius prædicatum dicit quid est subiectum: & aliquod prædicatum prædicari in quid, est prædicari in prædicatione quæ dicit quid est subiectum: & ita intelliguntur illa verba secundum translationem Boetij. Genus prædicatur in eo quod quid, idest, in ea ratione seu ratione quæ dicit quid est subiectum: quod Argyropylus vertit, hoc ipso quid est prædicatur, idest, genus prædicatur hac ipsa ratione, qua subiectum est quid. Explicat hoc Porphy. ab effectu, id. n. prædicatur in quid, per quod congrue respondetur ad quæstionē, quid est subiectū vel quærenti quid est homo, respondetur quod est animal, non autem quod est albus. Eadē sunt verba Arist. 1. Topic. c. 4. vnde & definitionē, & exemplum ad literā desumpsit Porphy. & 1. Poste. tex. 9. dicit quod ea prædicata insunt per se quę insunt eo ipso quid est subiectū, vt animal inest homini. Pensato quemadmodum apud Arist. qualitas prædicationis non debet explicari per connotationes terminorū, sed per res significatas: illud enim nomen animal, nec est de quidditate neq; de essentia huius nominis, homo, sed ratio significata per ly, animal, est de essentia hominis: Vnde (vt in prologo prædicamentorum videbimus) in hac oratione, homo est animal, non solum nomen, de nomine, sed illā ratio significata per prædicatum, prædicatur principaliter de homine: & de illo prædicato loquimur, quando dicimus prædicatū esse de essentia subiecti, imo propter eā termini prædicantur essentialiter tanquā signa, quę significāt illa prædicata essentialia. Eadē ratione, albū est coloratū, est prædicatio essentialis & quidditatiua, quia prædicatum est de quidditate subiecti perinde atque in hac, albedo est color, nam prædicatio concretorum estimanda est penes significata formalia. Quare non opus est alia particula pro prædicatione quidditatiua prædicamenti substantię, & alia pro prædicatione quidditatiua prædicamenti accidentis. ¶ Prædicatio accidentalis est cuius prædicatum est accidens subiecti, vt, corpus est coloratum, nam quamuis coloratum sit

Prędicatio essentialis.

de quidditate albi, tamen vtrumque est accidens corporis.

¶ A T secundò notandum est pro materia eiusdem secundi argumēti, quod abstractio est duplex, alia qua vniuersale abstrahitur à suis inferioribus vt ratio hominis abstrahitur à conditionibus singularium, & ratio animalis à rationibus specierum. Alia est abstractio qua forma abstrahitur à subiecto, vt albedo abstrahitur ab albo, & humanitas ab homine. Prima potest vocari abstractio vniuersalis, & secunda formalis. Et ideo natura generis aut speciei potest accipi vt significatur in abstracto, vel vt significatur in concreto. Et primo modo nec est genus nec species, ista ratione quam quæstione tertia prologi adduximus, videlicet, quia non prædicatur de suppósito, istę enim sunt falsæ, homo est humanitas, homo est animalitas. Doctrina est S. Thom. de ente & essentia, cap. 4. & Auicen. 5. Met. c. 6. dicentis, quod rationalitas non est differentia sed differentiæ principium. Et eadem ratione humanitas non est species nec animalitas est genus, sed est principium, idest, forma qua animal est animal. Nec intelligas aliud mysterium nisi quod propter modum significandi, animal non est animalitas. Quocirca naturæ in abstracto dicuntur quidem natura generis, & natura speciei, non tamen sunt genera nec species. ¶ Atque tertio notandum, quod animal vt intelligatur in cōcreto accipitur vno modo cum præcisione omnium aliorum: Id est, vt significat naturam sensitiuam quatenus abstractam à rationalitate, sicut abstraheres albedinem à dulcedine lactis, & tunc nō est de essentia rationalitatis sed rationalitas addit supra illam nouum gradum. Et isto modo accipitur, quando dicimus quod genus nec est de essentia differentiæ, nec differentia de essentia generis, & Arist. 4. Topic. c. 2. dicit quod differentia non participat genus. Sed hoc modo non prædicatur de homine, quia habet se quodammodo sicut pars illius. Alio modo accipitur (vt eadē quæstione diximus) vt significat formaliter naturam sensitiuam nihil præscindendo sed in confuso significando, abstrahendo abstractione vniuersalis omnem naturam sensitiuam, quæ in homine est humanitas, & in equo equinitas, &c. & isto modo est genus. ¶ Per hęc palam fit sensus verborum Aristot. 8. Metaph. text. 9. & text. 15. quæ cap. de differentia refert Porphy. scilicet, genus sumitur à materia, differētia vero à forma: non enim est sensus quod genus significet solam materiam compositi, & differētia solam formam, vt loco citato & alibi sępè exponit S. Tho. Sed intelligitur, q̄ id à quo sumitur ratio generis habet se vt materia respectu illius à quo sumitur ratio differentię, vt natura sensitiua habet se vt materia respectu naturę rationalis: determinatur enim esse sensitiuum per rationale ad esse hominis. Et eodem modo natura viuentis per sensitiuam determinatur ad esse animalis, & natura corporis determinatur per animatum ad esse viuentis: ad modum quo in composito naturali materia determinatur per formam, ad esse huius aut illius speciei. ¶ Ex his patet solutio secundi argumenti. Negatur enim, quod genus sit pars speciei omnino sicut materia est pars cōpositi: sed dicitur pars: quia natura quam significat contrahitur per differentiam: nihilominus in cōfuso genus significat totum quod est in specie & in singulis duo: & ideo formaliter prædicatur de omnibus inferioribus vsque ad individuum. Et pariter differentia, puta rationale, in confuso significat & genus & totum compositum ex genere & differentia: & ideo rationale itidem prędicatur de animali & de homine.

A bstractio duplex.

Genus sumitur à materia.

¶ Sed

¶ Sed restat tunc secunda pars argumenti, cur differentia non prædicatur quidditatiue posti quam est pars essentialis definitionis quidditatiuæ. Arguitur enim sic. Definitio prædicatur quidditatiuè de specie, vt homo est animal rationale: ergo vtraq; pars prædicatur quid ditatiuè de eadem specie. ¶ Respondetur, quod propter hoc argumentum Arist. concedit 7. Topic. cap. 4. quod differentia prædicatur etiam quidditatiue. Nihil lominus 4. Topic. cap. 6. & 5. Meta. tex. 19. dicit quod differentia significat qualitatem & prædicatur in eo quod quale. Et ratio est, quia differentia est actus & forma generis, & quidquid se habet vt forma, quodammodo dicitur qualitas, & id quod se habet vt materia, habet se vt quid respectu subiecti: sed differentia est qualitas substantialis. Et sumitur hoc ex similitudine ex artificialibus: si enim quæratur quid est scamnum, respondetur quod est lignum: sed si quæratur quale lignum, respondetur, quod est lignum siz figuratum. Eadem proportione si quæratur quid est homo, respondetur quod est animal: si quæratur quale animal, respondetur quod est rationale. ¶ Ad confirmationem ampla est responsio in prædicamentis. cap. 4, vbi demonstratur quibus rationibus ens nō est genus nec propriè prædicatur in quid de creaturis. ¶ Circa materiam tertij argumenti notandum est ex Arist. 5. Meta. tex. 12. quod aliqua differre specie nihil aliud est, quam differre definitione. Cuius ratio est (vt ait ille S. Tho. lect. 6.) quia nihil definitur nisi specie: ita diuidoum enim: vt. c. sequenti videbitur, non habet propriam definitionem quidditatiuam. Nec genus generalissimum definitur tali definitione vt in prædicamentis. c. 4. videbimus. Et genera subalterna non definiuntur inquantum genera, sed inquantum sunt species: nam viuens sensibile, non est definitio animalis inquantum est genus hominis, sed inquantum est species viuentis, quod per sensibile contrahitur ad esse animalis. ¶ Ex quo sequitur quod in definitione generis non accipitur species pro specie specialissima, sed indifferēter pro specialissima & pro subalterna: corpus enim est genus, quia prædicatur de corpore animato & inanimato inquantum differunt species: nam quamuis prędicetur etiam de homine & equo, illud est mediatè. ¶ Sequitur secundo (in quo multi decipiuntur) quod nullum genus prædicatur de pluribus differentibus genere: quia illa genera quæ continentur sub eodem prædicamento non differūt genere, sed specie, idest, definitione. Vnde illa solū differunt genere (vt ille inquit Arist.) quæ differunt prædicamenti figura, idest, quibus nullum genus est commune, vt sunt decem generalissima. ¶ Secundo notandum est, quod secundū Nominales definiētes prędicationes essentiales per connotationes terminorum subsequenter concedunt, quod differentia superior est genus differentiæ inferioris, & ita constituunt rectam lineam, rationale, sensibile, animatum, &c. Imo Albertus quodam modo etiam concedit quod sensibile prædicatur quidditatiuè de rationali. & Boetius concedit quod animal prædicatur de rationali sicut de homine. ¶ Nihilominus existimo quod nulla differentia prædicatur de alia quidditatiuè, sed quodāmodo essentialiter mediatè. Probatur. Nam rationale (vt videbimus in prædicamētis. c. 4. non constat ex genere & differentia, sed est simplex conceptus obiectiuus contrahens animal ad esse hominis. Aliàs si rationale constaret ex genere & differentia, rursus illa secunda differentia constaret ex alio genere & alia differentia, & sic esset processus in infinitum. Et ideo differentia non habet definitionem quidditatiuam, & per consequens propriè non differt specie ab alia differentia: sed id quo species differt ab alia specie. Atramē differētia superior pura sensibile, est de essentia animalis, & animal de essentia hominis, de cuius essentia est etiam rationale. Et ideo sensibile quodā modo mediatè prædicatur essentialiter de rationali, sed impropriè diceretur prædicatio alicuius prædicabilis. Vnde ad tertiū argumentū negatur quod sensibile prædicetur quidditatiue de rationali. Quinimo sola illa prædicata quæ cōstituūtur in recta linea prædicantur quidditatiuè: differētia vero quæ ponūtur ad latus prędicantur solū essentialiter, non de se inuicē, sed de prædicatis quæ ponūtur in recta linea. Quare hæc nomina materia, forma, punctum, vnitas, angulus, non sunt species de quibus aliquod genus prædicetur quidditatiuè quia materia non est substantia sed pars substātię: & cætera non sunt quantitates, sed punctum est principium quantitatis continuæ, & vnitas, quantitatis discretæ, & angulus, figuræ.

¶ A D quartū demum argumentū. Conceditur quod vniuersale est genus ad quinq; prædicabilia: quemadmodū enim animal, dicit vnā cōmunē rationē ad omnia animalia, & genus dicit vnā rationē cōmunē ad quinq; prædicabilia, quæ est esse in pluribus aeproinde prædicari de pluribus, abstrahendo ab hoc quod est prædicari essentialiter vel accidentaliter, in quid vel in quale, de differentibus specie aut de differentibus numero. Sed est differētia, quod ratio animalis est prima intentio & cōueniens primæ intentionibus, idest, est propria tas conueniens rebus ex natura rei: sed ratio generis est secunda intentio accidentaliter attributa primis intentionibus. Intentio verò vniuersalitatis, est secunda intentio conueniens itidem secundis intentionibus tanquā genus sui speciebus. Vnde sicut homo est species animalis, ita & genus, & quodcunque prædicabile, est species vniuersalis. Et sicut in hac homo est species, subiectum supponit simpliciter rita & to hac, genus est species, subiectū non supponit pro hoc vel illo genere, sed pro genere in communi. ¶ Haud nescio esse, qui credāt vniuersale non esse genus: quia æquiuoce dicitur de vniuersalibus prædicamenti substantiæ & vniuersalibus prædicamenti accidentis, sicut ens dicitur de illis prædicamentis æquiuoce, nihilominus existimo econtrario quod hę nomina, vniuersale, genus, species, &c. vnuoce prædicantur de omnibus vniuersalibus. Nam quamuis accidentia non sint per se, sicut substantia nihilominus genera accidentiu eodem modo prædicantur de suis inferioribus, quo genera substātiæ, de suis. ¶ Vnde ad argumentū, quod id fese statim offerit. Genus & species sunt distincta prædicabilia: ergo genus non est species, & per cōsequens illa est falsa genus est species vniuersalis. Respondetur quod ambiguitas inde exoritur q̄ hæc nomina secundæ intentionis, non solū attribuuntur rebus primæ intentionis, sed etiā ipsis secundis intentionibus, vt modo diximus. Enimuero sicut homo, aut leo est species animalis: ita genus & alia prædicabilia sunt species vniuersalis. Et ideo in hac prædicatione, genus est species, potest vtrumq; extremū accipi simpliciter, & tunc illa est falsa, quia non est eadē intentio generis & speciei, & ideo nihil inquantū genus est species. Et in hoc sensu genus & species sunt distincta prædicabilia. Potest secūdo accipi ppositio, vt subiectū supponat simpliciter, & prædicatū personaliter: & hic sensus est verus. (Est enim id dicere, q̄ genus est quædam species contenta sub vniuersali. Nominales aiut, q̄ si vtrumq; extremū supponat materialiter illa est

nota

Universidad de Deusto Biblioteca

falsa: si vero subiectum supponat materialiter & prædicatum personaliter, est vera. ¶Postremo posset hic quispiam interrogare an definitio generis sit proprie quidditatiua. Scot.quæst.15.de vniuersalibus putat esse quidditatiuam definitionem: nempe in qua prædicatur de pluribus, est genus, quod contrahitur per alias duas particulas, scilicet de pluribus differentibus specie, in eo quod quid tanquam per proprias differētias. ¶Et parum profecto refert an dicatur quidditatiua definitio necne: tametsi significantius loqueretur, qui diceret hanc definitionem explicare proprietatem & passionem generis, quàm quidditatem. Etenim natura vniuersalis est esse in pluribus, idest, habere vniformem rationem ad plura, quod habet per abstractionem intellectus: & inde fluit tanquam passio, prædicari de pluribus: sicut ex natura hominis fluit risibile. Quare potius est descriptiua definitio, sicut si homo definiretur per risibile. Voluit enim definire genus Porphyrius per proprietatem nobis notam: definitio tamen quidditatiua esset: Genus est vniuersale, quod est in pluribus differentibus specie per vniformem rationem ad eorum quidditatem. Cætera quæ de genere possunt hic in dubium venire, in prædicamentis & maximè in.c.4.&.5. aptius disputabimus.

nota.

DE SPECIE.

CAP. II.

SPECIES autem dicitur quidem, & de vniuscuiusq; forma: qua significatione dici solet, præstantissimam formam dignam esse imperio. Dicitur autem & de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus, quod quidem est genus: album aūt speciem coloris, & triangulum figuræ speciē simili modo significat.

Text.ii. ¶Quod si genus assignantes, mentionē fecimus speciei genus id esse dicentes, quod de pluribus differentibus specie, hoc ipso quid est prædicatur: & nunc id esse dicimus speciē, quod sub assignato genere collocatur, sciendū est, cùm & genus alicuius sit genus, & species alicuius sit species, alterum alterius, vtrumque vtriusq; definitionibus adhibere necesse esse.

Text.iij. ¶Assignant igitur speciem & hoc modo: Species est id, quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipso quid est prædicatur. Insuper hoc etiā pacto, species est id, quod de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est prædicatur. Verùm hæc quidem assignatio ipsius, erit infimæ speciei, & quæ tantummodo species est: cæteræ vero & hisce comperent, quæ non infimæ sunt.

Tex.iiij. ¶Atq; id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifestum. In vnoquoq; prædicamento sunt quædam summa genera, & quædam infimę species: & inter hęc media quædā sunt, quæ genera eadem speciesq; dicuntur. Est autem id quidem summum genus, supra quod nullum omninò genus transcendit: infima verò species ea, sub qua nulla prorsus alia species collocatur. At inter hæc, summum inquam genus, speciemq; infimam, sunt alia quæ genera sunt eadem speciesque non eiusdem tamen, sed diuersorum respectu. Explicetur autem id quod diximus vno in prædicamento dilucidumq; fiat: hoc pacto. Substantia est quoddā & ipsa genus, vt patet: atq; sub ipsa quidem est corpus, sub corpore verò est animatum corpus, sub quo animal cadit. Sub quo rursus animal particeps rationis est, sub quod homo cadit: sub hunc Socrates, Plato, singuliq; homines collocantur. Horum igitur substantia quidem genus summum, maximumq; patens est, solumq; genus: Homo verò species ima, & species solum. At corpus species quidem est substantiæ, genus autem corporis animati: Animatum verò corpus, species quidem est corporis, genus autem animalis: rursus animal, species quidē est animati, genus autem animalis participis rationis. Homo vero species quidē est animalis participis rationis, genus autem hominum singulorum non est, sed species solum. Atq; omnino id omne quod est ante indiuidua & de ipsis sine vllo medio prędicatur, species erit duntaxat, & nullo modo generis rationem subibit. Vt igitur substantia, quia supremum est, præterea quod nihil est ante ipsam, genus est summum, vti diximus: sic & homo, quia species est, sub qua nulla species prorsus, nec quicquam eorum quæ diuidi in species possunt sed indiuiduorum. (indiuiduum enim Socrates, & Plato, atq; hoc album est) species erit profectò solū ac vltima species specialissimaq; species, vt diximus. Media vero species eorum quidē erunt, quę sunt ante ipsa, genera aūt eorum, quæ sub ipsa sunt collocata.

Text.v. ¶Quare hæc quidem duos habent respectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo species: alterā ad sequentia, quo genera illorum esse dicuntur. Extrema vero vnum habent duntaxat: summum enim genus ad ea quidē, quæ sunt sub se collocata respectū habet: est enim genus, vt patet: ad superiora vero nullum profecto habet: ad supremum sit genus, & vt principium primum atque (vt diximus) id supra quod nullum inueniri genus omnino potest. Ima quoque species vnum habet respectum. Habet enim ad supera, quorum species dicitur: ad infera vero non diuersum habet, sed indiuiduorum species dicitur. Atque indiuiduorum quidem species dicitur:

vt



vt continens ipsa, superiorum autem rursus species appellatur, vt continetur ab illis.

Tex.vj. ¶Definiunt igitur genus summum sic, quod genus cum sit, non est species, & rursus supra quod nullum aliud omnino genus transcendit. Speciem vero imam hoc pacto, quæ species cum sit, non est genus, & rursus, quæ species cum sit, aliam in species diuidi nequit. Et insuper, quæ de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est prædicatur. Media vero, quæ his interiacent, alia aliorum alterna genera speciesque vocant: atque vnum quodque

ipsorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsorum speciem esse genusque statuuntur, non respectu tamen eiusdem sed diuersorũ. Ea enim quæ ante speciem imam vsque ad summum genus ascendunt & species, & genera alterius dicuntur: vt Agamemnon, Atrides: & Pelopides, & Tantalides ac tandem Iouis filius. Verum in familijs quidem ad vnũ velut Iouem, plerumque principium ipsum reducitur, in generibus autem non ita res se habet. Non enim ipsum ens, vnum omnium genus commune est, nec vniuersa genera, eiusdem supremo, scilicet, in genere, vt Aristoteles inquit euadunt, sed vt in Prædicamentis prima genera decem, quasi principia decem prima ponantur. Etsi enim omnia quis entia vocauerit æquiuoce (inquit) & non vniuocevocabit. Nam si ipsum ens commune omnium genus esset, vniuoce vniuersa profecto entia dicerentur. Cum autem sint decem prima, communicatio nomine tantum, haud vero & ratione, ad id nomen accommodata est. Tex. vij. ¶ Genera igitur sunt summa quidem, decem, species autem imæ numero quidem sunt aliquo, at non infinito. Indiuidua vero quæ sub imis collocantur, sunt infinita. ¶ Quapropter descendere à summis vsque ad ima Plato iubebat, ibique stare: descendere vero per media, differentijs specificis diuidentes, infinita autem omittere: nec enim cadere sub scientiam posse. Cum igitur ad imas descendimus species: transire per multitudinem diuidendo necesse est, at cum ad summa ascendimus genera, in vnum multitudinem ipsam colligamus oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat, & magis id etiam genus. Particularia vero ac singularia vnum contrain multa semper diuidere videntur. Speciei quippe communicatione, homines complures homo vnus sunt: at vnus atque cõmunis, ipsis particularibus plures. Singulare nanque diuisiuum semper est: ipsum vero commune, collectiuum, vnius suapte natura efficax. Assignato vero genere, specieque, quidnam vtrumque ipsorum sit, cum genus sit vnum, species vero plures (diuisio nanque generis in species plures semper est) genus quidem semper de specie prædicatur, omniaque omnino supera de inferis semper dicuntur: species vero neque de propinquo sibi genere, neque de vllo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicetur oportet, minora vero de maioribus non oportet, non enim animal hominem esse dixeris, qualiter hominem animal esse dicas. Atque de quibus speciespræ-

cies prædicatur, de his & specici genus, & genus etiam generis vsque ad summum genus necessario prædicatur. Nam si verum est dicere. Platonem hominem, & hominem animal & animal substantiam esse: verum & platonẽ animal dicere & substantiam. Cum enim supera semper de inferis prædicentur, species quidem de indiuiduo, genus autem de specie ac indiuiduo, summum vero genus & de genere, vel de generibus, si plura media subalterna que sint, & de specie atque indiuiduo prædicabitur. Summum enim de generibus, & speciebus, ac indiuiduis omnibus prædicatur: illud autem quod est ante imam speciem genus de vniuersis imis ac indiuiduis dicitur: ea vero quæ est solum species, de omnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduum autem de vno solo particulari. Tex. 8. ¶ Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hic accidens Sophronisci filius, si solus Socrates illi filius est. Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus, quidque constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis namque proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis autem communis dico, proprietates eædem in pluribus, imò vero in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines sunt fiunt atque inueniuntur. Indiuiduum igitur à specie, & species à genere continetur. Genus enim est quoddã totum, indiuiduum autem pars. At species & totum, ac etiam pars est: sed vt pars quidem ad aliud, vt totum autem non ad aliud dicitur, sed in alijs. Totum enim in ipsis partibus est. De genere igitur atque specie, & quidnam sit summum genus, & quid ima species, & quæ sint eadem genera speciesue, quæ præterea sint indiuidua, & quot modis genus speciesque dicantur, satis iam explicauimus.

ALio ordine enumerauit prologo Porphyrius vniuersalia, aliumque seruat in eorum tractatu, dum illic differentiam collocauit ante speciem, hic vero speciem anteponit differentiæ. Quod non casu, sed consulto fecit. Ordo enim materialis erat, vt de differentia priusquam de specie diceretur: constat enim species ex genere & differentia, tanquam materia & forma, & rectus ordo scientiarum est, vt cognitio totius à cognitionibus partium proficiscatur. Quemadmodum Aristo. primo Physicorum cognitionem rei naturalis ab his (quibus res naturalis constat) principijs exorditur. At vero, quia species & genus relatiue inuicem dicũtur, & relatiua simul sunt cognitione, necessarium duxit Porphyrius post genus proxime de specie dicere: vt potequod alterum per alterum mutuo definiatur. Quamuis & aliam rationem adijciat Auicen. puta, quod species actu continea: intra se genus, differentia vero sit extra essentiam generis: sicut materia est de essentia cõpositi, non tamen de essentia formæ: & ideo species est

propinquior generi, quam differentia. Et potest tertia ratio accumulari: quia prædicatio speciei cum sit quid dicatiua, nobilior est, quam prædicatio differentiæ, quæ prædicatur in eo quod quale. ¶ Tria sunt membra huius capitis. In primo statuuntur & acceptiones & definitiones speciei, in altero disponitur series & arbor prædicabilium, in qua vnum est supremum genus, aliod infima species, atque alia in medio genera subalterna. In tertio denique & postremo membro definitur individuum, quod est subiectum prædicatorum omnium. Prima pars continet tres textus: secunda quatuor: vltima vero vnicum, atq; adeo in toto capite sunt textus octo.

¶ TEX. 19. Species autem dicitur, &c. Quemadmodum fecit Porphyrius superiori capite, ita hic non connumeratomnes acceptiones speciei, accipitur enim & apud Grammaticos: pro specie primitiua & deriuata: & apud dialecticos, pro speciebus cognoscitiuis, aut sensuum, aut intellectus, sed eius tantum acceptionis realis & vulgaris mentis, cuius similitudine accipitur species secundum Dialecticos. Species ergo accipitur dupliciter, vno modo vt significat intentionem primam, alio modo vt est nomen secundæ intentionis. Quod dicunt, primæ intentionaliter, & secundæ intentionaliter. Primo modo accipitur pro vnuscuiusque rei forma, idest, pro forma à qua res dicitur formosa & spectosa, vt est illud. Spectosos forma præ filijs hominum: & illud, Formosam pastor. &c. Sed circa exemplũ text. literæ adnotandum est, quod litera Græca sic habet, proton eidos axiõ tyrannidos, idest, prima species digna est imperio. Boetius vero quem Albertus & fere doctores sequuntur, non dixit, prima, sed Priami, vel quia in aliquo exemplari Græco ita reperit: vel vt ad insciciratem Priamsalluderet qui cum esset forma præstantissimus, atque adeo dignus conferetur imperio, iniqua tamen fortuna regno excidit Troianorum. Cõmentator vero legit, vt litera Græca iacet, prima species, quamuis mendosi codices habeant, primi species. At vero Argyropylus significantius forte transtulerit præstantissima species: nam proto, id etiam significat, quod præstantissimum. Dicitur autem præstantissima hominis species imperio dignantum quia vt ex Arist. 2. de Anima. &. 1. Rhetoricorum colligitur, lineamenta corporis, internæ virtutis animi indicia sunt: tum etiã quia & corporis præstantia per multum commendat virtutem principis, & cuiusuis magistratus: est enim vt ait poeta, Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. ¶ Secundo modo accipitur species vt est nomen secundæ intentionis. Et est illud quod ponitur sub assignato genere, idest, sub genere q̃ superiori capite definitum est. Aut sub assignato idest, sub certo & determinato genere, ad denotãdum quod non sub singulis generibus sunt species singulæ, sed sub vno certo genere continentur multæ species: sunt enim homo & equus. &c. species animalis. Tex. 2. ¶ In. 2. text. excusat se statim Porphyrius, quod non debeat sibi vitio dari, si cum genus definierit per speciem, iam modo speciem vicissim definiat per genus: vbi videtur circulo vti contra artem definiendi: respondet enim, quod cum genera & species dicantur correlatiue, animal enim est genus hominis, atque homo species animalis, necessarium est naturam generis exponi per ordinem ad speciem, & naturam speciei explicari per ordinem ad genus. Vbi quæstio disputanda foret, vtrum vnum relatiuũ debeat definiri per reliquum: sed quæstio hæc reponenda est vsque ad prædicamentum relationis, vbi ait Arist. quod si quis vnum correlatiuorum definire scit, simul scit & alterum. Nunc autem supponendum interim est, quod cum res sicut se habent ad esse, ita se habeant vt cognoscantur. 2. Meta. tex. 4. & esse relatiui sit esse ad aliud, esse enim patrem nihil aliud est quam habere habitudinem ad filium sit vt conditio & proprietas vnius relatiui non explicetur nisi per suum correlatiuum: pater enim est ille qui habet filium & filius ille qui habet patrem, sicuti eadem est via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. An vero illa sit propria definitio, illic dispurabitur. Hoctamen hic admonuerim, quod forsan correlatiuũ posset perspicacius exponi non per aliud formaliter, sed per fundamentum alterius. Vt si dicas pater est animal quod genuit sibi simile in substantia, & filius est animal quod à sibi simili genitum est, atque adeo genus est vniuersale quod alteri vniuersali suppositum est, species vero vniuersale quod sub alio positum est. ¶ Et dicitur species hoc secundo modo ad similitudinem speciei realiter: nam quemadmodum forma & pulchritudo rei est eius perfectio, & per illam perficitur informitas materiæ ita cum genus dicat quid confusum & in potentia ad plures species, per differentiam actuatur ad perfectẽ speciem. Sicut enim æs, inquit Boetius, accepta forma transit in statuam: ita genus accepta differentia trãsit in speciem, &c. Vnde vulgares Latini prius imposuerunt nomen ad significandam formam & pulchritudinem cuiusque rei & inde philosophi, & dialectici transtulerunt nomen ad significandum speciem quę est sub genere. Text. 3. ¶ Assignant igitur speciem. Subsequẽter in. 3. tex. Porphyrius assignat duas definitiones speciei, non enim sunt tres, vt expositores plurimi ecent: sed certe, vt inquit Auicenna tantũ sunt duæ. Vna quæ definit speciem per respectum ad superius genus & alia quæ definit speciem per habitudinem ad inferiora indiuidua. Prima definitio est, species est id quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipso quid est prædicatur: secunda nanque particula est prioris expositio. Altera definitio est, Species est quod de pluribus differentibus numero hoc ipso quid est prædicatur. Vbi notandum est primo quod genus, in quantum genus non dicit nisi vnicam habitudinẽ puta ad inferiora, de quibus prædicatur, sicut neque indiuiduum dicit, nisi vnicam habitudinem ad superiora, quibus subijcitur. Species vero, in quantum species, dicit duas habitudines: scilicet subijci generi & prædicari de indiuiduo. Est enim homo, species animalis, & species Petri, & ideo vtraque modo definitur. Sed tamen species non habet, vt sit vnum quinque vniuersalium per respectum ad genus, sed per respectum ad indiuidua: esse enim vniuersale non est subijci, sed prædicari. Ob idque dignior acceptio speciei est qua cõparatur ad indiuidua, & secundum hanc acceptionem impositum est ei primo nomen speciei. Et ideo acceptio speciei respectu generis præcedit in rextu tanquam imperfectior & minus propria. ¶ Vnde subiungit Porph. quod definitio prior conuenit speciei in vniuersum, siue sit specialissima, siue subalterna: posterior vero tantum conuenit speciei specialissimæ, quæ simpliciter dicitur species: nam species quæ sunt genera, non dicũtur simpliciter species: sed species subalternæ.

Definitiones speciei.

¶ TEXT. 4. atque id quod dictum. Hæc est secũda pars text. in qua distincte admodum disponitur series & arbor prædicabilium, quæ generaliter in sex distinguuntur: puta supremum genus: quod dicunt generalissimum: infimam speciem, quam dicunt specialissimam: & media, quæ sunt species & genera subalterna.

At-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque licet arbor hæc quocunque prædicamento ordinari pollet, explicatur tamen in prædicamento substantiæ quod est omnium dignissimum. ¶ Vbi adnotandũ est primo, quod apud Porphy. sex sunt vniuersalia in recta linea disposita, puta, substantia, corpus, corpus animatum, animal, animal rationale, homo, sub quo ponũtur individua, Petrus, Paulus. &c. & quidem corpus animatum, & animal rationale, potius habent formam definitionum quam specierum aut generum, verum tamẽ nominum inopia in causa est, vt corpus animatum, accipiatur vice nominis simplicis & absoluti, quod sit genus omnium viuentium, puta animalium & plantarũ: loco cuius nos substituimus viuens, vt gerat vicem nominis absoluti. Itidem, animal rationale positum est à Porphy. loco nominis simplicis & absoluti, quod sit genus hominum corporumque cælestium & supracælestium substantiarum. Fuit enim Porphy. (vt in prologo adnotauimus) Stoicus magis & Platonicus, quam Arist. atque adeo in illo fuit errore Stoicorum, vt crederet cælos esse animalia, eo quod à seipsis videntur moueri, quod proprium est animalium: idque ansam dedit poetis, vt astra confingerent esse viuentes deos. Fuit itidem in alio errore, puta deos & substantias supracælestes esse animalia rationalia, vt refert Apule. li. de deo Socratis, vbi dæmones (inquit) sunt animalia corporea aerea, mente rationalia. Et ideo opinatus est, animal rationale, esse genus, quod cõtractum per mortale, constituit definitionem hominis: contractum vero per immortale, cõstituit definitionem supra cælestium substantiarum. Illos tamen errores non solum Christiana fides, sed Arist. 12. meta. elidit, asserens cælos non habere animas informantes, sed assistrices intelligentias à quibus mouẽtur: item substantias supracælestes non esse corporea animalia & sensualia sed substantias pure intellectuales, quas subinde intelligentias nuncupauit. Obidque non nullum posuimus medium genus inter animal & hominem, sed animal rationale, est definitio hominis: atque adeo tantum sunt quinque vniuersalia in linea recta. Ea vero quæ hinc inde circumstant sunt differentiæ. ¶ Igitur substantia est genus corporis, nullius tamẽ est species: corpus vero, species substantiæ: sed genus viuentis ita deinceps vnum quodq; medium est genus inferioris & species superioris, vsq; ad homo, q̃ tã respectu superioris animalis, quã respectu inferiorũ individuorũ est species, & nullo modo genus: differẽtiæ vero, quę ad latera adscribũtur sunt diuisiuę generis superioris & cõstitutiuæ specierũ inferiorũ, vt, corporeũ, diuisiuẽs substãtiã, definit corpus: est. n. corpus substantia corporea: & ita deinceps, vt patet in figura. Homo vero (neque aliqua specialissima species) non diuiditur formaliter per inferiores differentias, sed materialiter per principia individuationis, vt in prędicamentis manifestabitur. ¶ Est præterea notandum, q̃ catena hæc & arbor prædicabilium non solum in nominibus consistit (vt Nominalium fert opinio) nec in solis rebus, vt quidam Realissimi opinantur, sed est in rebus principaliter & fundamentaliter, & in nominibus tanquam in signis: quemadmodum enim se habent vniuersalia obiectiua: ita & vniuersalia in repræsentãdo, vt admonere sæpe solemus. ¶ Sumitur ratione huius arboris hoc modo. Cum homines conueniant essentialiter inter se & differant à cęteris animalibus, consideratur in homine ratio communis solis hominibus quæ dicitur humanitas: & cum animalia omnia, conueniant essentialiter inter se & differant à plantis consideratur vna ratio generica communis omnibus animalibus quæ dicitur animalitas, & super illam consideratur ratio viuentium quæ est communis animalibus, & plantis: & superior ratio corporis & suprema ratio substantiæ. Atque adeo totidem correspondent in intellectu conceptus formales absoluti. ¶ Id præterea hic adnotauerim quod hęc vniuersalia, quorum fundamenta sunt in rebus, non sunt nuncupanda vniuersalia in essendo (vt quidam appellant) nam vniuersale in essendo designat id, quod secundum esse reale est separatum, vt erat in opinione Platonis: vniuersalia autem Aristo. solum sunt vniuersalia, per abstractionẽ intellectus: quare non sunt nuncupanda, nisi vniuersalia obiectiua aut vniuersalia abstracta, ad differentiam vniuersaliũ quæ sunt in voce, aut scripto quæ dicuntur vniuersalia in re præsentando. Text. 5. ¶ Quare hæc quidem, &c. Infert corollarium Porph. quod singula intermediorum duos habent respectus dum sunt species superiorum, inferiorum vero genera: sed extrema non habent nisi vnum duntaxat respectum: substantia enim ita est genus, vt sit nullo modo species, homo vero ita est species, vt neutiquam sit genus est enim homo & species animalis & species Petri & Pauli. Adde si libet quod quemadmodum substantia est supremum genus & homo infima species ita corpus est suprema species puta supra quod nulla est species: atque animal infimum genus, vt puta sub quo nullam est genus. Quare licet tria sint quoddammodo media, tamen viuens est simpliciter medium nępe quod habet supra se non solum genus, sed speciem quale est corpus: & sub se non solum speciem, sed etiã genus quale est animal. ¶ Hinc innotescit quare illa intermedia dicantur species aut genera subalterna: non enim dicitur animal species subalterna, quia ponitur sub alia specie sicut propositio particularis dicitur sub alternari vniuersali, sed dicuntur subalterna, quia sub alternatim & vicissim modo sunt genera modo species vt animal est species quatenus subijcitur viuenti & genus quatenus prædicatur de homine. Textu. 6. ¶ Intexu. 6. qui incipit. Definũt igitur. &c. colligit subinde Porphyrius duas definitiones generalissimi & tres definitiones specialissimi quę ex dictis elucescunt. Comparat tamen filum hoc & seriem generum & specierum dialecticorum ad progeniem in familijs. Vt Agamem non sit loco hominis & eius pater Atreus loco animalis: deinde auus eius Pelops loco viuentis præterea pro auus Tantalus, loco corporis at denique atauus Iupter loco substãtiæ, & quãuis Iupiter non fuit primum genus Agamemnonis, fuit enim Iupiter filius Saturni, neposque Cœlij, Ophyonisque pronepos, tamen aut quia Iupiter Deus fuit, propter eius reuerentiam ponitur tanquam primum genus, aut quia Saturnum regno deturbauit & pepulit, nõ fit mentio Saturni. ¶ Subsungit tamen quod non quemadmodum in familijs, ita est in generibus apud philosophos: nam in familijs omnia reducuntur ad vnum primum louem, in generibus autem non omnia reducuntur ad vnum: quia maxime reducerentur ad ens, quod tamen est falsum: imo, ens, non est vninocum genus ad omnia prædicamenta: sed sunt decem prima genera, atq; adeo primo diuersa, vt in prædicamentis. cap. 4. videbimus text. 7. ¶ In tex. 7. qui incipit, Genera igitur sunt, summa, subnectit continuo Porphy. tria dicta notanda. Primum, genera sunt decem (scilicet generalissima) species vero plures sunt, quam sub numero comprehendi possunt, sunt tamen numero finito, sed individua sunt infinita: quapropter diuidere genera licet usque ad infimas species, speciem tamen per individua diuidere (authore Platone) nec est

Arbor vniuersalium.

est scientiæ, nec artis. Quare scientiæ non sunt nisi de vniuersalibus, quæ sunt perpetua & eiusdem rationis in omnibus individuis. De individuis autem non est scientia tum quia corruptibilia, tum quia ratio propria vnius individui non est eadem in alia: & ideo per scientias abstractiuas non possumus percipere qualis sit & individuorum qualitas & dispositio, sed id percipimus experientia. ¶ Secundum dictum: cum descendimus à generibus ad species, id facimus per diuisiones multiplicando species, vt substantiam diuidimus in corpoream & incorpoream, & corpus in animatum & inanimatum, & ita deinceps. Et quodlibet illorum eadem ratione subsecatur sed cum à speciebus ad genera ascendimus, colligimus multitudinem: homo enim vnam plurium individuorum essentiam continet: genus vero vnam plurium specierum colligit rationem. Quare plures homines participatione speciei essent vnus homo, idest vnicam rationem & essentiam habent in quantũ sunt homines. Sit eadem ratione participatione generis plures species sunt vnum animal, idest, in quantum homo & equus sunt animalia, eandem rationem participant. Quare singulare semper est diuisiuũ, vniuersale vero collectiuum. Considerandum est hic tamen quod non affirmatur hic plures homines esse simpliciter vnũ hominẽ: nam simpliciter vnus homo intelligitur vnus numero, sed plures homines sunt vnus homo cum addito, idest, vnus homo in specie. ¶ Tertium dictum est, quod cum diuisio generis sit semper in plures species, sit vt superiora de omnibus inferioribus prædicentur aut æqualis de æqualibus, inferiora vero de superioribus minime prædicantur: si enim Petrus est homo & homo est animal, & animal viuens. &c. sit vt & Petrus sit homo, & sit animal, & sit viuens, vsque ad substantiam: & si homo & rationale, & risibile conuertuntur, tunc omnis homo est rationalis & omnis homo est risibilis & econuerso, præterquam quod istæ sunt prędicationes directæ, conuertentes vero indirectæ: sed tamẽ Petrus non prædicatur de homine nec homo de animali, & sic ascendendo: non solum quia inferiora non prędicantur de superioribus directe nec vniuersaliter (est enim indirecta hæc, animal est homo, & falsa hæc, omne animal est homo) sed certe mẽs Porphyrij est, quod simpliciter inferius non prædicatur de superiori: nam quanquam sit vera propositio animal est homo: tamen homo simpliciter non censetur prædicatum animalis: quia non est forma eius. Quare prædicari indirecte est prædicari secundum quid, vt supra dictum est. Concludit tamen Porphy. quod individuum de vno solo, puta de seipso prædicatur.

Individuũ.

¶ INDIVIDVVM autem dicitur. Hæc est tertia & postrema pars textus qua continetur definitio individui. Vbi primo Porphy. tria commemorat individuorum genera, puta individuum determinatũ, seu nominatum. quod est nomen proprium, vt Socrates alterum individuum vagum seu confusum, quod circumscribitur communi nomine cum pronomine demõstratiuo, vt hoc album hoc veniens quod sparsim vagatur per omnia singularia, dum non hoc determinatũ significat, sed confuse vniuersa, quare nunc accipitur pro vno, nunc pro alio, secundum quod hoc, aut illud demonstratur, & tertium est individuum ex suppositione seu circumlocutum, vt Sophronisci filius, suppositio Socratem fuisse vnicum Sophronisci filium. Quare hæc non sunt tria individua re distincta, sed tantũ tria nomina quæ eidem Socrati conuenire possunt. ¶ Secundo subiungit Porphyr. definitionem individui quod est illud cuius aggregatum seu collectio proprietatũ non potest in alia heri, vt collectio proprietatum, quæ sunt in Socrate, nunquam erunt in Platone, ad differentiam speciei, puta communis hominis, cuius essentia & definitio eadem conuenit omnibus individuis. Vbi cõsiderandum est quemadmodum Porphyrius in rebus ipsis ponit speciem, & non tantum in nominibus. Proprietates autem individui sunt numero septem, quas his versibus explicant. Forma, figura locus, tempus cũ nomine, sanguis, Patria, sunt septem quæ non habet vnus & alter. Forma, idest qualitas, vt color & complexio, nam forma substantialis potius pertinet ad speciẽ, figura, vt lineamenta & corporis habitudo, locus & tẽpus, puta hic & nunc, quæ potissima sunt accidentia in diuidu ationis, vt esse natum sub tali climate, talique respectu cæli, atque tali tempore anni. Nomen & sanguis, puta esse genitum his aut illis parentibus & oriũdum esse ex tali patria. Hæc autem accidentia præsertim conueniunt individuo substantiæ, nam individua accidentium non individuantur nisi ratione singularis substantiæ in qua recipiuntur, vt videbimus in prædicamento substantiæ. ¶ Tertio Porphyrius colligit, quod individuum continetur à specie, & species à genere: nã genus est quoddam totum, individuum autem est pars, species vero est totum & pars quidem quatenus continetur sub genere, & totum quatenus continet individua. ¶ Quod si quis arguat speciem potius esse totum respectu generis quam genus respectu speciei, quando quidem species constat ex genere & differentia tanquam ex materia & forma. Respondetur duplex esse totum apud dialecticos, scilicet, totum actuale, & totũ potentiale, totum actuale est quod actu in sua quidditate plures continet partes essentiales, totum potentiale est quod subsse plures continet partes subiectiuas, primum dicitur totum definibile quod resolutur in partes compositiuas: alterum dicitur totum vniuersale quod diuiditur in partes subiectiuas. Primo modo species est totum respectu generis & secundo modo genus est totum respectu speciei & quia opusculum hoc est de vniuersalibus simpliciter Porphyr. enuntiauit genus esse totum, quia videlicet est totum in prædicando.

Totum duplex.

Quæstio vnica.

Vtrùm textus Porphyrij de specie sit in vniuersum verus.

APPARTE negatiua arguitur. Primo quod genus & species non dicantur relatiue. Relatiua authore Aristo. in Prædicamento relationis, sunt simul natura, sed genus prius est quam species: nam vt Arist. docet in post prædicamentis, prius esse quod non conuertitur subsistenti consequentia, & tamen nõ sequitur, si animal est homo est: ergo genus & species non se habent relatiuè. ¶ Et confir. Si genus & species essent relatiua ponerentur in solo prædicamento ad aliquid quod est falsum, cum in vnoquoque prædicamento genera sint & species. ¶ Secundo arguitur contra definitionem. Numerus est species solum quantitatis: ergo in solo prædicamento quãtitatis reperiuntur aliqua differentia numerales sed species in quocunque inuenitur prædicamento

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo species non debet definiri per prædicari de pluribus differentibus numero. ¶ Et confirmatur primo. Definitio Porphy. neque omni conuenit neque soli speciei: nam Sol, Luna, & similia sunt species quæ tamen non prædicantur de pluribus differentibus numero: & Deus econuerso videtur prædicari de pluribus differentibus numero, puta de tribus personis, & tamen nō est species, sed res singularissima, ergo. ¶ Et secundo id cōfirmatur. Genus prædicatur de pluribus differentibus numero, puta de Petro & Paulo, imo cum prædicatur de homine & equo, prædicatur de pluribus differentibus numero: nam secundum Aristot. 5. Meta. text. 11. ea quæ specie differunt à sortiori differunt numero: ergo falsum dicit Porphyr. cū illā definitionem solī speciei specialissimæ conuenire. ¶ Mox contra secundam partem textus arguitur tertio, quod genera subalterna sunt potè dicantur media. Medium est quod participat vtrumque extremum, & per consequēs de neutro prædicatur: vt medius color nec de albo nec de nigro prædicatur sed tamē genus totum prædicatur de inferioribus, & de illo prædicantur superiora: ergo genera illa non dicuntur media. ¶ Quarto arguitur. Arbor prædicabilium supponit genera illa & species, vt facent sibi esse immediata: sed hoc est falsum: ergo arbor supponit falsum. Probat minor. A quacūq; essentiali cōuenientia abstrahibilis est cōceptus cōmunis: qui sit, aut species aut genus propriū eorū quæ sic conueniunt: sed inter hominem verbi gratia, & elephantem, & equum, videtur quædam esse conuenientia essentialis, qualis nō est inter hominem & leporem: ergo aliquod genus proprium est harum trium specierum puta, a, quod est superius ad hominem & inferius ad animal: eadem ratione inter hominem & elephantem est aliqua conuenientia, quæ non est inter hominem & equum & sic dabitur genus, b, inferius ad a, superius ad hominem, atque simili arte excogitari potest media species inter hominem & elephantem, & ita in infinitum, quo sit vt nullū sit genus immediatum hominis. ¶ Et confirmatur. Genus non prædicatur de individuo: ergo male dicitur in calce septimi textus, quod genus prædicatur de quibus prædicatur species. Probatur antecedens. Si prædicaretur de illis, maxime prædicaretur prædicatione generis: sed ista prædicationes. Petrus est animal, Paulus est animal, non apparent prædicationes generis, cum in his non prædicetur genus de pluribus differentibus specie. ¶ Quinto aduersus tertiam partem text. argu. Individua singularium non cadunt sub scientia, quia sunt infinita, vt ex mente Platonis dixerat supra Porphyrius: ergo nec possunt definiri: eiusdem enim obiecti est definitio atque scientia. ¶ Sexto & postremo arguitur. Definitio individui nec conuenit individuo vago, nec individuo ex suppositione, nec individuo determinato, ergo non est bona. Probatur antecedens singulari vago, vt hic homo hoc album, non repugnat prædicari de pluribus, si plura successiue demonstrentur & multo minus repugnat singulari ex suppositione, vt si plures essent Sophronisci filij: ergo hæc non sunt simpliciter individua. Secunda pars probatur. Individuū determinatum de nullo prorsus prædicatur: ergo per contrarium extremum definitio non conuenit ei, quia in vltimis verbis superioris text. individuum dicitur esse id, quod de vno solo particulari prædicatur. Probatur antecedens: nam ti prædicaretur maximè de seipso, quia prædicatū est veluti forma subiecti & nihil est forma sui: Quod confirmatur authoritate Aristot. capi. de substantia dicentis, quod à prima substātia nulla est prædicatio.

¶ HIC non opus est alia conclusione, præterquam quod dicta Porphyrij sane intellecta recte habent. Vnde ad primum argumentum respondetur quod genus & species, si accipiantur personaliter pro substratis secundum se intellectis, non sunt relativa, & hoc probat argumentum. Ratio enim animalis, est prior ratione hominis: quia potest esse animal sine homine & non econuerso: imo in eodem supposito embryo prius viuit vita animalis quam vita hominis. Nec hoc modo genus & species sunt in vno certo prædicamento, sed in singulis sunt genera propria & species. Alio modo accipiuntur genus & species formaliter: vt supponūt simpliciter pro natura in communi substrata intentioni generis, & hoc modo genus & species relative se habent: est enim animal genus hominis, & homo species animalis. Caue nunquam concedas genus aut speciem accipi pro intentionibus, quod iam modo tanquam falsissimum condemnatum est. ¶ Ad confirmationem respondebitur in prædicamentis. c. 4. vbi videbimus ponantur in vno certo prædicamento. ¶ Secundum argumentum petit expositionem definitionis, quæ partim ex definitione generis innotescit: definitur enim hic secunda intentio speciei, sicut illic secunda intētio generis: non quod species aut eius definitio accipiatur pro secunda intentione: sed vtrunque denominative supponit pro homine & cæteris speciebus, quibus conuenit prædicari de pluribus ratione secundæ intentionis, id est, in quantum abstrahuntur à conditionibus singularibus. Item illic expositum est quid est prædicari in quid. ¶ Est tamen differentia, quod genus prædicatur in quid: quia est pars quidditatiuæ definitionis speciei: species vero, quia dicit totam quidditatem individui duorum de quibus prædicatur. ¶ Ar circa materiam argumenti notandum est, quod Arist. 5. met. text. 11. vbi dicit ea differre specie quæ differunt definitione, subtilgit, ea differre numero, quæ differunt ex parte materiæ, id est, quibus non est vna materia. Vnde differentia specifica & numerica differunt, quod illa est formalis, hæc vero, materialis: homo enim & equus per formam differunt specie, sed formæ plurium equorum solum differunt numero, quia sunt in diuersis materijs. Atqui diuisio materialis dicitur numerica, quia vt. 4. Topico. ca. 5. Et. 3. Phylic. text. 68. docet Aristotel. numerus augetur ex diuisione continui. Quæ diuisio est materialis, quia fit ratione quantitatis & materiæ: & ideo quæcunque differunt tantummodo ratione materiæ, dicuntur differre numero. Et præterea, quia per solam numerationem individuorū augetur numerus: duo enim homines, quamuis non sunt nisi vna species, sunt duo & duo homines: & tres equi, quāuis non sint nisi duæ species, sunt simpliciter quinq; & vnus homo, quāuis habeat plures partes & plura accidentia, non est nisi vnū. ¶ Vnde ad argumentum respondetur, quod quamuis numerus formaliter acceptus, id est, in quantum abstrahitur à rebus numeratis, puta hominibus lapidibus, &c. sit species prædicamenti quantitatis, vt illic videbimus, nihilominus numerus materialiter acceptus pro rebus numeratis, reperitur in quocunque prædicamento, & ideo in quocunque est species, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. ¶ Confirmatio prima insinuat vnū aduotatione digum: videlicet quod genus suapte natura plures postulat species, species vero potest in vno individuo conseruari. Quæ sententia est Aristotel. 4. Topico. cap. 3. & Boetij liu. de diuisionibus, & Differentia specie, & numero.

& sanct. Tho. 1. senten. distinctio. 19. quæstio. 4. artic. 2. Et ratio est, quia genus nō dicit totā essentiā speciei, sed cōtrahit per duas oppositas differētias, nihil enim contrariatur nisi quod de se est indeterminatū ad plura, species vero, quia dicit totam essentiam individui, non contrahitur per oppositas differentias, sed multiplicatur ad multiplicationem individuorum ratione huius aut illius materiæ: quapropter Auicenna, species, inquit, potius dicitur multiplicari quam diuidi. Id circo de per accidens est quod species sit in vno vel pluribus individuis: quando enim individua sunt corruptibilia, tunc est in pluribus, quia species non potest conseruari in vno, sed quando sunt incorruptibilia, vt, Sol, naturaliter conseruatur in vno. Dixerim naturaliter quia supranaturaliter potest animal conseruari in vna specie si Deus corrumperet alias. ¶ Ad aliam partem de Deo respondetur, quod Deus non est species, vt latius videbimus in prædicamento substantiæ: sed interim respondetur quod in definitione speciei intelligitur genus definiti, scilicet, species est vniuersale quod prædicatur. &c. Essentia diuina non est vniuersale, & sit communicabile per definitionem & diuisionem: nō enim est alia numero essentia Deitatis in patre & alia in filio: sicut in hominibus multiplicatur essentia hominis, sed eadem singularissima est in omnibus. Et præterea personæ diuinæ non proprie differunt numero, vt docet sanctus Thomas prima parte quæst. 30. quia idem numero Deus est pater, filius, & Spiritus sanctus, sed hoc altioris est negotij. ¶ Ad secundam cōfirmationem respondetur, quod definitio speciei debet intelligi cum duplici præscisione hoc modo: species est vniuersale quod tantum prædicatur de pluribus solo numero differentibus: & genus quamuis prædicatur de Petro & Paulo solo numero differentibus, non tantum prædicatur de illis, sed de homine & de equo quæ non differunt solo numero. Ponitur vniuersale tanquam genus ad excludendū definitionem quod non est species, quia non est simplex vniuersale. Et eadem ratione excluditur individuum, quod quamuis ponitur sub assignato genere, non est species.

¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod medium multis modis accipitur, scilicet, mathematice propter quod æqualiter distat ab extremis: & physice, propter quod virtualiter participat vtrunque extremum, vt est medius color: & moraliter, propter quod in quo consistit virtus: & quarto modo logice quod Arist. vocat positionem medium, id est, prædicatione, & isto modo accipitur in proposito quod est medium in recta linea inter superius & inferius. Quocirca non participat vtrumque extremum, sed participat superius, & participatur ab inferiori: vt animal participat corpus, & ponitur in eius definitione: & participatur ab homine, cuius definitionē ingreditur. Quo fit vt huiusmodi medium, sit medium in demonstratione: demonstratur enim corpus de homine per medium animal. Videlicet omne animal est corpus, omnis homo est animal: ergo omnis homo est corpus. ¶ Quarto argumento connincuntur fere Nominales concedere eius conclusionem: nēpe quod nullum sit genus immediatum ad hominem: sed quod inter quascunque duas species potest signari species media atque adeo genus, quod tantum conueniat perfectiori: & illi mediæ. ¶ Contra hoc tamen in primis authoritas Arist. 8. Met. text. 10. vbi ait, quod resolutio definitionis speciei non procedit in infinitum, sed resolutur in genus & differentiam: & rursus (inquit) genus diuiditur in aliud genus, & ita ascendendo vsque ad generalissimum. & 6. Top. cap. 3. dicit vicies sam esse definitionem: quæ non datur per genus proximum. ¶ Et secundo ratione arguitur. Non est necessarium & inter quascunque duas aut tres species, sit essentialis cōuenientia quæ non sit inter alias, ergo ratio illorū supponit falsum, velo in antecedenti dicere quod forte inter omnia animalia, saltem perfecta nulla est essentialis conuenientia quam esse sensitiuum, quod est cōuenire in genere animalis. Itaque quamuis species elephantis proxime accedat ad speciem hominis, non est propterea, quod aliqualis conuenientia essentialis inter hominem & elephantem, quæ non sit inter omnia animalia sed quia species, vt inquit Aristo. 8. Meta. text. 10. sunt sicut numeri inequaliter perfectitur quamuis quaternarius propius accedat ad quinarium quam ternarius, tamen quaternarius & quinarius non conuenitur, nisi in ratione numeri in qua omnes numeri cōueniūt & ita homo & elephas non conueniunt nisi in ratione animalis, præterquam quod ratio animalis est perfectior in elephante quam in cane. Quisimo quamuis Deus posset creare speciem mediam inter hominem & elephantem, forsan non posset facere quod conueniret cum homine in alia conuenientia essentiali, quam in ratione animalis & sic non posset facere quod conueniret cum homine essentialiter & non cum alijs animalibus. ¶ Et propterea arg. Eadem ratione qua inter hominem & equum fingitur conuenientia essentialis, quæ non complectitur omnia animalia, admittenda est conuenientia essentialis inter omnia animalia & perfectissimam plantam: quæ non comprehenderet omnes plantas: quod profecto admittere non esset philosophicū. Vnde ad argumentum concesso, à quacunque conuenientia essentiali posse abstrahi cōceptum absolutum, negatur minor, videlicet inter quascunque species posse dari conuenientiam essentialem, quæ non extendatur ad omnes species illius generis: imo animal est genus proximum & immediatum hominis & omnium animalium quod per suas cuiusque differentias immediate contrahitur ad constitutionem omnium specierum. De differentijs quę in arboris lateribus collocantur sequenti capite dicturi sumus. ¶ Sed subiecimus quarto argumento confirmationem illam, eo quod nonulli ex Nominalibus gratis torquentur, metuentes concedere animal & quodcunque superius genus prædicari de individuo prædicatione generis, cum id expresse asserat Porphyrius videlicet, quod id quod est genus speciei est genus individuorum. Vnde ad confirmationem respondetur, quod quamuis ad hoc vt vniuersale sit genus, requiratur, quod sit prædicabile de pluribus differentibus specie, tamen ad hoc quod prædicetur prædicatione generis, non requiritur, quod in illa prædicetur de pluribus differentibus specie (imo in vna prædicatione non potest prædicari de pluribus) sed satis est quod prædicatum sit genus ad subiectum.

¶ Ad quintum argumentum cuidentius respondebitur in ca. de substantia, inter exponendum definitionem primæ substantiæ. Interim tamen respondetur, & si individuum accipiatur primæ intentionaliter pro re ipsa, puta pro Socrate secundum esse reale & absolutū quod habet, tunc non est definibile, vt argumentū probat: si vero nomen individui accipiatur secundæ intentionaliter: tunc est diffinibile & definitur hic à Porphyrio. ¶ Vbi notandum, quod secundum Nominales definitum proximum est ille terminus individuum: sed diuina principalia sunt nomina singularia, Petrus, Paulus, &c. Nam sicut soli termini apud Nominales sunt vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersalia,ira secundæ intentionaliter (vt loquitur Porphy.)solt terminisunt indiuidua.At re vera definitio Porphy.manifestè intelligitur de rebus,cum ait, indiuiduum esse,cuius collectio proprietatum nunquam eadem in alio erit:quæ quidem definitio nullatenus potest attribui terminis: quis enim dicat indiuiduum est terminus cuius collectio proprietatũ nunquam eadem in alio erit?Et ideo attendendum est quemadmodum nomen generis aut speciei supponit pro re in quãtum subijcitur secundæ intentioni,quæ est esse in pluribus & prædicari de pluribus:ita hoc nomẽ indiuiduũ, supponit pro re singulari connotando quod non est amplius diuisibilis in inferiora quidditatiue & sub hac ratione definitur in proposito. Vnde ad formam argumẽti respondetur,quod definitum est hic secunda intentio,quæ est communis omnibus indiuiduis,vt ait Sanct. Thom.quæst.9.de poten.art.2.1. Non quod secunda intentio sit indiuiduum sed ad sensum supra expositũ, puta,quod res singulares quatenus subsunt secundæ intentioni,quæ est carere inferioribus de quibus prædicentur, definiuntur. ¶Sed restat hic dubitatio duplex.Prima,quia definitio Porph.non datur per terminos secundæ intentionis,sed per terminos primæ intentionis quæ conueniunt rei ex natura sua,putà habere collectionem accidentium.Et. 2.quia definitio solum videtur conuenire indiuiduo prædicamenti,substãtię, cum tamen in alijs prædicamentis sint indiuidua sicut vniuersalia.Vt hoc album,hæc albedo. ¶Ad primam respondetur,quod proxime ante definitionem prædixerat,indiuiduum essẽ,quod de vno solo prędicatur,id est,non de pluribus inferioribus,quo expresserat naturã indiuidui,quatenus subsit secundæ intentioni: & ideo subiungit secundam definitionem indiuidui secũdũ esse realeinã ex hoc q̃ res est realiter indiuidua,ratione cõditionũ materialiũ,habet vt nõ prędicetde pluribus:quia secundum modum essendi est modus prædicandi.¶Ad secundam.Conceditur,quod,etiam in accidentibus sunt indiuidua,nihilominus accidentia non indiuiduantur nisi ratione primæ substantiæ in qua recipiuntur,vt in cap.de substantia videbimus.Et ideo assignauit solum definitionem indiuidui prædicamenti substantiæ.Quomodo autem differat inter singulare, indiuiduum,& suppositum seu primam substantiam, quæ omnia sunt nomina secundæ intentionis,loco citato videbimus.¶Ad sextum tandem argumentum respondetur.concedendo quod singulare ex suppositione,non est simpliciter singulare:vt probat argumentũ: nam huic nomini Sophronisci filius,ex modo suę significationis non repugnat supponere pro pluribus. Imo filius Dei non est nomen singulare : quia repugnantiã supponendi pro pluribus,non habet ex significationis forma,sed ex natura rei(sicut Sol est nomen commune specificum)quanuis ex accõmodatione vsus accipiatur loco nominis proprij Christi Seruatoris nostri.Atque hac ratione mentio facta est hic huiusmodi singulariũ ex suppositione:quia frequenter accipiantur loco nominis proprij.Eadem ratione concedimus quod singulare vagum,hoc album,non est tam propriè singulare, quàm singulare determinatum:quia potest accipi pro pluribus demonstratis,sed nihilominus apud philosophos accipitur pro singulari designato. Imo quod memoria reseruandum est,apud Aristotel.vt est videre de substantia & vbique singulare vagum non exprimitur per nomen demonstratiuum,sed per signum particulare,vt quidam homo,quoddam album,accipiendo pro vno quolibet homine.¶At vero de singulari determinato,vt,Socrates,controuersia est an proprie dicatur prædicari de seipso. Boetius enim sustinet partem affirmatiuam : Commentator vero negatiuam : ratio Boetij est,quia Petrus,est non solum vera, sed naturalissima prædicatio:nihil enim Petro tam naturaliter conuenire potest quam esse Petrum:sed ratio Commẽtatoris est quam supra diximus,quia prædicatum se habet vt forma respectu subiecti:& vbi non est aliqua distinctio saltem in modo significandi,non potest idem esse prędicatum sui.¶Hanc controuersiam dirimit hic Caietanus distinguens quod alia est prædicatio naturalis:puta cuius prædicatum naturaliter conuenit subiecto:& tali prædicatione idẽ prædicatur de seipso. Alia est prædicatio artificialis:nempe quæ inuenta est propter artem ratiocinandi,scilicet,ad manifestandum aliquid ignotum.& in hac necesse est prædicatum aliquo modo differre à subiecto,vt habeat formam propositionis dubitabilis,& tali prædicatione non prædicatur idem de seipso.¶At vero quamuis forsan de nomine sit disputatio,certe prædicatio identica non est simpliciter prædicatio propter rationem dictam:qua de causa Aristot.capit.de substantia,vniuersaliter dicit,quod à prima substantia nulla est prædicatio.Vnde Porphy. quãdo dixit,quod indiuiduum deuno solo prædicatur, aut accipit improprie:aut illud intelligit vt dicit Commentator:de singulari accidentis:vt si dicas Petrus est hoc album.Et hæc videtur intentio Aristotel.qui.1.Perihermen.capit.5.dixit.quòd singulare non prædicatur de multis,id est permittitur quod aliquod singulare,puta accidentis, prędicetur de vno solo,scilicet,de prima substantia sed in prędicamentis indiuiduum substantię, simpliciter negauit posse de aliquo prędicari.

DE DIFFERENTIA.

CAP. III.

DIFFERENTIA vero & communiter,& proprie, & proprijssime dicitur.Differre namque quippiam communiter dicitur,cum diuersitate aliqua quouis modo aut à seipso,aut alio differt.A Platone nanque Socrates diuersitate aliqua,atque à seipso puero vir factus,& ab agente non agens differt.Est semper hæc differentia in ijs est sane diuersitatibus, quæ consistunt in hisce, quæ cum interrogamus quo modo res se se habet,assignari reddique solet. Propriè verò aliqua differre dicuntur, cùm in separabili differunt accidenti.Et inseparabile quidem accidens est,vt cæruleus oculorũ color,vt simitas,vt cicatrix calor ex vulnere inducto.At proprijssime quippiam à quopiam differre diciturcum specifica differẽtia differt: qualiter ab equis homines specifica rationalis differẽtia differũt.Tex.2.¶Omnis igit in vniuersum differẽtia, diuersum alicui adiũcta facit:sed cõmuniter quidem & propriè differentiæ,diuersum,per accidens faciant:proprijssimæ vero diuersum per se, quidem & aliud dicitur. Differentiæ igitur quæ diuersum per accidens faciunt , tantum differentiæ : quæ verò aliud ac diuersum per se,differentiæ specificæ nuncupantur. Animali nanque differentia rationalis adiuncta,aliud sanè ac animalis speciem facit:motus autem additus, diuersum à quiescente tantummodo facit: hæc igitur aliud,illa diuersum tantum facit. Differentijs igitur hisce,quæ faciũt aliud,diuisiones generum in species fiunt, & definitiones etiam assignantur,quæ quidem ex genere talibusve differentijs constant: cæteris vero diuersitates per accidens tantùm emergunt, eius quo de qualiter sese habet interrogatur. Text.¶Rursus igitur à principio differentiam diuidentes , differentiarum alias separabiles alias inseparabiles dicimus esse. Moueri nanque atque quiescere, & valere ac ægrotare, & quæ sunt similis generis , separabilia sunt: aquilinum autem esse vel simum , & rationale & irrationale, inseparabilia sunt. Text. 4. ¶Inseparabilium rursus alias per se , alias per accidens esse. Rationale nanque & mortale,& susceptiuum esse scientiæ,per se homini competunt:at aquilinum esse, vel simum, per accidens, & non per se competit. Quæ igitur per se competunt in substantiæ ratione sumuntur, & aliud faciunt: quæ verò per accidens, competunt, nec in substantiæ ratione sumuntur, nec aliud faciunt: sed per accidens diuersum.Et hæ quidem,quę per se competunt, nec intendi nec remitti volunt : quæ vero per accidens,etsi inseparabiles sunt intẽsionem , remissionemve suscipiunt. Neque enim genus magis minusve de eo cuius est genus dicitur:neque generis differentiæ,quibus in species genera diuiduntur . Hę nanq; sunt, quæ cuiusque rationem conficiunt.At vniuscuiusque ratio vna est , eademque nec intensionem nec remissionem vllam suscipiens.Simum enim esse aut coloratum, intenditur atque remittitur. Text.5.¶Cùm igitur species differentiarum tres ita appareant,& earum aliæ sunt inseparabiles aliæ separabiles: & inseparabilium quædam aliæ per se aliæ per accidens:differentiarũ per se rursus , aliæ sunt per quas in species diuidim̃ genera: aliæ per quas ea , quæ sunt diuisa constituuntur. Veluti differentiæ per se animalis hæ sunt omnes , animatum,sensitiuum,rationale ac irrationale,& mortale ac immortale:atque animati quidem & sensitiui differentiæ, constitutiuę sunt substantiæ animalis. Est enim animal, substantia animata sensitiua. Mortale verò ac immortale,rationale ac irrationale,animalis sunt differentiæ diuisiuæ: Per has enim species genera diuiduntur. Verum hę quæ sunt generum diuisiuæ,constitutiuæ sunt specierum:nam animal per rationale ac irrationale,& per mortale rursus ac immortale diuiditur:sed immortalis quidem rationalisue differentiæ, constitutiuæ sunt hominis:rationalis vero ac immortalis Deorum,irrationalis autem atque mortalis,animaliũ expertium rationis. Sic & substantiæ supremæ , animatum atque inanimatum,sensitiuum atque insensitiuum differentiæ cùm sint,animatum & sensitiuum vnà cũ substantia sumptæ animal cõficere: animatũ atque insensitiuum, plantam.Cum igitur eædem differentiæ partim constitutiuę sint, partim diuisiuæ,vniuersæ specificæ nuncupãtur. Atque opus est maximè ad generum diuisiones,& ad diffinitiones conficiendas. Sed non in illis alijs,quas separabiles esse aut inseparabiles diximus. Text.6.

¶Has itaque definientes , differẽtiam inquiũt eam esse,qua species genus excedit.Homo nãque supra animal rationale mortaleq; habet. Animal enim neque nihil istorum est (vnde enim differentias species haberent?)neq; omnes oppositas habet: idem enim oppositã nimirum haberet.Sed vt censent , potentia quidem omnes eas differentias habet, quæ sub se sunt,actu autem nullam. Atq; hoc pacto neque ex non entibus fit, neque circa idem opposita simul erunt. Text.7.¶Definiunt autẽ ipsas & hoc pacto. Differentia est id quod de pluribus & differentibus specie, hoc ipso quale quid est prędicatur.Rationale enim & mortale de homine hoc ipso quale qd est homo, sed non hoc ipso quid est prædicatur. Nam si interrogabimur quid est homo? accommodatè dicimus,animal. Atsi quale animal est interrogabimur? rationale mortaleq; accõmodatissimè respõdebimus. Nã cùm res è materia formaq; constet,aut ex talibus quæ instar illarum sint,vt statua ex ære quidem, vt ex materia constat:ex figura autem vt ex forma:sic & homo cõmunis,quiquidem est species,ex genere differentiaque constat, similitudinem rationis subeuntibus cum materia atque forma totum autem hoc animal rationale mortale, est homo,vt istis est statua. Text.8.¶Describunt tales differentias & hoc modo. Differentia est id, quod suapte natura eaquæ sunt sub eodem genere, separat. Rationale enim atque irrationale, equum & hominem quæ sub eodem:vt patet , genere quod quidẽ est animal, collocantur, separat. Text.9. ¶Insuper & hoc modo assignant , Differentia est id , quo singula differũt.Homo enim & equus genere

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem non differunt, & nos enim animalia sumus, & ea quæ sunt expertia rationis: sed ad dictum rationale, nos ab illis seiunxit. Dij quoque, & nos rationis participes sumus: sed mortale adiunctum, nos ab illis distinxit. Textu. ¶ Exactius autem ea, quæ ad differentiam pertinent pertractantes, differentiam inquiunt non quoduis eorum esse, quę separāt eā, quæ sub eodem genere collocantur: sed id quod ad substantiam rationemque confert, & quod pars eius est rei cuius differentia dicitur esse. Non enim aptum ad nauigandum esse, hominis est differentia, etsi eius proprium est. Dicere nanque possumus animalium alia esse apta, alia non esse apta ad nauigandum hominem à cæteris seiungentes. Et aptum esse ad nauigandum, ad substantiam sanè non confert neque pars est ipsius, sed aptitudo solum. Propterea quod non est tale, quales sunt hæ differentiæ, quas specificas appellamus. Erunt igitur eæ specificæ differentiæ, quæ diuersam faciunt speciem, & quæ in ratione sumuntur. Atque de differentia quidem hæc satis sint dicta.

DE differentia (vt ait Boetius) non opus est quærere, cur statim post speciem collocetur: quandoquidem in dubium reuocatum est, an debuisset speciē antecedere. Est enim differētia pars essentialis speciei: quā subinde Arist. 5. met. tex. 19. appellat primum quālitatem substantiæ, & ob id quod absq; dubio in ordine disputationis præferenda est proprio & accidenti, quę sunt qualitates accidentales. ¶ Caput hoc in duo scinditur membra in priori sunt quinq; diuisiones differentiæ, & totidē in altero definitiones: quapropter primū membrum habet quinque textus totidemque secundum. In primo textu est prima diuisio differētiæ, quæ explicat acceptiones varias huius nominis. Dicitur differentia communiter, propriè, & proprissime. Boetius transfert, magis proprē, sed Græce est, idiecia ta, quod est proprissime. Vbi notandum est (vt dicit Auicenna) quod non sumuntur acceptiones istæ sicut illæ generis & speciei: etenim illic diuidebatur vox in diuersas significationes simpliciter æquiuocas: nam prius vulgus imposuerat genus ad significandum collectionem aut seriem familiæ, & inde philosophi transtulerunt nomen ad significandum genus secundæ intentionis. Hæc vero non est prorsus equiuoca significatio, sed potius analogica. Quemadmodum enim rationalitate differt homo ab equo, ita similitate nasi differt homo ab alio qui habet aquilum nasum. Et motu differt ambulans a sedente, licet non sit perfecta similitudo: vnde omnes tres significationes spectant ad dialecticū. Et proprissima differentia est membrum principale quod simpliciter dicitur differentia, aliæ vero secundū quid, quamuis quo ad nos prius occurrant sensui differentiæ communis & propria. Idcirco, hic non loquimur de differentia vt in materia exponibilium. Illic nāque solum docetur, quid sit duo inter se quomodocunque differre, quod est vnum non esse aliud, hic vero appellatur differentia id, per quod vnū extremum differt ab alio. ¶ At qui dicitur communiter differentia primū quia est accidens neutri extremorum proprij, sed vtri que commune, ideſt, quod vtrig; vicissim accidere pōt vt ambulatio qua nūc Petrus ambulans differt a sedente Paulo, & postmodum Paulus ambulans potest differre a Petro sedente. Et præterea quia vulgus communiter appellat illā differētiā rerum quam sensu percipit. Et potest hac differentia non solum vnū ab alio, sed idē à seipso differre, Vt exemplo in textu patet. ¶ Differentia vero proprie est accidens inseparabile quo vnū differt ab alio. Vt naticuruitas, cæruleus oculorum color. Boetius vertit, cæsitas, quod quidā codices mendose habēt, cæcitas, cū tamen Græcè sit, glaucotes, ideſt, glaucus oculorū color, qui appellatur cæsius aut cæruleus. Et ideo dicitur propriè differentia, nō quod simpliciter & absolute sit dicēda differētia, vt statim dicemus, sed quia est accidēs proprij. Nec ponit exemplū proprij specifici quale est risibile: quia non loquitur de differentia, qua species inter se differunt, sed quia differunt indiuidua sub eadē specie: qualis est oculorum color, & cicatrix cū callo fuerit indurata, & facta inseparabilis: quod Boetius transfert, cum occalluerit, quę sunt indiuiduorū stigmata & notę quibus dignoscūtur. Proprissime differentia est id, quo vnū essentialiter & specie differt ab alio. Vt rationale. Tex. 3. ¶ In secūdo tex. qui incipit, omnis igitur, &c. annectitur diuisio secūda quæ est veluti superioris expositio. Ait ergo Porphyr. quod omnis differētia, pura trīū illarū facit diuersum, differentia vero cōmuniter & proprie facit diuersum per accidens, differentia vero proprissima facit diuersum per se atq; adeo facit aliud, i, aliam essentiam. ¶ Boetius transfert, omnis facit alteratū, sed propria alteratū solum, & proprissima aliud, quæ translatio malis fuit in causa fingendi quod alteratū vno modo accipitur generaliter pro quācūq; diuersitate siue essentiæ siue accidentalis: nempe vt saluarent, quomodo differentia proprissima faciendo aliud, faciat alteratum, cū tamen profecto alteratū non dicat nisi differentiam accidentalē, & aliud essentialem. Dicendum ergo, quod alteratum necesse ram latinum quā diuersum, nec exacte explicat phrasim Græcam & mentem Porphy. quā tamen egregie explicant verba Argyropili: nā diuersum, est superius ad diuersum per accidēs & diuersum per se, & ideo omnis differentia facit diuersum: aliæ quidē, diuersum per se quod est facere aliud. ¶ Subiungit Porphyr duas proprietates harū differētiarum. Prima spectat ad nomē: quia differentiæ per se nuncupantur differentiæ specificæ, ideſt, specierum constitutiuæ: sed differentiæ per accidens dicuntur tantummodo differentiæ. Tantummodo inquā nō quod differentia per accidens sit simpliciter & absolute differentia (quod & Albertus adnotauit) sed quod differentia per accidens non habet aliud peculiare nomen, quo nominetur: quēadmodum aliæ nuncupantur differentiæ specificæ, quæ quidē simpliciter & absolute sunt appellandæ differentiæ. Altera proprietas attinet ad rem: vt delicet quod differentiæ proprijsimę facientes aliud, sunt quibus & diuiduntur genera, & species definiuntur. Vnde illud palam fit quod in prologo dixit Porphyr. has videlicet introductiones permultum conducere ad definitiones & diuisiones: nempe vt sciamus quibus differentijs sit, & genus diuidendum & definitiones specierum constituendæ. Text. 3. ¶ In textu 3. qui incipit, rursus igitur, subiungitur tertia diuisio differentię: nā alia est differētia separabilis alia, inseparabilis. Et consulto Porphyr. ait, rursus à principio

pio differentiam diuidentes, ac si dicat quod hac diuisione non subdiuiditur aliquod membrum superiorū diuisionum, sed diuiditur differētia in communi sicut ita superiorthus. Enimuero sicuti diuisio secunda primi membro comprehendit duo membra primæ diuisionis, & secundo comprehendit tertium membrum: ita hæc tertia, priori membro includit primum primæ diuisionis, & secundo includit secundum & tertium. Communis enim & propria differentia faciunt diuersum per accidens. Vt moueri & simul inesse: & proprijssima, facit aliud, sed tamen tota differentia communiter dicta est accidens separabile. Differentia vero proprie & differentia proprijsime dicunt qualitates inseparabiles, vt similitas, & rationalitas. Text. 4. ¶ In textu 4. qui incipit, inseparabilium rursus, subdiuiditur secundum membrum tertiæ diuisionis quarta diuisione. Nam differentiarum inseparabilium, alia inest per se, vt differentia proprijssima, qualis est rationale: alia inest per accidens, vt oculorum cæsitas, cæcitas nasi, quæ sunt propriæ differentiæ. Differentia illa conuenit per se in præsentiarum quæ est de essentia rei. Et illa conuenit per accidens quæ est extra essentiam quamuis sit inseparabile accidens. Quo fit, inquit Porphyr. vt differentia per accidens intensionem suscipiat & secundum magis & minus prædicetur, est enim homo magis aut minus cæsius, aut cæsius. Differentia vero per se non intensionem, admittit nec remissionem, sed quemadmodum genus, æqualiter semper prædicatur. Nemo enim est magis minusve rationalis. Text. 5. ¶ In textu 5. qui incipit, cum igitur, &c. ponitur diuisio quinta quæ subdiuidit tur secundum membrum quartæ diuisionis. Differentiarum enim (inquit) aliæ sunt per quas genera diuidimus, atque aliæ per quas constituimus species. ¶ Illo adnotandum est, quod diuisio hæc potest esse aut diuisio rerum aut rationum tantum. Quod est dicere. Possunt membra huius diuisionis insinuare diuersas differentias tantum solum rationes diuersas eiusdem differentiæ, quæ diuersis rationibus est diuisiua & constitutiua. Et vtriusque sensus subiungit Porphyr. exemplatiue. Eiusdem enim generis subalterni, aliæ sunt differentiæ constitutiuæ, aliæ diuisiuæ verbi gratia corporis differentia constitutiua est corporeum, est enim corpus substantia corporea: diuisiuæ vero eius sunt animatum & inanimatum. Et viuentis differentia constitutiua est animatum, diuisiuæ vero sunt sensibile, & insensibile: atque adeo animalis constitiua differentia est, sensibile, diuisiuæ vero rationale & irrationale: ita vt quodcūque istorum generum in quantum est species, habet vnam differentiam constitutiuam quę est secum conuertibilis, quatenus vero est genus, habet duas diuisiuas inferiores sc. At vero si eandem concipias differentiam, tunc in ordine ad superius genus erit diuisiua, & in ordine ad inferiorem speciem erit constitutiua, vt in superiori arbore vniuersalium ad oculum patet, vt rationale est differentia diuisiua animalis, & cōstitutiua speciei. ¶ Quo fit vt quemadmodum dictum est de specie, nempe quod habet duos respectus, scilicet, ad genus & ad individuum, & respectu vtriusque est species, ita dicendum est de differentia: nihilominus (inquit Porphyr.) huiusmodi differentiæ simpliciter nuncupantur specificæ: quippe quæ denominantur à dignori actu qui est cōstituere speciē, eo enim differētia diuidit genus vt cōstituti species: & si cōstituit genus, subalterniū non constituit illud, nisi in quantū est species. Tex. 6. ¶ Has itaque definientes. Hæc est secūda pars principalis textus, qua quinque connumerat Porph. definitiones differentiæ. Vbi animaduertendū est, tres esse actus differentiæ, scilicet, diuidere genus, constituere speciem, distinguere & diuidere speciem aliis speciebus eiusdē generis. Prima definitio explicat quomodo ratione differentiæ species differat à genere: secunda quomodo differentia predicetur de speciebus: tertia, quomodo dividat genus: quarta quomodo constituat speciem. ¶ Prima definitio est. Differentia est qua species genus excedit. Boetius vertit, qua species abundat à genere. Attamen, vt phrasim Græcam ad literam seruaret, fecit Latinam orationem æquiuocam (quod quidem vitium frequentissimum est apud Boetium) cum enim phrasis Græca non consonat Latinæ, id in causa est, vt versio quę Græcā literā sequitur labatim obscurissima, & frequentissime amphibologica. Ait enim quod homo ab animali, plus habet rationale: quod aliqui expositores ita intelligunt, scilicet, homo effectiue recipit ab animali differentiam, & tamen non est ille sensus: sed quod homo excedit animal per rationale: sicut compositum excedit materiam per formam. ¶ Respondet mox Porphyrius tacitę rationi quam quis posset obijcere: videtur enim quod genus contineat differentiam eandem quā species continet, ac per consequens nō excedat genus per differentiam. Probatur antecedens. Primo quia genus (vt dictum est superiori cap.) est totum respectu specierum: totum autem continet suas partes. Quod si genus continet speciem continet subindē differentiā constituentem speciem. Secundo quia si differentia nō continetur sub genere, tunc sequeretur quod species haberet differentiam ex nihilo: quia si homo ab anima li non habeat vt sit rationalis, non videtur vnde id habeat. Sed respondeo Porphy. consistit in hoc. Cum species, vt dictum est conflet ex genere & differentia velut ex materia & forma, explicatur eius compositio per similitudinem generationis rei naturalis, vt quemadmodum res naturalis, puta ignis, neque fit ex nihilo, neque ex igne in actu, sed ex medio, puta ex materia ignis quæ est in potentia ad ignem, vt docet Aristot. 1. Phys. ita differentia, per quam constituitur species neque deriuatur ex nihilo, neq; ex rationali in actu, sed ex animali, quod in potentia continet omnes differentias specierum: & hoc est quod dicit Porphyr. scilicet, animal, neque nihil horum pura, differentiarum, hæbet: quia si non haberet illas nec in actu nec in potentia, tunc species vnde illas haberet? Quasi dicat nullo modo haberet, quia ex nihilo nihil fit: nec rursus animal continet actu differentias, quia tunc oppositā includeret in sua essentia, puta rationale, & irrationale, quod est impossibile, sequitur ergo vt contineat illas solum in potentia quemadmodum materia est in potentia ad plures formas. Tex. 7. ¶ In tex. 7. qui incipit definiunt autē, &c. subditur secunda definitio differentiæ, quæ definitur in ordine ad species de quibus prædicatur, & secundū quā est tertia predicabilis, nā in ordine ad genus sicut species non est prædicabilis, ita nec differētia. Differentia (inquit) est q̄ prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale. Itaque differentia secundum Porph. conuenit cum genere in prædicari de pluribus differentibus specie, & differt ab illo in prædicari quale. Quarē definitio hęc non conuenit vltimis differentijs conuertibilibus cum suis speciebus cuius rationem infra examinabimus. ¶ Exponit autem illam particulam, puta prædicari in eo quod quale, duplici medio. Primo à signo quia interrogando quid est homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo, respondemus quod est animal: sed quærentibus, quale animal: respondemus quod est rationale. Et secundo id patefacit similitudine artificialis genus enim in constitutione speciei habet se instar materiæ. Differentia vero instar formæ, vbi nota quemadmodum speciem vocat hominem communem. In his vero quæ constant ex materia & forma, materia dicit quidditatem & forma qualitatem, vt si quæratur quid est statua respondetur quod est, æs: sed si interrogetur, quale æs, respondetur, æs taliter figuratum. Posuit exemplum in artificialibus, quæ præsto sunt sensibus & rem opportunius exponunt. Text. 8. ¶ In textu. 8. qui incipit, Describunt tales differentias, assignatur tertia definitio, scilicet, differentia est id quod suapte natura separatæa, quæ sunt sub eodem genere, vera rationale distinguit inter hominem & bruta, quæ sunt sub animali: & mortale inter nos & Deum (persistit enim in secta Stoicorum, quod nos & dij sumus rationales) Græce est, angeli, sed idem pollet in præsentiarum. Definitio hæc datur secundum primum actum differentiæ, qui est diuidere genus. Alt, separat ea quæ sub eodem genere sunt & non dicit, diuidit genus. Forte (vt ait Albertus) quia diuisio generis non est sicut diuisio compositi in partes: non enim diuiditur animal in partes quo ad essentiam, sicut diuideretur eius definitio, in corpus animatum & sensitivum: sed diuiditur diuisione explicante eius confusionem & potestatem, vt tota ratio animalis sit in homine & tota in equo: & ideo hæ diuisiones potius diuidantur & separantur ea, quæ sunt sub genere quam genus ipsum. Dicitur, ea quæ sunt sub eodem genere, quia rationale non diuidit hominem ab albedine, sed ab equo qui est sub eodem genere, sub quo est homo. Text. 9. ¶ In textu. 9. qui incipit, Insuper & hoc modo, &c. additur quarta definitio secundum tertium actum differentiæ, puta differentia est id, qua differunt à se singula. Vt rationale est qua homo differt ab equo. Et accipitur hic differre proprie vt distinguitur contra alios modos alietatis, vt statim dicturi sumus. Text. 10. ¶ In textu. 10. qui incipit, Exactius autem. &c, concluditur quinta & postrema definitio differentiæ, quam asserit Porphyr. exactius explicare rationem differentiæ. Nam in cæteris definitionibus, semper est aliquid subintelligendum, non enim omne illud in quo species excedit genus est eius differentia, necomne illud quod diuidit ea quæ sub genere continentur: neque omne illud quo differunt à se singula, nisi intelligeretur, illud quod est de essentia rei: nam risibile & aptum ad nauigandum, & alia quæ sunt propria accidentia hominis, non habent rationem differentiæ, tametsi per illa species excedat genus & quodammodo diuidatur genus: vt si dicas, animaliam aliud aptum ad nauigandum aliud ineptum. Ratio ergo propriæ differentiæ est, quod sit constitutiua essentiæ: & inde appellantur specificæ. Ita quod differentia, vt rationale, diuidit genus determinando ipsum ad esse substantiæ speciei: & facit differre hominem ab equo constituendo essentialiter speciem humanam

quod non conuenit propriæ passioni,

imo risibile præsupponit essen

tiam tam constitutam.

Quæstio vnica.

Vtrùm textus differentiæ sit in vniuersum verus?

APARTE negatiua arguitur, Primo contra primam diuisionem. Plato vir factus non differt à seipso iuuene solum differentia communi, ergo exemplum Porphy. non est aptum. Probatur antecedens. Plato senex est alius ab ipso iuuene: nam constat ex noua materia quæ per nutritionem fuit prorsus commutata. ¶ Secundo arguitur contra secundam diuisionem. Non est hoc proprium differentiæ proprissimæ, puta facere aliud, ergo male dicit Porphy. quod sola differentia proprissima facit aliud. Probatur antecedens. Vnum individuum est aliud ab individuo eiusdem speciei, vt Petrus est alius à Paulo, & tamen non differunt proprissima differentia: nam talis non est nisi specifica: ergo non sola differentia proprissima facit aliud. ¶ Contra tertiam diuisionem arguitur tertio. Differentiæ proprie quales sunt, aquilum & simum, non fluunt ex principijs intrinsecis speciei, sed individui: quia non conueniunt omni speciei: ergo non sunt inseparabiles. Probatur consequentia: quia solum proprium, quod procedit ex essentia rei est inseparabile. ¶ Et confir. si differentia propria est inseparabile accidens, tunc omnis talis est per se, quia proprium per se prædicatur de suo subiecto: vt auctor est Aristo. 1. Poste. text. 9. ergo male in quarta diuisione diuiditur differentia inseparabilis in per se, & per accidens. ¶ Et confirmatur secundo. Propria passio non suscipit magis & minus, post quam fluit ex essentia rei, ergo male dicit Porp. quod differentia propria qualis est propria passio suscipit magis & minus. ¶ Tertio confirmatur. Vnus homo est magis aptus ad scientias & ad ratiocinandum, quam alius: sed rationale dicit ratiocinationem. ergo vnus homo est magis rationalis quam alius, & per consequens differentia proprijssima suscipit magis & minus. ¶ Quarto contra secundam conclusionem arguitur. Differentiæ priuatiuæ, vt inanimatum, irrationale, & similes, sunt diuisiua generis, & tamen non sunt constitutiuæ inferioris speciei: ergo male insinuat Porphyrius omnem differentiam superius genus diuidentem, constituere inferiorem speciem. Probatur minor. Differentia constituit speciem addendo nouum gradum perfectionis generi, vt supra dictum est: sed priuatio non dicit perfectionem aliquam: ergo differentiæ priuatiuæ non sunt constitutiuæ speciei.

¶ Ad secundam partem textus descendendo, arguitur quinto contra primam definitionem. Genus continet in se differentias infertores actu, ergo male asserit species excedere genus per differentiam. Probatur antecedens primum: quia genus continet speciem sicut forma vniuersalis continet particulares, & species continet differentiam sicut totum partem: ergo de primo ad vltimum, genus continet differentiam: & secundo quia natura, v.g. animalis (vt supra dictum est) nó reperitur realiter, nisi cõtracta ad esse hominis vel equi, &c, sed natura animalis est quę in homine cõtinet

tinet actu rationalitatem: quia non est aliud quam humanitas (vt in cap. de genere dictum est) & eadem ratione animalitas quæ est in equo, continet actu hinnibilitatem, ergo: quod si dicas, animal in quantum per intellectum abstrahitur à rationibus specierum, non continere differentias actu: tunc sequitur, quod nec continet illas in potentia, quia profecto non videtur quomodo animal habeat potestatem, vt sode fluat rationalitas: quia nec est causa efficiens illius nec formalis, nec finalis, nec materialis. ¶ Sexto contra secundam definitionem arguitur. Differentia non omnis prædicatur de pluribus differentibus specie: ergo definitio mala. Probatur antecedens. In omni genere descendendum est ad vltimam differentiam, quæ sit conuertibilis cum specie, vt est expressa sententia Aristot. & Comment. 7. meta. text. 43. vnde Boetius lib. de diuisionibus dicit quod nisi esset penuria nominũ, nulla definitio haberet plures quã duos terminos. Puta genus & differentiam conuertibilem cum specie, & manifeste patet de rationali quod conuertitur cum homine. Et confir. Si differentia prædicaretur in quale, id maxime esset, quia tã habet vt forma essentialis contrahens genus: sed eadem ratione genus ipsum, & quodcunq; superius prædicaretur in quale de suo inferiori: nam superius se habet vt forma respectu quidditatis inferioris vt habetur 1. Physi. tex. 28. qua propter docetur in prædicamentis secundam substantiam significare, qua le quid: sed superiora nihilominus prædicatur in quid de suis inferioribus: ergo differentia non prædicatur in quale de specie. ¶ Septimo contra quartam definitionem arguitur. Non est proprium differentiæ vt per eã differant à se singula: ergo illa definitio non est bona. Probatur antecedens. Generalissima differunt inter se, non tamen differunt per differentias, cum non habeant commune genus: & individua eiusdem speciei differunt, & non per differentias: imo differentiæ ipsæ differunt, & non per alias differentias: nam si rationalitas differret ab hinnibilitate per aliam differentiam, tunc quæreretur de illa secũda differentia per quid differret: & sic esset processus in infinitum.

¶ AD quæstionem respondetur; Capitulum hoc in vniuersum esse verum: vnde ad primum argumentum longa requireretur responsio, nisi super Petrum Hispanum in de quantitate propositionis, & potissimum editione prima latissimè expliceretur, quomodo idem Petrus qui fuit puer est postea iuuenis, & postea senex, non quidem tanta identitate quanta angelus, aut cælum, aut reliqua corruptibilia: at vero quanta sufficit vt simpliciter dicatur idem. Et oppositum repugnat non solum Aristot. 4. Metaph. text. 22. & 59. sed sacræ scripturæ apud Iob vbi ait, quem visurus sum ego ipse & non alius, & rursus circundabor pelle meã, &c. Nec esset securus in fide resurrectionis, qui negaret eundem hominem resurrecturum qui mortuus est, & in eodem corpore, quamuis ex tanta materia quanta materia nutritionis in homine sene corrupta est parum sit resumpturus. Respondetur ergo ad argumentũ sicut tũc, negãdo quod Petrus senex sit alius quam iuuenis: imo (vt ait Porphyr.) solum differt accidentaliter. Et ad probationem in contrarium respondetur, quod quamuis tota materia quam ego habui ante triginta annos fuerit corrupta, nihilominus quia in quocunque articulo temporis fuit imperceptibiliter variata, sum ego ille qui fui heri & horiqui per heri fuerã: & ita procedendo de primo ad vltimum sum ille qui fui puer, alias non esset verum quod ego sum

baptizatus. ¶ Et ad communem replicam, qui si modo reproduceretur alia materia quã habui ante triginta annos & iofarmaretur hæc anima mea, videtur quod ille esset altus post quam haberet omnino aliam materiam. Respondemus tunc quod ille esset alius, & hoc vt detur docere Arist. 4. meta. tex. 39. vbi ait, quod si ignis paulatim apponantur ligna, idem augetur: sed si omnia simul tollerentur & simul apponerentur alia noua, esset alius ignis: nihilominus forsan melius respondebitur, quod ille non esset tam idem mecum quã ego sum ille qui fui in illa materia propter repentinam mutationem tantæ materiæ: & nihilominus simpliciter ille de nouo productus & ego essemus idem. Et ratio est, quia ego in resurrectione idem resurgam qui modo sum, & forsan nullã particulam materiæ quam modo habeo habebo tunc: sed aliam forsan quam habui alio tempore. Imo cum materiæ eadem ratione fuerint tã multis modis transmutatæ, satis est si vnusquisque bet in resurrectione habeat particulam totius materiæ quam habuit viuens. ¶ Ad secundum argumentum respondetur: quod sola differentia proprissima vt inquit Porphyr. est illa quæ facit aliud, saltem, inter illa quæ sunt in eodem prædicamento. Et ratio est quia differentia proprissima constituit essentiam: risibile vero aut aquilum, & à fortiori alia accidentia aduenunt essentiæ constitutæ. Et ideo negatur quod Petrus sit aliud à Paulo, quod certe est notandum etiam in Theologia, ne ab hæreticis decipiamur: nam aliud apud Philosophos dicit differentiam in essentia: & quia species dicit totam essentiam individuorum, propterea Petrus, & Paulus, vt sunt eiusdem speciei, ita sunt eiusdem essentiæ. Atqui quanti hoc referat adnotare, hoc proferam exemplo: venit mihi hisce diebus in manus liber quidam, Arrianus, quippe qui negabat Patrem & Filium eandem habere essentiam numero, eandemque esse numero Deũ: paucis deinceps interiectis solijs concedebat, Filium esse eiusdem essentiæ cum Patre. Poterat hoc quidem hominem dialecticæ ignarum fallere, qui existimaret retractionem esse hanc superiorit hæresis, cum tamen virus sub verbis lateret. Nam concedebat Filium esse eiusdem essentiæ, sicut ego sum eiusdem essentiæ cum patre meo, omnia enim individua eiusdem speciei sunt eiusdem essentiæ: & ideo generatio eorum est vniuoca. Non ergo satis est concedere Filium Dei esse eiusdem essentiæ cum Patre, nisi addas, eiusdem numero, & esse eundem Deum numero: nam & in nobis concedit Porphy. quod plures homines sunt vnus homo secundum speciem & essentiam. Hæc ergo adduxerim, quibus manifestarem, quod Petrus non est aliud à Paulo, sed est alius homo: nam alius homo dicit alium numero, sed aliud, subsantiue dicit aliud in specie. Est etiã, aliud, indiuiduũ, si ly, aliud, accipiatur adiectiue. ¶ Ad tertium respondetur. Quod non solum accidentia propria speciei sunt inseparabilia, sed etiam accidentia propria individui: nam sicuti risibile eo quod fluit ab essentia dimouari non potest ab homine, ita oculorum color, aut dispositio: nam si quæ ex peculiari individui complexione dimanat, est sicut character eius in deletilis, & quodammodo inseparabilis, vt capit. sequen. explicabimus. ¶ Ad primam confirmationem respondetur quod per se inesse subiecto, accipitur in præsentiarum stricto primo modo per se tertio, pro eo quod, est de essentia subiecti. Et quidicitur differentia per se, & ratio no speciei, quia est de ea essentia, & ratione generis, quia per se illud diuidit non enim animal per se bene diuidit si dicas aliud albi aliud nigri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed si dicas, aliud rationale, aliud irrationale: nam genus per se diuidi, est per se contrahi ad constitutionem speciei. Propriu aut ineſt per se secundo modo per scitatis. ¶ Ad secundam confirma. Albertus & Paulus respondent, quod propria passio qualis est, risibile, suscipit magis & minus: ita quod vnus homo est magis admirativus aptiorq; ad ridendū quā alius, atq; adeo risibilior, q̄ profecto non facile crediderim: imo credo quòd animal est immediatum genus ad multas species animalium, sicut ad hominem: nō enim est maior ratio, quod animal immediatè cōtrahatur ad esse hominis, quam ad esse equi. Vnde ad argumentum respondetur, quòd illæ differentiæ priuatiuæ ponuntur loco positiuarum, quæ nobis sunt ignotę: ait enim Aristotel. 6. Topic. capit. 3. quod genus quodlibet diuidendum est per duas differentias oppositas. Cuius ratio est duplex. Prima, quia differentiæ rerum plurimæ nobis sunt ignotæ. Secunda: quia quamuis essent notæ, non possent certo numero comprehendi, quia sunt innumeræ, vt Porphyrius capit. superiori meminit: quare si diceres, animalium aliud rationale, aliud hinnibile, aliud mugibile, &c. hauriri non posset tota continentia generis. ¶ Atqui differentia priuatiua aliquando ponitur loco vnius positiuæ tam ample sicut est illa priuatiua: vt cum dividitur substantia per corporeum & incorporeum, incorporeum ponitur loco spiritualis. aut intellectualis quæ facit per se vnum genus distinctum contra corpus. Aliquando vero non ponitur loco vnius, sed loco plurium, vt irrationale non fungitur vice vnius differentiæ positiuæ quæ constituat genus commune omnium irrationalium: sed loco plurimarum differentiarum, puta hinnibilis, latrabilis. &c. Non negamus esse plurima genera subalterna sub animali, vt canis forsan est vnum genus commune ad plures species canum: & ceruus forsan est genus ad plures species ceruorum: & armentum ad plures species armentorum. Sed dico primo, quod non est vnum genus commune omnium irrationalium: & præterea, quod sicut animal est immediatum genus ad speciem humanam, ita forsan est immediatum genus multarum specierum brutorum. ¶ Quantum argumentum pertinet tam ad secundam partem textus quæstionis. Ad quod respondetur cum Porphy. quod genus non continet differentiam actu, sed potestate: nam continere illam actu est continere tanquam partem suæ definitionis & quidditatis, & vt responsum est, animal in quantum abstrahitur ab hac & illa ratione specifica, non includit in sua definitione, rationale aut irrationale sed tantum, sensitiuum, quamuis in re nulla detur realiter animalitas quæ non includat actu rationale aut irrationale. Vnde ad argumentum conceditur, quod genus sicut confuse continet speciem, ita & differentiam: nihilominus species determinatè continet differentiam, quam genus determinatè non continet. ¶ Sed ad plenioremintelligentiam restat dubium, quomodo genus contineat differentias potestate aut potentia: nam continere, dicit aliquod genus causæ: an ergo contineat in genere causæ efficientis an formalis, Albertus dicit quod continet in genere causæ formalis, sicut cōfusum continet determinatum: & est opinio Commen. 5. Meta. cōm. 15. Dicendū est tñ, q̄ genus, aut comparatur ad differentiam, aut ad speciem si ad differentiam, tunc continet in genere causæ materialis, adinstar lutidinem rei artificialis: sicut enim scannum nō fit ex qua cunque materia: quia materia eius non est butyrum sed lignum: ita rationale non informat quodcunque genus immediate, sed animal. Quod antiqui dicebant, differentiam educi de potentia generis, sicut formam compositi de potentia materiæ. Si vero comparatur ad speciem, tunc continet illam in genere causæ formalis, sicut sphæra maior in cœlis continet minorē. Et potest quodāmodo accommodari similitudo continuū: sicut enim in cōtinuo sunt plurima in potentia, quę per

Risibile nō intenditur.

Disgregatiuum.

Differentia priuatiua.

Genus continet differentias.

per diuisionem eius sunt entia in actu, ita sub conclusione animalis continentur plures species, quæ per diuisionem differentiarum constituuntur in actu. Et propterea antiqui non solum dicebant genus cōtinere differentias in potentia, quæ designat meram passionem, sed potestate: quasi quod genus proferat de se differētias. Qua præterea de causa, decem generalissima dicūtur decem rerum principia, quasi quæ omnia inferiora sub se contineant, & a generalissimis omnia inferiora dimanent. ¶ Sextum argumentum est in hac materia præcipuum: ad quod Albertus dat quinq; solutiones, quas prolixum esset hic ad longum recitare. Tres sunt quæ ad rem faciunt. Et prima, quam ergo vehementer suspicor fuisse intentionem Porphyr. est, quod fortè in eius opinione nulla erat simplex vltima differentia cōuertibilis cum specie specialissima, sed omnes censebat esse communes ad plures species. Vltimā vero differentiam putabat esse compositam ex pluribus simplicibus, vt patet in eius exēplo, vbi ait, quòd rationale, comune est nobis & dijs: & mortale commune est nobis & brutis: sed, rationale mortale, complet vltimam differentiam hominis. Quam opinionem sequitur Burlcus. At vero siue hæc fuerit mens Porphyrij siue non, est tamen & contra Arist. & contra veritatē vt argumētū comprobat. ¶ Secunda responsio est, q̄ Porphy. solū intendit definire differentias specierū subalternarum, eo q̄ differentiæ vltimæ sunt nobis ignotæ sicut species ipsæ: differentiæ vero subalternę sunt magis notę. Quæ quidē responsio (quamuis Albertus dicat eam esse irridendam, quia tunc definitio non conuentret omni contento sub definito) tamen profecto forsan non est adeo risu digna: quin etiam videtur esse Aristotelis secundo Post. tex. 17. vbi ait, quod differentia superior est quā species: quod S. Tho. exponens ait, rationem esse, quia differentiæ vltimæ sunt nobis ignotæ, Nihilominus postquam in rei veritate est aliqua vltima differentia simplex, exponenda est definitio, vt etiam illam comprehendat. ¶ Vltima ergo expositio Alberti est q̄ differentia habet tres actus, scilicet diuidere genus, cōstituere speciem, & in his consistit ratio differentiæ: habet aliud quod est constituere vltimam speciem & hoc de per accidens est ad rationem differentiæ: & ideo in definitione solum duo priora debuerunt explicari. Sed profecto solutio non abunde facit: nam sicut de ratione differentiæ non est constituere speciem specialissimam, ita nec constituere speciem subalternam sed solum de ratione eius est constituere speciem abstrahendo ab hac & ab illa: ergo definitio debuit assignari communis & indifferens ad vtranque differentiam. ¶ Respondetur ergo, vt ait dominus Caietan. exponendo Albertum, quod definitio debet intelligi negatiue, scilicet differentia est cui inquantum differentia est non repugnat prædicari de pluribus differentibus specie & ita est quod rationali, quatenus est differētia, id non repugnat, sed inquantum constituit speciem vltimam. Et ratio definendi hoc modo fuit, quod sicuti species debet definiri per respectum ad individuata & differentia (quemadmodum & genus) debet definiri in ordine ad speciem cuius est pars. Et cum differentia inquantum differentia non cōuertatur cum specie specialissima, sicut proprium, debuit definiri per in differentiam ad prædicari de pluribus speciebus: & hac ratione definitio comprehendit tam differentias subalternas quam specialissimas. Qua de causa (vt comijcto) Aristot. 1. Top. capitu. 4. inter prædicata non meminit differentiæ sed solius definitionis: quia videlicet vltima differentia prædicatur de specie sicut definitio essentialiter & conuertibiliter. ¶ Pro materia primæ confirmationis notandum quod omnia vniuersaliter prædicata dicunt quodammodo qualitatem respectu subiecti, eo quod se habet vt forma respectu illius, vt colligitur ex Aristot. secundo physic. text. 28. diuersimode tamen: nam accidens dicit qualitatem accidentalem separabilem: proprium vero, qualitatem accidentalem, sed separabilem: & de his manifestum est quomodo prædicetur in quale. At vero genus & differentia quia vtrunque est prædicatum speciei vtrū que dicit qualitatem, modis tamen diuersis. Nam differentia respectu generis habet se sicut actus determinans & informans illud, & omnis actus qui se habet vt determinans, prædicatur in quale. Hoc enim est quod quærimus, interrogantes, homo quale animal sit. i. qualiter sit formatum. Genus vero respectu differentiæ: habet se sicut materia determinabilis, respectu vero speciei de qua prædicatur quidditatiue, habet se vt forma: non quidem sicut actus determinans rationem speciei, sed sicut quidditas totaliter determinata. Et ideo Arist. secundas substantias dicit significare quale quid idest, quale per quod respōdetur ad quę stionem, quid est. Et ideo prædicantur quidditatiue vt. c. etiam de genere diximus. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quod differentia accipiendo primæ intentionaliter pro subtracto secundū esse absolutum quod habet in rebus (vt rationale) non est definibilis, vt probat argumentum: sed tamē accipiendo nomē differentiæ secundæ intentionaliter pro re inquantum substat secundę intentioni, quæ est prædicari de pluribus, &c. definitur hic à Porphyrio: vnde definitum est secunda intentio ad sensum suprà expositum: nō quod secunda intentio sit differentia, sed quod definitur res inquantum substat secundę intentioni. Nominales dicunt quod definitur ly differentia quæ supponit pro illis terminis, rationale, hinnibile &c. ¶ Ad septimum argumentum latius patebit responsio in prædicamen. c. 4. sed interim negatur quod non sit proprium differentiæ vt per illam res differant. Vbi notandum, quod quanuis omnes res quarum vna realiter non est alia, vulgari sermone dicantur differre, nihilominus tamen propriè res differre est idem ad diuersa ferre: & ideo proprie solum conuenit speciebus contentis sub eodē genere, ad quas genus idem per diuersas differentias distrahitur: generalissima vero vt loco citato explicabimus, non differunt, sed sunt primo diuersa. Et in diuidua eiusdem speciei non propriè differunt, sed sunt materialiter diuisa: quia differentia dicit essentialem distinctionem. Quare personæ diuinæ non propriè differunt, sed sunt personaliter distinctæ: & differentiæ ipsę non differunt, sed sunt rationes differendi, putà quibus species differūt: sicuti albedo nō est alba, sed albi forma

In quale,

Definitur secunda intentio.

DE PROPRIO.

CAP. IIII.

PROPRIVM autem quatuor diuiditur modis. Nam proprium est id, quod soli cuipiam accidit speciei, etsi non omni, vt homini accidit mederi, aut motiri. Et id item

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod vniuersæ accidit speciei, etsi non soli: vt hominem bipedem esse. Et etiam id quod soli accidit: & omni, & quandoque: vt omni homini senectute canescere. Quartum autem est id: in quod omnia conuenerunt, vt soli, & omni, semperque accidat, quale est risibile respectu hominis. Nam homo, etsi non semper rideat, risibilis tamen dicitur: non ex eo, quia semper rideat: sed quia aptus est ad ridendū. Hoc autem ipsi semper est insitum: quemadmodū & equo ipsum hinnibile. Hæc verè propria inquiunt esse, quia in his ipsis sit & conuerso. Si est enim homo, est risibile, & si est risibile est etiam homo.

CVM species vt in superioribus adnotauimus, totū, quoddā sit metaphysicū, ex genere & differētia tanquā ex materia & forma cōpositū: ordo debitus est, vt post tria hęc quarto loco succedat propriū: nomē enim ipsum manifestat cur sit accidenti præferendum. Proprium nanque est illud quod essentiā rei proxime sequitur, tanquā id q̄ ex principijs essentialibus fluit. accidens vero est, quod aliunde extrinsecē cōpetit. Atqui capitolū hoc quartū breuius est quā vt partitione aliqua opus habeat. ¶ Narrat hic Porphy. quatuor acceptiones proprij & id solū quod est proprium quarto modo, est simpliciter & proprijssime propriū, cætera vero sunt propria secundū quid. Vnde acceptiones istę non sunt sicut illæ generis & speciei: putā primæ aut secundæ intentionaliter, sed sicut acceptiones differentiæ omnes intelligantur secundæ intentionaliter. Siue enim proprium accipiatur quarto, siue alijs modis, est acceptio dialectica. Ob idque licet propriū aliter accipiatur secundum Grammaticos: quando distinguunt nomen in propriū & appellatiuū, aut quando distinguūt significationē in impropriā & propriam: & aliter in philosophia moali quando dicunt, res iure gentiū esse appropriatas & religiosos non habere proprium tameo huiusmodi acceptiones nihil ad rē pertinēt. ¶ Sed est præterea sciendū, q̄ Arist. 1. Top. c. 4. aliter definit propriū, neq; refert aliī autu res acceptiones proprij. Ait enim, Propriū est quod nō indicat quid est esse rei, sed aute inest & conuertim prædicatur. Prima particula excludit vltimā differentiā a ratione proprij, & secūda excludit accidentia communia. Subiungit autem, q̄ si quid aliud est propriū quod non soli inest, aut quod non semper inest, erit proprium secundum quid: puta proprium ad aliquid, aut proprium quando. Bipes, quod non conuenit soli dicitur proprium ad aliquid: quia non distinguit simpliciter hominem ab alijs speciebus, sed solā a quadrupedibus & non a volatilibus: sed canescere dicitur proprium quando, quia non conuenit semper. At vero Porphyr. proprium ad aliquid distinguit in duo, puta in proprium quod inest soli, sed non omni, vt esse medicum aut geometram: & proprium quod accidit omni sed non soli, vt esse bipedem. Tertio modo propriū est quod conuenit aliquando: & quarto modo id quod Arist. vocat simpliciter proprium. ¶ Notandū est præterea tertio, q̄ definitio Arist. nos est quartum prædicabile. Definitio vero Porphyrius est quartum prædicabile. Definitionis sensus. videtur explicare potius naturam proprij secundū suū esse reale: nisi dicas, quod ly, conuenit, tantum valet sicut prædicari. Quomodocunque autem sit, sensus definitionis est iste. Proprium est vniuersale quod prædicatur de specie accidentaliter, intransmutabiliter, & conuertibiliter. Accidentaliter, ad differentiam vltimæ differentiæ. Intransmutabiliter, ad differentiam accidentium communium. Conuertibiliter, ad differentiam proprij secundum quid, tria enim dicit, conuertibiliter, scilicet quod omnis homo sit risibilis, & tantum homo sit risibilis: & semper homo sit risibilis. Hanc definitionem Nominales more suo attribuunt terminis, vt sit sensus, Proprium est terminus qui prædicatur de termino qui est species, &c. Et qui semel deuorauerit illa nomina, homo, equus & similia est species, admittat subinde illa nomina, risibile, hinnibile, esse proprias passiones. Secundum ergo intentionē Porphyrij & Aristotelis definiuntur hic res, quatenus substant secundæ intentioni ad sensum supra expositum: res enim sunt accidentia propria, & termini sunt nomina talium accidentium. ¶ Sequitur ex dictis, proprium analogicè dici, puta principaliter de proprio quarto modo, & minus principaliter de proprio tribus prioribus modis.

Quæstio prima.

Vtrùm textus hic Porphyrij verus sit.

ADVERSVS Partem affirmatiuam arguitur primo contra primam acceptionem. Aut esse medicum vel geometram, accipitur pro aptitudine ad scientiam: aut pro habitu acquisito scientiæ: si primum, tunc est proprium quarto modo: nam (vt auctor est Aristot. in. 1. metaph.) aptitudo & inclinatio ad scientiam est homini naturalis ex principijs essentialibus fluens, sicut aptitudo ad ridendum. Si secundum, tunc est merum accidens: accidit enim Petro esse medicum: quia non ex natura speciei, sed ex mera voluntate. ¶ Eodem modo arguitur aduersus tertiam acceptionem: nam si canescere dicat aptitudinem, est proprium quarto modo: si vero dicat actum, est merum accidens proueniens ex defectu caloris cerebri. ¶ Et confir. quia etiam multi in senectute canescunt: ergo non conuenit soli homini ¶ Secundo arguitur contra secundam acceptionem. Esse bipedem nulli speciei est proprium: quia non specialissimæ, cum non conueniat soli: neque subalternæ, quia maximè esset proprium animalis: & hoc non, quia non conuenit omni animali: ergo nullo modo est proprium. Imo omne proprium procedit ex principijs alicuius speciei. ¶ Contra quartam & propriam acceptionem arguitur tertio. Aut proprium conuenit speciei ratione suæ essentiæ puta ratione talis formæ specificæ: aut conuenit aliunde, sicut calor conuenit aquę ab igne. Si primum non prædicatur accidentaliter, sed certe essentialiter: nam ea ratione differentia prædicatur de specie essentialiter, quia est de essentia illius. Si vero non conuenit ratione essentiæ, tunc est purum accidens, & sic non posset distinctio fieri inter quarum

quarum & quintum prædicabile. ¶ Confir. Proprium non ponitur in prædicamento substantię, quia nec in recta linea, cum nec sit genus nec species substantiæ: nec ad latus, cum non sit eius differentia: ergo ponitur in prædicamento accidentis, & per consequens est accidens. Quarto arguitur. Nullum est accidens quantumcunque commune, quod non sibi vendicet proprium subiectum, ergo omne accidens est proprium respectu alicuius subiecti, & per consequens nulla est distinctio inter quarrum & quintum prædicabile. Probatur antecedens. Si aliquod esset tale accidens, maxime esset calor, sapor, albedo, & alia id genus: sed hæc non possunt esse nisi in corpore naturaliter, ergo sunt propria respectu corporis. ¶ Quinto & postremo arguitur. Vniuersale non dicitur nisi respectu inferiorū (est enim vniuersale vnum in multis & de multis) sed proprium non est vniuersale respectu inferiorum, nec inquantum proprium prædicatur de multis: ergo non est inter vniuersalia computandum. Probatur minor, si proprium prædicaretur de pluribus, maximè de individuis, sed ille non sunt prædicationes proprij, Petrus est risibilis, Paulus est risibilis: ergo non prædicatur de pluribus.

¶ AD quæstionem veluti ad superiores affirmatiue respondetur. Vnde ad primum argumentum respondetur primo, quod esse medicum aut geometram, non accipitur pro inclinatione & aptitudine naturali ad scientias, sed pro habitu: nam habitus scientiæ est etiā aptitudo quędam & potentia ad actum: differentia enim est inter aptitudinem ad scientias, & aptitudinem ad ridendum: quod aptitudo ad ridendum est completa potestas, quę a sola fluit essentia non aliunde dependens ad ridendum: & ideo conuenit omni homini pro semper, sed aptitudo ad scientias non est completa potestas sine habitu scientię, qui quidem habitus a voluntate hominis dependet. Et ideo licet conueniat soli homini quia brutum non est scientię capax, non tamen conuenit omni homini. Sit quamuis solutio hæc sit omnium communis, forsan alius est sensus Porphyr. procedit enim solutio data, supposito quod esse medicum, & esse geometram, sint ponita gratia exempli loco scientię in vniuersali nam cum homines naturalem habeāt inclinationem ad scientias, non potest illa esse propriū primo modo: sed habitus qui non conuenit omnibus. At forsan Porphyr. esse medicum, & esse geometram, intellexit specialiter: vt per proprium primo modo intelligat particulares aptitudines naturales, quæ in diuersis hominibus sunt diuersę ad speciales scientias & artes, secundum quod nascuntur in tali sydere: sunt enim homines aptissimi ad aliquas artes, qui ad alias sunt inepti. Et ideo aptitudo ad medicinam conuenit paucis hominibus. ¶ Ad aliud de canescere respondetur, quod non accipitur solum pro actu, nec solum pro aptitudine quæ fluit ex essentia hominis: sed pro aptitudine illa simul cum qualitate cerebri, vnde pendet actus canescendi, est enim causa canitiei corruptio humidi naturalis, quod calor cerebri deficiens in senectute digerere non potest. Et hac de causa qui grossiores habent capillos facilius canescunt quam qui habent subtiliores, propter maiorem abundantiam humidi. Quare non solum actus canescendi non inest semper, sed nec tota causa canescendi inest semper. Hac de causa hoc adnotauerim, quod Paulus Venetus putat hanc esse differentiam inter proprium quarto modo & tertio modo, quod homo est semper aptus ad semper ridendum, sed quamuis semper sit aptus ad canescendum, non tamen ad semper canescendum sed aliquando. Et potest quidem in bono sensu hoc saluari. Verumtamen si sit sermo de aptitudine, & tota potentia ad canescendum, certe nec illa semper inest. Dicitur illa potentia conuenire omni homini, quia omnis qui ad senectutē venerit (nisi aliqua specialis causa obstiterit) canescit: sicut grues (vt fertur) in senectute nigrescunt.

¶ Ad confir. respondetur, quod albi pili mulorum non sunt canicies sed est alia passio quæ nullo modo est illis propria, nec conuenit illis solis cū conueniat equis, neque conuenit omnibus. ¶ Ad secundum principale conceditur quod quicquid quarto modo, & simpliciter est proprium, debet esse proprium respectu alicuius certę speciei, aut specialissimæ aut subalternæ, aut alicuius essentię simplicis. Et ratio est quam insinuabat argumentum: videlicet quia ex quacunq; differentia quam exprimit definitio fluit proprium talis speciei: vnde sicut dictum est in. 5. de genere, quod genera subalterna non definuntur inquantum genera, sed inquantum species, eadem ratione vnumquodque habet proprias passiones, non inquantum genus, sed inquantum species, vt sensibile est propria passio animalis, quamuis accipiatur loco differentię quæ est nobis ignota. Et ob id individua non habent proprias & peculiares passiones: quia nō habent proprias & peculiares essentias, præter essentiam speciei quæ est omnibus communis: sed habent (vt inquit Porphy.) proprietatum collectiones accidentalium, quibus inuicem distinguuntur. Addiderim, vel essentiæ simplicis, idest, non compositę ex genere & differentia: quia generalissima habent etiam suas proprias passiones. Et entis (quod est conceptus simplex) passiones sunt, vnum, verum, & bonum. Et in simplicissimo Deo sunt attributa propria: vnde concedit subinde ad argumentum, quod bipes, propterea non est proprium simpliciter quia non conuenit alicui proprię speciei, sed est commune multis, non tamen toti generi animalis. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod quamuis risibile fluat ex principijs essentialibus, nihilominus non prędicatur essentialiter nam prędicari essentialiter est. prędicatum esse de essentia rei tanquam partem intrinsecam eius, vt tantum sunt genus & differentia, risibile vero non est pars essentię, sed est quasi effectus essentialis eius: & ideo prędicatur accidentaliter medio modo inter differentiam & accidens commune. ¶ Vnde ad confir. respondet S. Thom. quæst. 77. artic. 1. quod accidens accipitur dupliciter. Vno modo, vt diuiditur contra substantiam & isto modo non est dare medium inter substantiam & accidens cum diuisio fit per affirmationem & negationem, scilicet esse in subiecto & non esse in subiecto: & ideo proprium quia non est substantia, isto modo est accidens. Secundo modo accipitur, accidens, vt est quintum prædicabile: & sic potest dari medium inter substantiam & accidens, vt accidens sit quicquid nec fluit ab essentia nec est de essentia; proprium vero sit, quod cum non sit de essentia, fluit tamen ab essentia.

¶ Ex quo sequitur (ad formam confirmationis) quod proprium ponitur in prædicamento accidentis, & diuersa propria in diuersis prædicamentis accidentium. Exempli gratia, intellectus, voluntas: sensus, & alia id genus, quæ sunt propriæ passiones tanquam potentię naturales ponuntur in secunda specie qualitatis: triangulus, quadrangulus, &c. quę sunt passiones linearum, ponuntur in quarta specie qualitatis, quia sunt figurę. Sed rursus habere tres angulos equales duobus rectis, quæ est propria passio trianguli, ponitur in prædicamē

Universidad de Deusto
Biblioteca

to quantitatis. Nota quomodo figura est passio quantitatis, & habere tres æquales, &c. est passio figuræ per rationem ad quantitatem: (nam æquale vel inæquale, spectant ad quantitatem) sed magnum, parvum, par & impar, quæ sunt species quantitatis, ponuntur in eodem prædicamento quantitatis: simile & dissimile in prædicamento relationis. Licet sint passiones qualitatis. Impertinens ergo est, quod passio & suum subiectum in eodem ponantur prædicamento. ¶ Ad quartum responsionem dicitur, quod omne accidens habere proprium subiectū, potest intelligi duobus modis. Vno modo de subiecto inhæsionis: & hoc modo forsan est verum, quod nō omne accidens potest indifferenter inesse cuicunque subiecto: imo accidentia corporalia solum corpori inesse possunt mediante quantitate, quod est eius proximum subiectum. Et econuerso accidentia spiritualia & indiuisibilia suapte natura non possunt inhærere corpori, nec idem solum naturaliter, sed forsan nec supernaturaliter Deus posset albedinem ponere inhæsiue in angelo, neque notitiam in lapide, quamuis id passim concedatur: nam hoc videtur naturis rerum repugnare: sed quicquid sit de miraculo, saltem naturaliter omne accidens habet subiectum inhæsionis proprium. Hic autem non loquimur de subiecto proprij hoc modo. Secundo modo possumus loqui de subiecto, ex cuius essentia fluit accidens quod est proprium: & hoc modo loquimur in proposito, & negamus aliquam essentiam specificam rerum, aut specialissimam, aut subalternam, vnde tanquam proprium quarto modo fluat albedo, aut nigredo, aut aliquod tale accidens: nam quamuis solum corpus sit album non tamen omne: & quamuis omnis nix sit alba, non tamen sola. ¶ Tertio modo posset quis fingere albedinem posse habere proprium subiectum, puta, certam proportionem & mixtionem qualitatum primarum vnde fluat albedo & certam vnde fluat nigredo. Sed hoc nec est ad propositum: quia talis mixtio non vocaretur subiectum sed causa efficiens: & præterea quia forsan non datur certa & determinata mixtio vnde fluant huiusmodi qualitates secundæ, nam videmus ex nimia frigiditate aloescere niuem, & ex magno calore saccarum. Sed de hoc satis.

¶ Ad quintum argumentum respondetur. Primo, quod ad hoc quod proprium sit vniuersale, satis est quod conuertibiliter prædicetur de specie, quæ est vniuersale. Sed secundo respondetur, quod certe prædicatur de individuis prædicatione proprij per illam regulam Aristotel. aute prædicamentalem. Quicquid de superiori prædicatur, prædicatur de inferiori, quæ certe intelligenda est de eodem genere prædicationis, vt si homo est animal, est prædicatio generis, Petrus est animal, est etiam prædicatio generis. Eadem ratione, quia risibile prædicatur de homine prædicatione proprij, istæ etiam sunt prædicationes, proprij, Petrus est risibilis, Paulus est risibilis. Nec requiritur quod prædicatum conuertatur cum subiecto: satis enim est quod conuertatur cum specie aut cum genere, cuius subiectum est individuum. Et ratio est, quia proprium est quod fluit ex essentia rei: essentia vero individui non est alia ab essentia speciei & generis: & ideo quod est proprium speciei, est proprium individui, quare hæc est etiam prædicatio proprij, Petrus est sensibilis.

Quæstio secunda.

Vtrùm proprium à suo subiecto realiter distinguatur.

ARGVITVR primo contra partem affirmatiuam, argumento quo sæpe solemus contra huiusmodi distinctiones vti. Pluralitas & distinctio rerum non est concedenda, nisi ratione id conuincente: sed nulla videtur conuincere ratio, vt aliquod sit accidens in homine, quod sit potentia ad ridendum distinctum realiter ab eo vel eius anima: ergo gratis conceditur. Probatur minor: quia homo ipso quod habet animam & organa corporalia, habet potentiam ridendi ambulandi, &c. ¶ Secundo arguitur. Eadem est ratio de omnibus propriis passionibus, vt distinguantur aut non distinguantur à subiecto, postquam omnis passio consequitur essentiam rei: sed multæ sunt proprietates quæ non distinguūtur realiter à suis subiectis: ergo nulla distinguitur. Probatur minor, Passiones entis, vt vnum, bonum, verum, non distinguuntur ab ente nisi sola ratione, vt Aristot. 10. meta. text. 5. ex professo docet, & S. Thom. illic confitetur, & quæst. 1. de veritate. articul. 1. latius exponit dicens, quod vnum significat ens, in quantum est indiuisum: & verum significat illum in quantum obiectum intellectus: & bonum, significat idem in quantum obiectum est appetitus. Item aptitudo materiæ ad formam non distinguitur à materia, vt S. Thom. 1. p. q. 77. artic. 1. concedit, multæque sunt præterea hominis passiones non distinctæ à subiecto. ¶ Tertio arguitur Si aptitudo ad ridendum distingueretur ab homine, sequeretur processus in infinitum in huiusmodi passionibus, quem nullus debet philosophus admittere: probatur sequela. Aptitudo ad ridendum distinguitur ab homine: ergo aptitudo illa est etiam apta inhærere subiecto, & per consequens aptitudo eius ad inhærendum distinguitur ab illa & eadem ratione illa secunda est apta inhærere subiecto per aliam tertiam, & sic in infinitum. Et præterea subiectum per se, non est in potentia ad ridendum, nisi per illam aptitudinem, ergo eadē ratione non est in potentia ad producendum illam aptitudinem, nisi per aliam, & sic in infinitum. ¶ Quarto arguitur. Si proprium esset accidens distinctum realiter à subiecto, vel esset extensum per totum vel esset in aliqua certa parte, vel esset indiuisibile: non primū, quia ridiculum esset si quis concederet risibilitatem esse in pede, qui ridere nequit: nec tertium, quia actus ridendi est materialis: quoniam exercetur organis materialibus: neque secundum, quia non facile apparet in qua parte hominis esset risibilitas. ¶ Et confirmatur hæc ratio: quia si esset accidens distinctum, illud esset intensibile & remissibile sicut cætera accidentia corporalia: & sic vnus homo esset magis risibilis alio, quod supra negatum est. ¶ Quinto arguitur. Si risibilitas esset accidens distinctum, sequeretur quod posset per diuinam potentiam à subiecto separari: nam cū omnia à Deo conseruentur, posset Deus subiectum seruare corrupto accidente, vel econuerso: sicut seruat accidentia in sacramento Eucharistiæ, consequens tamē est fal-

sum, nam tunc daretur homo qui non esset risibilis, & certe id repugnat, ac si daretur homo qui non esset rationalis. ¶ Sexto demum & postremo arguitur. Esto, concederetur aliqua distinctio ex natura rei inter subiectum & eius passionem seclusa operatione intellectus, satis esset concedere distinctionem formalem quæ minor est distinctione reali per quam inconuenientia istorum argumentorum euitaretur, ergo non est asserenda distinctio realis. Probatur antecedens, distinctio formalis, vt supra diximus, est inter duo quæ non se habent vt duæ res, & tamen vnum non est de essentia alterius, & ita videntur se habere homo & risibile: quia de essentia & quidditate hominis non est risibilitas, nihilominus non sunt duæ res, vt patet per argumenta facta. ¶ In contrarium est: quod potentiæ naturales sunt proprietates quædam passiones animæ, vt intellectus, voluntas, sensus, & simile: quæ quidem potentiæ sunt accidentia distincta ab anima, vt patet per Aristotel. qui ponit huiusmodi potentias in prædicamento qualitatis, quod secundum ipsum distinguitur à substantia.

¶ QVÆSTIONEM hanc fateor nihil prorsus ad dialecticum pertinere: sed quia dialectici huius temporis illam hoc introduxerunt, non putamus hic non moueri. Tres sunt de hac quæstione opiniones, quas inter arguendum innuebamus secundum numerum distinctionum trium, quas quæstione tertia super prologum adnotauimus. Distinctionum enim alia est rationis, vel per solam operationem intellectus: & alia ex natura rei seclusa operatione intellectus: sit hæc secundum Scotum distinguitur in realem & formalem. ¶ Prima ergo opinio est nominalium tenentium, quod subiectum & passio nullo modo ex natura rei differūt. Distinguunt tamen de propria passione, nam vno modo accipitur (inquiunt) dialectice pro illis nominibus, risibile, hinnibile, &c. quæ conuertibiliter prædicantur de nominibus speciebus: & hoc modo manifestum est distingui proprium à subiecto, in quo sensu non mouetur hæc quæstio. (Quinetiam in proprium satis est dicere istum terminum, risibile, esse proprium passionem illius termini homo.) Alio modo propria passio accipitur physice pro accidente quod consequitur essentiam rei: in quo sensu mouetur quæstio præsens, ad quam respondent negatiue, scilicet subiectum & propria passio, vt homo, & risibilitas non distinguuntur ex natura rei: sed sicut homo per animam immediate vivit ita per eam immediate ridet, intelligit, sentit, vult, &c. Quare intellectus & voluntas nullo modo distinguuntur. Probat conclusionem argumentis supra formatis. ¶ Reales vero consentiunt quidem quod distinguantur ex natura rei differentes tamen quod Scotus opinatur suo modo solum formaliter distingui. Sed S. Thom. censet distingui realiter. Opinionem suam explicat Scotus secundo sententiarum d. 16. q. vnica: Vbi quod distinguantur ex natura rei probat, quia seclusa operatione intellectus, homo, & risibile, habent distinctas definitiones: nam homo est animal rationale, & risibilitas, est aptitudo ad ridendum. Item quia circunscripta operatione intellectus contendimus quod risibilitas est in homine, & quod homo est subiectum risibilitatis: & per consequens habent se sicut subiectum & accidēs. Quod vero non distinguantur realiter probat, quia distingui realiter est distingui tanquam duas res: tamen risibilitas pendet ex essentia & ideo essentia continet essentialiter quodammodo risibilitatem. Atque adeo hinc elicit mediam distinctionem formalem. Itaq; distinctio formalis est, vt supra diximus, quando vnum habet definitionem quidditatiuam non includentem aliud, nihilominus aliud continet essentialiter ipsum, sicut dixit animalitatē distingui ab homine formaliter: quia definitio animalis non includit hominem, nihilominus homo continet essentialiter animalitatem. Vnde adhuc insinuat Scotus duos gradus distinctionis formalis: plus enim distinguuntur ex natura rei subiectū & passio, quam natura generis & natura speciei: quia natura generis, quamuis non includat naturam speciei, includitur tamen in illa tanquam pars eius quidditatiuæ: tamen propria passio ocq; includitur in definitione subiecti, nec includit illud nisi secundo modo dicendi per se, sicut nasus ponitur in definitione simitatis, vt delicet simitas est nasi curuitas, vbi subiectum non ponitur tanquam pars passionis.

¶ HIS suppositis ad intelligentiam opinionis S. Thom notandum est, quod nusquam apud ipsum inuenitur, quod passio distinguatur à subiecto sub istis terminis, passio vel proprium, sed solum quod potentiæ distinguantur à subiecto: puta quod potentiæ animæ distinguantur ab anima, & potentiæ corporales à corpore. Hoc patet prima. p. q. 77. art. 1. & in q. de spiritualibus creaturis. art. vlt. & vbicunque alibi de re ista meminit. Sed quia in locis citatis dicit, quod potentiæ se habent sicut accidentia propria subiecti, quæ pertinēt ad quartum prædicabile, vt patet loco primo citato ad quintum argumentum: inde posteriores isti doctores mouent quæstionem sub nomine propriæ passionis, opinantes secundum S. Thom. omnem propriam passionem distingui à subiecto, quod S. Thom. non somniauit. ¶ Sed multo magis miror quid istis in mentem venerit, proprias passiones appellare relationes aptitudinales ad agendum, vel patiendum. In qua sententia citant S. Thom. prima. p. q. 77. Et Scotum in 4. distinct. 49. quæst. 1. quod tamen neuter vnquam cogitauit. Enimuero, nec omnis propria passio est potentia, vt quæst. 1. patebit, nec illa quæ est in potentia, est relatio cum ponatur in secunda specie qualitatis. Verum est tamen, quod potentia definitur in ordine ad actum, vt risibilitas est potentia ridendi, sicut visus potentia sentiendi colorem: inde tamen non sequitur esse relationes, quia nihilominus habent esse absolutum, vt intellectus, voluntas, &c. Sicut forma non est relatio, quamuis sit actus materiæ. Sed de hoc in tertio prædicamento. Vnde si quæstio hæc tractanda esset in dialectica potius deberet tractari in prædicamentis, in secunda specie qualitatis, an videlicet naturalis potentia distinguatur à subiecto. Quia tamen in hoc loco hac tempestate mouetur, respondetur tribus conclusionibus. Prima. Omnis propria passio, quæ est potentia respectiua operationis realis & accidentalis distinguitur realiter à subiecto, siue sit potentia actiua siue passiua: dum modo sit potentia per se proxime ordinata ad talem actum. Exempli gratia, intellectus, quæ respectu obiecti est potentia passiua ad recipiendum species, & actiua ad producendum actum pariter sensus & voluntas distinguuntur realiter. Cæteræ particulæ explicabuntur conclusione tertia. Conclusio hæc primo probatur: quia tales potentiæ ponuntur ab Aristot. in secunda specie qualitatis: & Arist. in secundo de anima potentias animæ vocat partes animæ. Item Dionysius de cœlesti hierarchia. c. 1. & secundum aliam diuisionem cap. 9. dicit, quod cœlestes spiritus diuiduntur in essentiam, virtutem, & operationem. Et August. 15. de Trinitate. c. 7. vbi tractat de imagine, dicit quod intellectus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus, voluntas, memoria quæ sunt in homine, non sunt idem quod homo, vt in Deo. ¶ Secundo id probat S. Thom. locis nuper citatis ex illa maxima Arist. 9. metaph. tit. 13. & lib. 12. tit. 16. & 28. videlicet potentia & actus sunt in eodem genere, ex qua infert quod vbi actus est accidentalis, ibi potentia & virtus ad talé actum est accidens. Cuius ratio est, quia dare esse substantiale, & operari, sunt duo distincti effectus, quorũ primus est effectus substantialis & formalis proueniés à forma in genere causæ formalis: alter vero est accidentalis prouenies à forma in genere causæ efficientis, sed potentia debet proportionari effectui: ergo forsan substantialis per seipsam dat esse substantiale, & per virtutes sibi additas operatur. Vnde glossa Scoti loco citato, scilicet quod maxima Aristotelis intelligitur de potentia & actu essendi. Vt Antichristus qui modo est in potentia, & postea erit in actu, sunt in eodem genere: glossa (inquam) ista certe non est ad mentem Aristotelis quia de illo nemo ambigere vnquam poterat, quin res quæ prius non est, & postea est, sint in eodem genere: quia sunt eadem res numero. ¶ At vero præter missis his metaphysicis, probatur tertio, & maxima Aristotelis, & conclusio pro captu Dialecticorũ. In rebus omnibus corporalibus & insensibilibus, videmus res operari per virtutes sibi additas vt ignoti calefacit per calorem, & aqua frigefacit per frigiditatem, quæ sunt accidentia: sol conceditur ab omnibus philosophis illuminare per lucem & per illam vel alias virtutes ignotas operari diuersos effectus & terra recipit à Deo virtutes naturales ad germinandum herbas: quod notatur Genesis primo, germinet terra herbam virentem & lignum pomiferum faciens fructum, cuius semen in semetipso sit super terram. Non est dubium quin plantæ habeant virtutes productiuas, quæ sunt eorum accidentia. Vnde medici attribuunt herbis diuersas virtutes à proprietate, vt Rhabarbarum non solum ratione caloris, aut frigiditatis, sed ratione proprietatis quæ est propria passio eius expellit cholerã: ergo eadem ratione aliæ virtutes & potentiæ naturales ad alios effectus sunt accidentia distincta. ¶ Quarto arguitur. Aristoteles secundo de anima distinguit quinque sensus, quos vocat partes animæ propterea quod sunt quinque obiecta diuersimode mouentia: aliter enim color mouet visum, & aliter sonus mouet auremergo intentio illius est quod diuersis obiectis actiuis correspondent diuersæ potentiæ receptiuæ specierũ & illæ non possunt esse anima, quæ est simplicissima ergo sunt distinctæ potentiæ. ¶ Hit confirmatur. Distincta organa & instrumenta seruiunt distinctis potentijs: vt pote oculus, & aures, sunt distincta organa: ergo distinctæ sunt potentiæ, visiua, & auditiua, quod expresse docet Arist. secundo de anima tit. 111. dicens organum sensus est, in quo collocatur vis & potentia sentiendi. ¶ Quinto arguitur ex intentione Arist. 3. de anima vbi ponit intellectum agentem, & passibilem distinctas virtutes, puta vnam actiuam & aliã passiuã, quas apud omnes expositores adeo fuit compertissimum esse virtutes distinctas ab anima, vt Comment. in illum errorem excellerit, vt crederet intellectum perpetuo manere anima corrupta. ¶ Sexto & postremo arguitur. Sermones vitari de intellectu & voluntate vix saluari possunt, nisi ponita distinctione illarum potentiarum inter se & per consequens ab essentia. Dicimus enim quod homo intellectu intelligit, non voluntate nec sentit: & vult voluntate, & non intellectu. Item quod intellectus dirigit voluntatem, quod voluntas mouet alias potentias, & quod intellectus est in capite, & non in pede, & quod sensus est particulariter in oculo. Hæc autem omnia peruertunt dicentes quod potentia non distinguitur ab anima: nam dicunt animam eandem esse & intellectum & sensum: quod Aristot. aduersus antiquos philosophos ostendit esse falsum secundo de anima. text. 60. & infra. Item concedunt quod intellectus vult & voluntas intelligit, qui neutiquam est sermo philosophis dignus. Possent & alia hic argumenta accersiri ad probandum quod sensus distinguitur ab anima: nempe cum sit potentia corporalis & extensa sicuti sensatio: sed satis est hactenus calamus lineam Dialecti. transgressus. ¶ Ergo vt ad propositum redeamus, eodem modo risibilitas censetur quædam potentia corporalis ad ridendum. Ex repentino enim gaudio dilatatur sanguis à corde, qui extendens partes facies, facit motum risus in ore. Sicut econuerso ex repentino mœrore sanguine currente ad cor, oculi constringuntur & exprimunt lachrymas. Et sic videtur quod risibilitas distinguatur realiter à subiecto: sicut potentia nutritiua quam philosophi omnes profitentur esse potentiam distinctam ab anima. ¶ Secunda conclusio, talis distinctio passionis à subiecto non est formalis sed realis. Ista conclusio probatur. Primo quia (vt tertia conclusione super prologum arguebamus) vnitas & distinctio est passio entis, sed nullum est eos, nisi ens rationis & ens reale secundum Arist. 5. meta. text. 14. ergo nulla est distinctio tertia, seu omnis est aut rationis aut realis. Et præterea est intellectu difficile quomodo aliqua distinguantur ex natura rei, & non sit realis distinctio, & mirum est quod ante tempus Scoti nemo philosophorum suspicatus vnquam fuerit hanc distinctionem formalem. Et secundo confirmatur, quia nec subiectum est de essentia passionis nec passio de essentia subiecti quinimo passio sit quasi effectus essentiæ. Quare non solum in sensu formali est falsum, homo est risibilitas, aut homo est intellectus, aut homo est voluntas, sed etiam in sensu identico hæc est falsa, homo est res qui est intellectus: aut res quæ est voluntas. Et hæc est differentia inter has duas scholasticas quia Scotus negans illas in sensu formali, concedit eas in sensu identico, sed à Sancto Thom. in vtroque sensu negantur.

2. Conclus.

¶ Tertia conclusio. Proprium quod non est potentia iuxta tenorem primæ conclusionis, non oportet à suo subiecto distinguit. Probatur conclusio, quia rationes supra factæ non procedunt nisi solum de potentijs, & ea ratione qua sunt potentiæ. Ex cuius inconsideratione omnia fere argumenta procedunt quæ à doctoribus huius temporis aduersus Sanct. Thom. iactantur.

3. Conclus.

¶ Vnde ad primum argumentum, conceditur non esse recipiendas huiusmodi distinctiones sine ratione conuincenti. At vero non est hic demonstratio mathematica exigenda: nam vt dicit Arist. 1. Ethico. pro ratione cuiusque scientiæ exigenda est ratio: & in philosophia naturali rationes quas modo faciebamus, faciunt vehementem probabilitatem. Et ideo respondetur, quod quamuis homo per animam rideat, intelligat, nutriatur, &c. tanquam per principium primum efficiens tamen intelligit per intellectum tanquam per potentiam propriam illius actus. Itaque quando dicimus, quod homo per se intelligit, per se videt, intelligitur quod ex sua essentia fluunt illæ virtutes, nec recipit illas aliunde sicut aqua ab igne recipit calorem quo postea ipsa calefacit. ¶ Ad secundum conceditur, quod passiones entis non distinguuntur ab ente ex natura rei, de quo itidem Scotus contra tam habet opinionẽ: putat

Fluere.

Passiones entis.

putat enim tantam esse distinctionem formalem inter passiones entis quam inter passiones hominis. Sed re vera contrarium probat Aristot. loco citato in argumẽto, primo, quia quæcunqueres, ea ratione qua est res, est vnum ens. Et secundo, quia nullo modo passio entis, nec aliquà res potest per intellectum abstrahi ab alia, quin in re abstracta includatur ens, vt quomodocunque abstrahatur passio entis (puta vnitas) ab ente, ad huc includit ens: quia ens est de quidditate cuiuscunq, vt in prædicamentis, cap. 4. exponetur. Et ideo passiones entis non distinguuntur ab ente. Et præterea, quia illæ passiones non sunt potentiæ reales eo modo quo potentia nutritiua aut intellectus: & alia id genus.

¶ Eodem modo respondet Sanct. Thom. loco citato, quod potentia materiæ non distinguitur à materia. Nã quamuis illa sit potentia passiua, non est tamen potentia ad recipiendum actum accidentalem, secundum tenorem primæ conclusionis, sed substantialem. Quin etiam ex eadem ratione Aristotelis, pura quod potentia & actus sunt in eodem genere, cum forma sit substãtialis actus materiæ sit, vt materia sit etiam potẽtia substantialis formæ. Vnde materia & forma per seipsas habent immediatam ordinem, vt sine aliquo medio accidente vniantur. Quocirca licet in generatione ignis præcedant in toto composito accidentia corrumpentia lignum tamen prius natura forma substantialis ignis genitr informat materiam, quam accidentia quæ sunt in igne genito, sed de hoc alias. ¶ Ad vltimam particulam argumenti conceditur, plurimas esse passiones quæ non distinguuntur à subiecto: puta, quotquot nõ sunt potentiæ ad producendum vel recipiendum accidens reale, vt mortale, corruptibile, habere tres angulos æquales duobus rectis, quæ est passio trianguli par & impar, quæ est passio numeri: atque alia id genus plurima. ¶ Ad tertiam negatur processus in infinitum, & negatur quod risibilitas sit apta inhærere subiecto per aliam aptitudinem. imo per se ipsam inest, quia aptitudo inhærendi non est potentia actiua ad recipiendum, aut producendum accidens. ¶ Eodem modo conceditur, quod subiectum recipit risibilitatem: sed tamen non est aptum ad hoc per aliam aptitudinem distinctã: quia subiectum non recipit risibilitatem, aut intellectũ aut alias passiones per transmutationem ab alio, nec per hoc quod subiectum producat illas passiones nouas productione. ¶ Ad cuius intelligentiam notato, quod passio non dicitur fluere ex essentia subiecti, eo quod subiectum producat passionem actione distinctam ab illa qua subiectum producitur. Exempli gratia. Non est intelligendum quod pater meus genuerit me, & essentia mea alia actione produxerit meam risibilitatẽ, quod terra produxerit herbam, & herba produxerit suam proprietatem, quinimo producens subiectum, eadem actione comproducit omnes passiones eius: sed dicuntur fluere ab essentia, quia prius natura subiectũ habet essentiam, quã passiones, idest, quia subiectum habet hanc essentiam, habet passiones: & ideo subiectũ non indiget potentia ad producendum suas passiones sed illas immediate habet per suam essentiam: & propterea non datur processus in infinitum. Vnde S. Thom. 1. quæst. 77. artic. 6. ait quod passio fluit ab essentia in genere causæ finalis, quia passio est propter essentiam: & quodammodo in genere causæ effectiuæ, quia comproducitur & consequitur ad productionem speciei & in genere causæ naturalis, quia prius natura essentia est in supposito, quam passio. ¶ Per hoc soluitur aliud argumentum quod fit in hac materia de quantitate. Arguitur enim sic aduersus Sanctum Thom. Corpus est potentia passiua ad recipiendum accidentia corporalia, puta calorem, & colorem & alias tamen illa potentia non distinguuntur à corpore. Respondetur, quod quãtitas est potentia passiua corporis qua mediante recipit alia accidentia. Sed cum replicatur. Corpus est in potentia passiua ad recipiendum quantitatem: ergo illa potentia distinguitur à corpore: & rursus est in alia potentia ad recipiendum illam potentiam, & per consequens illa alia distinguitur, & sic in infinitum. Respondetur, quod potentia corporis ad quantitatem non distinguitur à corpore: quia quantitas est illi congenita ad modum propriæ passionis. ¶ Ad quartum respondetur, quod risibilitas est accidens corporale, & diuisibile sicut potentia nutritiua & aliæ corporales: neque tamen credo esse per totum corpus dispersam, sicut potentia nutritiua aut sensus tactus, postquam non exercet suum actum nisi in facie. Et forte est in corde: nam potentia est in organo suæ operationis, vt visus in oculo, & risus prouenit cum ex repentino gaudio admiramur: nam tunc sanguis dilatatur à corde ad faciem & inde sequitur illa oris dilatatio quæ est risus, sicut econuerso oblata repentina tristitia, sanguis fugit ad cor, & inde sequitur compressio partium exprimentium lachrymas. ¶ Ad confirmationem respondetur, negando sequelam: non enim continuo sequitur, si propria passio est accidens quo sit intensibile aut remissibile: nam intensio & remissio non est generalis proprietas omnis in vniuersum accidentium: quantitas enim suapte natura non est intensibilis, neque relatio, vt æqualitas non est intensibilis: sed soli prædicamento qualitatis adscribit Aristot. illam proprietatem, quæ est susceptibilis magis & minus: nec tamen omni eius speciei: sed soli primæ & tertiæ, quæ sunt habitus vel dispositio, passio vel passibilis qualitas. Sed tamen quarta, vt figura: & secunda, vt naturalis potẽtia non est intensibilis. Et ratio quidem secundum Nominales, non potest tam euidens assignari, sed est dicendum, quod suapte natura intellectus & voluntas & similes potentiæ non sunt accidentia, quæ habeant gradus intensionis: sed secundum Sanct. Thom. ratio est manifesta. Nam intensio fit per maiorem radicationem in subiecto, idest, per hoc quod accidens intimius (vt sic loquamur) insit, magisq; actuet subiectũ. At vero propriæ passiones, quia fluũt ex essentia subiecti: & quodammodo sunt illi essentiales, non possunt magis & minus actuare, sed omnes insunt æqualiter, vnde sicut non potest homo esse magis rationalis, ita neque magis risibilis quã alius. Ad quintum argumentum, scio Thomistas nullatenus admittere propriam passionem posse à subiecto separari, inter quos est egregius Caieta. prima. 1. q 5. artic. 3. quod & Capreolus probabilius censet primo sententiarum. d. 3. q. 3. Imo S. Thom. de spiritualibus creaturis. art. vlt. ad. 7. argumentum videtur esse eiusdem sententiæ, vbi ait quod non potest separari ab homine quod sit risibilis, & Porphyrius cap. 5. dicit nigredinem non esse propriam passionem corui, quia potest intelligi coruum esse & non esse nigrum vbi insinuat per contrarium, quod non potest intelligi hominem esse & non esse risibilem. ¶ His nihilominus non obstantibus duabus respondemus propositionibus. Prima, Deus supernaturaliter potest accidens quod est risibilitas separare à subiecto, & alterum sine altero conseruare. Neque de ista propositione vnquam dubitare potui: si enim sunt distinctæ res, & neutra est de intrinseca quidditate alterius, absque dubio potest Deus vnam sine alia conser-

uare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uare. Id vel maxime cum se habeant quodammodo, vt causa & effectus. ¶ Secunda propositio est. Quamuis intellectus & risibilitas separarentur ab homine nihilominus esset intellectiuus & risibilis. Probatur: quia adhuc homo esset aptus natus essentialiter ad intelligendum si daretur ei intellectus. Non dico aptus in potentia remota, sicut lapis est aptus, si ex illo fieret homo: sed dico quod homo suapte natura est intellectiuus, si detur ei intellectus nam quamuis lapidi inhæreret intellectus aut risibilitas, nec intelligere posset, nec rideret, atq; adeo nec denominaretur intellectiuus nec risibilis: sed quemadmodum Cæcus simpliciter est aptus natus videre, atq; adeo est vitiuus (vt sic loquamur) licet id facere non possit nisi potentiam vitiuã recipiat, ita homo sine intellectu esset simpliciter intellectiuus. Potest hæc vocari potentia remota essentialis. ¶ Censent hic neoterici Thomistæ, quod separata supernaturaliter risibilitate, & subiecto relicto suæ naturæ, statim haberet alia noua. Id tamen est falsum, quia subiectum non est causa productiua passionis, vt nuper dicebamus: sed passio producitur à causa productiua subiecti, quod isti non considerant. Vnde si Deus auferret mihi intellectum, nulla causa posset eum mihi naturaliter reintruere sed solus Deus supra naturaliter. ¶ Percontatur quis forsan hoc loco, Vtrum nomina ista passionum vt risibile, intellectiuum, &c. amplient de materiali, an vero tantummodo de formali. Omnes enim dicunt solum ampliare de formali: quod est dicere, Solũ supponunt pro re existenti connotando quod possit ridere, aut intelligere, &c. Quapropter Antichristus (dicunt) non est modo risibilis. Et quicunque negant suppositionem naturalem, ita tenentur subsequenter dicere: nam risibile, & homo conuertuntur: & ideo si Antichristus non est homo, certe nec est risibilis. At vero secundum suppositionem naturalem, quæ secundũ Arist. & vniuersaliter secũdũ omnes philosophos negari non debet, tã perpetuæ veritatis sunt istæ, Antichristus est risibilis, homo est intellectiuus, quam istæ, Antichristus est homo, homo est rationalis. Non propterea quod risibile, ampliet de materiali: sed propter suppositionem naturalem: quia videlicet, quando prædicatum est de essentia subiecti aut fluens ex essentia, tunc ly est, non dicit existentiam in tempore, sed tantum necessariam extremorum connexionem. Attamen in ordine ad, est, secundum adiacens, species & proprium dicuntur ad conuertentiam, scilicet si homo est, risibile est: & si homo non est, risibile non est: & econuerso: nam, est, secundum adiacens dicit existentiam. ¶ Ad sextum argumentum quod pro opinione Scoti formauimus, respondetur, quod omnis distinctio ex natura rei est realis, & præterea quod rationes suprafactæ, non solũ videntur probare subiectum & passionem differre ex natura rei, sed etiam realiter tanquam duas res.

DE ACCIDENTE.

CAP. V.

ACcidens autem est quod ad est, atque abest sine subiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, aliud inseparabile: atque dormire quidem accidens separabile est, nigrum autem esse, coruo Æthiopiue inseparabiliter accidit. Mente tamen cogitationeve coruus albus, & Æthiops non niger si ne subiecti corruptione concipi potest. Desinunt etiam & hoc pacto. Accidens est, quod inesse ac non inesse eidem potest. Et quod neque genus, neque species: neque differentia neque proprium est: semper autem est in subiecto.

POSTREMVM prædicabilium est accidens, quod rei ab extrinseco contingit: supponit enim non solum essentiam ex genere & differentia constitutam, sed proprium etiam quod emanat ab essentia. Caput breuissimum est, neque vlla indiget diuisione. Proponit primum Porphyrius definitionem generalem accidentis, secundo diuidit accidens in id quod est separabile, & id quod est inseparabile: & tertio subiungit alias duas definitiones. ¶ Accidens (inquit) est quod adest & abest sine subiecti corruptione. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod adesse & abesse, dupliciter accipitur, scilicet, primæ intentionaliter vel connenit accidenti secundum esse reale, & allo modo secundæ intentionaliter, quod est prædicari accidentaliter & transmutabiliter, & hoc modo accipitur hic. Vnde Nominales tenentes res nullatenus prædicari, sed solos terminos, dicunt solis terminis conuenire definitionem. Itaq; tantum valet accidens, sicut terminus qui potest successiue affirmari & negari de alio termino: vt sunt hæc nomina calidum, frigidum, album, nigrum, & similia. Reales vero qui conformiter ad Aristotelem, & alios philosophos dicunt nomina solum prædicari tanquam signa, res vero, principaliter, vt in principio prædicamentorum videbimus, intelligunt definitionem hanc veluti superiores, scilicet quod definitur ibi secunda intentio ad sensum superius expositum. Definitur enim res ipsa quæ est accidens quatenus subsistat secundæ intentioni, quod est dicere: quatenus prædicatur in concreto denominatiue de subsistantia.

Definitionis sensus.

¶ Est ergo sensus definitionis. Accidens est vniuersale quod prædicatur de pluribus accidentaliter & transmutabiliter, vt per vltimam particulam differat à quarto prædicabili. ¶ Secunda diuidit Porphyrius accidens in id quod est separabile, vt album, nigrum, respectu hominis: & id quod est inseparabile, vt nigrum respectu corui. At Porphyrius ne videatur sibi contrarius: sane qui postquam dixerat, accidens esse id quod potest adesse & abesse, subiungit aliquod esse accidens inseparabile: respondet tacitæ obiectioni: dicens quod quamuis nigredo corui non possit realiter separari à coruo, vt in rei veritate sit coruus albus, tamen per intellectum potest separari, quod est dicere, non repugnat essentiæ corui esse album. ¶ Tertio subiungit duas alias definitiones, quæ ad literam sunt Aristot. 1. Topicor. cap. 4. quarum vltima vt inquit Aristot. non est propria definitio: quia datur per negationem aliorum prædicabilium, vt si dicas, homo est animal, quod neque est equus, neq; leo, &c. quæ quidem definitio non explicat positiuè naturam rei, sed prima (inquit Arist.) explicat naturam accidentis: & est eadem cum prima quæ est propria Porphyrij nisi quod definitio porphyr. est expositio definitionis Aristotel. Posset enim quis suspicari quod risibile est accidens Petri, propterea quod Petro existente, Petrus est risibilis: & non

non existente, non est risibilis: & ideo explicat Porphyr. quod accidens debet affirmari & negari, subiecto manente.

Quæstio vnica.

Vtrùm textus accidentis sit verus?

ARGVITVR pro parte negatiua. Accidens & reliqua prædicabilia in idem incidunt: ergo nõ debet distingui quintum prædicabile contra quatuor alia. Probatur antecedens. Omne accidens cuiuscunque nomen prædicamentorum est aut genus aut species: in quocunq; illorum sunt propriæ differentiæ, & propria accidentia: ergo accidens & reliqua prædicabilia coincidunt. ¶ Secundo arguitur. Definitio non debet dari disiunctiue: quia definitio explicat quidditatem quæ cuiusque rei est certa & determinata: ergo definitio accidentis non est bona. ¶ Tertio. Risibile, negatur nunc de Antichristo, si copula importet tempus præsens, & affirmabitur de illo dum fuerit & hoc sine subiecti corruptione, & tamen risibile non est accidens: ergo definitio conuenit aliis à definito. ¶ Et confir. argumentum contrario modo. Mortuum, est accidens hominis, & combustum est accidens domus: nam comburi accidit domui: & mori homini, sicut ridere, licet esse mortale sit eius passio, sicut risibile, & tamen illis non conuenit definitio: ergo definitio non est bona. Quarto arguitur contra diuisionem accidentis, Accidens separabile, & proprium quod est quartum prædicabile conuertuntur: ergo male diuiditur accidens quintum prædicabile in inseparabile & separabile. Probatur antecedens primo, quia nigredo corui, & albedo cygni, & alia id genus eo sunt accidentia inseparabilia, quia conueniunt rei ratione essentiæ, (alias possent separari) sed omne accidens ab essentia manãs est proprium ergo. ¶ Et confirmatur idem antecedens, quia nigredo corui vel est separabilis secundum rem vel solum secundum intellectum, si primum, tunc non restat causa cur dicatur inseparabilis, si secundum, tũc aut intelligitur de abstractione præscissiua, (in qua secundum Arist. 1. Physic. non est mendacium) videlicet quia potest simplici notitia cognosci coruus sine nigredine, & in hoc non differt à proprio: nam etiam possumus considerare hominem non considerando risibilitatem: aut intelligitur de abstractione negatiua, idest, quod possumus intelligere coruum non esse nigrum, & si intelligitur quod talis propositio potest esse vera, tunc sequitur quod in rei veritate coruus potest esse albus: & sic nigredo non est accidens inseparabile, si tamen illa negatiua non potest esse vera, tunc vana est abstractio intellectus.

¶ TEXTVS præsens facillimus est & si bene intelligatur est verissimus. Vnde ad primum respondet S. Tho. de spiritualibus creaturis, art. vltimo, quod accidens accipitur vno modo vt distinguitur contra substantiam, & sic diuiditur in nouem prædicamenta. Alio modo vt distinguitur contra alia quinque prædicabilia. Et sic est quintum prædicabile, ideo ad argumentum respondetur, quod accidens primo modo potest esse genus & species, & coloratum, genus est albi, & color, genus albedinis. Et potest esse differentia, & proprium, vt æquale & inæquale est proprium quantitatis: & habere tres angulos æquales duobus rectis, quod est de prædicamento quantitatis est proprium triangali, qui est de prædicamento qualitatis. Itaque accidens primo modo tantum valet sicut id quod suapte natura non potest esse per se, sed in alio. Et illo modo accipiendo, accidens diximus superius quod proprium est accidens. Sed secundo modo, accidens tãtum valet sicut prædicatũ quod accidentaliter & trãsmutabiliter prædicatur. Qua de causa nuper dicebamus accidens, vt est quintum prædicabile connotare secundam intentionem, & hoc modo distinguitur contra proprium & alia prædicabilia. Sed accidẽs, accipiendo primo modo, est nomen primæ intentionis, significans quantitates, & qualitates & alia accidẽtia, quæ possunt esse fundamenta omniũ intentionum vniuersalium. Vnde Arist. 1. Topi. cap. 4. omnia inquit prædicata, vt genus, differentia, &c. in omnibus prædicamentis reperiuntur. ¶ Ad secundum facile respondetur quod definitio quidditatiua non debet dari per disiunctionem, cum quidditas rei sit vna: sed tamẽ descriptionem (qualis est hæc) nihil vetat dari per disiunctionem: sicut enũciationem describit primo Perthermenias Arist. quod sit oratio in qua verũ vel falsum est. ¶ Ad tertium respondetur quod ly, præter subiecti corruptionem, determinat ambo verba, adesse & abesse, & ideo sano & proportionali modo est intelligẽda illa particula, scilicet, accidens est quod postquam semel adest, potest abesse præter subiecti corruptionem: modo ad argumentum dicimus, quod causa quare illa incipit esse vera, Antichristus est risibilis, est quia Antichristus producitur. Intelligimus illam incipere esse veram, verbo importante tempus: nam si esset suppositio naturalis, illa est perpetuæ veritatis, vt in superiori oa pite dicebamus. ¶ Pro materia confirmationis notandum est, quod mortuum, vsitato sermone dicitur & de corpore, & de homine. Et vtroq; modo potest accipi dupliciter, vt diximus secundo libro Summul. Vno modo vt sit participium præteritii: videlicet, vt tantum valeat, sicut quod vixit & postea non vixit, siue viuat modo, siue non: quemadmodum confitetur de Christo quod est mortuus, licet modo viuat. Alio modo vt accipiatur nominaliter pro eo, quod vixit & modo non viuit: quomodo Paulus negat Christum fame esse mortuum. Tunc ad confirmationem respondetur, quod mortuũ, in vtraq; acceptione, respectu corporis est accidens, & potest adesse prius & postea abesse præter subiecti corruptionẽ: nam modo corpus meum viuit & me defuncto corpus idem erit mortuum. Idem inquam vt loquimur communiter, licet habeat nouam formam cadaueris. Attamen respectu hominis, in quo sensu procedit confirmatio, mortuum, nullo modo est accidens: imò hæc propositio homo est mortuus, est in materia disparata: quia repugnat hominem esse, & esse mortuum. ¶ Sed contra solutionẽ replicatur dupliciter. Primo Christus est modo, & est mortuus in prima acceptione: imò omnes in die Iudicij erimus homines & illo modo mortui: ergo saltem in prima acceptione potest abesse prius & postea adesse subiecto. Nam ego nunc non sum mortuus, & tunc ero homo mortuus. ¶ Secundo ego nunc non sum

mortuus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuus & post. 90. annos illa erit vera, Dominicus est mortuus: in vtraq; acceptione propter ampliationem de ly, mortuus: ergo illud prædicatum est accidēs. ¶ Ad primum conceditur quod per miraculum supernaturaliter potest homo prius non esse mortuus & postea idē esse mortuus: sicut modo est Christus, id tamen non sufficit vt prædicarum sit accidens subiecti. Sed requiritur, quod naturaliter subiecto nunquam corrupto, prædicatum possit adesse & abesse. Ad secundum eodē modo conceditur, quod virtute ampliationis, me mortuo, mortuum affirmabitur de me quod modo negatur. Id tamen non sufficit ad rationem accidentis: sed quod subiecto manente, seu (quod dicunt) subiecto propositionis sine ampliatione supponente, prædicatum possit affirmari & negari. ¶ Circa materiam quarti argumenti quod potissimum est in hac parte, considerandā est radicitus differentia inter proprium, & accidēs. Proprium est illud accidens vt sæpe repetimus, quod convenit individuo ab essentia speciei: accidens vero est illud quod econuerso prius natura convenit individuo, & ratione individui convenit speciei. Quod est dicere, Petrus est risibilis, quia est homo. Sed tamen homo est dialecticus, quia Petrus est dialecticus: non enim homo inquantum homo est dialecticus: quia id nō est de eius essentia, sed accidit ei, quia aliquis homo est dialecticus. Doctrina est receptissima Peripateticorum, quam docet S. Tho. de ente & essentia. c. 4. & alibi frequēter, & Porph. c. vlti. dicit quod accidens prius inest individuo quam speciei, & Arist. c. de substantia dicit, quod quia Socrates est Grammaticus, homo est grammaticus. Eadem ratione albedo aut nigredo nō est de essentia hominis, sed ratione materiæ & individualium conditionum, puta quia homo generatur in hoc aut illo climate, provenit, vt nos simus albi, & Æthiopes sint nigri. Eodem modo ex dispositione materiæ aliquis homo est aquilus, & aliquis est simus. Quare, aquilum, simum, glaucum, & omnia accidentia inseparabilia individui, pertinent ad quintum prædicabile. ¶ Ex quo sequitur, quod omne accidens quintum prædicabile est omnino extra essentiam subiecti, puta quia nec est pars essentiæ: nec fluit ab essentia: quia tri individuo supposito nulla est essentia præter essentiam speciei. Vnde Porphyrius quando dixit accidens est quod adest & abest præter subiecti corruptionem, nomine subiecti intellexit essentiam subiecti: vt sit sensus, quem in fine textus declarat, accidens est id cui non repugnat corrumpi salua essentia & quidditate subiecti. ¶ Sed inter accidentia quæ proveniunt ex conditione individuali materię aliqua sunt transmutabilia vt calefieri, frigefieri: alia vero intransmutabilia propter complexionem naturalem individui, aut quæ tam facta est naturalis. ¶ Vnde ad formam argumenti negatur, quod nigredo conueniat coruo ex principijs essentialibus speciei. Sed conuenit ex dispositione materiæ: quia videlicet vt inquit Arist. libro de causis particularium, semen in matrice decoquitur forti decoctione: & ideo resoluitur humidum clarum & restat nigrum: itaq; quod in hominibus facit climata vt aliqui homines sint albi, & alij nigri in coruo facit caliditissima complexio. Et ideo Albertus dicit, quod si nidus coruorum esset in montibus frigidis, & ouum corui circumliniretur argento viuo & humore viscoso auferis aut cati qui est frigidissimus, nascerentur corui albi. Sed quicquid de hoc sit, quamuis corvus non possit naturaliter esse albus vt Porphyr. præsupponit, nihilominus non esset proprium, sed accidēs: quia non fit ab essentia, sed ex qualitate generationis individui. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur, quod nigredo corui secundum Porphy. non est separabilis, secundum rem, sed solum secundum intellectum non solum abstractione præcisiua, sed negatiua, non tamen quod in rei veritate possit esse vera, coruus non est niger, alias non esset accidens inseparabile vt supponit Porphy. sed quod non repugnat essentiæ & quidditati corui, vt sit albus: sicut neque repugnat æthiopi albedo, nec repugnat hominis quidditati, qui est aquilus, vt sit simus.

Quæ communia, quæ sua vnicuiq; vocum quinque sint.

CAP. VI.

DEfinitis autem vniuersis quæ erant proposita, genere inquam specie, differentia, proprio, & accidente: dicendum est quæ nam communia & quæ propria vnicuiq; sint. Commune hoc itaque omnibus inest de pluribus prædicari, sed genus quidem de omni specie sua, & de indiuiduis, quæ sunt sub vnaquaque specie, prædicatur. Et differentia simili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa. Proprium vero de specie & indiuiduis speciei & accidens de speciebus & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, bobus atque hominibus, quæ quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo, de hoc boue, atq; de hoc homine quæ indiuidua constat esse. Irrationale autem de boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur, homo vero qui quidem est species de singulis solum hominibus dicitur. Et proprium de specie, cuius est proprium, & de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa: risibile enim de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de coruorum specie, & de singulis dicitur coruis, atq; de Æthiopibus simili modo, quod quidem inseparabile accidens est, vt patet. Moueri quoque quod accidens est separabile, de equo atq; homine, & de horum indiuiduis dici solet: verum primo quidem de indiuiduis: ratione verò secunda de speciebus etiā, quæ indiuidua continēt, prædicatur.

Commune omnibus.

Communia genericum differētia.

Text. ij. ¶ Commune est generi ac differentiæ species continere. Continet enim & differentia species, & si non omnes eas, quas genus cōtinet. Rationale nanq;, & si non expertia rationis, vt animal, Deum tamen ac hominem quæ sunt species, continet. Præterea vt quæ de genere vt genus est prædicantur, & de speciebus quæ sub ipso sunt prædicantur sic quæ etiam de differentia vt differentia est dicūtur, eadem

eadem de specie, quæ ex ipsa constat, similiter prædicantur. De animali nanq;: quod quidem genus est, & substantia, & animatum, & sensitiuum, vt de genere cum dicantur, eadē & de vniuersis, quæ sub animali vsque ad indiuidua sunt prædicātur. De rationali quoq;, quod quidem est differentia, hoc, ratione inquā vti, idem tidem cū prædicetur, idem non solum de rationali, sed etiam de speciebus rationalis, atq; individuis prædicabitur. Commune insuper illud etiā esse patet, vt si genus tollatur vel differentia, vniuersa cōtinuo, quæ posita sub ipsis sunt, tollātur. Et enim vt si non sit animal, homo nō est, neq; etiā equus: sic si nō sit rationale, nullū animal prorsus erit, quod particeps sit rationis

Propria generis & differentiæ.

¶ Propriū verò generis est, de pluribus quā differentia, species, propriū, atq; accidēs, prædicari. Nā animal quidē de homine dicitur, equo, aue, atq; serpēte: quadrupes aūt, de hisce tantū modo dicitur, quæ quatuor pedes habent: homo verò de indiuiduis solū humanis, & hinnibile de solo equo, ac singulis equis: & accidens de paucioribus simili modo. Atque sumendæ sunt eæ differētię, quibus diuiditur genus, nōn eæ ex quibus generis substantia cōstat. Præterea genus quidē potentia differentiā cōtinet: animal enim partim particeps, partim expers est rationis. At differētiæ nō continēt genera. Præterea genus prius est hisce differētijs, quibus diuidi solet: idcirco secū ipsas tollit, sed ab ipsis nō tollitur. Nā si animal tollatur, rationale simul irrationaleve cōtinuo tollitur. Differētiæ vero genus nō tollūt: nā si vniuersæ quoq; tollantur substantia animata, sensitiua mente cognitioneq; concipitur, quæ quidem animal est, vt patet. Præterea genus quidem hoc ipso, quid est: differentia vero hoc ipso, quale quid est vt dictum est, prædicatur. Præterea genus quidē vnum in vnaquaq; specie est, vt est in homine animal, differentiæ vero plures, vt rationale, mortale, mentis atq; scientiæ susceptiuū, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus præterea similī materia est, differētia formæ. Sunt & alia communia propriaq; generis & differentiæ, hæc tamen quæ sunt enumerata, sufficiunt.

Cōmunia generis & speciei.

Text. iij. ¶ Genus & species hoc habēt commune, de pluribus inquam, vt diximus, prædicari. Species autem, vt species solum, non vt genus quoq; sumatur, siquidē si sit idem species atq; genus, commune est etiam ipsis, & ijs esse priora de quibus dicuntur, & insuper vtrunq; totū quid esse. Differunt autem, quod genus quidē

Propria generis & speciei.

species continet, species autem continentur, & non continent genera. Genus enim ad plura quam species pertinent. Præterea genera præstata oportet, vt quæquidem & differētijs specificis informata, species nimirum efficiant. Quapropter & priora genera sunt natura, & secum species tollunt, & ab illis non tolluntur. Nam si species quidem sit, erit & genus omnino: sin vero sit genus, non protinus & species est. Et genera quidem de quaq; specie sua vniuoce prædicantur: species autem de generibus non dicuntur. Præterea genera quidem ambitu specierum, quæ sunt sub ipsis, speciem quanque, species autem genera differentijs suis exuperant. Præterea neq; species summum genus neq; genus infima species vnquā fieri potest.

Cōmunia genericum proprio.

Text. iiij. ¶ Generi commune cum proprio est species sequi. Nam si homo est, animal est: & si homo est risibile est, Commune etiam est prædicatio æqua, æquè nanq; genus de speciebus & proprium de indiuiduis, quorum est proprium, prædicatur. Etenim æquè bos & homo est animal, & Socrates atq; Plato risibile. Commune insuper est & vniuoca prædicatio. Et genus enim de speciebus suis, & proprium de hisce quorum est proprium vniuocè prædicatur. Differunt autem. Genus enim est prius, proprium vero posterius. Esse enim animal, de indiuidi differentijs proprijsq; oportet. Et genus quidem de pluribus speciebus, quarum est genus, Proprium autem de vna specie tantum cuius est proprium, prædicatur. Præterea proprij quidem sit mutua prædicatio: generis autem non sit: neq; enim si animal est, homo est: neq; si animal est risibile est: sin vero homo est, risibile est, & econtra. Præterea proprium quidem omni speciei inest, cuius est proprium, & soli ac semper: genus autem omni quidem speciei, cuius est genus, & semper inest non tamē soli. Præterea si propria tollantur, genera non tolluntur: sin vero genera tollantur, species cōtinuo simul tolluntur: quibus peremptis & propria simul pereunt.

Cōmunia genericum accidenti.

Text. v. ¶ Generi autem & accidenti commune est, de pluribus, vti dictū est, prædicari: sive accidēs sit separabile, sive inseparabile. Moueri nanq; de pluribus, & nigrum de coruis, Æthiopibusve, & quibusdam etiam expertibus anima prædicatur. Pluribus autem genus atque accidens differre videntur. Genus enim

Propria generis & accidentis.

species, vt patet, præcedit: accidens autem posterius ipsis est, etiam si accidens inseparabile sumatur. Prius enim natura id cui accidit, accidente est. Et hisce quidem quibus genus communicatur, æquè generis communicatio competit: hisce vero, quibus accidens communicatur, non æque communicatio competit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intensionem enim remissionemve, communicatio accidentium suscipit, generum vero non suscipit. Et accidentia quidem in individuis primo sunt: genera vero ac species individuis substantijs natura priora sunt. Et genera quidem de hisce, quæ sunt sub ipsis, hoc ipso quid est prædicatur: accidentia autem hoc ipso quale quid est, aut quomodo sese habet res, prædicatur. Qualis enim est Æthiops, si interrogatus fueris, niger dixeris: & quomodo sese habet Socrates? ambulat responderes, aut sedet.

Hactenus quid genus cæteris differat nunc quid inter se reliqua.

¶Genus igitur quonam pacto à cæteris differet, iam diximus. Fit autem, vt vnumquodque etiam cæterorum à cæteris quatuor differat. Quare cum hæc quinque quidem sint, vnumquodque vero à cæteris quatuor differat, fit vt viginti omnes ipsorum differentiæ sint. Quater enim quinque numerum dictum conficiunt. At non ita est: sed cum si ordine numeres, quod secundo quidem loco numeras, vna deficiat differentia, propterea quod est ea iam sumpta: quod tertio vero, duabus: & quod quarto, tribus: & quod quinto, quatuor: decem istorum vniuersæ profecto differentiæ sunt, quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quonam pacto à differentia, specie, proprio, accidenteque differt, iam dictum est. Sunt igitur hę quatuor differentiæ. Differentia vero quo pacto quidem differt à genere, dictum est, cùm dicebatur quonam modo genus ab ipsa differret. Restat autem vt quonammodo differri à specie, proprio, accidenteque dicatur. Atque tres hinc differentiæ emergunt, vt patet. Species rursus quo quidem modo à differentia differt, dictum est, cùm quonam pacto differret à specie differentia dicebatur: quo vero modo à genere differt, dictum est etiam, cum quonam pacto genus differt ab ipsa specie, dicebatur. Restat igitur, vt quonam modo differt à proprio atque accidente dicatur. Atque duæ iam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur restabit, vt quonam pacto differt ab accidente, dicatur: nam quo pacto à specie, differētia, genereque differt, dictum est antea cum illa differre ab hoc dicebantur. Cum igitur generis ad cætera quatuor differentiæ sumātur, vt diximus, differentiæ tres speciei, duæ proprij, vnaque est accidentis, decem omnes istorum profecto differentiæ erunt. Quarum quatuor, quę sunt generis ad cætera, diximus: nūc deinceps cæteras afferamus oportet.

Text. 6. Cōmunia differentiæ cū specie.

COmmune id itaque differentiæ est cum specie, æquè esse communicata. Singuli enim homines æquè sunt homines, atque rationis participes. Est etiam & hoc commune semper ijs adesse quibus communicatur. Semper enim Socrates rationalis est, semperque homo. Proprium differentiæ quidem est, semper hoc ipso quale quid est prædicari: speciei autem, hoc ipso quid est prædicari: nam si homo vt quale quid sumitur, non tamen est simpliciter quale: sed ea ratione, qua differentiæ generis coniunctæ ipsum constituerunt. Præterea differentia quidem in pluribus sæpe speciebus videtur esse: vt quadrupes pluribus animalibus specie diuersis inest. Species autem in diuiduis solis inest, quæ sub ipsa sunt collocata. Præterea differētia prior est specie, quæ ex ipsa cōstat: tollit enim rationale hominē, si ipsum tollatur: at homo si tollatur, rationale non tollitur: est enim & angelus. Præterea differētia quidē cum alia cōponitur differentia: rationale nanq; atq; mortale, ad cōstituendum hominem componuntur. Species autem cū specie non cōponitur, vt alia quædā species oriatur: quidam enim equus cum quodā asino ad muli generationem concurrit: equus autē similiter cum asino cōpositus, non effecerit mulum. ¶Differentia & proprium commune quidem habent, æquè vt cōmunicent his quibus communicantur: æquè enim rationalia sunt rationalia, & æquè risibilia risibilia. Et semper ac omni speciei adesse: nam si diminutus etiā fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes: quoniam & risibile per aptitudinem semper dicitur tale, non quia semper ridet. Propria autem hæc, nam differentia quidem per sæpe de speciebus pluribus dicitur: rationale enim de Angelo dicitur, & de homine. Proprium autem de vna tantummodo specie, cuius est proprium, prædicatur. Et differentia quidem sequitur ea, quorum est differentia, non tamen conuertitur. In proprijs vero fit mutua prædicatio, propterea quod conuertūtur. ¶Differentiæ cum accidente cōmune est, de pluribus prædicari: & item semper ac omni adesse, si modo inseparabile sit accidens. Nam bipes cum omni semper homini competit, cor uis idem, & nigrum esse omnibus similiter cōpetit. Differre autem hisce videntur. Differentia nanque continet species, & non continetur: etenim rationale continet hominem & angelum. At accidentia tum continet, ex eo, scilicet, quia in pluribus sunt: tunc continentur, propterea quod subiecta non vnius accidentis sunt, sed susceptiua plurium. Et differentia quidem expers est intensionis atque remissionis: accidentia autem gradus suscipiunt, ac magis talia minusve dicuntur. Præterea, contrariæ quidem differentiæ misceri non possunt:

Propria differentiæ, & speciei.

Text. 7. Cōmunia differentiæ cū proprio.

Propria differentiæ & proprij.

Propria differentiæ & accidētis.

Text. 8. Cōmunia differentiæ & accidētis

Propria differentiæ & accidētis.

sunt: accidentia vero contraria nonnunquam miscentur. Et hæc quidem communia propria quę differentiæ cum cæteris sunt: species autem quo pacto à genere differentiaque differt quidem, dictum est tum, cùm quo pacto genus & differentia à cæteris differrent diceretur. Reliquum, vt àproprio accidenteque differat, consideremus. Speciei itaq; cum proprio est commune, mutua prædicatio. Nam si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est, atque risibile, vt aptum est ad ridendum sumere, vt sæpenumero diximus oportet. Aeque præterea species adsunt hisce, quibus communicantur & propria hisce, quorum propria esse dicuntur. Differre autem hisce videntur. Species enim & aliorum genus esse potest. Proprium vero aliorum proprium esse non potest. Et species quidem proprium anteeedit: proprium autem aduenit speciei. Sit enim homo oportet, vt & risibile sit. Præterea species quidem semper actu subiecto adest, proprium autem interdum & potentia inest. Socrates enim actu quidem semper ad ridendum est aptus. ¶Præterea quorum definitiones sunt diuersæ, ea etiā sunt diuersa. Deniq; speciei quidē definitio est, sub genere esse, & de pluribus differentibus numero hoc ipso quid est prędicari, & quę sunt similia proprij vero soli & semper atq; omni inesse.

Communia speciei & accidentis.

Tex. x. ¶Speciei vero & accidenti commune est de pluribus prædicari. Per pauca autē sunt reliqua, quibus conueniunt, propterea quod plurimum inter sese accidens, & id cui accidit, distant. Propria autem vtriusq; sunt hęc: Speciei quidem, de hisce quorū est species, hoc ipso quid est prædicari. Accidentis autem, hoc ipso quale est, aut quomodo sese habet. Et quę que substantia vnius quidē speciei, plurium autem accidentium, tam inseparabilium quàm separabilium particeps est. Deinde species quidem ante accidentia mente concipitur, etiam si inseparabilia sunt (fit enim subiectum oportet, vt illi quippiam accidat:) accidentia autem posteriora sunt, & aduentitia natura. Præterea speciei quidem communicatio æqua est: accidentium autem, & si inseparabilia sunt, æqua non est. Æthiops enim magis aut minus niger, Æthiope esse potest. At enim restat, vt de proprio & accidente dicamus, quo enim modo proprium à genere & specie & differentia differt, antea diximus.

Propria speciei & accidentis.

Cōmunia proprio cū accidente.

Text. xj. ¶Commune itaque proprio cum accidente inseparabili est, sine ipsis non esse ea, in quibus insunt. Vt enim sine risibili non est homo sic & sine nigro Æthiops esse non potest. Et quemadmodum omni semperque proprium adest, sic & ipsum inseparabile accidens adest. Differunt autem hisce. Proprium enim vni soli speciei inest, vt risibile homini: inseparabile autem accidens, ceu nigrum, non Æthiopi solum sed coruo etiam, & pici, & hebeno, cæterisque compluribus inest. Qua propter proprium quidem conuertitur cum eo, cuius est proprium, & est ipsi æquale: inseparabile autem accidens non conuertitur. Ac proprio quidem communicatio æqua est, accidentium autem susceipit gradus. Sunt & alia communia hisce quæ dicta sunt, atq; propria: verum & hæc ad ipsorum distinctionem communicationemq; demonstrandā sufficiunt.

Propria & proprij & accidentis. Pici, alias carbones.

CAPITVLVM hoc sextum prolixius est forte quam necessarium: tametsi non nihil vtilitatis habeat, vt conuenientias omnium vniuersalium, singulorumq; proprietates quibus possit simul comprehendere. Intentio enim Porphyrij in hoc capite est, & si mul prius omnia prædicabilia, & quodcunq; subinde ad aliud quodliber conferre. Atqui, vt auctor ipse text. 3. hic adnotauit: cum quinq; sint prædicabilia, si quod uis illorum ad singula quatuor aliorum conferas, viginti colliges combinationes: nam quatercuinq; viginti sunt numero, veruntamen quia idem est conferre genus verbi gratia, ad differentiam: & conuerso differentiam ad genus, sit vt genus ad quatuor alia sit comparā dum: differentia vero, non nisi ad alia tria: & species nō nisi ad alia duo: & proprium tantummodo ad accidens. Et per consequens decem tantum restant comparationes. Quibus si vnam præmiseris generalem comparationem omnium, vndecim colligantur. ¶Dividitur ergo caput hocin quinq; partes. In prima quæ vnicum habet textū, comparantur omnia simul vniuersalia in his quibus omnia conueniunt. In secunda, quæ continet quatuor textus, cōparatur genus ad alia quatuor vniuersalia. In tertia, quæ tres habet textus, cōparatur differentia ad alia tria. Et in quarta, quæ duos textus habet comparatur species ad alia duo: & tu quinta quæ vnicus est textus, comparatur proprium ad accidens. Quo fit vt secundum numerum comparationum totum capitulum per vndecim text. distribuatur.

¶CONFERT igitur primo Porphyrius generalit er inuicem omnia vniuersalia: conueniunt enim omnia vna tantum conuenientia, quæ est, prædicari de pluribus, inæqualiter tamen: nam genus prædicatur de pluribus quàm differentia: & differentia de pluribus quàm species, &c. Conuenientia hæc & differentia manifesta est ex definitionibus vniuersalium: est enim vniuersale vnum in multis & de multis: & ideo omne vniuersale prædicatur de pluribus: sed tamen de pluribus prædicatur genus quàm differentia, & differētia quàm species, vt ex eorum definitionibus patet. ¶Quod si quis forsan in contrarium arguat, quod species prædicetur de pluribus quàm genus nam species prędicatur de pluribus differentibus numero, & per consequens prædicatur de individuis: genus vero prædicatur de pluribus differentibus specie: & per consequens de solis speciebus: sed individua speciei plura sunt quam species generis: nam, vt capite de specie dixit Porphyrius, species sunt in numero finito, individua vero in numero infinito. Respondetur, quod genus non solum prædicatur de speciebus, sed etiam de individuis specierum. Exempla manifesta sunt in text. ¶Adnotato in vltimis verbis huius textus, quomodo accidentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius natura conueniant individuo, & ratione illius conueniant speciei, quod proximo capite expositum est. ¶ In secundo textu qui incipit, Commune est, &c. Sequitur secunda pars in qua genus confertur cum alijs quatuor vniuersalibus. Et quamuis prius tractauerit de specie quam de differentia propter relationem inter genus & speciem, nihilominus, quia differentia est magis vniuersale quam species, vt ex eius definitione constat, in his comparationibus præfertur differentia speciei. Et sunt duæ particulæ huius textus. In prima ponuntur conuenientiæ inter genus & differentiam, & in secunda ponuntur differentiæ. Conueniunt enim genus & differentia in tribus: quia tam genus quam differentia non continet sub se speciem: licet differentia nó contineat tot species quot genus: vt animal continet plurimas species, sed rationale continet sub se nos & Deum. Vnde secundum Porphyrium qui non ponit differentiam conuertibilem cum specie, omnis differentia tam constitutiua generis quam diuisiua continet sub se species. Sed tamen in rei veritate hæc conuenientia inter genus & differentiam solum potest saluari in differentia constitutiua generis. Enimuero quot species continet sub se animal, tot continet sensibile. Nó intelligo, quod sensibile sit genus, sicut animal: sed quod essentialiter non quidditatiuè prædicatur de omnibus speciebus animalis. Rationale vero nullam sub se continet speciem, sed conuertitur cum homine. Secundo conueniunt genus & differentia, quod sicut quicquid prædicatur de genere, prædicatur de specie: ita quicquid prædicatur de differentia, prædicatur etiam de specie. ¶ Tertio conueniunt, quod sicut à negatione generis ad negationem speciei valet argumentum: ita valet à negatione differentiæ ad negationem speciei. ¶ In secunda particula textus ponuntur ses differentiæ inter genus & differentiam: prima est, quod genus prædicatur de pluribus quam differentia, & quam species, & quodcunq; aliud prædicabile. Sed intelligitur (inquit Porphyr.) de differentia diuisiua generis quæ est inferior genere: nam differentia constitutiua generis de tot prædicatur quot genus. ¶ Est tamen hic dubitatio parua de eo quod ait Porphy. genus prædicari de pluribus quam accidens: nam videtur quod accidés puta album de tot prædicetur, imo de pluribus, quia prædicatur etiam de genere ipso generalissimo, substantiæ: quia omnes istæ sunt directæ prædicationes, Petrus est albus, homo est albus, animal est album, substantia est alba. ¶ Respondetur, quod genus non propriè potest comparari ad accidens in quantum accidens: in superioritate quia nec genus est superius ad accidens, nec accidens ad genus. Sed quia in vnoquoq; prædicamento etiam accidentis, genus est supremum prædicatum, propterea dicit Porphyrius, quòd genus prædicatur de pluribus quam accidens. ¶ Secundo differunt genus & differentia, quia genus continet genus. Semper loquitur de differentijs diuisiuis. ¶ Tertio differunt, quia genus est prius differentijs. Et ideo à negatione generis ad negationem differentiæ valet cõsequentia, & non ecõuerso. ¶ Quarto differũt, quod genus prædicatur in quid, differentia vero in quale. ¶ Et quinto differunt, quia in definitione speciei non est, nisi vnicum genus, sunt tamen plures differentiæ. Sed hoc intelligitur quando non est cognita vltima differentia conuertibilis cum specie. ¶ Sexto differunt, quia genus se habet vt materia, differentia vero, vt forma. ¶ In tertio textu qui incipit, Genus, & species, comparatur genus ad speciem: in cuius prima particula ponuntur tres conuenientiæ, scilicet, quod tam genus quã species prædicantur de pluribus. Et dicit, quod loquitur de genere & specie vt sunt distincta vniuersalia putà species specialissima quæ non est genus: nam inter genus & subalternum & speciem sub alternam non opus est ponere differentiam & conuenientiam, quia sunt idem. In secunda particula ponuntur octo differentiæ: quæ in textu sunt manifestæ. In textu quarto qui incipit, Generi commune, &c. comparatur genus ad proprium: & in prima particula ponuntur tres conuenientiæ, & in secunda ponuntur quinque differentiæ. Exempla sunt lucida in textu. ¶ In textu quinto, qui incipit, Generi autem, comparatur genus ad accidens, & continet duas particulas. In prima ponitur vna differentia, & quatuor conuenientiæ. Et secunda est epilogus omnium & conuenientiarum, & differẽtiarũ inter vniuersalia. ¶ Tertia pars capituli est in textu sexto qui incipit, commune id itaq; in qua comparatur differentia ad alia tria vniuersalia. Vnde in textu sexto comparatur primo ad speciem; & in prima particula ponuntur cõuenientiæ, & in altera subduntur quatuor differentiæ. ¶ In textu septimo qui incipit, Differentia & proprium, comparatur differentia ad proprium, inter quæ vniuersalia duæ sunt conuenientiæ & totidẽ differentiæ. ¶ In textu octauo, qui incipit, Differentia cũ accidenti, subduntur duæ conuenientiæ, & tres differentiæ inter differentiã & accidens. ¶ Quarta pars huius capituli cõplectitur textũ nonum atq; decimum. ¶ In nono comparatur species ad proprium. Et inter hæc duo vniuersalia sunt duæ cõuenientiæ & quatuor differẽtiæ. Et in decimo textu cõparatur species ad accidẽs. Et est inter speciẽ & accidẽs vnica cõuenientia puta de pluribus prdicari: differẽtiæ vero sunt quatuor. ¶ Postrema denique pars vltimusq; textus cõtinet duas cõuenientias: totidẽq; differentias inter proprium & accidens.

Finis libri Prædicabilium.

COM-

Commentarij Fratris Dominici Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiæ Professoris, in librum prædicamentorum Aristotelis.

Arist. vita.

ITVLVS huius libri in codice Græco sic habet, Aristotel. categoriæ, Quod Latinè est, prædicamenta. Aristotel. Philosophus fuit celebratissimus, ab Stagira Macedoniæ vrbe oriundus, patre Nicomacho medico ortus, anno primo (si modo Apollodoro creditur) nonagesimæ nonæ Olympiadis: nempe ante aduentum Christi Saluatoris nostri annis circiter octoginta supra trecentos. Corporis forma non adeo conspicua. Voce enim graeili, exilibusque cruribus, atque oculis pusillis fuit. Ingenio tamen præclarissimo natus, anno ætatis. 17. Academiam Platonis Philosophi Athenis tunc celeberrimi, adiuit. A quo postquam annos viginti sub eius disciplina exegisset, dissentire in multis cœpit, atque in his præsertim vniuersalibus vt in Prologo super Porphyr. adnotauimus, Vnde Plato dicere solitus. In me Aristoteles recalcitrat, non secus atq; in matrem pulli

Peripatetici.

genitis. & Aristoteles: Amicus Plato, sed magis amica veritas: vt primo Ethicorum insinuauit. In lyceio gymnasio annos tredecim publice docuit. Peripateticorum princeps dictus est, à peripatein, quod est, deambulare: in more enim habuit deambulando docere. Quamuis Ammonius à Platone affirmet morem illum emanasse. Alij trahunt locum in quo Aristotel. docebat, peripaton, id est, deambulatorium nuncupari: & inde nomen traxisse. Anno ætatis suæ. 63. dum in Euboea exularet, vita defunctus est. Opera adeo scripsit multa, vt quæ modo extant, minima sit eorum pars, quorum copiam non habemus. De diuersis enim rebus disseruit: & ita disseruit, vt cunctas ante scientias diffusas atque confusas ad perfectum excoluerit, vt tam modo vti Aristoteli scientias omnes naturales debeamus. Tametsi cum fuerit alias disertissimus, & eloquentissimus (vt ex eius libris Rhetoricorum conijcitur) tamen tũ in alijs multis, tũ maxime in Metaphysica, obscuritatem (vt ait Ammonius) affectauit: vt legentes ingeniosiores, magisque idoneos redderet, & ignauos auerteret. Nam res quanto sunt obscuriores, tanto pressius, dum intelliguntur, hærent memoriæ. Vnde (vt in Alexandro refert Plutarchus) cum Aristotelem Alexander subaccusaret, quod metaphysicam scripsisset, atque vulgasset, in qua ipse cæteris præcellebat respondisse fertur, illos libros perinde esse editos, ac si editi non fuissent. Insinuans rarissimos fore, qui eos possent intelligere.

Obscure scripsit.

Operum genera quatuor.

¶ Scripta eius ad genera quatuor reducuntur. Prima enim pars ad eloquentiam pertinet & Rhetoricam. Altera ad ethicam & moralem disciplinam. Tertia ad dialecticam spectat. Quarta vero ad secretorum naturæ contemplationem: nempe ad philosophiam naturalem atque Metaphysicam. Atque adeo liber hic ad Dialecticam pertinet. Tametsi Iamblicus Philosophus, vt hic Boetius refert: existimet opus hoc falso esse Aristoteli ascriptum, quippe quod non ab eo, sed ab Archita Tarentino Pythagorico editum censeat. At vero opinione hac reiecta, fides apud omnes probata est opus esse Aristotel. vt breuitas ipsa, quod subtilitas, & auctoritas manifestat, quæ cum reliquis eius operibus maximè consonat.

Categoria.

¶ CATEGORIA, si Græcam vocem obseruamus, idem est Latinè quod, prædicatio, & Argyropylus ita frequenter vertit. Nam categoreo duo præter alia significat, scilicet, demonstro, & prædico. Vnde categorema, quod est prædicatum: & categoria, verbale nomen, quod est demonstratio & prædicatio. Attamen duo significat apud Græcos, puta enuntiationem simplicem, vt Petrus est homo: & Prædicatorum ordinem, vt homo, animal, viuens, &c. vtroque enim dicitur prædicatio. Obidque Latini ad tollendam æquiuocationem enuntiationem, vocant, categoricam, idest, prædicatoriam propositionem; & seriem prædicatorum appellant prædicamentum.

Predicamẽtum.

¶ Est ergo prædicamentum prædicatorum ordinatio, quorum superiora de inferioribus quidditatiuè prædicantur. Vt series illa quę in arbore Porphyrij ante oculos posita est puta, homo, animal, viuens, corpus substantia. Tametsi Diuus August. in suis categorijs, aliam verbi significationem sequutus, ait categorias eo sic appellari, quod sint quędam rerum demonstrationes ante oculos positę. Igitur prędicamentum non supponit, vt aliqui arbitrantur, pro generalissimo, Vnde Porphyr. in capit. de specie. In quocunque (inquit) prędicamento est quoddam summum genus & infima species. Et Aristotel. 5. Metaphysicor. text. 12. eadem (inquit) genere sunt, quorum eadem est prędicamenti figura. Vbi apparet prędicamentum appellari dispositionem illam & lineam prędicatorum. Atque adeo hoc est subiectum huius libri. ¶ Quod si quis arguat. Prędicamentum, est huius libri subiectum: ergo nihil hic consideratur, nisi quia est prędicamentum: sed tractatur hic de singulis prędicatis: ergo singula sunt prędicamenta. Respondetur negando primam consequentiam: satis enim est quod nihil hic tractetur, nisi in ordine ad prędicamentum, idest, tanquam ponibile in prędicamento.

Octo notãtur in initio operis.

¶ OCTO sunt quę secundum commentatorem Comment. 1. super primum Physicorum in initio cuiusq; operis adnotanda sunt: puta auctoris, & nomen & intentio. Libri vero, nomen, vtilitas proportio, ordo, modus procedendi atque diuisio. Et de nomine quidem tam auctoris quam libri, hactenus diximus: sed circa intentionem auctoris, & circa vtilitatem libri sunt hic singula dubia. ¶ Primum circa subiectum libri est, fuerit ne intentio Aristotelis hic tractare de verbis, an vero de rebus. Enimuero quinis super Porphy-

1. Dubium

Universidad de Deusto
Biblioteca

satis fuerit comprobatum, vniuersalia esse in rebus, ambigua tamẽ hic intentio Arist. Alexander enim Aphrodiæus & Simplicius & Boetius existimant librũ hunc esse præcipuè de vocibus: sed Cõmentator Auerroes & Eustratius opinantur cõtra esse de rebus. Atqui vtriq; habent fundamentũ: nam in prima statim deliutione æquiuocorũ videtur Arist. de rebus loqui, definit enim res ipsas quæ sunt æquiuoca æquiuocata: sed mox in prima diuisione videtur sermo esse de vocibus dum ait. Eorũ quæ dicuntur, alia cũ complexione, alia sine cõplexione dicũtur: dici enim cũ complexione aut sine cõplexione, non rebus, sed certè vocibus congruit. At verò non ita intelligendus est Boetius, vt negare credatur vniuersalia esse in rebus: quippequi super Porphy. vt frequenter adnotauimus, contrariũ expresse docet: sed putat Arist. in 5. Metaphy. tractare de prædicamentis secũdũ esse reale, hic vero principaliter de vocibus, & secundario de rebus. Ait enim: Res & rerum significatio iuncta, idest, connexa est. ¶ Tertia ergo opinio in hac parte est Nominalium, qui astruũr, solas voces, & nullatenus res collocari in prædicamento. Quocirca quamuis in prædicabilibus, quantũ ad rem, satis fuerit disputarum, vniuersalia esse in rebus: modus tamen loquendi expleãdus est hic cõclusionibus his, quas quinque subiecimus. ¶ Prima. Tã res quam voces, ponũtur in prædicamẽto Quod est dicere: arbor illa, homo, animal, viuens, corpus, substantia, & in rebus cõsideratur, & in nominibus. Probatur. Homo à parte rei est animal rationale, & animal est viuens sensibile, & viuẽs est corpus animatum, & corpus est substantia corporea: ergo in rebus ipsis, putà in quocunq; homine est animal cõtractum per rationale, ad esse hominis, & viuens cõtractum per sensibile ad esse animalis: & pariter reliqua superiora genera, atq; adeo res sunt in prædicamento. Et confirmatur: quia Arist. 5. Metaphy. tex. 14. diuidit ens reale in decem prædicamenta, de quibus subinde, tanquam de rebus figillatim tractat. ¶ Quod vero nomina ponantur in prædicamento probatur. A qualibet essentiali conuenientia abstrahit intellectus formalem conceptum adæquatum eius: ergo qualis est ordo in rebus, talis est in illis nominibus, homo, animal, viuens, corpus, substantia, tãquam in rerum signis. ¶ Arguitur tamen contra conclusionẽ. Prædicamentum (vt dictum est) idẽ pollet quod prædicatio idest, prædicatorum ordo, sed in rebus nõ est prædicatio: ergo sola nomina reponuntur in prædicamento. Minor multis modis probatur. Primo, Prædicatio est oratio, & prædicari est dici seu affirmari & negari: hæc vero nõ possunt adaptari rebus: nam oratio est oris ratio, & verba sunt quæ dicuntur, affirmãtur & negantur. ¶ Secundo. Si res prædicarentur, tunc propositio constaret ex rebus: vnde sequeretur, quod in aliqua propositione nulla esset distinctio inter subiectum & prædicatum: vt in hac, Petrus est homo (nam homo qui est Petrus non distinguitur à Petro) & in aliqua prædicatũ distaret à subiecto longissima distantia: vt in hac, Salmantica nõ est Roma, & in aliqua subiectũ comederet prædicatũ: vt in hac (homo non est panis) & in aliqua subiectũ esset pater prædicati: vt in hac Nicomachus non est Aristoteles: quæ omnia videntur ridicula. ¶ Et tertio arguitur. Si res prædicarentur, sequeretur quòd res etiam supponerent, quod est falsum: nã certe res quæ est Deus nõ habet pro quo supponat, quia nõ supponit pro se ipsa (supponere enim est loco alterius poni) vnde concedendũ esset subiectũ huius. Deus est, non supponere. ¶ His nihilominus non obstantibus est secunda conclusio. Non solũ nomina, sed res etiã prædicantur: res quidẽ realiter & obiectiue, sed nomina instrumẽtaliter & tanquã rerũ signa: & quãuis nomina forte magis propriè, tamen res principalius. Priorẽ parte, & singulas eius particulas affirmat Arist. 1. Elench. c. 1. Vbi ait: Postquã res in disputationẽ afferre non possumus, vocibus vtimur loco rerũ. Et quẽadmodũ (inquit) his vsu venit, qui calculis supputant, vt quod in calculis colligũt, in rebus numeratis inueniãt: ita quod vocibus prædicamus est in rebus. Ex quibus verbis colligitur, quod re prædicãtur realiter & obiectiuè, & voces instrumẽtaliter & tanquã signa. Et primo Perihermenias, c. 5. Cum rerum (inquit) aliæ sint vniuersales, aliæ vero singulares necesse est aliquid de vniuersalibus rebus, & aliquid de singularibus prædicari. Et in hoc lib. c. 2. & cap. de substãtia, ait secundas substãtias (puta genera & species quę sunt in rebus) dici & prædicari de primis substantijs. ¶ Ratione non alia hic opus est, præter illas quas in prædicabilibus adduximus ad probandũ vniuersalia esse in rebus: nam cũ vniuersalia sint quę prædicantur, inde colligitur res prædicari. Et præterea prædicationem essentialem appellamur eam, cuius prædicatum est de essentia subiecti: & quidditatiuam, cuius prædicatum est de quidditate subiecti, quæ locutiones magis congruunt rebus quã vocibus. Atqui inde ortum habuit distinctio illa apud veteres, aliud vt dicier esse vniuersale in prædicando aliud q; in repræsentando. ¶ Sed quòd nomina magis propriè prædicentur, probatur per primum argumentum suprafactũ: prædicari enim sicut, dici, magis propriè conuenit vocibus quã rebus. Item quia propositio proprius est in nominibus, quam in rebus. ¶ Quod vero res principalius prædicentur, probatur: quia propter vnũquodq; tale & illud magis: sed nomina solũ prædicãtur tãqua instrumẽta & rerũ signa: ergo res principalius prædicantur. Alia eñ est ratio proprię prædicationis, & alia est ratio principalis prædicationis: proprietas nãq; consistit in significatione verbi, prædicari, quod vocibus proprius cõuenit: & principaliter prædicari consistit in hoc quod res sunt finis, cuius gratia nomina prædicãtur. Vnde cũ S. Tho. opus. 56. affirmauerit ex mente philosophi, res principaliter prædicari, postea primo Perihermenias, lectio. 5. dixit voces magis propriè prædicari: vbi nulla est repugnãtia. ¶ Est tamẽ adnotandũ, quod quẽadmodũ de vniuersalibus dictũ est quod habent quidẽ fundamentũ in re, sed fiũt vniuersalia in actu per operationẽ intellectus: ita res ante operationem intellectus fundamentaliter prædicantur: quod nihil aliud est quam rationem. v. g. hominis inesse Petro substantialiter, & albedinem inesse accidentaliter: sed actu prædicantur, quando intellectus actu considerat vnum sub ratione prædicati: putà quod de alio dicitur & aliud sub ratione subiecti, videlicet de quo aliud dicitur. ¶ Hinc demum sequitur duplices esse sensus harum propositionum, homo prædicatur de pluribus, animal prædicatur de pluribus, vnus vt subiecta supponant simpliciter pro homine in communi & animali in communi, & alter vt supponant materialiter. Et vterq; prouenit ratione prædicati, & vterque est verus. Vnde ad primum argumentum respondetur, quod quamuis magis propriè verba dicantur & prædicentur: nihilominus passiuè & obiectiuè res ipsæ dicuntur & prædicantur: dicimus enim & narramus res gestas. ¶ Ad secundum argumentum varia est responsio inter Reales. Burlæus enim & alij putant in rebus esse propositionem & syllogismum, sed Paulus Venetus negat nam antiquiores nusquam hoc disputant. Ratio prioris optionis est, quod

Conclus. 1.

Conclus. 2.

Res actu prædicantur.

quod cum in rebus sint vniuersalia, vt supra disputauimus, & ipsa sint prædicata, vt patet ex definitione vniuersalis, & parebit amplius capite secundo ante prædicamentorum inferunt in rebus esse prædicationem ipsam & per consequens propositionem & syllogismum. ¶ At vero, quamuis disputatio forte de nomine sit, non oportet id concedere. Primo quia res potius dicũtur significatũ propositionis, quã propositio. Secundo, quia eadem ratione concedendũ esset, res esse nomina & verba & terminos: quã terminus (vt alt Arist. primo Priorũ) est in quem resolulitur propositio: hæc tamen nullo modo possunt conuenire rebus. Et tertio, quia eadẽ ratione concedendũ esset in rebus esse proportionẽ excluũam, exceptiuam, & vniuersalem: ité esse syllogismum in Barbara, & in alijs modis, cõsequens est falsum: quia huiusmodi syncategoremata tantum, &c. non sunt in rebus. Accedit authoritas Arist. 6. meta. tex. 8. dicẽtis, quod verum & falsum non est nisi in intellectu. Intelligit formaliter, quia fundamentaliter & obiectiue est in rebus: vt ait nono Metaphy. tex. 22. ¶ Dicendum ergo est, quod quamuis in rebus sint prædicatũ & subiectũ, nihilominus prædicatio non fit in rebus: sed solũ exercetur in mente, voce aut scripto. Itaq; in hac vocali, homo est animal, non solum vox prædicatur de voce, sed principaliter ratio animalis de ratione hominis. Imo profecto aptius loquebantur antiqui dicentes, voces non prædicari pasitue, sed prædicare: vt quemadmodũ extrema huius propositionis, homo est animal, significant res, & res significantur per voces, ita voces prædicant rationem animalis de ratione hominis: atq; adeo res prædicatur de re. Quemadmodũ enim scientia & definitio sunt quidem in mente & in voce, sed res nihilominus sunt quæ definiuntur & sciũtur, ita prædicatio & propositio fit in terminis, sed res sunt quæ principaliter prædicantur. Et hoc est quod dicit Arist. quod vtimur terminis pro rebus. ¶ Ex quo sequitur, quod malè distinguit Burlæus aliam esse propositionẽ realem, & aliã intentionalem: nã profecto omnis propositio, imo omne prædicatũ est intentionale: sed in mente est intentionale formale & in rebus est intentionale obiectiuũ: res nanq; nõ sunt prædicata, nisi quatenus sunt obiecta intellectus: videlicet in quantũ per hãc propositionẽ: homo est animal, intellectus cõcipit rationẽ animalis, vt quod de alio dicitur, & rationẽ hominis, vt de quo aliud dicitur. Et per hęc patet responsio ad argumentũ: non enim concedimus quod inter subiectum & prædicatum formalis propositionis sit illa distantia, sed inter prædicatum & subiectũ quæ sunt res significatæ. ¶ Ad tertium respondetur, quod si supponere accipiatur pro eo quod est, verificari, res quidẽ supponunt, quia de se ipsis verificantur. Si vero supponere idem sit, quod, poni loco alterius, tunc res non supponunt: quia nihil ponitur loco sui, sed nomina supponunt pro rebus. ¶ Tertia conclusio colligitur ex superioribus, quæ respondetur ad dubiũ propositum. Liber prædicamentorũ est de rebus in quantũ nominibus significantur, & de nominibus in quantum significant res: sed principalius tractat de rebus. Conclusio ex his quæ dicta sunt restat manifesta, & est expressa sententia D. Augustini in libro Categoriarum. Et Auicẽnæ in principio Logicæ dicentis, quod voces non cadunt sub considerationẽ Logicæ, nisi quatenus signa sunt rerũ. Conclusio prima 10. 4. cap. magis elucidabitur, & secunda in secundo, & hæc tertia in primo, atq; adeo omnes in toto processu prædicamentorũ: sed propter connexionẽ, quam habent, decoit eas simul oculis subijcere. ¶ Restat tamen dubiolũ circa ter-

Ex rebus, non fit propositio.

Conclus. 3.

Conclus. 4.

Conclus. 5.

Dubium secundum.

tiã conclusionem, verũ considerentur hic res solum in quantũ substant secundis intentionibus: putà in quantũ sunt genera & species, &c. Burlęus enim tenet partẽ affirmatiuã, sed Paulus Venetus, negatiuam. Respõdetur nihilominus medio modo. Et sit quarta conclusio, Negari non potest quin considerentur hic res in ordine ad secundã intentionem, quæ est prædicari. Probatur. Subiectũ huius libri est prædicamentũ, ergo considerantur hic res ea ratione qua ordinantur in prædicatione, & hoc pertinet ad secundam intentionẽ. Est enim differentia inter Logicum & Metaphysicũ, quod Logicus tractat de rebus, vt cognoscat earum intentiones prædicandi: Metaphysicus vero è conuerso ii tractat de intentionibus, vt quinto Metaphysic. tractatur de genere, &c. id facit, vt explicet naturas rerum. ¶ Quinta cõclusio. Non considerantur hic secundæ intentiones quẽ admodum in prædicabilibus: non enim definitur hic quid sit genus aut species, aut aliud vniuersale, sed explicantur naturæ substantiæ, quantitatis, &c. vt in particulari cognoscatur quid de quo prædicatur prædicatione generis aut accidentis, &c. Quocirca considerantur proprietates substãtiæ & aliorũ prædicamentorum secundum esse reale: vt recipere magis & minus, recipere contraria, &c. sed tamen omnia tractantur, vt inde sumatur iudicium prædicationis. ¶ Hoc tamẽ vnum pro toto opere præsenti hic duxerim admonendum, quod definitiones non sunt diuersę pro diuersis opinionibus assignandæ: nam definitio debet esse certissima, & in omni opinione receptissima. Sunt enim qui dicunt, prędicamentum secundum Scotum, est ordo plurium realiter. Et secundum S. Thomam est ordo conceptũ obiectiualium: & nescio quas alias sexcẽtas particulas congerunt in definitionem, quæ eam inintelligibilem reddunt & incredibilem, quam nec Scotus, nec S. Thomas cognoscerent. Est ergo prædicamentum secundũ omnes, prædicatorum series. An vero illa series, sit in terminis, vel in rebus, vel vtrobiq;, id maneat sub disputatione.

¶ Alterum dubium principale est de necessitate vel vtilitate huius libri. Sunt enim qui vitio dent Aristot. quod prædicamenta in Dialectica introduxerit obscura quidẽ magis quã Dialecticis necessaria. In quorum gratia arguere hic possumus: Logica solũ tractat (vt dictũ est) de entib⁹ rationis hoc est, de secũdis intẽtionib⁹, putà de syllogismo, de enũtiatione, de genere, &c. Sed tractat? hic est de rebus, & nomĩnibus primę intẽtionis: putà de substãtia, de qualitate, de relatione, &c. quæ habent esse præter operationem intellectus: de quibus ex professo tractat Arist. 5. Metaphy. tex. 15. vsq; ad. 20. ergo opus hoc non pertinet ad dialecticã. ¶ Et secũdo arguitur. Finis dialecticę est verũ à falso discernere: verum autem & falsum solo est in secunda & tertia operatione intellectus: cum scilicet componimus subiectum cum prædicato, aut ratiocinamur: sed in simplicibus cõceptibus quos formamus de rebus nõ cõsistit falsum, vt ait Arist. c. 4. huius nec circa illos errare possumus cũ naturaliter producãtur, ergo ad dirigendũ simplices apprehẽliones nulla opus est arte, magis quã ad recte viuendũ: & porcõsequẽs hoc opus non est necessariũ dialecticis. ¶ Quod si quis dicat notitias simplices rerũ esse terminos, ex quibus cõflatur propositio & syllogismus: Arguitur sic, Termini propositionũ solũ sunt duo, homẽ & verbum: ergo satis esset dialectico tractare de nomine & verbo, sub quib⁹ omnes partes orationis cõprehẽdũtur, saltẽ categorematice: qua ratione Arist. primo Perihermenias, à nomine & verbo exorsus est: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædicamentorū notitia necessaria.

notitia prædicamentorum, non est ad hoc necessaria. ¶ Ad hoc nihilominus respondetur, prædicamentorū notitiam esse dialecticis admodum necessariā. Primo, quia cognoscere vniuersalia: puta genera, & species: &c. pertinet ad dialecticum: id tamen cognosci non potest sine prædicamentis. Nam quamuis ex definitione generis in prædicabilibus tradita cognoscatur quid sit genus: tamen in particulari nesciret animal esse genus hominis, & album non esse genus, nisi quia per prædicamenta cognoscerent animal esse de quidditate hominis, & album esse accidens eius. Nec cognosceret an similе, & dissimile essent differentiæ, aut species qualitatis, nisi qui per prædicamenta cognoscerent similе, & dissimile esse diuersi prædicamenti, à qualitate: & per consequens similitudinem nec esse genus, nec spectem, sed accidens qualitatis. Secundo hoc est necessarium ad definiendum, quod dialectico incumbit. Ad constituendam enim definitionem rei, inquirendū est prius in quo genere sit: vt puta sitne substantia an accidens: & præterea quod accidens sit (hac enim arte Aristotel. secundo de Anima diſquirit quidditatem animæ. Ex tertio Physic. text. 3. vestigat quidditatem motus) ne ergo opus esset diſquirere per tantam rerum diuersitatem, necesse fuit res vniuersas ad decem ordines redigere, quibus tota vniuersitas inſpiceretur. Atq; adeo cognosceretur quid & quæ essent proprietates substantiæ in quantum substantia: & quantitatis in quantum quantitas, &c. ¶ Et tertia est hæc notitia necessaria ad demonstrationes faciendas, quæ constant ex propositionibus necessarijs & de per se. Non enim cognoscere quis posset, quodnam prædicatum conueniat per se, quodve per accidens, nisi habita notitia prædicamentorum. Sunt & plures aliæ vtilitates, quas longum esset recensere. ¶ Vnde ad argumentum primum respondetur quod autore Aristot. 4. Metaphysicor. text. 5. dialecticus perinde atque Metaphysicus de rebus omnibus disputat, licet ratione differant: nam metaphysicus disputat de rebus secundum esse naturale & absolutū, quod in se habent: dialecticus vero secundum quod subsunt operibus rationis. Vnde de prædicamentis disputat philosophus. 5. Metaphy. quantum ad eorum quidditatem: an videlicet quantitas, qualitas, & relatio distinguantur inter se, & à substantia: & secundum alias id genus proprietates, quæ non pertinent ad dialecticum: sed dialecticus disputat de illis, quatenus ordinantur ad rationem quæ ex illis facit prædicationes, de per se, aut de per accidens, &c. Et ideo ad minorem argumenti respondetur quod quamuis in prædicamentis non considerentur immediatè secundæ intentiones sicut in prædicabilibus, nihilominus considerātur res, vt in particulari cognoscatur quid sit genus aut species aut accidens. ¶ Hinc sequitur tam Metaphysicam, quam dialecticam esse vniuersales scientias, modis tamen diuersis: quia Metaphysica, cum tractet res secundum esse absolutum & reale, est subalternans respectu omnium aliarum scientiarum realium: dialectica vero est solum modus sciendi respectu illarum. ¶ Ad secundum respondetur, quod quamuis in simplicibus notitijs non consistat verum, & falsum, nihilominus potest error contingere in applicatione vnius notitiæ ad alteram: an videlicet notitia, aut significatum eius sit genus respectu notitiæ, aut significati alterius, vel differentia, vel accidens: & hoc docet liber prædicamentorum. ¶ Suntenim (vt auctor est Albertus) tria opera intellectus, scilicet, ordinare, componere & colligere. Ordinare est disponere res omnes & rerum nomina, vt innotescat quomodo inuicem se habeant. Et hoc docet liber prædicamentorum. Componere vero est affirmationes & negationes ex eisdem rebus & nominibus cōstruere, quod traditur in libris Periherme. Sed colligere est ex propositionibus notis ignotas syllogizari, quod in reliquis libris dialecticæ manifestat Arist. Vnde ad replicam respondetur, quod quamuis satis esset cognoscere nomen & verbum ad propositiones in genere componendas, tamen ad construenda, & dignoscenda varia genera prædicationum, puta essentialis, accidentalis, quidditatiuæ, &c. necessaria est notitia prædicamentorum.

Tria opera intellectꝰ.

¶ HABEMVS ergo nomen & auctoris & libri: item quòd intentio auctoris est res vniuersas rerumque nomina in decem ordines redigere, quas ante oculos habeat dialecticus: cuius vtilitas est vt dignoscantur habitudines & prædicationes omnium. Vnde proportio huius libri ad dialecticam est quod est eius pars & reliquarum partium tanua. Atq; adeo ordo est, vt librorum Dialecticæ Aristot. sit primus. Est namque duplex operatio intellectus, vt auctor est Aristot. tertio de Anima. text. 21 scilicet, simplicium apprehensio & compositio aut diuisio: & secundum diuidunt in enuntiationem & discursum. Quarum simplicium apprehēsio prædecit cæteras velati pars prædecit totum. Componitur enim enuntiatio ex simplicibus terminis, sicut ex enuntiationibus conficitur syllogismus. ¶ Modus doctrinæ non est demonstrationis sicut modus scientiæ mathematicæ, sed procedit per definitiones, diuisiones & documenta modo introductorio. De diuisione autem, statim

De æquiuocis, vniuocis, & denominatiuis.

CAP. I.

Æquiuoca dicuntur ea, quorum nomen solum commune est: ratio vero substantiæ nomini accommodata, diuersa: vt animal dicitur & ipse homo, & id quod est pictum. Horū enim nomen commune tantummodo est, ratio vero substantiæ nomini accommodata diuersa. Si quispiam enim quænam sit vtriusque ratio animalis voluerit assignare, rationem vtriusq; profecto propriam assignabit. ¶ Vniuoca dicuntur, quorum & nomen commune est, & ratio substantiæ nomini accōmodata eadem est: vt animal dicitur & ipse homo, & equus: nomine nanq; cōmuni & homo & equus animal: a nuncupantur, & ratio quoq; substantię vtriusq; eadem est. Si quispiam enim vtriusq; ratione voluerit assignare: quænam sit vtriusq; ratio animalis, eandem rationem omnino reddet. ¶ Denominatiua ea dicūtur, quæ ab aliquo nominis appellationem habent, solo differentia casu: vt à Grammatica Grammaticus appellationem habet, & à fortitudine fortis.

Opus

Ante prædicamentum.

OPVS præsens in codice Græco non diuiditur in diuersos titulos: sed sub titulo prædicamentorū continet capitula quatuordecim. Expositores autem illud partiuntur in tria videlicet in ante prædicamenta, prædicamenta, post prædicamenta vel tria prioracapitula sint de anteprædicamentis, & sex proxima de prædicamentis, & postrema quinque de post prædicamentis. ¶ Anteprædicamenta sunt præambula quæ ad notitiam prædicamentorum viam aperiunt: quorum proinde notitia ad cognitionem prædicamentorum prærequiritur. Sed post prædicamenta (vt suo loco, quam hic, melius explicabitur) sunt proprietates quædam & conditiones quæ naturam prædicamentorum consequuntur. Neque quicquid præambulum est ad notitiam prædicamentorum appellabitur prædicamentum, prædicabilia enim præambula sunt prædicamentorum, & tamen non dicuntur ante prædicamenta. Sed illa tantum fundamenta quæ Aristot. iecit in principio prædicamentorum, cēsentur hoc nomine. ¶ Atqui ante prædicamenta in genere sunt tria: puta definitio, diuisio, & regula: in particulari vero sunt septem: puta tres definitiones in primo capite, duæ diuisiones in secundo, & totidē in tertio regulæ. Tametsi Paulus ultra rationē quinque tantum deliget ante prædicamenta, scilicet, æquiuoca, vniuoca, denominatiua, prædicatū & subiectum: de quorum prioribus dantur singulæ definitiones, & de duobus vltimis, duæ diuisiones, & regulæ duæ. ¶ Definitiones sunt æquiuocorum, vniuocorū & denominatiuorum. Ratio qua cognitio æquiuocorū & vniuocorum prærequiritur ad notitiam prædicamentorum posset generalis adduci, quia vt sexto Topicorū capit. quinto admonet Aristo. in principio statim cuiuslibet disputationis distinguēdum est an nomen æquiuocum sit, an vniuocum: nam æquiuoci non est vna, sed multiplex cōsideratio. Obidque nomen æquiuocum non ponitur in prædicamento antequam distinguatur: cum iecundum diuersas significationes ponatur, aut in diuersis prædicamētis, aut in diuersis speciebus eiusdem prædicamenti. ¶ Verumtamen harum trium definitionum ratio specialis est hæc. Tres habent prædicamenta ordines & respectus. Primus quo omnia continentur nomine illo transcendenti ens: & respectu illius sunt quodammodo æquiuoca videlicet analoga vt ea, quarto videbimus. Alter est quo singula generalissima referuntur ad sua inferiora, de quibus vniuoce prædicantur. Sed tertius est quo vnum prædicamentum refertur ad aliud: prædicatur nanque vnum prædicamentum de alio solum denominatiuè, atque nouem præsertim accidentium, de prædicamento substantiæ. ¶ Et hac de causa necessarium fuit prænoscere rationē æquiuocorū, vniuocorū, & denominatiuorū. ¶ Hinc præterea sumit ratio huius ordinis. Enimuero quāuis vniuoca propter dignitatem appareant prius faciliè definienda, tamen quia primus & generalissimus ordo prædicamentorum est ille quo omnia simul referuntur ad ens, & secundus est ille quo singula generalissima referuntur ad species sui generis, & tertius quo vnum prædicamentum refertur ad aliud: primo loco statuit Aristotel. definitionem æquiuocorum: vt primo statim verbo generalem illam nōnnararet diuisionem entis in prædicamēta: & secundo loco subiungit definitionem vniuocorū, & tertio demque denominatiuorum. At vero quāuis tria videantur esse membra huius capitis, tamen æquiuoca & vniuoca sub eodem membro tractabimus, quia mutuo se ambo exponunt.

Definitiones tres.

Æquiuoca

¶ AD euidentiam definitionum æquiuocorum & vniuocorum cōsiderandum est primum æquiuoca appellari, & res æquiuoce significans & nomen æquiuoce significans. Res dicuntur æquiuoca æquiuocata, nomē vero æquiuocum æquiuocans. Pari ratione res dicūtur vniuoca vniuocata, & nomen vniuocum vniuocans. Et Arist. definit hic æquiuoca æquiuocata atq; vniuocata. Quæ de causa definit ea in plurali numero: nā res vna, cum non posit per vnūnomē pluribus rationibus significari, æquiuoca esse nō potest. Nec potest res vna esse vniuoca: quia vniuocatio rerum in hoc consistit q̄ res plures, nomine & ratione conueniant. Æquiuocū autem æquiuocans, & vniuocum vniuocans debet in singulari definiri. ¶ Ait, Æquiuoca dicuntur, & non æquiuoca sunt, quia vt Boetius aduotauit, res non sunt per se aut æquiuocæ, aut vniuocę, sed solum sunt tales per respectum ad nomen quo significantur: quemadmodum vicissim & nomen respectu rerum est, aut æquiuocum, aut vniuocum. Exempli gratia, Canis domesticus & canis marinus sunt æquiuoca respectu huius nominis, canis: sed sunt vniuoca respectu illius nominis animal. Et nomen canis, est æquiuocum respectu illarum ſpecierum: sed est vniuocum respectu latrabilium, & forte respectu cxlestis sideris: si modo significat illud: non impositione noua, sed propter fabulam qua fertur caniculam Icari versam fuisse in illud sydus. ¶ Hinc patere incipit conclusio tertia superioris dubij: nempe quòd intentio Aristotelis fuerit in hoc libro tractare præcipuè de rebus, & simul de nominibus: quia tractat de rebus respectu nominū, & de nominibus respectu rerum. ¶ Secundo notandum est, quòd nomen, ratio, in præsentibus definitionibus variè & diuersè interpretantur Nominales atque Reales. Enimuero Nominales cum nullum concepiūobiectiuum vniuersalem ponant in rebus, nomine rationis intelligunt in præsentia conceptum formalem, quem intellectus format de rebus. Vt primæ definitionis sensus sit. Æquiuoca dicuntur res quæ significatur eodem nomine mediantes diuersis conceptibus, vt canis domesticus & canis marinus respectu huius nominis, canis. Et simili ratione sensus secundę definitionis est. Vniuoca dicuntur res quę significantur per idem nomen mediante eodem conceptu: vt Petrus, & Paulus, respectu huius vocis homo. Ex quo sequitur, quod res secundum hanc expositionem, non possunt esse æquinocę respectu nominis mentalis: quia conceptos vltimatus (vt. 1. libr. Summularum aduotauimus) non potest hoc modo esse æquiuocus, cum conceptus vltimatus seipso & non mediante alio significet: sed solum dicuntur aut æquiuoca aut vniuoca respectu nominis vocalis vel scripti. Proportionabili modo æquiuocū æquiuocās est terminꝰ sua significata mediantibꝰ diuersis conceptibus significās, vt, canis: & vniuocū vniuocans est terminus sua significata eodē conceptu significans, vt animal. ¶ Sed tamen antiqui omnes expositores Aristotelis: vt Boetius, commentator, & omnes Græci, nomine rationis intelligunt hic definitionem (in rebus habentibus definitionem) aut conceptum obiectiuum, formaliter, & adæquatè significatum per nomen. Neque dubitari potest hanc esse mentem Aristotelis. Primo, quia vt statim capite quarto videbimus nomen, ens, mediante eodem formali conceptu significat omnia prædicamenta. & tamen non est vniuocum ad illa. Et præterea quia vbiq; apud Aristotelem nomine rationis intelligitur definitio, vt capite de substantia videbimus: vbi loquens de ratione nominis ponit exemplum de definitione. Imo vero quarto Metaphysicorum texto vigesimo octauo,

notable.

æquiuoca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio(inquit)quam significat nomen est definitio. Et postremo quia sermo ipse huius textus(ratio substantiæ nomini accommodata)idem sonat quod finitio rei significatæ per nomen. Est enim definitio oratio per quam reddimus rationem nominis. Vt quærenti,quare Petrus est homo,respondetur, quia animal rationale. Et hoc est rationem nomini accõmodare. Et ideo canis domesticus & marinus sunt res æquiuocæ: quia quærenti quare canis domesticus est canis, & quare marinus est canis,respondebitur per diuersas definitiones.

Sensus definitionis.

¶ Est ergo sensus definitionis. Aequiuoca sunt res,quæ habent idem nomen commune sed secundum illud nomen diuersas habent definitiones vt exemplo tam modo indicauimus. Dicitur,ratio secundum idem nomẽ, quia illæ duæ species animalis secundum aliud nomẽ, puta quatenus sunt animal sa habent eandem generica definitionem animalis. Patet etiam definitio in exemplo Aristotelis,vt homo viuus,& homo pictus, conueniunt hoc nomine animal: nam si quæratur quare homo est animal,respondebitur quia substantia animata sensibilis,& quærenti quare homo pictus est animal, respondebitur,quia effigies substantiæ animatæ sensibilis. Proportionabili modo sensus definitionis vniuocorum est. Vniuoca dicuntur res quæ habent idem nomen commune,& secundum illud nomen eandem habent definitionem,vt homo & equus: quibus hoc nomen animal est commune,& si quæratur quare homo est animal,respondebitur,quia substantia animata sensibilis, idemque respõdebitur si quæratur quare equus est animal. ¶ Quocirca æquiuocum æquiuocans est nomen significans res diuersis rationibus. Et vniuocum vniuocans est nomen significans res eadem ratione. Vt tamen nomine rationis intelligatur definitio. Est tamẽ adnotandum,quod eodem redit si nomine rationis intelligatur conceptus obiectiuus,quæ est ratio significata in rebus: animal enim vniuoce significat equũ & hominẽ,quia formaliter significat vnam rationem obiectiuam ambobus communem.

Vniuoca.

Nomen æquiuocum.

Denominatiua.

¶ DENOMINATIVA ea dicuntur. Tertia definitio est denominatiuorum quæ præambula est ad nonam prædicamentorum, ratione iam dicta. Atqui dubitare quis forte potest quid hic definiat Aristo. vtrum nomina denominatiua,vt sunt ly album ly musicum & similia: an res potius quas hæc nomina significant & pro quibus supponunt. Vbi notandum primum est, q in denominatione tria est à parte rei considerare: puta rem denominantem,rem denominatam, & denominatiuum verbi gratia albedo est res denominans album, & Petrus in quo est albedo est res denominata, atque adeo album est denominatiuum. Sed denominatiuum, quemadmodum de æquiuocis dictum est, potest accipi & pro denominatiuo denominato, puta pro re alba: & pro denominatiuo denominante, scilicet, pro hoc nomine,album. Hoc supposito Marsilius,vt refert Paulus Venetus & Occham quem nominales sequuntur, dicunt solum definiri hic denominatiua denominantia, scilicet, nomina denominatiua. Et profecto est apparentissimum pro illis argumentum,dum ait Aristotel. quod denominatiuum debet differre solo casu ab eo à quo recipit appellationem,vt fortis à fortitudine: nam differre casu,solis nominibus conuenit: res enim cum non declinentur,non differunt casu. Vnde sensus definitionis in hac opinione est hic. Denominatiua sunt nomina concreta quæ à suis abstractis differunt solo casu, idest,syllabarum terminatione, quæ quidem abstracta significant de formali. ¶ At vero quamuis nomina denominatiua forte hoc modo describi possent,tamen sensus hic nihil attingit mentis Aristotelis,qui res denominatiua pro rebus denominatis definiuit. Primo quia eodem verborum tenore definiuit denominatiua quo æquiuoca,& vniuoca: sed illa manifeste definiuit pro rebus, vt ostensum est: ergo denominatiua. Præterea quia si denominatiua definiuisset pro vocibus,non dixisset concretum ab abstracto descendere, nam in vocibus fæpe contingit contrarium. Imo nomẽ fortitudo,formatur à dattuo de ly fortis addito, tudo, & nomen iustitia à genitiuo,de ly iustus addito,tia,sed res quæ est album habet appellationem ab albedine. Et postremo hoc fit manifestum ex verbis Aristotelis cum ait. Denominatiua sunt quæ ab aliquo habent nominis appellationem. Enimuero nomen album non habet appellationem ab albedine: sed nix est quæ ab albedine habet appellationem albi. Quocirca nominales hanc particulam Aristotelis nullatenus possunt adaptare suæ definitioni. Explicat enim denominatiuum habere appellationem ab abstracto,per hoc, quod est denominatiuum significare abstractum de formali: cũ tamen significare seu connotare abstractum, & recipere ab illo appellationem res sint diuerfissimæ. ¶ Est ergo secundo notandum,quod etiam inter reales sunt fere tot expositiones, quot expositores,propterea quod quemadmodum nominales illam particulam, habere appellationem ab aliquo non possunt terminis asscribere,ita neque reales illud quod est, differre casu ab alio,possunt rebus accommodare. Et(nisi fallor)illa particula,secundum nomen,rem fecit obscuram,litera enim Græca sic habet. Denominatiua sunt quæcunque ab aliquo differentia casu secundum nomen appellationem habent Quam Boetius vt Græcè iacet Latine transtulit. Omnes tamen particulam, secundum nomen,existimant determinare accusatiuum,appellationem. Obidque Argyropylas per genitiuum vertit, dicens,quæ ab aliquo nominis appellationem habent. Ego vero quantum conijcere possum,crediderim partículam secundum nomen, determinare præcedentia verba,scilicet,differentia casu. Et tunc sensus lucescit definitionis hoc modo. Denominatiua sunt res quæ ab aliquo,à quo secundum nomen solo casu differunt, appellationem habent. Posita est definitio in plurali non solum vt eadem esset forma trium omnium definitionũ,sed quia ab eodẽ abstracto plures res denominant, vt à sapientia dicitur,& homo sapiens,& sermo sapiés, & consilium sapiens vt inquit Augustinus. Non ergo intelligas quod denominatiua inter se debent differre casu,sed debent differre ab illa forma à qua denominantur,vt sapiens à sapientia,vt puta quod idem sit nomen & formæ denominantis,& rei denominatiuæ,scilicet album albedo. Casu,inquam, non declinationis, vt genitiuus differt à nominatiuo: sed cadentia & varietate vltimæ syllabæ. ¶ Hinc sequitur Aristotelem non intelligere concretum derluari ab abstracto: hoc enim negotium Grammaticorum est, ad voces pertinens,apud quos plura sunt abstracta quæ potius formantur à concretis,vt sapientia à dattuo de ly sapiens addita.a. Et omnia fere nomina incentia, à suis concretis: sed solum dicit: quod denominatiuum,puta res alba: accipit appellationem à re quæ est albedo. ¶ Quod sit vt neque nomen denominatiuum debeat definiri per derluationem ab abstracto,sed per suam significationem: vt ars seruetur prædicamentorum: qua res in ordine ad nomina, & nomina in ordine ad res definiuntur, Nomen ergo denominatiuum est nomen formaliter

Tria in denominatione.

Res denominatæ definiuntur.

Nomẽ denominatiuum.

formaliter significans formam, ea ratione qua denominat subiectum vt ly album. Quare potius dicendum est concretum significare formam connotando subiectũ (quæ est sententia Commentatoris quinto Metaphysicorum capitulo decimo quarto) quam significare subiectum connotando formam (quæ est opinio Auicen. vt illic refert Commẽt.) nam concretum significat formam concernendo subiectum, idest, applicando formam ad subiectum. Sed dummodo res intelligatur, de nomine non contendimus. Reales sequuntur modum loquendi Commentatoris, Nominales vero, modum Auicennæ.

Quinq; rerũ genera.

¶ AT vero quo totum hoc caput ante oculos obijciamus, quinque sunt notanda rerum genera. In primo angulo sunt vniuoca, quæ Græcè dicuntur synonyma, idest, res eiusdem nominis & rationis: vt Petrus & Paulus respectu huius vocis homo, Quibus contradictorie opponuntur in diametrali angulo diuersuoca, quæ Græce appellantur, heteronyma, idest, res diuersi nominis & rationis: vt Petrus & Paulus respectu horũ nominũ, Petr⁹, Paul⁹ vel homo & equus respectu harum vocum, homo, equus. In alio angulo superiori sunt æquiuoca, quæ Græce dicuntur, homonyma, idest, similia tantum in voce, vt canis latrabilis & canis marinus. Quibus contradictorie opponuntur multiuoca, quæ Græce dicuntur polyonyma, idest, res multarum vocum, sed eiusdem rationis vt gladius & ensis: vestis, & tunica: Marcus, & Cicero: quæ sunt diuersæ voces significantes eandem rem. Et quinto loco sub omnibus sunt denominatiua quæ Græce dicuntur, paronyma, idest, prope nominatiua: nam denominatiuum & abstractum habent idem fere nomen solo casu differens, vt diximus, quæ proinde sunt media inter vniuoca & diuersiuoca: quia nec prorsus habent idem nomen, nec prorsus diuersum: nec prorsus vnam rationem, nec prorsus diuersam. Tametsi D. August. inter æquiuoca collocet & vniuoca. ¶ Verum enimuero quamuis synonyma esse, proprie conueniat rebus, nihilominus & nomina eiusdem significationis dicuntur synonyma, idest, nomina eiusdem rei, quod libro primo Summularum adnotauimus, vt sunt ensis & gladius, Marcus & Cicero.

QVÆSTIO Vnica.

VTRVM tres definitiones ante prædicamentales rectè sint à Philosopho cõstitutæ. A parte negatiua arguitur primo. Æquiuocatio non solum in nominibus sed in verbis, præterea, & in reliquis orationis partibus inuenitur: ergo insufficienter definitur in ordine ad solum nomen. ¶ Secundo æquiuocatio & vniuocatio non solum substantijs, sed etiam accidentibus contingit: ergo male dicitur, quorum ratio substantiæ, &c. ¶ Tertio arguitur. Genera omnia & species substantiæ vniuocantur in nomine, substantia, & tamen hoc nomen non habet definitionem, & per consequens nec significat secundum eandem definitionem: quia generalissima, cum non habeant supra se genus, neque habent definitionem. Itẽ nomen Petrus, æquiuoce dicitur de pluribus hoc nomine appellatis: & tamen non dicitur de illis secundum diuersas definitiones, quia individua cum non habeant formales differentias, non definiuntur: ergo ratio hic non accipitur per definitionem. ¶ Quarto æquiuocorum atque vniuocorum multi sunt gradus, quibus prorsus definitiones illæ nõ cõgruunt: at tenim Arist. 7. Physicorum text. 31. in genere latere æquiuocationes: & tamen species eiusdem generis nomine & ratione conueniunt: eadem enim est ratio animalis in omnibus speciebus, vt. 7. Metaphysic. ipse ait text. 51. ergo aliqua sunt æquiuoca quibus conuenit definitio æquiuocorum. ¶ Quinto arguitur. Analoga sunt media inter vniuoca & æquiuoca, quibus neutra definitio omnino conuenit: analoga enim sunt quæ conueniũt in nomine secundum quod habent rationes nec omnino diuersas, nec prorsus easdem, sed similes: ergo dimutè locus est Aristotel. Imo exemplum quod posuit de animali picto & viuo, non conuenit definitioni: quippe cum animal viuum & pictum nõ sint æquiuoca, sed analoga. ¶ Sexto arguitur aduersus definitionem denominatiuorum. Sequeretur ex illa species & genera prædicamenti substantiæ esse denominatiua: nam homo denominatur ab humanitate, à qua secundum nomẽ solo differt casu, & pariter animal, ab animalitate, consequens tamen est falsum: nam species & genera non prædicantur de suis inferioribus denominatiue, sed quidditatiue: sola autem prædicamenta accidentiũ prædicantur de substantia denominatiuè, denominari enim (vt inquit Albertus) est de alio seu ab aliena natura nominari. ¶ Septimo tandem arguitur. Sequeretur ex data definitione, quod nomen studiosus, nullum haberet abstractum à quo esset denominatiuum: nãvel abstractum est virtus, vel est studium: sed cum primo non conuenit in voce, & cum secundo non conuenit in significatione: non enim studiosus significat illum, qui studet, sed certè illum qui prædictus est virtute: ergo neutrum illorum est abstractum studiosi. ¶ In contrarium est authoritas Aristotel.

1. Articul.

¶ TRIBVS articulis respondebimus ad quæstionem, vt primus sit de æquiuocis & vniuocis, secundus de analogis, & tertius de denominatiuis. Sit tamen de omnibus generalis conclusio, quod rectè sunt hęc ab Aristotele definita. ¶ Ad primum argumentum respõdetur concedendo æquiuocationem contingere etiam in alijs partibus orationis, vt profiteor, significat & docere & discere: & fero, portare & dicere: & particula, ne, est dictio negandi, interrogãdi, & exhortandi. Quare, nomen, in præsentiarum (vt inquit Boetius) non accipitur specialiter pro vna parte orationis, sed generaliter pro omnibus, vt idem sit quod, notamen, idest, notaorũ quæ sunt in anima, vt tantum valeat sicut quod Summulistæ vocant terminum. Est tamen sciendum, q vt terminus sit æquiuocus debet esse omnino idem, orthographia, accentu, &c. quare, amo, vt est verbum, & vt est ablatiuus de ly hamus, non est æquiuocũ, quia dum est ablatiuus scribitur cum aspiratione. Neque occidovt dicitur à cado & à cædo est æquiuocum, quia habet diuersos accentus. ¶ Ad secundum itidem respondetur, concedendo, quod tam æquiuocatio quam vniuocatio reperitur in rebus & in terminis omnium prædicamentorum. Quare substantia in proposito non accipitur specialiter pro rebus primi prædicamenti, sed generaliter, vt tantum valeat sicut quidditas seu ratio significata per nomen. Aristotel. enim. 5. Metaph. text. 15. dicit, quod substantia inter alias significationes significat quidditatem, quæcunque sit illa, siue substantię siue accidentis. & inde sumptus est iste modus loquendi,

Ratio substantiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, vt ratio substantiæ dicatur cõceptus obiectiuus significatus per nomen. Quare ly album vniuoce significat omnia alba, imo idem nomen est vniuocum simul & equiuocum, & denominatiuum, vt lv sanum est denominatium à sanitate, & vniuoce significat omnia animalia sana & analogice animal, & vrinam & medicinã. Sunt qui dicunt, quod denominatiuum quamuis vniuoce significet illa de quibus denominatiue prædicatur, tamen nõ prædicatur de illis vniuoce: eo quod nõ prædicatur de illis quidditatiue, sed hoc est falsum & mere gratis assertum. Ad tertium respondet Beatus & respondet Sanct. Thom. 1. sent. dist. 1. quæst. 1. artic. 3, quod ratio est id quod intellectus concipit de re, puta, conceptus obiectiuus qué immediate significat nomen qui quidem in habentibus definitionem exprimitur per definitionem: & in non habentibus exprimitur per aliquam descriptionem: & sic substantia significat vniuoce omnes substantias ea ratione qua sunt per se, quæ est descriptio substantiæ. Et proportionabiliter dicatur denominatibus singularibus. Et hac ratione diximus supra, idem esse significare eundem conceptum obiectiualem communem pluribus, & significare plura secundum eandem rationem. ¶ Ad quartum respondetur, tres esse gradus æquiuocationis quos loco citato. 7. Physi. docet Arist. Et qui a rectum, index est sui & obliqui, vt habetur. 1. de Anima. text. 85. & æquiuocatio ab vniuocatione declinat, summa vniuocatio est in specie specialissima. Nomen enim specificum, homo, significat vnum conceptum obiectiuum qui idem & secundum eandem prorsus rationem, & secundum eandem perfectionem essentialem est in omnibus individuis. Forsan quis dicet priorem gradum esse in essentia diuina: sed hoc non pertinet ad præsens negotium: quia hic non loquimur nisi de ratione communi pluribus tanquam vniuersali, illa tamen est res individua & eadem numero realiter in tribus personis. ¶ Ab hoc summo gradu vniuocationis incipit quodammodo deuiare natura generis, quæ est quodammodo primus gradus æquiuocationis. Etenim quamuis animal significet vnum gradum perfectionis, puta vitam sensibilem tamen gradus ille inæqualiter descendit ad suas species, ratione differentiarum contrahentium, quæ sunt inæqualiter perfectæ: non enim solum homo est perfectior equo, sed esse animal, puta esse sensitiuum, est perfectius in homine quam in equo. Has inæqualitates perfectionis vocat Aristoteles æquiuocationes. Quamuis non dicit, in genere latere æquiuocationes, sed latere multa. Et ratio est, vt exponit illic Sanct. Thom. quia forma sensitiua à qua sumitur ratio generis non est vna præter formas specierum: non enim in homine est anima generica distincta ab specifica rationali, & in equo, aut in leone pariter duæ, sed anima sensitiua in homine est rationalis, & in equo ipsa eadem specifica equi: quare solum secundum rationem abstrahitur vna anima sensitiua à qua sumitur ratio generis, in re tamen animal non dicit nisi plures essentias specificas in confuso: ¶ Et hac de causa Plato non ponebat Ideam generis separatam ab Ideis specierum. Et inde rursus colligit illic Aristote. comparationem non fieri in genere, sed in specie: est enim cygnus magis albus quam anser, quia eadem est natura albedinis in vtroque: at non est album magis coloratum quam nigrum, quia non est à parte rei eadem natura colorati, præter albedinem & nigredinem, in qua fiat comparatio. ¶ Eodé modo corpus est æquiuocum ad corpus cælestè quod est incorruptibile, & ad corpora inferiora quæ sunt corruptibilia, & malori forsan æquiuocatione, quam animal: corpus enim idem est, quod materiale, sicut spiritus idem est, quod immateriale: vnde ratio generica corporis sumitur à materia: & quia materia cæli est alterius rationis à materia nostra, quia illa non est in potentia ad altas formas propterea ipsa ratio generica corporis est alterius rationis in rebus corruptibilibus, & in rebus incorruptibilibus. Et hoc est quod dicit Arist. 10. meta. text. 26. quod corruptibile & incorruptibile, non sunt idem genere, ideo est, id vnde sumitur ratio generis, scilicet materia, est diuersæ rationis, in illis. Et hac ratione Commentator cap. de specie opinantur substantiam non esse generalissimum: quia videlicet intelligentiæ incorruptibiles, & substantiæ corporeæ non sunt eiusdem generis. Hic autem gradus non est æquiuocatio secundum logicum, sed mera vniuocatio, quia animal mediante eodem concepto formali significat eandem rationem obiectiuam animalis, abstractam ab homine & equo, &c. & pariter corpus, significat esse materiale abstractum ab hac & ab illa materia. Et proportionabiliter substantia se habet ad nos & angelos: sed quia in re sunt diuersæ naturæ vocantur æquiuocatio metaphysica & realis: & vniuocatio logica & intentionalis. Distinctio est Sanct. Thom. 1. senten. distin. 2. q. 5. artic. 3. & quia hic Aristo. loquitur de æquiuocis & vniuocis secundum logicum censet hæc esse mera vniuocat: & hinc patet solutio quarti argumenti. Secũdus ergo gradus æquiuocationis est analogia: & tertius est æquiuocatio à casu: quare analogia est medium inter vniuocationem & æquiuocationem vt iamtam palam fiet.

Tres gradus equiuocationis.

Generis æquiuocatio nulla

SECVNDVS articulus iuxta quintum argumentum versatur in expositione analogiæ & quia res est cognitu necessaria, operæpretium est paulo latius id explicare. ¶ Vbi notandum primo, quod analogia propriè Græce idem est quod Latine comparatio seu proportio (vt ait Cicero) libro de vniuersitate. Vocat autem proportionem, quam geometræ dicunt proportionalitatem: quæ est proportio inter duas proportiones, vt ridere, analogice dicitur de risu hominis, & de florditate pratinam qualis est proportio risus ad hominẽ, talis est florditatis ad pratum quæ est quædam pratilætitia. ¶ Igitur (vt tenorem definiendi Aristotelicum obseruemus) analoga dicuntur quorum nomen est cõmune: ratio vero substãtiæ nomini accommodata proportionalis. Et nomẽ analogum est quod significat plura secundum rationem proportionalem, vt patet in exemplo posito. Itaque (vt ait Sanct. Thomas. 1. quæstione. 13. artic. 5.) ratio nominis neque sit diuersa, sicut in æquiuocis: neque eadem: sicut in vniuocis, sed media, vt si quæras quare homo ridet, quia explicat gaudium, sed quare pratum ridet, quia floret ad modũ gaudentis. ¶ Secundo notandum est, quod in analogia sunt etiam gradus, quos alij plures multiplicant, sed ad duos omnes reducuntur. Prima est analogia proportionalitatis: hæc enim est proprijssima significatio nominis. Et est quando nomen significat res propter proportionabilitatem, vt ridens, significata hominem & pratum: & claues, significant instrumentum ostij, & operculum gutturis: quia sicut clauis ad ostium, ita se habet operculum illud ad guttur & visus significat sensum corporis, & analogice intellectum animę, vt inquit Aristot. 1. Ethico. capit. 7. quia qualis est proportio visus ad corpus, talis est intellectus ad animam. ¶ Secundus gradus analogiæ est analogia proportionis seu attributionis: quæ est quando nomen significat plura per habitudi-

Analogia.

Analoga.

Duo gradꝰ analogię.

Nota

tudinem & attributionem quam habent ad vnum. Et hæc contingit quatuor modis secundum quatuor genera causarum. Peta ad vnum finem, vt sanum dicitur analogice de animali, quia habet de vrina, quia significat & de medicina: quia efficit sanitatem. ¶ Ad vnum efficiens, vt medicatiuum seu medicinale, dicitur analogice a parte medicinæ de medico qui habet illam, & de instrumentis & de medicinis quibus vtitur. ¶ Ad vnũ subiectum, vt ens analogice dicitur de substantia, quæ simpliciter est ens, & de accidentibus quæ sunt entia secundum quid, puta entis entia. Exempla sunt Arist. ad hoc propositum. 4. meta. Tex. 2: Ad vnam formam, seu ad vnum exemplar: quod reducitur ad genus causæ formalis, dicuntur analoga quæcunque eodem nomine significantur propter similitudinem, vt homo viuus & pictus. Dicitur enim statua homo, quia expressa est ad exemplar hominis viui. Ad hanc reducuntur omnes metaphoræ propter similitudinem quamlibet, vt leo dicitur de leone & homine iracundo propter similitudinem in ira: & de Christo propter similitudinẽ in fortitudine, & lapis de Christo: & Nero de homine crudeli, &c. ¶ Sequuntur quatuor corollaria quibus hæc magis dilucidantur. Primum. Non æquipollent æquiuoca à consilio, & analoga: nam quamuis Aristoteles analoga distinguat ab æquiuocis à casu, id fiũ intelligi quod omnia analoga sunt æquiuoca à consilio non tamen conuertitur: sunt enim quædam æquiuoca à consilio, quæ non sunt analoga, vt si pater propter memoriam aui appellet filium nomine patris sui, quæ admodum cognati Ioannis volebant eum appellare nomine patris sui Zachariam: & Aristote, nomine patris nuncupauit filium Nicomachum ad quem libros Ethicorum scripsit: & si quos propter spem ad conciliandam gratiam. Imperatoris nomine eius appellaret filium Carolum: hæc quidem nomina consilio imposita sunt, tamen non sunt analoga, quia non significant res propter proportionem & similitudinem. ¶ Secundo sequitur, quod analoga in hoc differunt ab alijs omnibus æquiuocis, quod alia æquiuoca pluribus impositionibus significant, analoga vero non nisi vnica. Exempli gratia, canis postquam semel impositum fuit ad significandum canem latrabilem, postea impositum fuit ad significandum marinum, & Nicomachus duabus impositionibus (licet à consilio) significauit patrem & filium Aristotelis: sed tamen, ridere, non fuit impositum, nisi ad significandum intericctionem hominis, & propter proportionem visus transtulit ad significandum decorem pratis & homo, ex impositione solum significat verum hominem, & propter similitudinem significat pictum: & sanum impositum fuit ad significandum animal, sed propter proportionem ad animal significat vrinam. Attamen ens, non fuit impositum solum ad significandum substantiam, & translatũ ad accidentia, sed fuit impositum ad significandum id quod est, abstrahendo à substantia & accidentibus Deo & creatura: licet illud simpliciter sit in substantia, & secundum quid in accidentibus: vt capi. 4. declarabitur. ¶ Sequitur tertio, quod analogum semper significat vnum per prius, & aliud per posterius: & illud prius est significatum principale, licet aliquando sit res minus principalis, vt visus principalius significat visum quam intellectum: & leo principalius leonem quam Christum: & illud ponitur in definitione omnium aliorum, vt vrina est sana, quia significat sanitatem: & pratum ridet, quia se habet vt homo ridens: & pictura est homo, quia est effigies hominis. ¶ Sequitur quarto latissimam esse differentiam in significatione huiusmodi analogorum: analoga enim proportionalitatis non significant immediate vnam rationem communem obiectiuam sed duas, vt ridere significat interiectionem hominis principaliter, & analogice decorem prati, quibus nihil est commune significatũ illo nomine & ideo huiusmodi analogum diuersis conceptibus formalibus subordinatur omnino, sicut mere æquiuocum: nam ridere non significat proportionem quæ est inter hominem & pratum, sed hominem & pratum propter proportionem. Analoga vero propter attributionem ad vnum finem & ad vnum efficiens significant solam vnã formam quæ est in principali significato, à quo extrinsece reliqua denominatur: vt sanum solam significat sanitatem quæ est in animali, à qua vrina & medicina denominantur sana, & pariter medicinale solam significat artem quæ est in medico, à qua & instrumenta & emplastrum dicuntur medicinalc. Et sanum prima impositione fuit impositum ad significandum id quod habet sanitatem, & secundario significat quicquid pertinet ad sanitatem: ideo illo conceptu significat animal, & alio vrinam & medicinam: non enim significat secundario in speciali signum aut causam sanitatis, sed in genere pertinens ad sanitatem. ¶ Sed tamen analogum per attributionẽ ad vnum exemplar significat de principali vnum, & secundario similitudinem ad illud, obsdque secundum significatum semper significat connotatiue, vt animal absolute significat vtaum animal, picturam autem connotando similitudinem ad viuum: & leo significat Christum connotando similitudinem in fortitudine. Vnde hæc analogia proxime accedit ad æquiuocationem: quippe in qua diuersis conceptibus significantur diuersæ rationes. Et ideo Aristoteles exemplum æquiuocorum exhibuit in animali viuo & picto. Et per hoc respondetur ad quintum argumentũ, quod Aristoteles analoga cõprehendit sub æquiuocis. ¶ De significatione autem entis est particularis ratio: significat enim vnicam rationem quodammodo communem, puta id quod est abstrahendo à substantia & accidente, Deo & creatura. Quare significat sua significata mediante eodem concepto formali: quod licet appareat nouum, tamen cap. 4. fiet manifestum.

1. Corolla.

2. Corolla.

3. Corolla.

¶ SEXTVM argumentum est de denominatiuis. Ad quod respondetur negando sequelam: genera enim & species non prædicantur denominatiue de suis quidditatiue inferioribus: distinguit namque Aristo. prædicationem denominatiuam per contrariam ad quidditatiuam, vt superiora de suis inferioribus in quouis predicamento prædicentur quidditatiue, sed vnum prædicamentum prædicetur de alio denominatiue, præter substantiam quæ de nullo sic prædicatur. Quare, homo & humanitas sunt idem secundum rationem concretum & abstractum: quia sunt eiusdem prædicamenti substantiæ. ¶ Est tamen hic considerandum, quod denominatio quam importat denominatiuum non fit solum à forma accidentali inhærenti subiecto, sed à rebus omnium prædicamentorum, vt sicut, album est denominatiuum albedinis: ita materiale, est denominatiuum materiæ, & capitale, denominatiue capitis, quæ sunt partes hominis. Et humanum dicitur ab homine, vt leges humanæ. Et dicimus vas argentum, statua aerea, moneta aurea, quæ sunt denominatiua ab auro, argento, & alijs subiectantijs. Et potest esse denominatio à re exteriori, vt homo dicitur pater, quia habet filium, & vrina sana à sanitate, quæ est in animali. In summa omnia connotatiua quæ significant accidens vel habent

Denominatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bent se ad modum accidentis, sunt denominatiua. Et ideo dixit Aristotel es generaliter. Quæcunque habent ab aliquo nominis appellationem, siue ab accidenti siue à substantia, siue à parte, siue à toto, siue ab intrinseco siue ab extrinseco. ¶ Ad septimum tandem respondetur concedendo, quod studiosus, non habet à quo sit denominatiuum secundum omnes conditiones Aristotel. Sunt enim duæ conditiones requisitæ vt duo se habeãt tanquam denominatiuum & abstractum. Prima, quod conuenãt in significatione, ideſt, quod significatum formale denominatiui sit significatum absolutum abstracti: & secundo, quod nomina illorum conueniant in principio & differant in fine, vt patet ex definitione & exemplis Aristot. Defectu primæ, studiosus, non est denominatiuum à studio, quia non significant idem, Defectu secundæ, nec est denominatiuum à virtute, quia non conueniunt in nomine: sicut nec, vitiosus, est denominatiuum à malitia (vt ait Augustinus) sed malus est eius denominatiuum. Quare à virtute nullũ est denominatiuum, quia deberet esse virtuosus & nomen hoc non est Latinum. Eadem ratione grammatica pro muliere, non est denominatiuum à grammatica pro scientia: sed æquiuocum, quia est eadem vox ſicut sapientia pro habitu, & vt est nomen neutrum plurale, quemadmodum dicimus verba sapientia. Itaque vbi est eadem vox diuersa significans, est æquiuocatio, & non denominatio. ¶ Quocirca solent hic distingui tria genera denominatorum: puta voce tantum, re tantum, voce simul & re. Voce tantum vt homo & humanitas: vbi, homo, non connotat de formali humanitatem quia est nomen absolutum: item, studiosus, & studium, quæ non significant idem: re tantum vt studiosus & virtus, vitiosus & malitia, quæ quantum ad significationem sunt denominatiua, non quantum ad vocem: voce & re, sicut album & albedo, fortis & fortitudo. Habes ergo tres gradus æquiuocorum, scilicet genus, solum secundum metaphysicum & non secundum logicum: analogiam (quæ habet duos adhuc gradus) & æquiuoca, quæ secundũ rationes prorsus diuersas significantur.

Tria genera denominatiuorũ.

De complexis & incõplexis.

CAP. II.

ORVM quæ dicuntur, alia cum complexione, alia sine complexione dicuntur. Illa talia sunt homo currit, homo vincit. Hæc istius modi sunt: homo, bos, currit, vincit. ¶ Eorum quę sunt, alia de subiecto quidem dicuntur, in nullo vero sunt, prorsus subiecto, vt homo, de quodam homine dicitur, vt de subiecto, in nullo autem est subiecto. ¶ Alia in subiecto quidem sunt, de nullo vero subiecto dicuntur. Atque id in subiecto esse dico, quod in aliquo quidem est, & non vti pars vt si autem seorsim ab eo in quo est, fieri nequit, vt quædam grammatica est quidem in anima, vt in subiecto: de nullo vero subiecto dicitur: & hoc album in subiecto quidem est corpore (omnis enim color in corpore est) de nullo vero subiecto dicitur. ¶ Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiam sunt veluti scientia in anima quidem est vt in subiecto: de grammatica autem dicitur, vt de subiecto. ¶ Alia neque in subiecto sunt neque de subiecto vllo dicuntur, vt quidam homo, & quidam equus, nihil enim talium aut in subiecto est aut dicitur de subiecto. Atque individua simpliciter, & ea quæ vna numero sunt de nullo quidem subiecto dicuntur in subiecto autem non nulla ipsorum nihil prohibet esse: quædam enim grammatica ex ijs est plane quæ in subiecto quidem sunt, de nullo vero subiecto dicuntur.

IN hoc secundo capite procedit Aristote. ad diuisiones duas quæ ante prædicamentis connumerantur Prima secundum Alexandum & Boetium principaliter intelligitur de vocibus: & secundum nominales tãtum de vocibus & nullatenus de rebus. Dici enim cum complexione, aut sine complexione, existimant neutiquam rebus sed vocibus tantummodo cõuenire. ¶ Nihilominus incontrarium statuitur. conclusio. Diuisio hęc principaliter de rebus intelligitur, & consequenter de vocibus. Probatur hæc diuisio. Ex eo est antepredicamentalis, ideſt, præuia ad notitiam ante prædicamentorum, quod per hanc separantur ea quæ non ponuntur in prædicamento ab his quæ in prædicamento disponuntur: sed in prædicamẽto & res principaliter, & consequenter termini ponuntur (vt partim supra diximus & latius ex subsequentibus constabit) ergo de rebus intelligitur. Et confirmatur, quia statim diuisione secunda subdiuiditur secundum membrũ huius primæ sub hac forma, Eorum quæ sunt, &c. Vbi manifeste est sermo de rebus, vt videbimus. Est ergo intentio Aristotelis vniuersam rerum & nominum malitiam in duo secare, ideſt, in res & voces, quæ non pertinent ad considerationem huius libri, & in res quæ ad præsens negotium spectant. ¶ Vnde ad argumentum respondetur: quod quamuis esse complexa aut incomplexa conueniat solis termidis, tamen dici cum complexione conuenit rebus, quatenus complexe aut incomplexe significantur. Qua de causa dixit Aristoteles. Eorum quæ dicuntur: nempe ad denotandum res non esse complexas in se, sed dicuntur, ideſt, significãtur, cum, aut sine complexione. ¶ Quo fit, vt supra adnotauimus non esse distinguendum, id quod aliqui faciunt, aliud esse complexum reale, & aliud intentionale: nam omne complexum est intentionale: in mente quidem intentionale, formale, & in rebus complexum intentionale obiectiue. Potest secũdo dici, quod cum Aristot. hic promiscue & de rebus & de vocibus loquatur, forte primam diuisionem fecit de vocibus, & secuddam de rebus. ¶ Est veruntamen sciendum, quod cum complexum sit duplex: aliud propositio in qua est verum vel falsum, & aliud complexum sine verbo quamuis Aristoteles non posuerit exemplum alsi de priori nihilominus loquitur de vtroque: non enim sola propositio, sed quodcunque complexum excluditur à ratione prædicamentorum. Quamuis diuersis rationibus. Nam propositio eo non ponitur in prædicamento, quod non potest esse subiectũ aut prædicatum sed alia complexa excludũtur propterea quod non omnia pertinent ad vnum prædicamentorum, vt ti dicas, homo tustus, vna pars ponitur in prædicamento substãtiæ, & alia in prædicamento qualitatis: item si dicas, homo rationalis, vna pars ponitur in linea recta prædicamẽti substantiæ, & alia ad latus.

De rebus & nominib⁹.

¶ ALTERA diuisio hæc ratione pertinet ad ante prædicamenta. Nihil ponitur in prædicamento, vt nomen præ se fert, nisi aut subiectum aut prædicatum. Et ideo quemadmodum tribus superioribus definitionibus complexus est Aristoteles modos prædicandi vniuersos, ita hac diuisione quadrimembri, vniuersa complectitur prædicata atque subiecta omnium prædicamentorum. Omne enim possibile in prædicamento aut est vniuersale substantiæ, aut vniuersale accidẽtis: aut individuum substantiæ, aut individuum accidẽtis. Duo priora cõprehendunt omnia prædicata, duo vero posteriora omnia subiecta. Quamobrem Paulus Venetus non has diuisiones, sed subiectum & prædicatum vocat ante prædicamenta: quorum assignatur secunda diuisio. ¶ In hac diuisione nominales potissimũ exponunt mentem suam de prædicamentis: quippe quam prorsus de terminis glossiunt & nullo modo de rebus. Quocirca esse in subiecto, dupliciter secundum eos accipitur: vno modo primæ intentionaliter, quod est, inhærere subiecto: quemadmodum scientia est in intellectu: & alio modo secundæ intentionaliter, quod est accidentaliter prædicari de subiecto: & hoc secundo modo glossiunt hanc literam. Sed dici de subiecto, non possunt eodem modo distinguere: quia dici de subiecto, non potest capi primæ intentionaliter, sed dici de subiecto, est quidditative prædicari, quod solis terminis asserunt conuenire. Sensus ergo diuisionis apud eos est huiusmodi. Eorum quæ sunt, &c. ideſt. Terminorum, alij sunt qui prædicantur solũ, quiddtative, & non accidentaliter vt ly homo: alij vero qui prædicãtur accidentaliter, sed non quiddtative vt ly hoc albũ, alij prædicantur vtroq; modo: scilicet, & quiddtative & accidentaliter, vt album, quod prædicatur quiddtative quidem de hoc albo, & accidentaliter de Petro: alij demum sunt qui neutro modo prædicantur, vt individua substantiæ puta ly Petrus ly Paulus. &c. sermocinatur est de prædicatione directa. At vero glossa hæc nulla ratione potest textui accõmodari. Et ita eorũ qui sic dicunt expositionẽ esse pulchrã, siue fuerit intentio Aristot. siue non, videntes Aristotelem aliorsum intendere.

Nominalis expositio.

¶ IGITVR ad euidentiam diuisionis considerãdum, quod Aristo. connectere hic intendit duas naturas cum duabus secundis intentionibus: vt pote substantiã & accidens cum ratione vniuersalis, quæ est, esse prædicatum, & est ratione individui, quæ est esse subiectum. Et hoc veluti basim ac fundamentum non solum prædicamentorum, sed bonæ partis metaphysicæ, Aristotelis esse existimo alta mente reponendum. Et quia naturæ sunt fundamenta intentionum, cœpit à naturis dicens. Eorũ quæ sunt, &c. ideſt, earũ erũ quę habent esse reale verum (ad excludendum chimeram, & alia entia rationis) alia de subiecto quidem dicuntur. &c. Vide quod sint pugnantia, eorum quæ sunt & terminorũ. Et secundo notandum, quod naturam accidentis explicat per esse in subiecto: & naturam substantiæ, per non esse in subiecto: conditionem vero vniuersalis explicat per dici de aliquo, & conditionem individui, per nõ dici de aliquo. ¶ Ex quo sequitur, quod esse in, & non esse in, male accipitur primæ intentionaliter, quia

Duæ naturæ cũ duabus intẽtionibus.

hoc explicat naturam rerum: sed dici de, accipitur secũ de intentionaliter: nam explicat proprietates secundæ intentionis. ¶ Sequitur secundo, quod cum subiectum sit duplex scilicet, in quo, & de quo subiectum in quo in proposito accipitur primæ intentionaliter, & subiectum de quo secundę intentionaliter: nam subiectum in quo dicit subiectum inhæsionis, & subiectum de quo dicit subiectum prædicationis. ¶ Sequitur tertio vna regula notanda in via Aristot. quod quęcunq; accidentia, dum denominatiue prædicantur de substãtia, prædicãtur prædicatione vniuersalis, scilicet, quiq ti prædicabilis, ni fallor inus Aristot. rationem vniuersalis & prædicati, non explicat, nisi in ordine ad inferius quidditatiue, & rationem subiecti in ordine ad superius quidditatiue quia in hoc consistit ratio vniuersalis: quod habeat inferius in recta linea. ¶ Ex his palam sit sensus verborum Aristotelis qui est hic Eorum quæ sunt, ideſt, rerum vere existentium, alia de subiecto dicuntur, ideſt sunt prædicata (vt puta vniuersalia, quæ sub se habent ipsa inferiora quidditative) in nullo vero sunt prorsus subiecti, ideſt nulli prorsus inhærere possunt sed per se subsistũt in propria supposita, qualia sunt genera & species substantiæ. Alia in subiecto quidem sunt, ideſt, subiecto insunt, quia non possunt per se subsistere. De nullo vero subiecto dicuntur, id est, prædicata esse non possunt, sed subiecta, vt hoc album (explicat accidentia individua à per suum denominatum.) Alia de subiecto dicuntur, ideſt prædicata esse possunt: vt pura vniuersalia habentia sub se quidditative inferiora. In subiecto etiam sunt, id est subiecto inhærent ceu genera & species accidentium: scientia enim accidens est hominis & quidditative prædicatur de Grammatica. Alia nec in subiecto sunt, ideſt inhærere subiecto non possunt, quia per se subsistunt. Nec de subiecto dicuntur, ideſt, prædicata esse nõ possunt, sed subiecta: quia non habent sub se quidditative inferius, sed supra se superius, vt individua substantiæ. ¶ Disponantur hæc quatuor in quadrato contradictoriarum: vt secundum membrum contradicat primo per diametrum, & quartum tertio. ¶ In hac diuisione contemplari oportet quod de vniuersalibus diximus: nempe quòd admodum Aristotel. secundas intentiones vniuersalis & individui, seu prædicati & subijci attribuit naturis rerum, puta substantiæ & accidenti: vtranque intentionẽ ingenio & arte cũ vtraq, combinando naturã. Quo liquet vniuersalia esse in rebus, puta in suppositis, atq; adeo res prædicari & subijci, quod super titulum in quadam secunda conclusione affirmabimus.

Subiectũ in quo & de quo.

Sensus Ari.

Esse in aliquo. 3. mo.

¶ DEFINITO biter naturam accidentis ad eius intelligentiam adnotar hic Boetius modos octo quibus Aristoteles quarto Physicorum, textu. 23. dicit aliquid esse in alio: qui continetur his versibus. Insunt pars, totum species, genus, Metaphy: quoque forma. Rex in regno, res in fine loco que locatum. Est enim pars in toto sicut in continente: & totum in partibus, à quibus vicissim dependet: & species in genere, sub quo continetur: & genus in specie, cuius est pars, forma in materia, & respublica in potestate regis, & media in fine, sicut diligens in amato (vbi enim est thesaurus ibi est cor) & locatum in loco: aqua Boetius distinguit esse in vase, sicut vinum in amphora, & hoc facit hoc eo modo. Sed parum præsenti negotio seruiunt. ¶ Tribus particulis definit Arist. accidens. Est enim illud quod est in alio, & non sicut pars, nec potest esse extra illo in quo est (videlicet naturaliter.) Prima particula addifferentiam substantiæ, quæ non est in aliquo: secunda

Accidens.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad differentiam formæ substantialis, quę est in toto sine quo non potest esse: & tamen non est accidens, tertia ad differentiam illius quod est in loco aut in vase, quod est in alieno, non tanquam pars, tamen non est accidens: quia potest conseruari sine hoc vase in quo est, aut sine hoc loco: quamuis res corporea non possit esse generaliter sine loco. ¶ Quod si quis arguat hanc definitionem conuenire formæ substantiali, quæ tamen non est accidens: nam forma est in materia non tanquã pars eius. & non potest naturaliter esse sine materia, sal tem forma corporea. Respondetur dupliciter. Primo, quod forma est in materia tanquam pars non quidem tanquam pars materiæ, sed tanquam pars totius. Et ideo excluditur per secũdam particulam definitionis. Et forte excluditur per tertiam particulam: quia formæ sub ratione communi formæ non repugnat naturaliter esse sine materia, vt patet de anima rationalitae cidenti' tamen à toto genere repugnat.

Qualis diuisio.

¶ DVBIVM est hic primum apud Albertum: qualis, scilicet diuisio sit hæc. Et censet esse diuisionem generis in species, quod Paulus Venetus negat. Ar tolutio clara est, si modo intelligas sub hac vna diuisione quadrimembri tres latere bimembres. Prima est. Naturarum, alia per se subsistens, vt substantia, & alia inexistens vt accidens. Et hæc est diuisio analogi in analogata, vt videbimus cap. 4. nam ens analogice dicitur de substantia & accidenti. Altera est. Naturarum, alia vniuersalis: & alia singularis. Et hæc diuisio subiecti in accidentia: nam esse vniuersale non conuenit naturæ reali de per se, sed de per accidens per abstractionem intellectus. Tertia est. Prędicatorum, seu vniuersalium. aliud est vniuersale in natura substantiæ, & aliud in natura accidentis. Et hæc est diuisio generis in species: nam hoc quod est, quidditatiue prædicari, vniuocum est substantiæ & accidenti: quemadmodum genus & species vniuoce conuenit omnibus prædicamentis, vt dixmus cap. de genere. Itaque quamuis de naturis analogice dicatur ens, nihilominus secundæ intentiones vniuoce conueniunt illis.

Differẽtia.

¶ ALTERVM dubium est, quòd videtur diuisio hæc sufficiens. Etenim differentia est vnum vniuersale, & vna natura quæ non comprehenditur sub aliquo istorum membrorum: quia vel includitur sub natura accidentis, & hoc non, cum sit de substantia speciei: vel includitur sub natura substantiæ, & hoc non, quia videtur inhærere subiecto. Quem admodũ enim forma aduenit materiæ, ita differẽtia generi. Item nec est vniuersale quia non habet inferius quidditatiue, nec prorsus singulare, quia prędicatur essentialiter de specie & de omnibus individuis. Propter hoc argumentum aliqui dicunt, quod dici de aliquo, in proposito tãtum valet quantum prędicari essentialiter: & ita dicũt differentiam includi sub primo membro diuisionis, vt sit vniuersale & prædicatum substantiæ. Nihilominus tamen intentione Aristotelis oculatius explorata, dicẽdum est, quod solum vult hac diuisione comprehendere illa quæ in recta linea ponuntur in prędicamento. Quare sicut hic non meminit de prędicatione denominatiua, qua res vnius prędicamenti prędicantur de alio, ita nec meminit de illis, quę ad latus ponuntur in eodem prędicamento. Quamobrem sicut non definiuit partes naturę substantię, puta formam quę inest materię, sed perfectam substantiam quę nulli subiecto inest, ita nec definiuit prędicatum differentię quę ad latus ponitur in prędicamento substantię. Et ratio est, Quia Aristoteles solum vult declarare id quod simpliciter est prędicamentum: & prędicatum simpliciter nõ est niũ respectu quidditatiue inferioris differentia autem nec habet superius, nec inferius quidditatiue. Quo fit vt sola ordinatio prędicatorum in recta linea sortiatur nomen prędicamenti.

DE REGVLIS.

CAP. III.

QVM quippiam de quopiam prædicatur, vt de subiecto: ea quæ de prædicato dicuntur dicentur et iam de subiecto: vt homo de quodam homine prędicatur, animal autem de homine prędicatur: igitur animal de quodam etiam homine prædicatur, quidam enim homo, & homo est, & etiam animal. ¶ Eorum quæ sunt diuersa genere, & non ita se habent vt alterum sub altero collocetur, diuersæ sunt specie differentiæ: vt animalis atque scientiæ. Animalis nanque differentiæ sunt gresibilis, & bipes: & volatile, degẽsque in aquis: scientiæ vero nulla ex his est differẽtia, non enim hoc scientia à sciẽtia differt, quod sit bipes. ¶ Eorum vero genera, quorum alterum sub altero collocatur, eadem esse differentias nihil obstat: supera enim de suis inferis prædicantur. Quare quotquot differentiæ prædicati sunt totidem erũt.

TERTIVM hoc caput continet duas regulas ante prędicamentales. Cum enim superiori diuisione ostensum fuerit quicquid in prędicamento disponitur, aut subiectum esse aut prędicatum, de natura substantię vel de natura accidentis, his regulis duabus exponitur subinde conditio subiecti & prędicati. In prima regula quidem exponitur ratio qua vniuersalia prædicantur: & in secũda modus quo per differentias diuiduntur & constituuntur. ¶ Sensus multos patitur veros prima regula, quamuis forte solum vnum intenderit Aristo. Burlæus & alij latissime extendunt regulam: hic videlicet. Quandocunque alterum prædicatur de altero, quicquid vniuersaliter prędicatur de prædicato, subinde prædicabitur de subiecto. Hic sensus verum habet in quibuscunque vniuersaliter prędicatis siue essentialibus siue accidentalibus: vt si homo est animal, & omne animal est equus, homo est equus: & si omne animal est album, homo est albus: & si omne animal est genus, homo est genus. Item si homo est albus, & omne album est musicum, homo est musicus &c. Hic tamen sensus longe est ab intentione Aristote. quia iste non fundatur in natura prædicati, sed in vi distributionis medij per artem syllogisticam videlicet, si omne. a. est. b. &. c. est. a. tc. est. b. & tamẽ Aristo. voluit explicare naturã prędicati: quod scilicet. a. est prædicatum de ly. b. quicquid (etiam sine distributione) conuenit. a. conuenit. b. ¶ Secunda expositio est Alberti. Quando alterum de altero prędicatur, vt de subiecto sibi proprio, quicquid prædicatur de prędicato

Sensus regulę primę

cato directe, & quidditatiue, prædicabitur de subiecto. De subiecto (inquit) sibi proprio, idest de quo prædicatur prædicatione alicuius quinque prædicabilium, vt quia animal prædicatur de homine, de illo etiã prędicabitur corpus quod directe dicitur de animali: & quia rationale dicitur de homine prædicatione differentię, & sensitiuum quidditatiue (vt putat) prædicatur de rationali, sensitiuum prædicabitur etiam de homine: & quia risibile prædicatur de homine prædicatione proprij admirativũ quod quidditatiue prędicatur de risibili, prędicatur & de homine: & quia album prædicatur de homine, prędicatione accidetis, coloratũ quod quidditatiuè prędicatur de albo, prædicabitur de homine. Non tamen sequitur si homo est animal, & animal sit irrationale, ꝙ homo sit irrationalis: quia irrationale nõ dicitur quidditatiue de animali. ¶ Expositio hæc propius accedit ad mentẽ Arist. nescio tamẽ an prorsus attingat: quia aliquid dici de aliquo apud Aristo. quando addit, vt de subiecto, profecto idem designat, quod dici de aliquo vt de quidditatiue inferiori, quod superiurt capite adnotauimus. Quo circa accidẽtia, etiam propria passio, prædicantur de subiecto, non vt de subiecto, sed vt in subiecto, & suo modo differentia, quatenus prędicatur in quale ad modum accidentis. Intelligitur ergo hic quando alterum de altero prædicatur, solum quidditatiue, vt de eodem prædicato sit hæc regula, de quo fuit diuisio secunda. Hoc supposito Boetius exponit sic. Quando alterum de altero prædicatur vt de subiecto, idest, quidditatiue, quicquid prędicatur itidẽ quidditatiue de prædicato, prædicatur & de subiecto. Vt restringatur regula ad solam lineam rectam vt si homo est animal, & animal est viuens, homo est viuens. Paulus Venetus dicit quòd secũda pars non est restringenda sicut prima. Vt sit sensus, si animal prædicatur de homine vt de subiecto, scilicet, quid ditatiue, quicquid prædicatur de animali essentialiter, scilicet, corpus: & sensitiuum & animatum, quæ prędicantur de animali prædicabuntur de homine. Vt regula extendatur ad differentias & genera eiusdem prædicamenti. Parum refert inter has expositiones, nisi quòd sententia Boetij est mihi verisimilior, quia in hac regula nihil Aristotel. intendit de differentijs, id enim reseruauit pro secunda parte secundæ regulæ, scilicet, quòd differẽtiæ prędicati sunt differentiæ subiecti. Hic autem solum voluit insinuare rectam lineam prædicamentalem, scilicet, quòd quicquid præ dicatur de superiori, prædicatur de inferiori eodem genere prædicationis, vt si animal prædicatur de homine prædicatione generis, eadem prædicatione prædicatur de Petro. ¶ Secundum omnem expositionem non sequitur. Si Petrus est homo, & homo est species: Petrus est species. quia secundũ primã, species nõ prædicat de homine distributo: est enim falsa, species nõ prædicat propter personalẽ suppositionẽ subiecti: & secũdum alios non est prædicatio essentialis: homo enim non est essentialiter species, sed per accidens in ordine ad intellectũ. Et eadem ratione non sequitur: Homo est animal & animal est genus: ergo homo est genus.

Sẽsus regulę.

2. Regula.

¶ EORVM. quæ sunt diuersa genere. &c. In hac secunda regula explicat naturam vniuersalis quantum ad differentias. Et habet duas partes. Prima est, quod genera non subalternatim posita, habent differentias specie differentes. Est enim mendum sicubi legatur in textu, Diuersæ sunt species & differentiæ: vt species, sit nominatiuus, quod patere potest ex codice Græco: non enim fit mentio hic de speciebus, sed quòd genera diuersa habent differentias specie diuersas, idest, formaliter differentes, & non solum materialiter aut accidentaliter differentes, quemadmodum individua eiusdem speciei differunt solum materialiter & per collectionem accidentium, quæ sunt in vno & non in alio. ¶ Horum vero generum, &c. Secunda pars regulæ est, quod generum subalternorum, quorum alterum sub altero collocatur, nihil prohibet eusdem esse differentias, vt animatum, quod est differentia viuentis, est subinde differentia animalis: & sensitiuum, quod est differẽtia animalis, est differentia hominis.

¶ CIRCA hanc regulam duo sunt parua dubia: primum de quibus generibus, alterum de quibus differentijs intelligatur. Contra regulam proinde arguitur. Primò in opinione Stoicorum, Substantia corporea & substantia incorporea sunt duo genera non subalternatim posita: & tamen eadem est differentia alicuius substantiæ corporeæ & alicuius incorporeæ, vt puta, rationale quæ est differentia constitutiua hominis, & constitutiua angeli: ergo pars regulæ prior est falsa. ¶ Et secundo in rei veritate. Animal gresibile, & animal volatile, sunt genera non subalternatim posita (diuiditur enim animal exæquo in reptile, gresibile, & volatile, vt colligitur Genes. 1.) tamen bipes est differentia volatilis, & alicuius gresibilis, puta hominis, & pariter canis: & pecus, idest, animal domesticum quod pabulo nutritur, vt boues & asini. &c. illa, inquit, sunt diuersa genera non subalternatim posita, & tamen habent eadẽ differentiam constituiuã, puta quadrupes: ergo prior pars regulę falsa. Item sapor & sonus sunt diuersa genera qualitatis non subalternatim posita, & tamen acutum & graue sunt differentię diuisiuæ & cõstitutiuæ vtriusque: ergo. Quod si quis dicat regulam intelligi de generibus solum diuersorum prædicamentorum arguitur sic. Substãtia & quãtitas sunt talia genera & tamen eadẽ est differẽtia cõstitutiua alicui' substãtię & alicuius quantitatis, puta corporeum, nam corpus est species prędicamenti substantiæ, & species prędicamenti quantitatis. ¶ Ad hoc dubium respondent nonnulli quòd genera non subalternatim posita sunt duplicia, alia quorum neutrum est sub altero neque ambo sub tertio, vt genera diuersorum prędicamentorum, alia vero quę, licet vnum non sit sub altero, tamen ambo sunt sub tertio vt genera opposita eiusdem prędicamenti. Aiunt ergo illi, quòd Aristoteles intelligit subalternatim posita, siue primo, siue secundo modo. Et ideo ad primum argumentum respondent q substãtia corporea & substantia incorporea censentur genera subalternatim posita puta sub substantia: quia propter excludũtur à priori parte regulę, concluduntur in secunda hoc est habent eadem differentias vt probat argumentum. Et idem respondetur ad secundum de animali gresibili & animali volatili & de cane & pecude. ¶ Sed profectò responsio hęc est contra textum: nã genera subalternatim posita vt aperte in versione Argyropyli explicatur, non sunt nisi illa quorũ vnum est sub altero: quare substantia coporea & incorporea nõ sunt subalternatim positainec animal gresibile & volatile. Vnde ad primum argumentum respondetur, quòd illa opinio Stoicorum est falsa, videlicet quòd rationale sit differentia hominis & angeli. Imo intellectuale est differentia angeli differẽs specie à rationali: nã rationale dicit discursum, qui est proprius hominis, cũ angeli simplici intuitu intelligãt obiecta naturalia

Dubiũ.

Ad dubiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad Secundum respondet Paulus quod ratio bipedis non est eiusdem speciei in homine & in volatili sicut nec ratio quadrupedis est eadem in cane & in pecude. Imo vero sicut illæ sunt species diuersæ animalis: ita omnes earum differentiæ sunt diuersæ. Posset tamen forte ad rem propriùs responderi: quòd Aristoteles non dicit: nisi quòd genera non subalternatim posita debent habere differentias aliquas constitutiuas specie diuersas & aliqs diuisiuas: nō tñ negat quin si illa genera contineantur sub vno tertio genere possint habere aliquã differentiã cõmunẽ sicut habent idem genus commune. Et ita gressibile & volatile licet habeant suas cuiusque differentias proprias nihilominus possunt habere vnam rationem bipedis, quam profectò credo esse eandem & communem: sicut ratio quadrupedis eadem est in cane & in pecude. In generibus autem subalternatim positis quæcunque differẽtia cõstitutiua superioris est etiam constitutiua inferioris: & in hoc differunt hæc genera ab illis. Ad illud de sono & sapore respondetur quod graue & acutum non sunt eius propriæ differẽtiæ, sed metaphoricè dicuntur de illis: acutum enim dicitur propriè de cuspide & per metaphoram de vino. ¶ Ad vltimum respondetur, quod corpus de prædicamento substantiæ & corpus de prædicamento quantitatis sunt æquiuoca: primum est substantia materialis, & secundum quantitas trinæ dimensionis, vt suo cuiusque loco videbitur.

1. Dubiũ. ¶ ALTERVM dubium est de quibus differentijs intelligatur regula. Arguitur enim sic. Generalissima diuersorum prædicamentorum sunt non subalternatim posita, & tamen non habent diuersas differentias: quia generalissima sicut non habent supra se genus, sic neque pròprie habent differentias. Secundo arguitur. Animal est genus positum sub viuente, & tamen sensitiuum, quod est differentia constitutiua animalis, nõ est constitutiuum viuentis nec eadem differẽtia, quæ est diuisiua viuentis, est diuisiua animalis. ¶ Respondeturregulam intelligi de differentijs vtrisque, tam diuisiuis, quam constitutiuis, certa tamen lege. Prior pars regulæ intelligitur, quod si sint genera diuersorum prædicamentorum, tunc habent differentias tam diuisiuas quam constitutiuas omnes diuersas, vt est exemplum Aristotelis in scientia & animali. Præterquam quod generalissima non habent differẽtias, sed modos diuersos. Et per hoc soluitur primum argumentum. Si verò sint genera subalternatim posita, quibus seruit secunda pars regulæ, tunc quæcunque differẽtia cõstitutiua superioris generis est cõstitutiua inferioris, inadæquate tamen: at diuisiua superioris non est diuisiua inferioris, sed eius constitutiua. Econuerso differentia diuisiua inferioris, est diuisiua superioris inadequate: constitutiua vero inferioris non est constitutiua superioris, sed eius diuisiua. Exempli gratia animatum, est differentia constitutiua viuentis (nam viuens est corpus animatum) eadem ergo est cõstitutiua animalis atque adeo hominis. Est enim animal corpus animatum sensitiuum, & homo est corpus animatum sensitiũ rationale. Sensibile vero & insensibile, quę diuidit viuens, nõ possunt dividere animal. Econuerso, rationale & irrationale, quæ dividunt animal, dividunt prorsus viuens, inadequate tamen, quia non comprehendunt plantas, quæ continentur sub viuenti. Sensitiuum vero quod constituit animal, non cõstituit, sed diuidit viuens. Et per hæc soluitur secundũ argumentum.

De decem prædicamentis generatim. Cap. IIII.

EORVM quæ nulla complexione dicuntur, singula aut substantiã significẽt, aut quantitatẽ, aut qualitatẽ aut adaliqd: aut vbi, aut quãdo, aut situ esse, aut habere, aut agere, aut pati. Est autẽ substãtia quidem, vt in summa dicamus, velut homo, equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubitum, qualitas vt album grammaticum, ad aliquid vt duplum, dimidiũ, maius: vbi vero, in foro, in Lyceio, quando autẽ, vt heri, superiore anno: situm vero esse, vt iacet, sedet, habere autem, vt calceatum esse, armatum esse, agere vero, vt secare, vrere: pati, vt secari, vri. ¶ Singula igitur eorum quæ dicta sunt: ipsa, quidem secundum se nulla cum affirmatione negatione ve dicuntur, horum autem ad se inuicem complexione, aut affirmatio aut negatio sit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera vel falsa esse, eorũ autem quæ secundum complexionẽ nullam dicuntur: nihil neque verum neque falsum est: vt homo album, currit, vincit.

RATIONIBVS ante prædicamentorum præfactis, quartum hoc caput initium est prædicamentorum, quam rem à diuisione entis in decem prædicamẽtra exorditur Aristote. complexis enim rebusque complexe significatis ãratione prædicamentorum depulsis, res vniuersas quatenus incomplexe significãtur partitur in decem prædicamenta. Et habet capitulum duas partes: in priori fit diuisio & in altera probatur. Hãc diuisionẽ Boetius & Alexãder, perinde atq; superioré, interpretantur de vocibus esse principaliter: & Nominales tantum esse de vocibus. pro quibus facit verbum, significant, dum ait: Eorum quæ nulla complexione dicuntur, singula aut substantiam significant. &c. significare enim non conuenit rebus sed vocibus. Nihilominus tamen abunde id suprà (vt reor) comprobauimus, quod Aristotel- hic loquitur de rebus principaliter, & subinde de vocib⁹ (quod in subsequentibus euidentius fiet) ob idque vicissim nunc loquitur de vocibus, nunc vero de rebus. Intendit ergo hic diuidere res incomplexe significatas, sed explicat illas per voces significantes. Vnde licet diuisionem videatur ponere de vocibus, exempla statim subiungit de rebus significatis dum ait, est autem substantia, vt homo & equus, &c. non enim intelligitur, quod ly homo aut ly equus sunt substantia sed res. ¶ Singula igitur, &c. Dixerat nihil post in prædicamẽto nisi incomplexum: quia tantum incõplexum diuiserat in decẽ prædicamenta: & ideo omnibus prædicamentis cõnumeratis, in secunda parte probat singula per se non esse complexa nec significari complexe: quia nullum per se est affirmatio aut negatio: substantia nanque per se aut quantitas non est affirmatio aut negatio, sed ex illis adueniente verbo fit affirmatio aut negatio, & quod per se singula non sunt

sunt affirmationes probat, quia omnis affirmatio & negatio significat verè vel falsè: substãtia vero per se nec verũ significat, nec falsum. ¶ Ceterũ hic tanta fit ex via ad intelligendã artem prædicamentorũ, operæpretiũ est à prima linea rem deducere. Quam duabus quæstionibus explicabimus. In prima examinabitur quo genere diuisionis diuidatur ens in decẽ prædicamenta & in altera, an diuisio sit sufficiens.

Quæstio prima. Vtrùm diuisio entis in decẽ prædicamẽta sit analogiin analogata, an generis in species.

ADVERSVS Partẽ affirmatiuam prioris membri quæstionis, arguit Sco. 4. metaph. & 1. sentẽ. distin. 3. q. 1. & q. 3. & distin. 8. q. 3. prætendens quod ens dicatur vniuoce de decem prædicamentis & de Deo & creatura: nam cadẽ est hic quæstio. Primo omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis habet conceptum de quo est certus, aliunde conceptibus de quibus est dubius: sed intellectus, potest esse certus de aliquo quod sit ens, & dubitare an sit substãtia vel accidens: ergo conceptus entis est distinctus à conceptu substantiæ & accidentis. Exemplum in motis. Dum quis à longè videt rem moueri, concipit illã esse animal, ambigit tamen, bos ne sit, an equus: illud est signum quod conceptus animalis sit distinctus ab illis conceptibus particularibus, & quod sit communis illis. Exemplum in moris, si gentilis videret hostiam consecratam, certus esset illud quod videret esse ens, etiã Christianus magnæ authoritatis diceret illi, non esse illic substantiam sed accidens per se, incipiens haxitare an sit substantia vel accidens, ergo conceptus entis est vnus & communis substantiæ & accidẽti per consequens, ens est vniuocũ ad illa. Imo philosophi conueniunt quantitatẽ esse ens: inter quos tamen Nominales putant nõ distingui à substantia, reales vero esse accidens distinctum. Et similiter probatur ens esse vniuocum Deo & creaturæ nã philosophi antiqui cũ omnes cõfitirent primũ principium rerũ esse ens, dubitabant esset ne creatum an increatum: quare alij dixerunt esse infinitum, alij ignem, &c. ¶ Secundo arguitur. Si ens non esset vniuocum substantiæ & accidenti, sequeretur quod nõ possumus per cognitionem accidentis venire in cognitionem substãtiæ: consequens est falsum & contra Aristotelem, primo de anima. text. 11. vbi ait, quod accidentia conferũt ad cognoscẽdum quod quid est. Sequela probatur: quia si per accidentia cognoscimus substantia, est quia ab accidentibus sensu perceptis abstrahimus conceptũ entis communem substantiæ & accidenti, & inde inuestigamus ens per se subsistẽs cui accidentia insunt: si tamen ens non esset comune accidenti & substãtiæ, periret ille processus. Eodẽ modo per creaturas cognoscimus Deum, vt Apostolus docet ad Roma. 1 quod fieri non posset, nisi quia à creaturis abstrahimus conceptũ entis communem Deo & creaturis, & inde remouendo imperfectionem creaturarũ cõtemplamur conceptũ Dei, puta, quod sit ens increatũ, immortale, &c. quì dis-

cursus cessaret nisi ens esset vniuocum Deo & creaturæ.
¶ Accedit hęc authoritas Arist. 2. Metaphy. tex. 4. vbi probat, quod Deus est maximè ens & maximè verũ, quia est causa vniuoca entium omnium, sicut ignis est maximè & per se calidus quia est causa vniuoca caliditatis, quæ discursus nõ valeret, nisi ens vniuoce diceretur de Deo & creatura. Et Auicẽna. 1. Metaphysicorũ. ca. 2. & 5. ait quo ad substãtia & quantitas conuenitur in cõmuni intentione entis, cuius sunt quasi species. ¶ Tertio ex his rationibus arguitur, quod ens sit genus ad decẽ prædicamẽta, quod est secundũ membrũ quæstionis. Ens vniuoce prædicatur de decẽ prædicamentis & quid dicatur: quia ens cũ significet essentiã in generali, est de essentia & quidditate omnium rerum (vt videtur in nuero Arist. 4. Metaphysicorũ tex. 4.) ergo ens est genus. Patet consequentia tum ex definitione generis, tũ etiam quia alias daretur aliquod vniuersale, quod non comprahenderetur sub numero quinq; prædicabiliũ, aut quatuor prædicatorum quæ statuit Aristotel. 1. Topico. & tunc diminute essent locuti. Quarto arguitur. Ens ad minus est quidditatiue superius ab substãtia: ergo quamuis non esset genus ad omnia prædicamenta propter æquiuocationem, saltem est generalissimũ prædicamenti substantiæ.

¶ QVÆSTIO præsens duo habet membra: duobusq; subinde articulis absoluetur, vt primus sit de significatione entis, an sit vniuoca, & alter de eius diuisione & prædicatione, an sit genus commune prædicamentorum. De primo sunt tres opiniones. Prima est Marsilij & Burli. (vt refert hic Paulus) tenẽtium, quod ens dicitur analogicè de substantia & accidenti mediantibus diuersis conceptibus formalibus, sicut animal de viuo & picto. Secunda est Scoti locis citatis tenẽtis, ens esse vniuocum omnibus in vniuersum rebus puta Deo, & omnibus prædicamentis. Alia opinio est non esse vniuocum, sed Analogum ad substantiam & accidentia. Quam opinionem attribuunt S. Thomæ etiamsi sit expressè Aristotelis, nec Sanct. Thom. addit verbum ad verba Aristot. Est tamen præterea opinio Sanct. Thom. quod sit analogum ad Deum & creaturas: de quo non locutus est expressè Arist. ¶ Respondetur igitur ad primum membrum quæstionis quatuor conclusionibus. Prima, Ens significat substantiam & accidens, Deum & creaturam, mediante eodem conceptu formali. Conclusionem hanc probant argumenta Scoti sed præterea probatur conclusio ratione facti. Qui imposuit hoc nomen ad significãdum, certe nec specialiter cõsiderauit Deum, nec creaturas, nec substantiam, nec accidens, sed imposuit illud ad significandum quidquid est, quomodocunque sit, abstrahendo ab hoc & illo modo essendi. Sit certe Latini omnes ignorantes Philosophiam, per illud nomen nec concipiunt Deum nec creaturas, sed generaliter quicquid est. Nec est dicendum philosophos aliam conceptum formare quam Latini tales: ergo ens mediante eodem conceptu significat omnia. ¶ Secundo arguitur. Ens in quantum ens, est obiectum Metaphysicæ, quæ scientia cõsideratpassiones entis in cõmuni, quæ conueniunt illi, non inquantum Deus aut substantia, &c. & docet Arist. 4. meta. text. 1. hoc fieri nõ posse nisi esset vnicus conceptus entis: ergo. ¶ Et confirmatur ratio. Ens in cõmuni est obiectũ intellecti⁹, vt colligitur ex Arist. 9. metaph. tex. 12. abstrahẽdo ab hoc & illo (id enim quod rebus primo cõcipiu⁹ est ens) ergo est vnus conceptus formalis entis. ¶ Tertio arguitur in cõmuni modo concipiẽdi, hæ vniuersales sunt falsæ, omne ens est accidens, omne

1. Conclu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ens est substãtia, omne ens est Deus, omne ens est creatura, non alia de causa: nisi quia subiectum distribuitur pro substantia & accidenti, Deo, & creatura: tamen si pluribus conceptibus significaret substantiam & accidens essent veræ sicut hę, omnis homo est pictus, omnis homo est viuus, per illam regulam analogorũ. Talia sunt subiecta. &c. Cõclusio est euidẽtior, quã vt pluribus probationibus indigeat. Et est conclusio. S. Tho. in primis fratrum verbis de ente & essentia, Capreoli. in. 1. d. 2. q. 1. & omniũ huius scholæ. Quare in conceptu
1. Conclu. formali entis nihil differt inter Scotũ & S. Tho. ¶ Secũda conclusio. Conceptus formalis entis, significat vnã rationem formalem in obiecto, ratione abstractam à substantia & accidenti, Deo & creatura. Hanc negant nonnulli ex discipulis S. Tho. quã Cajetan. in principio 1. tatis de ente & essentia optime concedit. Imo videtur mihi Arist. eam asserere. 4. Met. text. 7. vbi ait, quod omnibus est prædicamentis commune, esse ens. Et re vera sequitur ex superiori, ens enim non est impositũ ad significandũ hoc aut illud, sed in vniuersum id quod est, & ita homines concipiũt. Atque adeo hoc intelligit. S. Tho. loco modo citato dicẽs, ens & essentia sunt ea quę primo intellectu concipiuntur. Et est sententia Auicennæ. 1. Metaph. cap. 5. Et consir. Arist. 7. Meta, text. 3. dicit quod substantia est magis ens quam accidens: comparatio autem non fieret, nisi in aliqua ratione quodã modo conuenirent.

3. Conclu. Ens analogum. ¶ TERTIA conclusio. Ens non vniuoce sed analogice, significat substantiã & accidentia. Conclusio est expressa Aristotel. 4. Metaphysicorum text. 2. vbi dicit ens significare accidẽtia per attributionẽ ad substantiam: veluti sanum significat vrinam & medicinam inordine ad animal. idem dicit. 1. Ethic cap. 6. vbi ait, quod bonum tot modis dicitur quot ens: Æquiuoce (inquit) non à casu sed à consilio. Et. 11. Meta. capit. 3 dib, 28. text. 12. dicit, quod nec æquiuoce dicitur, nec vniuoce sed medio modo. Probatur conclusio ratione quæ colligitur ex Aristotel. Analoga sunt quorum nomen est commune, ratio vero nec omnino eadem nec omnino diuersa, sed proportionalis: talia sunt substantia & accidentia ergo. Probatur minor. Substantia est ens: quia per se stat: accidens vero est ens: quia est aliquid substantiæ, puta quantitas: quia est mensura substantię & qualitas est ens, quia afficit substantiam. ¶ Confirmatur ex modo concipiendi: quia re vera solæ substantiæ apud homines censentur esse entia nec duo lapides existimantur plura quã duo entia licet multa sint illic accidentia. ¶ Quod si quis arguat contra. Quemadmodum genus mediante eodem conceptu formali significat vnam rationem cõmunem pluribus speciebus, ita ens significat: & quemadmodum conceptus obiectiuus entis non est eiusdem rationis in substantia, & accidenti, ita conceptus genericus non est eiusdem rationis in suis speciebus, vt capit. 1. dictum est: ergo nihil deficit enti vt commune tanquam genus. Respondetur, quod ratio generica simpliciter conuenit quibuscunque speciebus, non tamen ratio entis. Exempli gratia. Corpus significat substantiam materialem: & quamuis materia, à qua abstrahitur illa ratio, sit alterius rationis in corporibus cœlestibus & in inferioribus, nihilominus esse materiale simpliciter conuenit vtrisque corporibus: sicut animal simpliciter conuenit equo, quamuis forma sensitiua à qua abstrahitur ratio animalis sit alterius rationis in equo & in homine. Sed tamen ratio entis solis substãtiæ conuenit simpliciter: accidentibus vero secundum quid. Verba sunt Aristotel. 7. Metaph. text. 2. scilicet, quod quantitas, qualitas, &c. non sunt ens, sed entis ens. & tex. 5. repetit., quod ens dicitur de substãtia simpliciter, sed de cęteris prædicamentis secundum quid. Quemadmodum sanum simpliciter dicitur de animali, sed de vrina secundum quid. Atqui punctum hoc est potissimum adnotandũ sane, quo entis explicatur analogia. Later ergo fallacia sub consequentia, dum ex eo quod ens vno conceptu formali significat decẽ prædicamenta, infertur esse vniuocum, postquam non dicitur simpliciter de suis significatis. Et profecto ratio Aristot. est elegans. Ens enim dicitor ab esse, sed accidentis esse nihil aliud est, quam esse substantiæ: ergo ens per prius dicitur de substantia & per attributionem de accidenti, quod est esse analogum. Sicuti, sanum, eo dicitur analogice de animali & de vrina: quia vrinam esse sanam nihil aliud est, quam significare animal sanũ. Vnde sicut in definitione sanitatis ponitur animal, ita in definitione esse accidentis ponitur substãtia. Differt tamen inter sanum, & ens: vt. 1. cap. dictum est quod sanum impositum fuit primum ad significandum animal sanum: & ideo vno conceptu significat illud, & alio significat vrinam: tamen ens generaliter impositum fuit ad significandũ id quod est & ideo vnico conceptu significat omnia. ¶ Hinc sequitur, q̃ in mente vltimata potest esse analogia quæ est species æquiuocationis: tametsi lib. 1. Summularum negauimus in mente esse æquiuocationem, tunc enim res nobis erat cum Sumultis: & ideo definiuimus terminum æquiuocũ esse, qui mediantibus diuersis conceptibus significat res: vnde cum conceptus vltimatus per se ipse significet, non poterit hoc modo esse æquiuocus, nec Analogus. At vero cum vnus conceptus formalis per se ipse significat vnam rationem obiectiuam, quæ non eadem simpliciter, sed proportionabiliter est in suis significatis principaliter in vno, & per attributionẽ in aliis, hoc modo concedimus analogiam in mente vltimata: quãuis mera æquiuocatio non sit illis possibilis. ¶ Sequitur præterea, quod Nominales si concedant ens mediante eodem conceptu significare omnia prędicamenta, nullatenus negare possunt esse simpliciter vniuocum: quia nullum ponũt conceptum obiectiualem in quo sit analogia. Et hac causa Marsilius & Buridi. dixerunt subordinari diuersis conceptibus.

4. Conclu ¶ QVARTA conclusio. Eius analogice dicitur de deo & creaturis. Hæc conclusio quamuis obscurior forsan sit, quam dialecticis plene possit explicari: tamẽ quia cum tertia affinitatẽ habet sub breuibus exponetur ad mentem S. Thom. 1. p. q. 13. ar. 5. Quando effectus non adæquat virtutem causæ, tũc nomen commune vtrique analogice dicitur de causa & de effectu: sed creatura in ratione entis non adæquat virtutem Dei: ergo ens analogice dicitur de deo & creatura. Exemplum maioris, calidum quod fit ab igne potest adæquare virtute ignis, id est, potest procedere vt efficiatur verus ignis (hoc est enim effectum adæquare causam) & ideo calidum vniuoce dicitur de igne & de aqua calefacta ab igne: nam postquam calor aquæ potest procedere vsque ad ignem: signum est esse eiusdem rationis cum calore ignis. Sed calidum productum à sole non potest eo procedere, vt efficiatur sol: signum ergo est non esse eiusdẽ rationis cũ virtute calefactiua solis, & ideo calidum non dicitur vniuoce de sole & de istis inferioribꝰ nec sol est formaliter calidus sed habet virtutẽ excellẽtioré, quã potest varios effectꝰ producere. Eo dẽ modo, cũ ens dicatur ab esse, & ratio essendi in creaturis

tatis non possit adæquare rationẽ essendi in Deo, quia Deus per se & ex quidditate sua habet existere, creaturæ autem id non habent ex sua quidditate, sed à Deo (alias creatura esset Deus) hi vt ens dicetur analogice de Deo & creatura. ¶ Arguitur autem in contrarium. Ens dicitur analogice de substantia & accidenti, eo quod simpliciter dicitur de substantia & secundũ quid de accidenti: at vero de Deo & creatura non est ita, imo simpliciter dicitur de vtroque: est enim substantia creata simpliciter ens ergo non dicitur analogice de deo & creatura, sed vniuoce. Respondetur, quod quodammodo est simulis analogia, & quodammodo diuersa. Est enim eadem: quia sicut substantia est per se, id est, non in alio, & accidentia dependent naturaliter à substantia, ita esse conuenit Deo per se, id est, non ab alio, & esse creaturarum dependet à Deo. Est tamen diuersitas quã probat argumentum: vnde propter primam causam dixit S. Thom. loco modo citato, quod ista analogia est sicut vrinæ ad animal in ratione sanitatis: quia sicut sanum in vrina nihil aliud est quam esse signũ sanitatis: ita esse & perfectiones creaturarũ nó sunt nisi expressiones perfectionũ quę sunt in Deo: sed propter secundã causam dixit in de veritate. q. 1. art. 11. quod est inter Deũ & creaturã analogia proportionalitatis: sicut enim esse Dei se habet ad Deum, ita esse creaturarum ad creaturas, nam sicut Deus per esse quod formaliter est in eo existit, ita creatura. Ad modum quo ridere dicitur de homine & de prato: sicut enim homo per risum qui est in eo ridet: ita pratum per virorem qui est in eo dicitur ridere, Quare ens perfectiori modo dicitur de Deo quam de creatura. Si tamen sit nomen metaphoricum, vt leo, per prius dicitur de animali, & solum per similitudinem dicitur de Deo.

¶ AD argumenta ergo Scoti respondetur, quod primum argumentum est ad literam Auicenn. 1. Metaphi. cap. 5. quo ipse tantum intendit concludere omnia prædicamenta conuenire in vna intentione entis, vt ca. 2. dixerat, quod nos concedimus: non tamen concludit esse vniuocum, & tantundem concludit secundum argumentũ. Et revera Scotus ipse loco citato q. 1. videtur se exponere, quod solum intelligat vniuocationem entis secundum conceptum formalẽ: nisi quod quæst. 3. respondendo ad authoritates Aristotelis videtur sentire quod sit vniuocum quantum ad conceptum obiectualem ad modum generis, non attendens quod non dicitur simpliciter de accidentibus, Scotistæ dicunt ens esse, & vniuocum & analogum: sed tamen hoc, primo includit repugnantiam, & præterea est vbique contra Aristot. & expresse. 11. Metaphysic, capit. 3. & lib. 12. text. 28. vbi ait, quod non dicitur ens æquiuoce nec vniuoce, sed analogice. Itaque non solũ asserit esse analogũ, sed vbiq; negat esse vniuocum. ¶ Ad authoritatẽ Arist. respondetur, q̃ analogia entis inter Deũ & creaturã vocat vniuocationẽ: quia magis accedit ad vniuocationem quam analogia entis de decem prędicamentis, eo quod simpliciter ens dicitur de Deo & creatura.

Secũdus articulus. Ens non est genus. SECVNDVS articulus est disputare, an ens sit genus ad decem prædicamenta, vbi statuitur negatiua conclusio. Ens non est genus ad decem prædicamenta. Sit quidem conclusio omnibus est philosophis receptissima. Quam vel hic maxime Aristotel. insinuat, dum genera decem rerum constituit suprema & generalissima: si enim genus esset omnibus commune, nullum eorum esset supremum. At vero Scotus qui primo in scholam introduxit ens esse vniuocum, difficile potest excludere ens à ratione generis: nam certe Aristotel. & quotquot fuerunt antea philosophi, ea potissimum ratione negant ens esse genus, quia non prædicatur vniuoce de substantia & de accidentibus. Et ratio est in promptu aduersus Scot. nam si ens est vniuocum, significat plura secundum eandem rationem (ex definitione Aristotelis) & per consequens significat vnum conceptum communem, qui simpliciter conuenit omnibus significatis, hoc est enim significare secundum eandem rationem sed animal, aut corpus, non alia ratione est genus, nisi quia significat vnum hoc modo commune multis: ergo & ens pari ratione est genus. Respondet Scotus, ens non esse genus, sed tamen ea sola causa, est transcendens, hoc est quia vniuersaliter prædicatur de omnibus. Et eandem causam prætendũt Nominales. ¶ Sed contra hanc causam arguitur. In definitione generis nihil aliud habetur, nisi quod prædicetur de pluribus differentibus specie in eo quod quid: ergo esse transcendens, nihil obstaret ad rationẽ generis: si ens esset prædicatum vniuocum & quidditatiuum, quę ambo concedit Scotus. Quod si respondeas obstare authoritatem Aristotelis cõstituentis decem generalissima, petis principium. Hoc enim contendimus quod Aristot. non statuisset decem generalissima, si videret ens esse vniuocum ad omnia entia. Imo vero præterea Plato, vt videbimus, quæstio. sequenti, non distinxit decem prædicamenta, quia credidit ens esse vniuocum & vniuersalissimum. Et ideo Aristotel. prius, 4. Met. probauit ens esse analogum, & subinde in quinto distinxit decẽ generalissima. ¶ Probatur ergo conclu- 1. Ratio.
sio, scilicet, ens non esse genus duplici ratione Aristot. Prima, quia non dicitur vniuoce de omnibus prædicamentis. Et hac vtitur in omnibus locis supracitatis, & in alijs multis suorum operum. Quare Porphyrius. capit. de specie. hac sola ratione tanquam compertissima apud omnes philosophos vtitur dicens. Ens non est genus: quia si quis omnia entia vocet, æquiuoce nuncupabit & non vniuoce. Vbi omnes quotquot sunt expositores consentiunt illam esse rationem Aristotel. ¶ Secunda probatio Aristotel. est elegantissima. Asserit enim eandem conclusionem. 3. Metaphysic. text. 10. & probat ens non esse genus hoc modo. Omne genus est extra essentiam & quidditatem differentiæ: sed ens est de essentia & quidditate rerum omnium, & per consequens cuiusque differentiæ: ergo non potest esse genus. Probatur maior. Genus vt ait Porph. cap. 3. habet se ad differentiam sicut materia ad formam, eo quod genus contrahitur per differentiam: sed contrahens debet esse omnino distinctum ab eo quod contrahitur: si enim animal (verbi gratia) includeretur in rationali, non cõtraheretur per rationale: nã contrahere est addere nouum gradum: & si rationale includeret animal, non adderet nouum gradum supra animal. Minor autem est manifesta: quia quicunque gradus rerum, quomodocunque abstractus, includit ens. Quare nulla potest dari differentia quæ contrahat rationem entis, & per consequens eos non potest esse genus. ¶ Hanc veruntamen rationẽ nó recipit Scotus. 1. sententia. distinctio. 3. q. 5. vbi negat hanc minorẽ, videlicet, ens esse de essentia vltimarũ differentiarũ, imo Secunda.
dicit, qđ rationale nó includit ens. Mouetur hac ratiõe. Differentia est cõceptꝰ simpliciter simplex, nã species resoluitur in genus & differentiã, & genꝰ rursus resoluit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta aliud superius vsque ad generalissimum, differentia vero non resoluitur in genus & differentiam: aliàs differentia secúda deberet iterũ resolui: & sic resolutio speciei procederet in infinitũ, contra doctrinã Aristot. 8. Metaphy. text. 19. Arguit ergo Scot. Si ens esset de essentia huius differentiæ, verbi gratia rationale, tunc esset resolubile in conceptum entis & aliam differentiam continentem, & rursus illa secunda differẽtia eadem ratione includeret ens, & per consequens esset resolubilis, atque adeo resolutio procederet in infinitum. ¶ At vero in contrarium arguitur, quod ens sit de essentia: cuius primo ex sententia Arist. expressa loco citato, qua de causa negat esse genꝰ: & 4. Topico. c. 6. & 10. Meta. tex. 6. & frequẽtissime repetit, qd ens sequitur ad omnia. Et eadem ratione. 8. Meta. text. 16. probat ens non intrare definitionẽ aliquam quidditatiuam, quia videlicet non dicit gradum specialem quidditatis non inclusum in quacunque differentia. Sed præter autoritatem Aristotel. est ratio manifestissima: nam cum ens dicatur ab esse, primum quod de quacũque re intellectus concipit, est esse ens, & ideo excludere aliquid à ratione entis, est asserere nihil esse. Vnde ad argumentum Scoti Aristotel. ipse respondet. 4. Metaph. text. 3. vbi ait adeo ens esse intimum cuicunque, vt nullam faciat compositionem: sed idem est, ens homo, & homo: ens rationale & rationale: quare licet ens sit de essentia differentiæ, non propterea differentia est resolubilis: quia ens non est de essentia sicut genus componens speciem, sed sicut quid conceptum in quacunque re, à qua nulla res est per abstractionem separabilis. Itaque potest intellectus abstrahere communem rationem entis abstractione vniuersalis à quocunque particulari, sed nihil particulare abstrahitur ab alia abstractione formali, quàm in conceptu abstracto includatur ens. Et hac potissimum ratione non est genus. Tertiam rationem adijcimus in solutione ad primum: quia videlicet ens non prædicatur quidditatiue.

Ens est de essentia differentiæ.

Generalissima carẽt genere & differẽtia.

¶ EX his quæ dicta sunt colligitur in primis generalissima non cõstitui ex genere & differentia: quia nec ens est genus eorum, nec proinde contrahitur ad esse substantiæ & esse accidentium per differentias sed per modos intrinsecos: vt substantia est ens per se, & accidens est ens in alio. Differt inter modos intrinsecos & differentias ratione iam dicta: nempe quòd differentia est extra rationem generis, vt rationale non includit in sua rationem animalis, sed dicit nouum gradum: attamen esse per se vel in alio, non dicit nouum gradum entis: quia esse per se vel in alio quomodocũque abstrahatur includit ens: & ideo dicitur modus intrinsecus entis. Sequitur secundo, quòd generalissima non propriè dicũtur differre, sed sunt primo diuersa. Nec est commentum Realium, sed est sententia Aristo. 10. Metaph. text. 12. vbi ait, illas res propriè differre quæ conueniunt in aliquo genere & habent distinctas differentias, vt homo & equus animal & lapis, &c. illa vero sunt primo diuersa, quæ nullo genere cõueniunt, nec differunt per differentias, sed seipsis, vt sunt generalissima: & eadem ratione vltimæ differentiæ, quæ non conueniunt in genere. Hæc de causa generalissimæ & vltimæ differentiæ censentur conceptus simpliciter simplices. Vnde quamuis omnes realiter distinctæ generalissimæ dicantur differre, nihilominus propriè non differunt nisi quæ sunt sub eodem genere. Ob idque personæ diuinæ, sunt quidem distinctæ realiter, non tamen differentes, quia vt cap sequenti videbimus, in diuinis nec est genus nec differentia. Imo vero neque individua eiusdem speciei dicuntur propriè differre: quia species non contrahitur per differentias sicut genus: sed dicuntur materialiter diuisa & distincta. ¶ Sequitur eadem tertio quod nec generalissima nec vltimæ differentiæ habent propriè definitiones quidditatiuas: sed est quædam descriptio substantiæ, si dicas quod est ens per se: & descriptio quantitatis: si dicas quòd est mensura substantiæ, &c. Ad tertium igitur argumentum principale, partim respõsum est, dum negauimus ens esse vniuocum: sed ad aliud verbum quo arguitur ens prædicari quidditatiuè, nõ facilis responsio fuit tempore dialecticis. Nihilominus necessarium est illis id non prorsus ignorare. Scotus. 1. distinct. 3. quæst. 3. vt asserit ens esse vniuocum, ita pro indubitato habet esse prædicatum quidditatiuum, quia significat rerum essentias. Sed re vera hoc videtur contra Aristo. qui. 8. Metaphy. text. 16. negat ens intrare definitionem aliquam quidditatiuam. ¶ Idcirco notandum est, quod esse non est de essentia creaturarum. Hoc est dicere. In definitione quidditatiua hominis non includitur vt sit: nam vt secundo lib. Summul. dictum est, quod homo sit animal rationale, est perpetuæ veritatis, & erat verum antequam mundus esset: quare non sequitur, homo est animal rationale: ergo homo est. In Deo tamen esse, est de quidditate Dei quia à nulla alia causa id potest recipere. Solent ergo aliqui distinguere, quod ens accipitur dupliciter, scilicet aut participialiter aut nominaliter. Primo modo (inquiunt) significat esse seu existentiam sicut currens cursum, & ideo non est prædicatum quidditatiuum creaturarum. Secundo modo significat essentiam: & hoc modo dicunt diuidi in prædicamenta & prædicari essentialiter & quidditatiue. Nec tamen sequitur vt sit genus: quia non contrahitur. vt dictum est per differentiam quæ sit extra rationem entis. Mihi vero non videtur distinctio hæc ad modum necessaria, nec Aristote. illam vnquam insinuauit. Imo vero ens semper est participiũ verbi, sum, sicut existẽs verbi, existo. Quod quidẽ de formali significat esse, & de materiali id qd habet esse. Vnde. 1 Phy. tex. 13. & alibi sæpe loco entis trãsfertur, id qd est. Et quia prædicatio attẽditur penes significatũ formale, ens nullatenus de creatura prædicatur quidditatiue. Vnde ad argumentum Scoti concedimus quod ens significat essentias rerum: quæ est sententia Aristotel. 5. Metaphy. text. 14. quam Sanct. Thom. illic & vbique concedit, & hac ratione diuiditur in prædicamenta. Sed tamen significare essentiam est significare quidditatem in ordine ad esse: puta ea ratione qua potest habere esse: & quia esse non est de quidditate creaturarum, ideo non prædicatur de illis quidditatiue. Vnde Sanct. Thom. 4. Metaph. lectione secunda: nomẽ, inquit, res, imponitur à quidditate, nomen vero, ens imponitur ab actu essendi: sed quia idem est quod habet quidditatẽ & essentiam, res, & ens, idem significant. Vnde colligitur quod significare essentiam, non est significare quidditatem absolutè sicut nomen, res, significat, sed est significare eam sub ratione essendi. Essentia enim est nomẽ verbale ab esse, sicut existentia ab existere. Et quo me perspicacius exponam, concederem ego quòd res, quidditatiue prædicatur, nõ quidem vt genus, quia non dicit gradum distinctũ à differentia, vt suprà expositum est: sed quia significat absolute quidditatẽ quãcunque & quemcunque gradum quidditatis realis. At vero ens, quia significat essentiam, i. quidditatem

Primò diuersa.

Esse nõ est de essentia creaturę.

Ens est pars ticipium.

sub ratione essendi, id est quatenus potest habere esse, non prædicatur quidditatiue. Dixerim, quatenus potest habere esse, quia non supponit solum pro eo quod actu est, sicut ly existens, imo sicut est perpetuæ veritatis, homo est animal, ita homo est ens. ¶ Quam obrem Sanct. Thom. 10. Metaph. lect. 2. dicit, quod ens significat decem prædicamenta secundum quod sunt actu vel potentia. Atqui hæc est tertia ratio, quare ens, non est genus: nempe quia non prædicatur quidditatiue de creaturis. Et ita Sanct. Thomas, quod liber. 2. quæstio. 2. articul. 1. dicit non esse prædicatum essentiale: & primo contra Gentil. capit. 26. dicit, quod ens non cadit in conceptu substantiæ, &. 1. part. quæstio. 3. articul. 5. dicit, quod ens de solo Deo dicitur quidditatiue. ¶ Sed contra respõsionem arguitur. Sequeretur quod ens ponereturin prædicamento accidentis, & esset connotatiuum postquam significare esse, quod non est de quidditate substantiæ. Propter hoc argumentum Auicenna (vt quarto Metaphy. refert. Commen. commen. 2. Sanct. Thomas, lectio. 2.) opinatus est, quod ens addit accidens supra substantiam, sicut album albedinem: quod tamen reprehendit illic Sanct. Thom. nam esse, non est accidens substantiæ sicut albedo, sed est actus substantiæ: quod est dicere, est terminus productionis substantiæ: rem enim produci, nihil aliud est, quam esse adquirere. Et ideo non ponitur in prædicamento accidentis, sed reducitur ad prædicamentum substantiæ: quod propterea à Sanct. Thom. sæpe appellatur prædicatum substantiale nec censetur nomen connotatiuum, sed absolutum. Imo frequenter vtuntur doctores nomine ens, vt omnino eodem modo significet sicut, res. ¶ Ad vltimum argumentum Marsilius & Buridanus tenentes quòd ens est analogum mediantibus diuersis conceptibus concedunt, quòd omne ens est substantia, quia stat pro famosiori significato, sicut hic, omne animal est viuum: ac subinde concedunt, quod ens est generalissimum primi prædicamẽti, quod proinde debet vocari prædicamentum entis.

Ens non dicit accidẽs

¶ Hæc tamen opinio falsa est, vt ex dictis constat. Respondetur ergo, quod ens non solum est genus omnium prædicamentorum, sed nec primi prædicamenti: quia vel accipitur tanquam convertibile cum substantia: & hoc non, postquam subordinatur conceptui superiori & cõmuni ad omnia prædicamenta: vel accipitur tanquam superius, & tunc excluditur à ratione generis propter rationes suprà expositas.

Quæstio secunda.

Vtrùm diuisio rerum in decẽ prædicamenta sit sufficiens.

ARGVITVR ad Partem negatiuam. Diuisio reducenda est ad quam paucissima membra fuerit possibile: sed prædicamenta nouem accidentium comprehenduntur sub vno genere accidentis: ergo tantum sunt duo genera suprema, puta substantia & accidens. Probatur minor. A quacunque essentiali conuenientia abstrahitur conceptus communis: sed omnia accidentia conueniunt in hoc quod est inesse: ergo. ¶ Secundo arguitur, quod saltem sufficerent tria prædicamenta, scilicet substantia & accidens absolutum, & respectiuum: nam quantitas & qualitas videntur habere eundem modum essendi absolutum, quod est, esse in aliquo: & relatio cum sex vltimis prædicamentis non videntur habere distinctum modum essendi, puta esse ad aliud. ¶ Tertio, arguitur. Partes substantiæ, vt materia forma, caput: & differentia, vt rationale, continentur sub ente reali: tamen non ponuntur in aliquo decem prædicamentorum: nam maximè in prædicamento substantiæ, quod est falsum: quia materia non est substantia, sed pars substantiæ: nec differẽtia est substantia, sed pars metaphysica substantiæ, ergo aliud constitui oportuit prædicamentum vbi hæc collocarentur, ¶ Et confirmatur: Punctum, vnitas, angulus, sunt entia: quę tamen in nullo istorum sunt prædicamento: quia maximè in prędicamento quantitatis quod est falsum: cum hæc non sint quantitates sed quãtitatum principia, vt punctum lineæ, vnitas numeri, angulus, & figuræ & præterea priuationes, vt cæcum, obscurum, & similia, non sunt in his prædicamentis: ergo pro huiusmodi rebus omnibus addendum erat aliud prædicamentum. Quarto arguitur. Entia rationis disponuntur in linea prædicamentali vbi ens rationis est generalissimum, sub quo ponitur vniuersale, cuius species sunt quinque vniuersalia: & tamen huiusmodi entia non ponuntur in aliquo decem prædicamentorum in quibus secundum Aristot. 5. meta. tex. 14. non ponũtur nisi entia realia: ergo addẽdum fuisset nouum prędicamentum entis rationis.

¶ DE numero prędicamentorum variæ fuerunt philosophorum sententiæ. Plato opinatus ens vniuocum esse ad res vniuersas, iudicauit esse genus vniuersale omnium rerum, atque adeo vnicum esse generalissimum prædicamentum: sicut in familijs omnia reducuntur ad Iouem. Quam opinionem repudiauit Porphy. capit. de specie: & Aristote. 3 metaphysicorũ, text. 10. rationibus quas attulimus superiori quæstione. ¶ Pythagoras per contrarium extremum multiplicauit prædicamenta vigintì: decem videlicet positiua, totidemque priuatiua, quæ longum, difficile, atque allenum à præsenti negotio esset hic illa commouere. Redarguit illam opinionem Arist. 1. Meta. c. 5. quam illic Sanct. Thom. lect. 8. late tractat. ¶ Arist. ergo. 5. Metaphy. text. 14. eleganter rerum omnium prædicamenta ad decem redegit. Vbi notandum est primum, quod cum ens simpliciter dicatur de substantia, & per attributionem ad substantiam dicatur de accidentibus, primum prædicamentum est substantiæ: prædicamenta vero accidentium sumenda sunt per diuersas habitudines ad substantiam. Vnde primo distinguit ens in ens rationis & ens reale, Atqui entis rationis tres sunt gradus, scilicet, negatio: & priuatio, & secundæ intentiones. Negationes sunt res fictitiæ, quę nihil prorsus in re ponũt, vt Chimera. Et dicuntur entis rationis: quia sunt obiecta circa quæ negotiatur intellectus: dicimus enim quod affirmatio, scilicet, Chimæra est, contradicit negationi, vbi Chimæra consideratur per modũ entis. Hęc quia nullam prorsus habẽt entitatem, à prædicamento penitus excludantur. Secundus gradus est priuationum, quæ ponunt aptitudinem in subiecto, vt cæcum, dicit priuationem visus in subiecto apto ad videndum. Hæc quamuis directe nõ ponantur

Plato.

Pathagoras.

Entis partiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantur in prædicamento (quia de formali non significant aliquid positiuum) reductiuè tamen ponuntur vbi ponitur forma positiua, vt cæcum & tenebrosum ponuntur reductiue in prædicamento qualitatis, vbi directè ponitur visus & lumen. Tertius gradus est secundarum intentionum quæ habent fundamentum in re: de quibus videbimus in solutione ad quartū. ¶ Retectis entibus rationis adhuc secundo notandum est, q̃ inter entia realia secundum eundem Arist. 4. Metaph. text. 2. sunt gradus etiam tres: sunt enim aliqua debilissima entia, quæ licet non sint priuationes, habent tamē aliquid admixtum de priuatione: sicut motus qui consistit in fieri, vt calefactio qua actu corrumpitur frigiditas & producitur caliditas. Et ideo motus: quia non tam est ens, quam via ad ens, non pertinet directe ad prædicamentum, sed ad post prædicamenta, tametsi reductiue augmentatio ponatur in prædicamento quantitatis: & alteratio in prædicamento qualitatis. Secundus gradus est rerum quæ nihil habent admixtum de priuatione, sed habent esse completum: nihilominus non sunt entia per se, sed in alio, & hæc sunt accidentia nouem prædicamentorum: atque adeo supremus gradus entis est substantia quæ per se existit. ¶ Nouem ergo prædicamenta distinguuntur penes nouē modos essendi accidentium in substantia: nam modi prædicandi (vt inquit Aristot.) loco citato modos sequuntur essendi. ¶ Vbi tertio notandum, tria esse in substantia consideranda, scilicet, materiam: formam & compositum. Item in accidentibus considerandum est alia inesse substantiæ ab intrinseco, & alia ab extrinseco. Hinc San. Thom. 5. Metap. lect. 7. colligit sufficientiam prædicamentorum. Prædicatum enim ad primam substantiam (quod est primum subiectum omnis prædicamentorū) tripliciter se habet, aut enim prædicat rem quę est substantia, vt cum dicimus, Socrates est homo, aut animal, & huiusmodi prædicata constituunt prædicamentum substantiæ. Secundo modo prædicatum dicit accidens quod ab intrinseco ineſt substantiæ. Quod si absolutè conuenit ei tunc vel ratione materiæ, & est prædicamentum quantitatis aut ratione formæ, & est prædicamentum qualitatis: nam quantitas sequitur materiam: quare res immateriales non habēt quantitatem, qualitates vero sequuntur formam: & ideo res diuersarum specierum, diuersas habent qualitates. Si vero tale accidens intrinsecum conueniat, non absolute, sed in respectu ad aliud: est prædicamentum ad aliquid. Et hoc conuenit supposita ratione totius: eo enim quod Petrus est, refertur ad patrē, & eo quod est totum, est duplum ad medietatem, &c. Tertio modo prædicatum sumitur ab eo quod est extra substātiā. Et talia sunt vltima sex prędicamenta. Nam si omnino conueniat ab extrinseco, tunc si illud extrinsecum nō sit mensura substantiæ, est prædicamentum habitus, vt vestitum esse, calciatum esse. Si autem sit mensura: aut est mensura quantitatis, & hoc est prædicamētum vbi: quare res quę non sunt quantæ non sunt in loco: quod si addatur dispositio partium ad inuicem, est prędicamentum situs: vt sacere, sedere, &c. Aut est mensura durationis & est prędicamentum quando: puta temporis. Sed si prędicatum partim conueniat ab intrinseco, & partim ab extrinseco, tunc si principium illius sit intrinsecum, est prędicamentum actionis: si vero terminus sit extrinsecus, est prędicamentum passionis: nam calefaciens prędicatur de igne in quo est principium calefaciendi, & calefactum de aqua quæ est terminus calefactionis. Quo fit vt sicut quantitas sequitur materiam, ita prædicamentum vbi, & prædicamentum situs & prædicamentum passionis, sequuntur quantitatem: quia nihil realiter patitur, nec est in loco, nisi ratione quantitatis: spiritualia enim nec sunt propriè in loco, nec realiter patiuntur, sed solum intentionaliter in intellectu & voluntate. Et sicuti qualitas sequitur formam, ita prædicamentum quando, & prædicamentum actionis, sequuntur formam: quia res nec mensurantur tempore, nisi ratione formæ corruptibilis, nec realiter agunt, nisi per qualitates. Et sicut relatio, ita & habitus consequitur ad totum suppositum. ¶ Hinc primo considerato res esse principaliter in prædicamento: nam aliàs quid opus erat Arist. distinguere ens prius in reale & rationis, deinde reale in decem prædicamenta? ¶ Secundo animaduerto differentiam inter tria priora prædicamenta accidentis & sex vltima: nam tria priora dicunt res intrinsecas substantiæ, cætera vero sumuntur ab extrinseco. Itaque prædicamentum substantiæ sumitur ab eo quod est substantia: tria proxima, ab eo quod est in substantia: sex vltima, ab eo quod est circa substantiam. ¶ Alij aliunde deducunt hanc diuisionem, quos refert hic Paulus Venetus. Alij nanque ponunt nouem tantum prædicamenta, ponentes habitum in prædicamento qualitatis. Alij ponunt quando, in prædicamento quantitatis, in quo ponitur tempus. Alij vbi, in prædicamento relationis. Alij putant actionem & passionem esse idem prædicamentum. De quibus omnibus in locis cuiusque proprijs disputabimus. ¶ Nominales qui res ad prædicamenta non admittunt, distinguunt prædicamenta penes varias connotationes, puta quod termini significantes absolutè substantiam sunt de prædicamento substantiæ, & termini connotantes quantitatem, sunt in prædicamento quantitatis: & ita de cæteris. Attamen rationem reddere non possunt cur distinguantur numero decem, nisi connotationes in dictos rerum essendi modos resoluant.

Res sunt in prædic.

Suffic. etia prædicamē torum.

¶ AD primum argumentum respondere quis forsan posset, concedendo accidens esse vnuocum genus nouem prædicamentorum: sed tunc (vt probat argumentum) prædicamenta reducerētur ad duo generalissima, quod est contra Aristotelem. Rursus per oppositum extremum, ne id concederet, quis fortè negaret accidens esse vnuocum nomen ad nouem prædicamenta. At vero id etiam falsum apparet: nam accidens videtur significare vnam rationem communem, puta accidere substantiæ. Quocirca medio modo respondetur. Primo concedimus, quod accidēs est vnuocum ad nouem prædicamenta. Probatur. Significat mediante eodem conceptu formali vnam rationem communem quæ simpliciter est in omnibus: ergo est vnuocum. Probatur antecedens. Accidens in communi significat accidere substantiæ, abstrahendo ab hoc & illo modo inhærendi: & hoc simpliciter conuenit omnibus (non enim possumus dicere quòd simpliciter cōueniat quantitati, aut qualitati, & secundū quid alijs) ergo significat mediante eodem conceptu vnuoce. Secundo dicimus quod non est genus. Paulus & alij quos viderim, nescio quas rationes confingunt: sed existimo, vti de lyens diximus, ita dicendum esse de ly accidens. Primo, quod non prædicatur quidditatiuè: quia non formaliter significat quidditates accidentium, sed esse eorum in substantia. Et secūdo, quod est annotādum dictmus, quòd quamuis significet quid ditatēm, non tamen significat distinctum gradum, vt possit contrahi per differentias. Exempli gratia, albedo

Accidens vnuocūm tamen genus.

albedo constat ex colore & particulari differentia quæ est extra rationem coloris: sicut rationale est extra rationem communem animalis. Sed tamen accidens includitur in quocunq; gradu & quacunq; differentia accidentis: sicut eos in quocunq; gradu quidditatis realis. ¶ Et eodem modo respondetur ad secundum argumentum, quod nec accidens absolutum est genus ad quantitatem & qualitatem, nec relatio ad prædicamentum relationis, & ad sex vltima. Eo vel maxime quod sex vltima forte non sunt formaliter relationes, vt suo loco videbimus. ¶ Ad tertium respondetur: quod partes & differentiæ substantię non sunt directè in prædicamentis: sed reductiuè & ad latus ponuntur in prædicamento substantię: & similiter respondetur quod punctum, linea & angulus non directe, sed reductiue ponuntur in prędicamento quātitatis: & pariter priuationes reducūtur ad prędicamentum, vbi sunt formę quarum priuationem significant. ¶ Ad quartum in quo est maior difficultas multi sunt modi respondendi. Buridanus in fine Prędicamentorum, & alij multi putāt entia rationis locari in prędicamento relationis: quia significant relationem aut generis, aut speciei, aut alium respectum rationis. Hoc nomen non consonat veritati. Primo: quia in prędicamento relationis non ponuntur nisi relationes reales, & tamen relatio signi ad placitum significātis est ens rationis, sicut & relatio generis & speciei. Et prętereà in prædicamento relationis ponitur solum illud quod non habet aliud esse, quam cōparari ad aliud, tamen esse genus non solum est comparari ad speciem, sed est esse aliquid eius: puta formam & prædicatū eius: sicut pars substantiæ quamuis dicat comparationem ad substantiam, non est in prædicamento relationis: quare genus potius est relatiuum secundum dici, quam secundum esse, vt illic declarauimus. ¶ Alij dicunt quod entia rationis non sunt in speciali prædicamento, sed communiter in omnibus: quia in quocunq; est genus & species, &c. Hoc tamen non est secundum Arist. secundum quem nomina non ponuntur in prædicamento pro significatis materialibus sed pro formali: & quamuis substantia & quantitas sint genera, & species, tamen intentio generis formaliter est accidens rationis. ¶ Dicendū ergo est, quod entia rationis sunt extra decem prædicamenta: nam primo Aristot. distinxit ens in reale, & rationis: & deinde reale in decem prædicamenta. Quapropter aut entia (quod asserit Paulus venetus) rationis pertinent ad ante prædicamenta, vt prædicabilia generalia nomine dicantur ante prædicamenta: aut fingendum est vndecimum prædicamentum quod sit entium rationis ordinatio.

De Substantia.

Cap. V.

SVbstantia autem, quæ quidem proprie, in primisque & maximè sic dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est, vt quidam homo, & quidam equus. Secundæ vero substantiæ, species hæ, in quibus quas in primis substantias appellabamus insunt, dicuntur: & hæ quidem, & harum specierum genera, vt quidam homo, in specie quidem hominē est: genus vero speciei animal est. Secundæ igitur substantiæ hæ dicuntur, vt homo atque animal.

Text. ij ¶ Manifestum autem ex ijs quæ diximus est, quod eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse & nomen & rationem de subiecto prædicari: vt homo de subiecto quodam hominē dicitur. Prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodā homine prædicabitur: quidam enim homo, & homo, & animal rationale mortale est: quare & nomen & ratio de subiecto prædicabitur. Eorum vero quæ in subiecto sunt in plurimis quidem neq; nomen, neque ratio prædicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto prædicari interdum, ratione vero est impossibile: vt album, cùm in subiecto sit corpore, prædicatur de subiecto: dicitur enim corpus album: ratio vero albi, de corpore nunquàm prædicabitur. Alia vero omnia, aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt: Hoc autem manifestum singula depromenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine prædicabitur: nam si de nullo quorundam hominum: neque omnino de homine. Rursus color in corpore est: ergo & in quodam corpore. Nam si non in aliquo corporum singulorum est, nec omnino in corpore: quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut in subiectis eis sunt. Non existentibus igitur primis substantijs, aliquid aliorum esse est impossibile. Omnia enim alia aut prædicātur de eis, aut in subiectis eis sunt quare non existentibus primis substantijs impossibile est aliorum aliquid esse.

Text. iij. ¶ Secundarum vero substantiarum, magis substantia est species quàm genus: propinquior enim est primæ substantiæ. Si quis enim prima substantia quid sit edat, euidentius conuenientiusque reddiderit, si speciem quam genus reddat: vt hominem quendam manifestius assignabis, hominem potiùs quam animal assignans: illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem communius. Et cum quandam arborem assignaueris, manifestius assignabis, arborē assignando quā plantā. Præterea primæ substantiæ ideo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de ipsis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia primæ substantiæ maxime dicuntur. Vt autē primæ substantiæ ad omnia se habent cętera, ita se species ad genus habet: subijcitur enim species generi: genera enim de speciebus prædicantur, species autem cum generibus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuertuntur. Quare & ex his species genere substantia magis est. Ipsarum vero specierum quæcunque genera non sunt, altera magis altera substantia nulla est. Nihilo enim accommodatius assignabis de quodam homine hominem assignando, quam de quodam equo equum. Similiter autem & in primis substantijs nulla altera magis altera substantia est: nihilo enim magis quidam homo substantia est, quam bos quidam.

Text. iiij. Merito igitur post primas substātias, solæ aliorum omnium species generaque secundæ substantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum quæ prędicantur primam substantiam indicant: quendam enim hominem si quis edisserat quid sit, speciem quam genus accommodatius demonstrabit: & manifestius quid sit facies, hominē quam animal attribuendo. Aliorum vero omnium quidquid attribuat quis, trl buet extranee: velut albū, aut currit, aut aliud quodcunque huiusmodi depromendo. Quare merito hæ solæ aliorum secundæ substantiæ dicuntur. Ad hæc primæ substantiæ eo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis vel prædicantur vel in ipsis sunt proprijssimè dicuntur substantiæ. Sicut autem primæ substantiæ ad omnia se habent cætera, ita genera & species primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent, de his enim reliqua omnia prædicantur: quendam enim hominem dices grammaticum esse: ergo & hominem animal grammaticum dices esse, similiter autem & in alijs.

Text. v. Commune autem omni substantiæ est in subiecto non esse: prima nanque substantia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarum vero substantiarum constat quidem etiam sic in subiecto nullam esse. Homo enim de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero nullo est: nec enim in quodam homine homo est. Similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non etiam est animal in quodam homine. Præterea eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto prædicari interdum nihil prohibet: rationem vero: est impossibile. Secundarum vero substantiarum de subiecto & ratio & nomen prædicatur, rationem enim hominis de quodam homine prędicabis, & animalis similiter: quare non erit eorum substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autem proprium substantiæ hoc quippe & differentia eorum est, quæ in subiecto non sunt: bipes enim & gressibile de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero est nullo. Nec enim in homine bipes est neque gressibile. Ratio quoq; differentiæ de illo prædicatur de quocunque ipsa differentia dicitur. Velut gressibile de homine prædicatur & ratio gressibilis de homine prædicatur: est enim homo gressibilis. Neque nos vero substantiarum partes conturbēt, quasi quæ in toto sunt, etiam in substantia fient: quæ ita in toto quasi in subiecto sint, nec forte eas non esse substantias fateri cogamur. Non enim sic in subiecto quippiam esse quemadmodum partem esse dicitur.

Text. vj. Inest autem substantijs, differentijsque omnes vniuoce vt prædicentur. Omnia enim quæ de his prædicata sumuntur, aut de indiuiduis, aut de speciebus prædicantur. A prima nanque substantia, prædicatio nulla est: de nullo enim subiecto dicitur. Secundarum vero substantiarum species quidem de indiuiduo prædicatur: genus autem & de specie prædicatur, & de indiuiduo. Similiter autem & differentiæ, & de speciebus & de indiuiduis prædicantur. Iam vero & rationem primæ substantiæ specierum generumque suscipiunt, & species generis: quæcunque enim de prædicato dicuntur, eadem & de subiecto dicentur. Similiter autem rationem differentiarum suscipiunt species & indiuidua. Vniuoca autem sunt quorum & nomen commune est & ratio eadem: quare omnia quæ à substantijs differentijsq; sunt, vniuoce prædicantur.

Text. vij. Omnis autem substantia hoc aliquid significare videtur. In primis igitur substantijs indubitabile id verumque est, hoc aliquid ipsas significare. Individuum enim vnūquenumero est, quod significatur. In secundis vero substantijs, similiter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid significare videtur, cum quis aut hominem aut animal dixerit: non tamen est verum, sed quale quid potius significat: non est enim vnum ipsum subiectum: vt ipsa substantia prima: sed de pluribus ipse homo & animal dicitur, verum non quale quid absolute significat, perinde ac album: nihil enim aliud album quam quale significat. At species & genus circa substantiam quale ipsum definiunt: quale enim quandam substantiam sane significant. Genere tamen amplior definitio quam specie fieri solet, qui nanq; animal dicit, is plura complectitur quā is qui hominem dicit.

Text. viij. Competit præterea substantijs, & ipsis contrarium esse: primæ nanque substantiæ, vt alicui homini, aut alicui animali quidnam contrarium fuerit? nihil enim prorsus

sus his aduersatur. At neque ipsi homini vel animali contrariū quicquam esse videtur. Nō tamen hoc substātiæ propriū est: & alijs enim competit, vt quantitati: bicubito enim aut tricubito nihil contrarium esse videtur: neque ipsis decem, neque talium cuiquam quicquam aduersatur. Nisi quispiam multum pauco, aut magnum paruo dixerit esse contrarium: attamen nihil eorum quę diffinitæ sunt quantitatis, cuiquam prorsus aduersari videtur.

Tex. ix. At verò substātia nō suscipere gradus videtur. vt sit magis minusve talis. Atque non dico substantiā substantia non magis substantiam esse: hoc enim iam diximus ita esse, sed quanque substantiā idipsum quod est, nō dici magis ac minus esse: veluti si substātia eadem homo sit, non est magis ac minus, aut seipso, aut alio, homo: non enim alius alio magis homo est: perinde atque album aliud alio magis ac minus est album: corpus enim albū magis album nūc quam prius: & calidum magis, nunc calidum ac minus dicitur esse: substantia vero non magis dicitur, nec minus: neque homo magis nunc homo, quā prius dicitur esse, neque cæterorum quicquā omnino quę substantiæ subeunt rationem: quare patet, substantiam gradus suscipere non posse, vt magis sit vnquam id quod est atque minus.

Tex. x. maxime verò substantiæ proprium hoc esse videtur, idē inquā, vnūq; numero permanens, cōtrariorum esse susceptiuum, quale nihil in ijs, quæ substantiæ non subeunt rationem proferre possis, quod vnum numero cum sit, recipere in se simul cōtraria possit: vt color vnus idemque numero, albus idem ac niger: negotium ve idem numero: bonum malumq; vt dicatur: ac in cæteris similiter quæcumque substantia non sunt. Substantia autē vna eademque numero contrariorum est susceptiua, veluti quidam homo vnus ac idem interdum sit albus, interdum niger, & calidus atque frigidus & vitiosus ac studiosus. Ad alia verò nulla idipsum accommodari videtur nisi fortasse quispiam instaret, orationem opinionemque dicens contrariorum esse susceptiuas. Eadem enim oratio falsa veraque esse videtur: nam si vera est hæc oratio, quempiam inquam sedere, si ille surgat eadem hæc oratio falsa erit. Idē & in opinione fieri videtur. Nam si quispiam opinatur quempiam sedere, si surgat ille, falso nimirum opinabitur, qui de illo eandem habet opinionem. Enimuero si quispiam & his illud accommodatum duxerit esse, in modo tamen habebit vtique differentiam: substantiæ enim ipsæ sui mutatione contrariorum sunt susceptrices: si fit enim ex calido quippiam frigidū, mutatur sane, alteratur enim vt patet: & similiter si nigrum ex albo fit: & studiosum è vitioso, & in cæteris simili modo, vnum quidque mutationem suscipiens, contrariorum est susceptiuum. In oratione vero atq; opinione non ita fit, sed ipsæ quidem immobiles penitus manēt: si res autem moueatur, ibi tū euadunt circa eas contrariæ: oratio nanque eadem manet, quempiam inquam sedere: re autem mota, interdum vera, interdum falsa fit. Eadem circa opinionem etiam fiunt. Quare saltē hoc quidem modo substantiæ propriū erit, ipsam sui mutatione susceptricem cōtrariorum esse. Quod si quispiam & hoc acceptet, opinionem vt putet, orationem ve susceptiuas contrariorū esse, sciat id ipsum verum non esse. Oratio nāque opinio ve non quia suscipiunt aliquid ideo susceptiua contrariorum esse dicūtur: sed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo nanque vera vel falsa oratio ac opinio dicitur esse: quia res ipsa est, aut non est: non quia ipsæ contrariorum sunt susceptiuæ. Simpliciter enim à nulla re prorsus aut ratio aut opinio mouetur, quare nō erunt susceptiuæ profecto contrariorum si passio in ipsis nulla efficiatur. At substantia hoc susceptiua contrariorum dicitur esse, quod contraria suscipiat ipsa. Morbum enim & sanitatem, nigredinem atque albedinem suscipit: atque vnumquodque talium ipsa suscipiens, susceptrix contrariorū dicitur esse. Quare substantiæ proprium erit ipsam vnum idemque numero permanentem mutatione sui susceptricem esse cōtrariorum. Sed de substantia quidem hactenus,

Diuisione prædicamentorum prēmissa ad singulorum Arist. enarrationem descendit. Nec adeo cognitu arduum est cur à substātia inchoauerit. Est enim substantia fundamentum vnde reliqua prædicamenta pendent, & cuius attributione distinguūntur & cognoscuntur. Atque adeo substātia, vt. 7. Metaphys. text. 4. habetur, est omnium rerum prima ratione, cognitione, & tempore. Atqui cap. hoc. 5. in duo secatur principalia membra. In primo constituit Aristot. subiectum & prædicatum in recta linea huius prædicamenti: & in altero exponit eius proprietates. In primo mēbro sunt textus quatuor. Insinuat enim primo diuisionē substātiæ in primam & secundam: & vtramque definit. Mox comparat secundas substantias ad prædicata aliorum prædicamentorū, & primam substantiā ad ōmnia prædicamenta. Deinde comparat & inter se secundas substantias, & inter se primas. Postremo reddit rationem nominum illorum, secunda substantia, & prima substantia, quæ in. 1. text. fuerāt definita. In secundo mēbro tex. atque adeo totum caput distribuitur in decē text.

Ad intelligentiam definitionis primæ substantiæ cōsiderandum est, non esse duas definitiones vt aliqui putant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

patuar, sed vnam sicuti admonet Albertus: vt definitum sit totum illud, substantia, quæ proprie in primisque, & maximè dicitur, & reliquum sit definitio. Propriè, Ad differentiam accidentium: nam secundum Aristot. 5. Metaphys. tex. 15. substantia tertio modo accipitur pro essentia cuiuscunque significata per definitionem, & sic essentia accidentis quodammodo dicitur substantia. At quia substantia, vt nomen sonat, dicitur à substando: quia videlicet substat aliis in essendo, & proinde in prædicando: & accidentia non substant aliis accidentibus, nisi quatenus ipsa sustentantur in substantia, ideo primum prædicamentum propriè dicitur substantia. ¶ In primis, idest, principaliter. Ad differentiam secundarum substantiarum: nam secundæ substantiæ substant quidem accidentibus: sed tamen ratione primæ substantiæ: homo enim aut animal, in commune, non est album, nisi quia Petrus est albus: suppositum namque est primum subiectum accidentium iuxta, adeo inde dicitur suppositū. ¶ Maxime. i. quæ plurimis substat: nam accidens vt quantitas, substat aliis accidentibus, secundæ verò substantiæ substant pluribus, nam substant etiam quantitati, sed prima substantia substat plurimis, quia etiam vniuersis. nam substat & secundis substantijs. Hæc ergo substantia, quam proprie & maximè vocant substantiam, vt Arist. Est quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. Et hæc est definitio. Cuius prima particula separata primam substantiam à secundis, secunda verò secernit eã ab individuis accidentium. Vnde. 1 particula, vt notauimus. c. 2. accipitur secundò intentionaliter, & secunda primò intentionaliter. Nam per primam distinguitur inter secundam intentionem primæ substantiæ, quæ est subiect. & secundam intentionem secundæ substantiæ, quæ est prædicari, & per secundam distinguitur inter naturam substantiæ quæ est per se esse, & naturã accidentis quæ est inesse. Quod si quis arguat contra definitionem: quod conueniat partibus substantiæ, nã hæc manus nec de subiecto dicitur cum sit singularis nec in subiecto est cum non sit accidens. Respondetur, quod in definitione, cum datur negatiue, debet subintelligi genus, vt sit sensus. Primæ substantia est substãtia quæ nec de subiecto dicitur. &c, & accipitur substãtia pro eo quod ponitur in recta linea quomodo partes substantiæ non sunt substãtia. ¶ Simili proportione intelligitur definitio secundæ substantiæ, nisi quod litera est subobscura. Sed notato quod, licet secundæ substantiæ sint in primis ad modum, quo forma vniuersalis est in particulari, quia formaliter prædicantur de illis, nihilominus etiam primæ substantiæ sunt in secundis ad modum quo pars est in toto, nam vt capit. de specie exposuimus, superius est quoddam totum respectu inferioris, quod continetur in superiori. Item notato ly, in primis, accipi adueibialiter pro eo quod est, principaliter. Est ergo sensus. Secundæ substantiæ dicuntur species hæ, id est, species illæ, quibus, quas principaliter substantias, appellabamus, insunt, id est, sub quibus primæ substantiæ continentur. Species inquit, hæ, & harum specierum genera, sicut enim homo singularis est in specie, ita species est in genere. Quare vero dicantur secundæ substantiæ, explicabitur in. 1. q. Tex. 2. ¶ in 2ª textu, qui incipit, Manifestum est. &c. explicans latius Arist. rationem primæ substantiæ comparat primo secundas substantias ad vniuersalia accidentium, & secundo primam substantiam ad vniuersas res omnium prædicamentorum. Differentia ergo est inter vniuersalia substantiæ & vniuersalia accidẽtium, quod vniuersalia substantiæ prædicantur de suis inferioribus nomine & ratione accidentia verò de substantia, quædam nec nomine prædicantur nec ratione: & quædam prædicantur nomine, sed non ratione. Vbi notandum, quod aliquid prædicari de alio secundum nomen, est quod nomen prædicati sit nomen subiecti: & prædicari secundum rationem, est quod definitio prædicati sit definitio subiecti. Accipitur enim ratio pro definitione, vt patet exemplo Arist. Species ergo & genus prædicantur de Petro secundum nomen, & secũdum rationem: quia Petrus est homo, quod est nomen speciei: quod est animal rationale, quæ eius definitio. Et pariter est animal, quod est nomen generis: & est viuens sensibile quæ est eius definitio. Accidẽtia verò si accipiãtur in abstracto neutro modo prædicantur de substantia: quia Petrus nec est albedo, nec est color disgregatiuus visus. In concreto verò accidens prædicatur secundum vtrumque quia nomen concretum albedinis est nomen corporis, nam corpus est album: tamen definitio albi nõ est definitio corporis. tex. 3. ¶ In tex. 3ª qui incipit, Secundarum, &c. facit Arist. tres comparationes: primam, inter secundas substantias: vel quod species est magis substantia, quam genus. Quam duobus rationibus demonstrat. Prima, quia cum prima substanta sit maxime substantia, id quod propius accedit ad primam substantiam & euidentius explicat eius quidditatem est magis substantia, hoc autem est species: quærenti namque quid est Petrus, euidentius respondebitur esse hominem, quam esse animal: nam animal non explicat totam essentiam Petri, sicut homo Secundo, quia prima substantia ideo est maxime substantia, quia pluribus substat, sed post primam substãtiam pluribus substat species, quam genus (nam species substat etiã generibus ipsis) ergo species est magis substantia. Eadem ratione genus quanto inferius, tãto est magis substantia. ¶ Secunda comparatio est inter species specialissimas sub eodem genere. Ait enim nullam huius specierum esse magis substantiam alia, vt homo non est magis substantia quam equus. ¶ Atque adeo tertia comparatio est inter primas substantias: inter quas eadem ratione nulla est magis substantia quam alia, vt hic homo, hic equus, hic lapis. æqualiter sunt primæ substãtiæ. Tex. 4. ¶ In quarto & postremo textu huius mẽbri, qui incipit, Merito, &c. Philosophus reddit rationem quare secundæ substantiæ dicantur substantiæ: nam cum substantia dicatur à substando, & secundæ substantiæ non substent, id est, non sint prima subiecta, sed prædicata quæ se habent vt forma respectu subiecti, potius deberent dici qualitates substantiæ. Respondet ergo, quod recte dicuntur substantiæ, quod probat duabus rationibus sumptis ex duabus acceptionibus substantiæ: nam substantia vt dictum est, accipitur primo modo secundum Aristotel. pro quidditate substantiæ, & secundo modo, eo quod substat tanquã subiectũ aliorum. Primaratio procedit primo modo. Probatur eñ secũdas substãtias recte appellari substãtias: quia per eas rñdet ad quæstionem quid est prima substantia: licet per speciẽ proprius rñdeatur quã per genus, quia species explicat vltimam differentiam atque adeo totam essentiam rei: quærenti enim quid est Petrus respondetur proprie quod est homo, & confuse quod est animal. Accidentia verò non sunt substantiæ, qua non explicant quidditatem substantiæ. ¶ Secunda ratio procedit ex secunda acceptione substantiæ. Primæ substantiæ eo dicuntur primæ, quia substant vniuersaliter omnibus prædicatis, sed genera & species

Prædicari nomine, & ratione

Propriè.

In primis.

Maxime.

Prima substantia.

Secundæ substantia.

species post primas substantias, substant etiam cunctis accidentibus: ergo meritò dicuntur secundæ substantiæ. Et ponit exemplum de accidenti spirituali, puta Grammatica ad denotandum quod non solùm substãt accidentibus corporalibus quæ insunt mediante quantitate, sed omnibus simpliciter. Atque notandum, quòd cum ait, si quidam homo est Grãmaticus, homo est Grammaticus, non solùm est sermo conditionalis, sed causalis. Etenim accidẽs prius natura recipitur in individuo quod est terminus generationis, & propterea inest speciei: homo namque in communi de se nõ dicit, quod sit albus, nec niger; sed quia Petrus est albus, homo est albus.

Prima proprietas.

¶ TEXTVS quintus, qui incipit; Commune autem, instium est secũdi membri huius capitis, in quo sex assignãtur substantiæ proprietates, cum enim generalissima prædicamentorum definiri nequeant, cuiusq; proprietatis Aristoteles enarrandæ eorum defecerit natura. Quarum prima est commune esse omni substantiæ in subiecto non esse. Hanc & sequentes proprietates Nominales terminis accommodant, vt sensus sit, quod termini significantes substantiam absolutè non insunt subiecto, id est, non prædicantur accidentaliter: ita què inesse apud ipsos accipitur hic secundè intentionaliter.

Nominalium expositio.

¶ Sed quamuis ita sit, quod huiusmodi termini nõ prædicentur accidentaliter, id nihilominus accidit terminis ratione rei significatæ, enimuerò quia substantia nulli realiter inest, sit vt necipsa, nec nomen eius prædicentur accidentaliter. Vnde Aristotel. inesse subiecto, intelligit hic primæ intentionaliter, vt ex modo essendi, modum venemur prædicandi, quod ex conceptu literæ palam fit. ¶ Tres particulas habet hic textus. Primo probat conclusionem, dicens: quod primam substantiam manifestũ est non inesse subiecto. Sed de secundis posset quis dubitare: eo quod secundæ substantiæ prædicantur de subiecto. Et cum prædicatum habeat se vt forma, & subiectum vt materia, sit vt secundæ substantiæ appareant esse in subiecto. Quæ verba ostendunt, hoc quod est, esse in subiecto, accipi primæ intentionaliter, est enim ad sensum manifestũ, supposita substantialiaper se subsistere & nulli inesse, quod non est tam manifestũ de prædicatis substãtialibus. Si verò esset sermo de terminis, tam notum esset, ly homo non prædicari accidentaliter quam ly Petrus. Probat ergo Aristoteles secundas substantias nõ esse in subiecto duplici ratione. Primò, quia quamuis homo dicatur de subiecto, id est, sit prædicatum essentiale primæ substantiæ: nihilominus non inest primæ substantiæ, tanquam subiecto, homo enim non est in quodam homine, id est, homo non est qualitas inhærens Petro, sed dicit essentiam Petri. ¶ Secundò id probat, quia ea quæ sunt in subiecto (vt iam modo dictum est) non prædicantur nomine & ratione, sicut ratio & definitio albi non est definitio corporis, sed tamen secundæ substantiæ prædicantur nomine & ratione de prima: nam definitio hominis, est definitio quidditatiua Petri. Et nota vim rationũ istarum in hoc consistere, quod esse in subiecto simpliciter, est esse in aliquo tanquam in sustentante à quo recipit esse, at secundæ substantiæ, nõ sunt hoc modo in primis, quia potius constituunt essentiam primæ substantiæ. Et ideò secundæ substantiæ sunt in primis, tanquam in subiecto prædicationis, sed non sunt in illis, tanquam in subiecto inhęsionis. ¶ In secunda particula, textus declarat hãc non esse proprietatem solius substantiæ. Enimuerò differentia non est in subiecto, quia est de essentia rei, sicuti genus. Item quia etiam prædicatur nomine & ratione. Ratio enim rationalis (quæ est vtì ratione) est etiam ratio hominis, quod si quis arguat differentiã nõ habere definitionem (vt supra dictum est) iam primo capite responsum est, quod ratio accipitur pro definitione in his quæ habent definitionem: in aliis verò definitione carentibus, accipitur ratio pro conceptu obiectiuo, vel pro descriptione quæ accipitur loco definitionis. ¶ Interrita particula respondetur dubitationi, quia videtur quod hæc proprietas non conueniat omni substantiæ, quæ dubitatio prouenit à partibus substantiæ. Apparent enim materia & forma, & caput esse in subiecto: à quo partes sunt in toto. Respondet Aristoteles, quod partes non sunt in toto, ita hærentes illi tanquam subiecto, sed sunt componentes totũ: & per consequens pertinent ad essentiam rei. Itaque vult Aristoteles concludere hanc proprietatem non solùm substantiæ in recta linea, sed partibus quoque tam metaphysicis, vt differentijs, quam physicis, vt essentialibus & integralibus, conueniret accidentia enim sunt in toto, & supponunt totũ compositum à quo dependent: sed partes sunt in toto, tanquam componentes totum, quod ab illis pendet.

Secũda proprietas.

¶ In textu sexto qui incipit. Ineit autem, subditur secũda proprietas substantiæ: vel quod substantiæ omnes vniuoce prædicantur. Quæ quidem proprietas & rebus conuenit, & subinde terminis. Ponitur plurale ad designandum species & genera: cum enim ait omnes substãtiæ, intelligit omnia prædicata prædicamenti substantiæ: nam prima substantia non potest esse prædicatum. Vbi notato id quod diximus in capit. de specie individuum substantiæ nullatenus prædicari, nec de ipso; nã Petrus est Petrus, non est simpliciter prædicatio, sed secundum quid. Probat conclusionem. Omnia prædicata prædicamenti substantiæ, prædicantur de suis inferioribus nomine & ratione: ergo prædicatur vniuoce. Vtraque præmissa iam modo probata est: & consequentia patet ex definitione vniuocorum. Ait verò hãc proprietatem etiam conuenire differentijs. Et probat quod definitio secundarum substantiarum, & definitio differẽtiæ sit etiam definitio suorum inferiorum: per regulã ante prædicamentalem, quicquid cõuenit prædicato, conuenit etiam subiecto essentialiter inferiori. ¶ In text. sexti qui incipit, Omnis autem substantia, &c. subiungitur tertia proprietas substantiæ: videlicet, quod omnis substantia videtur hoc aliquid significare: sola tamen primæ substantia significat hoc aliquid: secunda verò substantia non significat nisi quale quid. Ad cuius euidentiam id in primis ex superioribus meminisse oportet, quod cùm prædicamentis Aristote. & de rebus principaliter, & subinde de terminis tractetur, nunc loquitur de rebus, nunc verò de terminis. Et ideò hãc proprietatem substantiæ explicat per significationem terminorum, quod vel nomen singulare significet hoc aliquid, nomen verò vniuersale substantiæ significet quale quid.

Tertia proprietas.

¶ Vbi pro interpretatione terminorum notandum est, quod quemadmodum ly aliquantum, significat quantitatem de formali, & ly aliquale, significat qualitatem: ita ly aliquid significat substãtiam in communi, siue primam, siue secundam. At verò pronomẽ demonstratiuũ designat id quod oculis subijcitur qualia sunt suppositа, & ideò, hoc aliquid tantum, vel sicut substantia hæc & vna numero. Sed tamen quale, cum simpliciter profertur, significat de formali qualitatẽ, quæ est res quæ sti prædicamenti: nihilominus accipitur aliquãdo generaliter pro omni illo quod se habet vt forma respectu interioris: & quia natura substantiæ, in communi significata, habet se vt forma respectu suppositorum, idcirco nomina

Esse in subiecto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomina vniuersalia prædicamenti substantiæ dicuntur significare quale quid, id est, qualitatem substantialem. Itaque, cum, quid vel aliquid significet in comuni substantiam, hoc aliquid, significat subiectum primum substantiæ, & quale quid, significat prædicatum. Quocirca Aristoteles. 5. Metaphysic. text. 15. dicit, quod substantia, vno modo significat substantiam singularem, alio modo accipitur vt significat, quod quid est, id est, quiditatem. ¶ Lucida ergo est probatio Aristote. ait enim quod prima substantia manifestè significat hoc aliquid, quia prima substantia est vnum numero indiuiduum: sed in secundis substantijs nominis figura est in causa, vt videantur significare hoc aliquid: vt hæ homo, animal. &c. cum significent rem per se subsistentem. & non subsistant nisi supposita, videntur significare hoc aliquid: sicut Petrus, & Paulus. Sed tamen cum non significent vnam numero, sed significent naturam essentialem, quæ est pluribus communis, potius significant, quale quid. ¶ Et subdit, non quod significet quale simpliciter, sicut album: nam album, solum quale significat, sed significant quale quid, id est, naturam substantialem. Quod si arguas, quod nomen vniuersale, homo significat etiam individua pro quibus supponit, respondetur, quod primarium significatum est natura in communi: sed materialia, sunt individua. Arguit Aristotel. tam axie probat, secundæ substantiæ nó significare hoc aliquid, sed quale quid, vt opinioni Platonis contradicat: nam Plato vniuersales substantias dicebat esse separatas: aduersus quem. 7. Metaphysico. text. 43. & infra, probat inde sequi illiusmodi substantias debere esse primas substantias, puta, subsistentes, sicut Petrus, & Paulus, quod manifestat esse impossibile: nam vniuersalis substantia, cũ sit prædicatum formale individuorum, non potest esse per se subsistens, sed debet esse in individuis tanquam eorum forma. Et in hoc sensu concludit aduersus illum, quod vniuersalia non sunt substantiæ, id est, subsistentes: & hoc est quod dicit hic, quod non significant hoc aliquid, sed quale quid. ¶ Subiungit tandem Aristoteles, quod genere amplior est definitio quam species, quod est dicere genus ampliorem formam significat, id est, naturam magis vniuersalem quam species: & per consequens magis significat quale quid: nam species solum significat naturam individuorum, genus vero naturam plurium specierum. ¶ In tex. 8. qui incipit. Competit præterea, subditur proprietas quarta substãtiæ, puta substantiæ nihil esse contrarium. Et primo asserit proprietatem, deinde subiungit non conuenire hoc soli substantiæ: quia & quantitati etiam competit. & tertio soluit dubitatiunculam, nempè, quod non sit certum id omni quantitati conuenire. Proprietatẽ hãc Aristote. non aliter probat quam inductiuè, quippè qui supponat & ex natura substantiæ, & ex prima eius proprietate hanc esse manifestam. Contraria enim ea sunt, (vt in postprædicamentis videbis) quæ sunt sub eodẽ genere, & circa idem subiectum mutuo se expellunt, vt calidum & frigidum, sed substantia est quod omnibus alijs subsitat, & ipsa in nullo subiecto recipitur: ergo substantiæ nihil est contrarium. Iexempli gratia. Caliditas & frigiditas sunt contraria, quia in eodem subiecto altera alteri succedit, vt res quæ modo est calida, posset esse frigida, sed res, quæ modo est homo, non potest postmodum esse equus: nec res, quę modo est aqua, potest eadem esse ignis: ergo substantiæ nihil est contrarium. Et præterea. Vnum contrarium non potest alterius esse subiectum, secundo de genera. text. 6. Caliditas enim esse non potest frigiditatis subiectum, sed substantia omnium in vniuersum est subiectum accidentium: ergo nullum est sibi contrarium. Vnde optimè subnotauit Aristoteles proprietatem hanc perspicacius Incere in primis substantijs, quam in secundis, euidẽtius enim cit primam substantiam nulli inesse, & per cõsequens esse impossibile, vt res quæ modo est Petrus, sit postmodum Paulus, aut res aliatised de specie aut genere non est adeo manifestum cum (vt dictum est) habeãt se vt formæ primarum substãtiarum. ¶ Hinc sequitur, proprietatem istam congruẽtius adaptari rebus quam terminis: negat enim Aristotel. substantijs realem contrarietatem qualis est inter qualitates: tametsi ratione rerum conueniat etiam terminis prædicamenti substãtiæ, non esse propriè contrarios. Subiungit secũdo Aristotel. hanc proprietatem conuenire etiam quantitati, vt lineæ nihil est contrarium, aut superficiei. Non enim sunt accidentia quæ se expellant circa idem subiectũ & eadem ratione bicubitæ quantitati non est contraria tricubita, quæ sunt species quãtitatis cõtinuę: sicut nec contrariãtur, binarius, & ternarius: quia sunt species quantitatis discretæ. ¶ Addit tertio Aristoteles, quod forsan quis dubitabit, multa contrariari paucis, quæ sunt species quãtitatis discretæ & magnum paruo, quæ sunt species quantitatis continuæ. Videtur enim ex natura significationis habere oppositionem, sicut album nigro: & respondet, quod quicquid de istis sit, tamen quantitates illæ quæ sunt certæ & determinatæ, vt binarius, ternarius bipedale, tripedale non contrariantur. Magnum & paruum dicuntur quantitates indeterminatæ, quia in quacunque quantitate reperiuntur: nam & inter elephantes respectiuè est aliquis paruus: & inter formicas est aliqua magna. ¶ In textu nono, qui incipit. At verò substantia, sequitur proprietas quinta substantiæ, nempè quod substantia non suscipit magis & minus. Vbi primo Aristoteles exponit sensum proprietatis: & deinde inductiuè indicat eã. Duplex enim est sensus proprietatis huius secundum quod substantia, aut accipitur secundæ intentionaliter, pro re ipsa in quantum subsitat secundæ intentioni, aut accipitur primæ intentionaliter pro re secundum suum esse absolutum. Nam primo modo supra dixerat Aristoteles, substantiam recipere magis & minus: quia primæ substãtiæ est magis substantia quam secundæ: eo quod principaliter & maximè subsitat, & inter secũdas substantias species est magis substantia quam genus. Vnde proprietas hæc quinta solũ conuenit substantiæ secundo modo: homo enim in quantum homo non suscipit magis & minus, nec animal in quantũ animal. ¶ Arguit nominales propriętatem hanc solùm intelligunt secundæ intẽtionaliter, in hoc sensu, quod termini prædicamenti substantiæ: non prędicantur cum his aduerbijs magis & minus: quia vnus non est magis homo, aut magis animal quam alius. Attamen quamuis ita sit quod proprietas hæc conueniat terminis, nihilominus tamen principaliter conuenit rebus: terminis verò tanquam signis rerũ. Enimuerò sicut eo quod albedo est intensibilis, & remissibilis, & album, prædicatur secundum magis & minus: ita eo quòd substantia non est intensibilis, aut remissibilis, termini prædicamenti substantiæ non prædicantur secundum magis & minus. ¶ Nec istam proprietatem solicitus est Aristoteles, aliter quam inductiuè confirmare: quia ex prima, & quarta sit manifesta. Ad cuius intelligentiam aduotandum est, quod rerum omnium essentiæ, siue substantia sit, siue accidens, consistunt in indiuisibili, nec additionem recipientes, nec diminutionem. Enimuerò, quemadmodum nullus est magis

Quarta proprietas.

Quinta proprietas.

gis homo, quam alius, aut magis animal: ita neque vna quantitas est magis quantitas quam alia, neque vna albedo magis albedo, neque vna relatio magis relatio quam alia. Et hoc est vnũ eorum in quibus species sunt sicut numeri, vt docet Aristotel. 8. metaphysic. text. 10. sicut enim numero additio fieri non potest, quin mutetur species, ita neque rerum essentijs. Hinc fit, vt intentio, aut remissio solùm cõueniat accidenti in ordine ad subiectum: quia videlicet perfectius esse habet in subiecto magis actuando subiectum, aut minus perfectũ minus actuando. Cum ergo substantia nulli insit, non potest habere aliud, aut aliud esse in subiecto, & ideò suapte natura nõ suscipit magis & minus. Illi verò qui tenent intensionem fieri per additionem gradus ad gradum, & per consequens quod albedo etiam extra subiectum potest esse magis aut minus intensa: non possunt ram euidentem adducere rationem huius proprietatis: nam si albedini separatæ potest fieri additio, non potest euidenter responderi cur substantiæ non fiat. Nihilominus respondebunt hanc esse naturam substantiæ, & illã naturam accidentis. ¶ Sequitur etiam hæc proprietas ex quarta, quia accidentia corporalia per maiorem aut minorem admixtionem contrarij sunt minus, aut magis intensa, vt calor, albedo, & alia corporalia inquam, quæ pertinent ad qualitates primas; nam lumen, quia non habet contrarium sine mixtione, est magis aut minus intensum. Cum ergo substantia nõ habeat contrarium, non est intensibilis, aut remissibilis. ¶ In decimo & postremo textu, qui incipit. Maximè verò substantię, &c. Tandem concluditur vltima proprietas quæ maximè conuenit substantiæ, videlicet, quod vna & eadem numero substantia sit susceptiua contrariorum. Et habet hic textus particulas tres. In prima probatur exclusiua, videlicet, tantum substantiæ conuenit, &c. Et primo probatur ex exponentibus, negatiua, scilicet, quod nulli rei alius prædicamenti quam substantiæ conuenit suscipere contraria: idem enim calor numero non suscipit contraria. Addit, idẽ numero, quia in genere aliquis color est albus, & aliquis niger. Deinde probat affirmatiuam, quia vnus & idem homo successiuè modo est albus, postea niger. Et proprietas hæc sequitur ex tertia: ex hoc enim quod substantia significat hoc aliquid, sequitur quod est primum subiectum omnium in vniuersum accidentium: & per consequens contrariorum successiuè. ¶ In secunda particula arguitur, quod non sit hoc proprium substantiæ: nempè quod non conueniat solitnam, oratio, & opinio, recipit contraria, & non est substantia. Oratio est propositio apprehensiua significans verum vel falsum: in quo autem sit prædicamento, sequenti videbitur. Opinio verò est propositio iudicatiua quæ pertinet ad prædicamentum qualitatis, & vtraque recipit verum vel falsum: vt si quis a longè videat hominem sedentem, quem iudicat sedere: & ipso surgente semper iudicet sedere: oratio & opinio mutatur de vera in falsam. In tertia particula respondet dupliciter. Primo, quod licet concederetur orationem & opinionem recipere contraria, nihilominus non recipiunt contraria per sui mutationem, sed per mutationẽ rerum: mutatur enim oratio de vera in falsam, nó quia ipsa aliquid perdat aut acquirat, sed quia res significata mutatur, puta, quia homo qui sedebat, surgit. Substãtia vero recipit contraria per sui mutationem: & ideo quamuis simpliciter susciperet contraria non esset proprium substantiæ: tamen modus suscipiẽdi, scilicet, per sui mutationem, esset illi proprium. Secundo ad rẽ proprius respondet negando simpliciter, quod oratio, aut opinio suscipiat contraria. Et solutio stat in hoc, quod oratio realiter non recipit contrarium, id est, cõtrarias qualitates, sed solùm denominationes contrarias: nã oratio propter ea, quod nunc denominetur vera & postea falsa, nihil acquirit, aut perdit: sed res est quæ mutatur, sicut si ego sim nunc Petro dexter, & me immoto ipse mutetur ad dexteram meam, ero illi sinister sine aliqua mutatione mea: atque hac ratione prætendit Aristoteles hanc proprietatem conuenire substantiæ tanquam proprium quarto modo.

Sexta proprietas.

Quæstio Prima.

Vtrùm prima pars text. sit vera?

PARTE negatiua arguitur, Primo. Nulla est substãtia quæ diuiditur in primam & secundam: ergo diuisio illa supponit falsum. Probatur añs. Aut diuiditur hic substãtia, vt generalissimũ primi prædicamẽti, & hoc nó: quia cum generalissimum sit secunda substantia, diuisum conuerteretur cum vno membro diuisionis: aut accipitur substantia, vt est commune ad primam & secundam substantiam, & hoc non, quia non potest esse vna intentio communis primæ & secundæ substantiæ: intentio enim primæ substantiæ est esse subiectum, & intentio secundæ est esse prædicatum: ergo non potest assignari vnicum diuisum illius diuisionis. Et confirmatur. Aut inter primam & secundam substantiam est distinctio ex natura rei seclusa operatione intellectus, aut est sola distinctio rationis, per operationem intellectus, sed nulla istarum: ergo nullo modo distinguuntur: & per consequens diuisio supponit falsum. Probatur minor. Si esset distinctio ex natura rei, tunc secunda substantia non prædicaretur formaliter de prima substantia: & per consequens non esset species neque genus respectu illius, cuius oppositũ asserit Aristoteles. Quod autem distinguãtur sola ratione, videtur esse contra Aristote. qui ait, solam primam substantiam esse principaliter & simpliciter substantiam: secundam verò non esse substantiam, nisi cum addito. Item primã substantiam significare hoc aliquid, & secundam quale quid: quod appareat maiorẽ arguere distinctionem, quã rationis. ¶ Secundo arguitur contra distinctionem primæ substantiæ. Aut definitur illic res aliqua singularis, & hoc non, quia (vt ex sententia Platonis, inquit Porphyrius. c. de specie) de singularibus non est scientia, & per consequens nec est definitio: quod etiam testatur Aristoteles. 2. posterio. 22. aut definitur aliquid cómune & vniuersale, & hoc non, quia prima substantia est quid singulare distinctum, contra vniuersale: ergo nõ potest assignari ad quarum definitum definitionis primæ substantiæ. ¶ Tertio contra definitionem secundæ substantiæ arguitur, quod genera & species non debeãt appellari secundæ substantiæ. ¶ Vniuersalia sunt priora natura quam singularia: nam vniuersalia sunt perpetua, singularia verò sunt corruptibilia, & ideo dicuntur magis entia quam singularia, vt quæstio. 2. super prolo. Por. dictum est: & sunt priora cognitione intellectus, vt habetur. 5. metaphy. text. 26. Ergo potius genera & species

Universidad de Deusto
Biblioteca

species sunt dicenda primæ substantiæ, & individua, secundæ substantiæ. ¶ Quarto arguitur contra secundū textum. Accidentia prædicantur nomine & ratione sicut secundæ substantiæ: ergo male in hoc constituitur differentia inter secundas substātias & accidentia. Probatur antecedens. Album prædicatur de hoc albo, nomine & ratione, & albedo de hac albedine: unum nomen albedinis, est nomen huius albedinis, & definitio eius, est definitio huius albedinis, sicut definitio hominis, est definitio Petri, & idem est de albo, & hoc albo: ergo, ꝙ si dicas accidentia nō prædicari de substantia nomine & ratione, contra hoc arguitur. Sicut albū prædicatur de corporeitate & disgregatiuū visus, quę est definitio albi, prædicatur de illo. Etenim qua ratione corpus est album est etiam segregatiuum visus: ergo nulla est in hoc differentia inter substantiam & accidens. ¶ Quinto arguitur contra id, quod habetur in eodem textu, videlicet, quod destructis primis substantijs, destruuntur secundæ substantiæ. Secundæ substantiæ (vt dicebamus) sunt perpetuæ veritatis, nam ante creationem mundi, verum erat dicere, homo est animal rationale, ergo destructis omnibus particularibus hominibus adhuc manent vniuersalia. ¶ Et confirma. ex Porphy. c. 6. vbi per contrarium extremum dicit, quod destructis singulis animalibus, remanet ratio animalis, sed tamen destructo animali, nec remanet homo, nec aliquod singulare; & hæc est regula dialecticorum, quod à negatione inferioris ad negationem superioris, non valet consequentia, sed contrario. ¶ Sexto contra text. tertium arguitur authoritate Aristo. qui. 8. Meta. text. 2. ait, quod genus est magis substantia quam species, & species quam singularia, cui videtur repugnare textus iste, vbi ait, quod species est magis substantia quam genus. ¶ Septimo arguitur contra quartum textum, vbi ait, sola genera & species prædicamenti substantiæ censendas esse substātias. Substantia (vt habetur. 5. Metaphy. text. 15.) vno modo accipitur pro essentia & quidditate rei, alio modo pro hypostasi subsistenti, & in vtraque acceptione accidentia suo modo sunt substantiæ: ergo non sola vniuersalia primi prædicamenti sunt appellanda substantiæ. Probatur minor. Accidentia habent etiam suo modo essentias, & quidditates, vt habetur. 7. Metaph. text. 15. & quantitas in sacramento altaris sustinet omnia accidentia ad modum substantiæ: ergo etiam suo modo accidentia sunt substantiæ. ¶ Et confir. Saltem differentia, vt rationale, quod est de essentia substantiæ, debent censeri substantia quemadmodum genus. ¶ Octauo principaliter arguitur aduersus diuisionem substantiæ, Deus est substantia, & tamen in Deo non est distinguere secundam & primam substantiam, alias illic esset species composita ex genere & differentia, quod repugnat simplicitati Dei: ergo diuisio est insufficiens. ¶ Et confir. Christus in quantum homo ponitur in prædicamento substantiæ, post quā est verus homo & proprijssimè homo vniuoce nobiscum, & tamē Christus nec est secunda substantia neque prima, ergo diuisio supponit falsum. Prima pars minoris nota est, quando quidem Christus est individuum, & secunda probatur. Prima substantia (vt ait Aristoteles) est in secunda, sicut pars quidditatiue inferior in toto vniuersali, sed Christus non est res quidditatiue inferior ad hominem, quia humanitas non est de essentia & quidditate Christi, ergo Christus non est prima substantia. ¶ In contrarium est authoritas Aristotelis.

¶ A D quæstionē respondetur affirmatiuè. In primi articulo respondetur ad septem priora argumenta, & in altero ad octauum. Vnde circa primum argumentum supponenda primum est differentia inter Nominales atque Reales: Nominales enim capiat hoc totum sicut sequentia, de terminis tantummodo interpretantur, quippè quos solos ponunt in prædicamento. Aiunt ergo hoc nomen substantia, bifariam accipi: videlicet, primę, secundæ intentionaliter. Primæ intentionaliter significat res per se subsistentes, puta, hominem, lapidem, &c. Secundæ intentionaliter accipitur pro terminis absolutè significantibus substātiam. vt sunt isti termini homo, lapis. Et hoc secundo modo accipiūt in præsentia, hoc nomen substantia. Atque adeō sic interpretantur diuisionem hanc, substantiarum, id est, terminorum absolutè significantium substantiam, alia est prima substantia, & alia est secunda, id est, alius est terminus singulariter significans substantiam, vt ly Petrus, aliusque significans communiter substantiam, vt ly homo, ly animal. An verò conueniat expositio, vt termini significantes substantiam appellentur substantiæ, ipsi sunt iudices. Re vera Aristote. quando dicebat primam substantiam principaliter & maxim è substare, non (vt existimo) loquebatur de hoc termino, Petrus, sed de re, vt exemplis manifestat, dum ait, vt quidam homo, quidam equus: non enim accipiuntur hæc nomina materialiter, sed personaliter, ac si dixisset, quidam designatus homo, vt puta Petrus. Quod si prima substantia accipitur pro re, pariter accipitur secunda. vbi id præterea animaduertendum est, quod apud Aristotel. quidam homo, quidam equus, sunt singularia vaga. ¶ Igitur ex mente Aristot. hoc nomen substantia nullatenus accipitur pro termino, sed pro re, quæ per se stat. Accipitur ta men substantia tripliciter. Primo modo, pro generalissimo substantiæ, & secundo modo, vt distinguitur contra accidens: videlicet, vt includit partes substantiæ: vt auctor est Aristoteles. 5. Metaphy. tex. 15. Enimuerò cū substantia & accidens distinguātur per oppositā, id est, esse per se, & non esse per se, non est dare medium: sed quicquid non est accidens, est substantia. Tertio modo accipitur pro eo quod est in recta linea primi prædicamenti: vt videlicet, excludit differentias & partes substantiæ, & comprehendit omne illud, de quo directè prædicatur generalissimum, siue sit genus, siue species, siue individuum. Primo modo nō potest substantia diuidi in primam & secundam, vt probat argumentum: nec secundo modo, quia illo modo nomine substantiæ includuntur etiam partes: & tamen partes substantiæ non sunt genera, nec species substantię, cum non sint in linea recta. Si enim pars animalis esset substātia, eadem ratione esset subsistēs, & esset animal, quæ directè ponūtur sub substantia, quod est falsum, quia materia, aut caput, nō est animal. Substantia ergo tertio modo dividitur in primam & secundam. Est enim in memoriam reuocandum, Aristotelem tractare hic de rebus, quatenus prædicantur mediantibus terminis. ¶ Et ideo sensus diuisionis est iste: Id quod est in recta linea primi prædicamenti, aut est prima, aut secunda substantia, id est, aut est primum subiectum, aut est prædicatum. Etenim quod in secundo cap. dixerat, eorum quæ sunt, alia neque de subiecto dicuntur, neque in subiecto sunt alia de subiecto dicuntur, & in nullo subiecto sunt: hic dicit, substantiarum alia prima, alia secūda. Vnde ad formam argumenti conceditur, quòd istę duę intentiones, puta esse primam, & esse secundam substantiam, quod est, esse subiectum, & esse prædicatum, non habēt vnam intentionem communem: & ideo Aristotel. non expressit formaliter diuisum huius diuisionis, sed solùm expressit membra diuidētia: nihilominus subintelligitur diuisum ad sensum expositum. ¶ Circa materiam confirmationis admonitos esse oportet Dialecticos, ne in via S. Thom. decipiantur. Sunt enim apud doctorē sanctum, tres distinctiones frequētes, quas falsò quis posset tanquam eandem confundere. Vna est distinctio, esse ab essentia, altera, naturæ à supposito: & tertia, vniuersalis à particulari, seu magis vniuersalis, à minus vniuersali. De prima distinctione nihil certi apud Aristot. habemus: sed S. Thom. de ente & essentia, cap. 5. & 2. contra gentiles, cap. 52. & 1. part. quæst. 3. art. 4. & alibi sæpe hanc constituit differentiam inter Deū & creaturas, ꝙ in solo Deo esse & existere sit de quidditate & essentia sua: quia cum sit prima causa, si de se non haberet esse, nullo modo posset ab alio habere: sed tamen in creaturis esse non est de essentia, quia essentię sunt perpetuę: sed tamen esse recipiunt ex tempore à Deo, quod cap. præcedenti, & super prolo. Porphyr. quæstio. 1. obiter exposuimus. Nec locus est hic latius hic disputandi. Sed id solùm addiderim, quod non est res tanti momenti hanc distinctionem, aut concedere, aut negare: dummodo non negetur differentia inter nos, & Deū, quod esse sit de essentia Dei, & non sit de essentia creaturæ: sicut qui negauerit sessionem distingui realiter à sedente, nihil magnum negabit, dummodo non concedat, sedere esse de essentia hominis, hanc enim antiqui appellabant distinctionem & forte docte. ¶ Nec de secunda distinctione multa hic expendentur, plura quam quæ super eundem prologum, quæst. 3. adnotauimus, videlicet, quod homo & humanitas censentur apud Sanctum Thomam realiter distingui: eo quod secluſa operatione intellectus illa est falsa, homo est humanitas, in sensu formali: quamuis in sensu identico concedendum sit, quod homo est res, quæ est humanitas. Et ideo hanc, forsan est disputare de nomine appellare distinctionem realem, aut formalē. Hic modus loquendi omnibus antiquis Philosophis fuit semper receptissimus. Qui fundatur primo in Aristot. 5. de Anima. text. 9. vbi ait, quod aliud est magnitudo, & aliud magnitudinis esse. Et aliud est aqua, & aliud est aquæ esse, id est, quidditas: & 1. de Anima, text. 64. dicit quod actiones non sunt formarum, sed suppositorum, vt anima non texit, sed homo. Eadem ratione concedimus, quod homo intelligit & ambulat: negamus tamen quod humanitas ambulat, aut disputat. Item concedimus, quod Christus assumpsit humanitatem, & negamus, quod assumpsit hominem. Quæ loquutiones videntur insinuare aliquam distinctionem ex natura rei inter humanitatem significatam in abstracto, & hominem significatum in concreto: quæ licet non sit tanta, quanta inter substantiam & accidens, nihilominus est tanta, quanta sufficit ad negandam propositionem illam in sensu formali. ¶ Quod si quis obiciat illud Aristot. 7. Metaphy. 21. In his quæ sunt per se, id est, in substantijs, idem est, quod quid est: & id cuius est, respondetur, vt illic respōdet Sanct. Thom. lect. 5. quod quidditas significata in abstracto, distinguitur à supposito, & hoc intendit Aristotel. loco. 3. de anima. quidditas vero in concreto non distinguitur ab illo, & hoc prætendit. 7. Metaphysico. Quod est dicere, istæ sunt veræ in sensu formali, homo est animal, homo est rationale: sed istę sunt falsæ, homo est animalitas, homo est rationalitas. Et ratio est, quia homo dicit, id quod habet humanitatem, & omnia accidentia: humanitas vero non est subiectum accidentium, quia non concedimus, humanitas ambulat, aut humanitas est alba, sed homo. Et ideo. 1. part. quæstio. 3. articulo. 3. concludit Sanct. Thom. quod in solo Deo vbi nullum est accidens, Deus & deitas non distinguuntur realiter, sed solùm ratione. ¶ Vnde. 7. Metaphysic. infert, quod neque humanitas est species, sed principium speciei, nec animalitas est genus, sed principium generis: quia humanitas non est homo, sed est id quo Petrus est homo. Ar quod dixit de ente, & essentia, dicimus de natura & supposito, videlicet, quod non est grauę peccatum quantum ad nomen, negare hanc distinctionem realem: dummodo concedatur, quod homo disputat, sed humanitas nō disputat: & quod homo est habens humanitatem, & tamen humanitas non habet hominem. Fateor tamen optime antiquos vocasse hāc distinctionem realem, postquam secluſa operatione intellectus est hæc differentia. ¶ Tertia distinctio est ad propositum inter vniuersale & particulare, seu inter magis vniuersale, & minus vniuersale. Quam super prolo. Porphyr. quæst. 3. secundum Scotum diximus esse formalem, secundum Sanct. Thom. esse solùm rationis. Vnde ad formam confirmationis respondetur, quod secunda substantia, & prima substantia sunt eadem res, sed differunt per operationem intellectus: homo enim in quantum abstrahitur à conditionibus singularibus est species, & in quantum abstrahitur à conditionibus speciērum, est genus, sed prima substantia est idem homo, in quantū cognitus notitia singulari, qua ratione est subiectum omnium prædicatorum. Et hęc solùm distinctio est sufficiens, vt species & genera appellentur secundæ substantiæ. & individua appellētur primæ. Ex dictis sequitur primo, quod secunda substantia, & prima substantia, sunt nomina secundæ intentionis. ¶ Sequitur secundo, quod illa diuisio non est diuisio generis in species (cuius meminit S. Thom. de potentia. quæstio. 9. articulo. 1. ad. 6.) quia vna species non prædicatur de alia oppositā, vt album non prædicatur de nigro: & tamen secunda substantia prædicatur de prima, vt homo de Petro: sed est diuisio eiusdem naturæ, vt substat diuersis secundis intentionibus, & est diuisio analogi, secūdum Aristotelem, qui ait, solam primam substantiam esse maxime substantiā, secundæ substātiæ sunt secundū quid: quia non per se substant, sed sunt in individuis.

A D secundum argumētum principale nescio, quid dominus Caietanus formidauerit concedere, quod in definitione primæ substantiæ definiatur secunda intentio: quippe cum res clarissima sit intelligenti, quæ in cap. de genere diximus, definiri hic secundam intentionem ad sensum illic expositum. Definitur enim hic substantia ea ratione, qua substat in prædicatione vniuersis prædicatis cuiuscunq; prædicamenti, & quemadmodū dicit de subiecto, connotat secundam intentionem: vtra & esse subiectum. Et confirmatur, quia prima substantia conditur contra secundam substantiam: sed secunda substantia, dicit secundam intentionem: ergo & prima substantia. Cauendum tamen est (vt illic admonuimus) ne concedatur, quod hoc nomen, prima substātia, aut eius definitio supponat pro secunda intentione: quia non secunda intentio, sed Petrus & Paulus, sunt prima substantia, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est: sed ad hunc sensum concedimus definiri secundam intentionem: quia definiuntur res singulares, secundum suum esse intentionale: quod est esse primum mīi substantię. Vnde ad formam argumenti respondetur, quod pro substracto seu significato materiali, definitur quidē res singularis: sed pro formali, seu per se significato, definitur intentio communis primæ substan-

Nominalium omnino.

Substantia.

Diuisionis sensus.

Tres distinctiones.

Esse & essentia.

Natura & suppositū.

Humanitas non est species.

Vniuersale & particulare.

Definitur secunda intentio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ. ¶ Est tamen hic adnotanda differentia inter hæc tria nomina, indiuiduum, singulare, prima substantia. Indiuiduum dicit respectum ad inferiora: est enim indiuiduum, id quod amplius diuidi non potest in quidditatiue inferiora: singulare vero dicit respectum ad vniuersalia: appellatur namq; singulare, eo quod ratio vniuersalis sit iam facta hæc, & incommunicabilis per principia indiuiduationis: sed prima substantia dicit respectum ad omnia prædicata, tam substantiæ, quam accidentium: est enim prima substantia id quod omnibus substat. Quo fit, vt tam indiuiduum quam singulare, reperiatur non solum in recta linea substantiæ: sed in partibus eius, & in omnibus prædicamentis accidentium, vt hæc manus, hæc albedo: sed prima substantia, solum est substantia completa. Vnde nec anima rationalis, quæuis per se potest subsistere, est prima substantia, vt ait S. Thom. 2. part. quæstio. 29. articu. 1. ad vltim. quia suapte natura est pars hominis. Atqui, quod Philosophi vocant primam substantiam, Theologi appellant suppositum. Quod si fuerit suppositum naturæ rationalis, aut intellectualis, appellatur persona. ¶ Circa tertium argumentum pro intelligentia huius capitis notandum est, quod Aristotel. 5. Metaphysi. text. 15. inter alias acceptiones, dicit, quod substantia, vno modo accipitur pro essentia & quidditate rei: alio modo pro suppositis subsistentibus. Substantia primo modo Græcè dicitur ousia, id est, essentia: & secundo modo dicitur hypostasis, id est, res subsistens. Et quia substantia dicitur a substando, ideireo substantia simpliciter accipitur in secunda acceptione. Vnde ad formam argumenti respondetur, quod secundæ substantiæ appellantur magis entia, & magis substantiæ, quia sunt perpetuæ ad sensum exposito super prologum Porphyrij, sed nihilominus simpliciter loquendo, illa est magis substantia quę pluribus subsitat: & ita loquitur Aristot. in hoc libro. ¶ Et est hic considerandum, quod Aristote. excogitauit hoc nomen, secunda substantia aduersus Platonem. Cum enim Plato posuisset species realiter separatas a singularibus, sequebatur ex opinione sua, illas per se realiter subsistere: atque adeo esse primas substantias, quod esse impossibile probauit Aristoteles. 7. Metaphysicorum, text. 45. Si enim sunt vniuersalia, non subsistunt nisi in singularibus. Et ideo simpliciter negauit vniuersalia esse substantias: atque adeo imposuit illis nomen, vt dicerentur secundæ substantiæ, quia non per se subsistūt, sed in singularibus.

Indiuid. singulare pri. substantia.

Substantia dupliciter.

¶ AD quartum argumentum respondetur, quod differentia quam constituit Aristot. inter secundas substantias & vniuersalia accidentium, non est sic intelligēda, vt neget accidentia prædicari nomine, & ratione de suis inferioribus quidditatiue. Enimuero, sicut homo de Petro, & animal de homine: ita album prædicatur de hoc albo, & coloratū de albo, nomine & ratione, vt probat argumentorum: sed intelligit, quod accidens de substātia nō prædicatur nomine & ratione. Vnde ad argumentū conceditur, quod definitio albi prædicatur quidem denominatiue de substantia, sicut enim hęc est denominatiua corpus est album, ita & hæc, corpus est disgregatinum visus: hæc tamen nō sufficit, vt album prædicetur ratione de corpore: sed requiritur, quod definitio albi, sit definitio corporis modo quamuis disgregatiuum visus sit definitio albi pro formali: quia est definitio albedinis, tamen nō est definitio corporis. Et eadē ratione quamuis definitio coloratī, sit definitio inadæquata albi: sicut definitio animalis est definitio hominis, tamen non est definitio corporis. Differentia ergo Aristot. consistit in hoc, quod omnia vniuersalia prædicantur de suis inferioribus nomine & ratione, accidentia vero de substantia non prædicantur nisi denominatiue. Ad replicam respondetur, quod licet definitio albi prædicetur denominatiue de corpore, sicut album non sufficit, vt prædicetur de illo ratione, quia definitio illa non est definitio corporis. ¶ Ad quintum argumentū respondetur, quod substātiæ possant cōsiderari, vel quantum ad essentias, vel quantū ad existētias. Quantum ad essentias procedit argumētum cum sua confirmatione, nam cum ratio superioris includatur in ratione inferioris, & ratio inferioris addat aliquid supra, superius sequitur, quod id quod non est animal, non est homo, non tamen sequitur quod si aliquid non sit homo, continuo non sit animal. Quia etiam quantum ad existētias, cum superius in pluribus conseruetur quam inferius; non sequitur, si nullus homo est, nullum animal est, & è cōuerso sequitur: nec hoc vult negare Arist. in præsentiarum. Sensus ergo eius est, quod cum vniuersalia non subsistant nisi in singularibus: si nullum existit singulare alicuius vniuersalis, nec Vniuersale ipsum existit. Sic eo enim ante creationem mundi non existebat homo in vniuersali, quia nullus erat homo singularis in quo existeret. In quo etiam inté dit condemnare Platoné, qui censebat vniuersalia existere etiā destructis singularibus. ¶ Ad sextum argumentū iam responsum est, quod Aristot. vocat genera magis substantias quam species, quia sunt in ratione essentiæ magis abstracta, sed tamē in ratione subsistentiæ contrario modo species sunt magis substantiæ quam genera. ¶ Ad septimū argumentū respondetur, quod accidentia possent quodammodo appellari substantiæ, in illa significatione, qua substantia accipitur pro essentia, vt probant authoritates Aristot. sed tamē quia hic loquimur de substātia secūdū propriā & absolutā eius significationē, non appellantur substātiæ, nisi ea quæ dicunt quidditatem & essentiam substantiæ, id est, per quæ respondetur ad quæstionem factam per quid de substantia: qualia sunt sola genera & species. Quærenti enim, quid est Petrus non respondebitur, quod est rationalis, aut albus, sed determinate q̄ est homo, & confuse quod est animal. Quare nec differētia est secūda substantia, nec ponitur in recta linea, nec constat ex genere & differentia: sed est conceptus simplex, vt capit. proximo dicebamus.

¶ ARTICVLVS secundus versatur in responsionibus ad vltimū argumentum, & eius confirmationem. Argumentum petit difficultatem illam celebrē an Deus ponatur in prædicamento. Quod inde in quæstionem venit inter Theologos, quod res quæ ponūtur in prædicamento constant ex genere & differentia, ad modum materiæ & formæ: & huiusmodi compositio videtur summæ simplicitati Dei repugnare. Nihilominus sunt duæ opiniones. Vna est Holcot, Gregorij, & Gabrielis primo sententiarum, distinctio. 8. quod Deus ponitur in prædicamento. Probant opinionem suam: Primo, quia hoc nomen, substantia, vniuoce, & quidditatiue prædicatur de illo, & de nobis: & hoc nomen, spiritus, vniuoce, & quidditatiue prædicatur de Deo, & de Angelis: ergo Deus ponitur in prædicamento, tanquā indiuiduum prædicamenti substantiæ. ¶ Secundo, quia pater & filius sunt nomina de prędicamento relationis, & tamen prædicatur de Deo: ergo ly pater, cum dicitur de Deo, est in prædicamento relationis: & eadem ratione ly Deus, erit in prædicamento substantiæ. ¶ Et confirmatur authoritate Boetij, in libro de Trinitate, dicētis: tantum duo prædicamenta esse in Deo, puta; substantiam,

Artic. 2.

An Deus ponatur in prædicamento.

stantiam, & relationem. Alias multiplicat Gregorius authoritates Aristotelis, quæ fines dialecticos transcendunt, nec vllam certe habent efficaciam. ¶ Alia est opinio negatiua magistri sentent. in. 1. distinct. 8. vbi ait, prædicamenta artis dialecticæ, Dei naturæ minime cōuenire. Quem sequuntur Scotus eadem distinct. quæst. 3. & Sancti. Thom. 1. part. quæst. 3. artt. 3. & fere Theologorum nemo audet concedere Deum esse in prædicamento. Scotus, quia tenet hæc nomina, ens, & substantia, vniuoce prædicari de Deo, & creaturis, ea sola ratione probat Deum non poni in prædicamento: quia vt delicet, est res infinita, & id quod ponitur in prædicamēto est res finita: nam species prædicamentalis constat ex genere, quod est in potentia, vt contrahatur per differētiam, tanquā per actū eius: quod autē est in potentia ad nouam perfectionem non potest esse infinite perfectū. Vnde sequeretur esse aliquid in Deo quodammodo imperfectum. At vero præsentē quæstionem per tres subtilitates conclusiones ordine cōgruo dissoluam. Est enim animaduertendum, quod ex decem prædicamentis sola duo, quæ sunt, substantia, & relatio, dicuntur propriè de Deo: cætera vero non nisi metaphoricè, vt quinto de Trinitate in principio author est Augustinus.

1. Concla. ¶ Vnde prima & manifesta conclusio est hæc: Nullum attributum Dei, quod in nobis est accidens, ponitur in aliquo prædicamento. Vel (vt de terminis dicamus) nullus terminus octo prædicamentorum propriè prædicatur de Deo. Conclusio est illic Augustini, capit. vbi ait, Deum esse, bonum sine qualitate, magnum sine quantitate, sine situ presentem, sine habitu omnia continentē, sine loco vbiq; totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilq; patientem. Quod est dicere, ista generalissima, quātum, quale, &c. non prædicari propriè de Deo, sed metaphoricè.

2. Concla. ¶ Secunda conclusio. Deus non est in prædicamēto substantiæ vniuoce cum creatura. Et quia substantia (vt supra dictum est) accipitur aut pro substantia, aut pro essentia: vtroque modo probatur. In primo sensu ex professo eā asserit Augu. 7. de Trinitate. c. 5. vbi ait manifestum esse Deum abusiue substantiam vocari. Et probatur ratione: nam substantia, nō solum dicit id quod per se stat, sed id q̄ accidentibus subsistat, hoc enim sonat nomen substātia, puta sustinere: sed Deus nulli prorsus accidenti, aut formę subsistat: ergo non est substantia vniuoce nobiscum. ¶ Secundo probatur in secunda significatione. Substantia, vt significat essentiam non dicitur vniuoce de Deo, & de nobis: ergo nō est in eodē prædicamēto nobiscū. Nō intendimus hic negare vnicū conceptum formalem substantiæ communem Deo, & nobis: sed sensus antecedentis est, quod ille conceptus non significat vnam rationem obiectiuam communem Deo & nobis, vt capite superiori latius expositum est. Probatur antecedens: sicut illic de conceptu entis probatū est. Essentia dicitur ab esse, sed aliter in nobis essentia se habet ad esse, & aliter in Deo, ergo non est eadem ratio communis Deo, & nobis. Probatur minor. Essentia in nobis dicitur, quia habet esse per se, id est, non in alio, licet habeat ab alio: essentia vero in Deo, dicitur, qua habet esse per se, id est, neque in alio, nec ab alio: quia esse Dei est de quidditate Dei: esse vero nostrum non est de quidditate nostra, sed receptum à Deo. Et quamuis esse non distinguatur realiter a nobis: est nihilominus concedendum, quod non est de quidditate nostra: & sic alia ratione Deus dicitur substantia, & alia ratione creatura eius. Et hanc conclusionem prætendit August. 5. de Trinit. c. 2. vbi ait, quod Deus est substantia: vel (si melius hoc appellatur) essentia: & subiūgit hoc nomē soli Deo propriissime cōuenire: quia tu es id est essentia, vt sit suū esse. Vnde simpliciter Exod. 3. ait Deus, Ego sum, qui sum: & qui est, misit me ad vos. Non quidem negat Augustinus quin creatura simpliciter sit: sed intelligit, q̄ essentia quam significat substātia, analogicè dicitur de Deo, & de nobis, sicut videre, dicitur de homine & de pratore: est enim esse nostrū quædā participatio & similitudo esse diuini. ¶ Tertia conclusio. Deus nullo modo ponitur in prædicamento, siue vniuoce nobiscum, siue æquiuoce (posset enim quis opinari in Deo esse genus, & differentiam substantiæ sicut in Angelis, aut in sole licet alterius rationis.) Probatur cōclusio. Primo, quia ex sententia Aristotelis. 3. metaphysi. text. 9. & 15. quā citat Porphy. cap. de differentia, species constat ex genere, quod se habet vt materia, & differentia quę se habet vt forma (vt expositum est capit. de genere) sed simplicitati Dei repugnat omnis compositio: ergo in Deo nulla est propriè species, aut genus, & per consequens nec ponitur in prædicamento. ¶ At vero Gregori. & sequaces eius, hāc rationem veluti cæteras, quæ à Metaphysica profectę sunt, nihili faciunt, atque enim quod compositio Metaphysica speciei non est ex veris partibus, sed sunt diuersi conceptus eandem essentiam significantes, licet conceptus generis sit magis vniuersalis. Nihilominus explicetur vis rationis huius, quæ certe pluris debet esse Philosopho quam sibi existimant. Genus (vt sæpe diximus) significat rationem, quę est extra essentiam differentiæ, alias non contraheretur per differentiam, cāquam per nouum gradum perfectionis (& hac potissimū ratione diximus ens non esse genus, quia est de ratione cuiuscunque realis differētiæ) at essentia diuina est ita sanctra, vt nihil in Deo sit quomodocunque abstrahibile, in quo realiter non includatur essentia: sine enim abstrahas sapientiam, siue bonitatem, illic realiter, & certe formaliter includitur essentia diuina: sicut ens includitur in omnibus rebus: & in hoc cōsistit ratio infinitatis diuinæ, puta quod sit omnino illimitata: ita quæ nulla sit particularis ratio sapientiæ, aut ratio bonitatis, &c. quæ non includat essentiam. ¶ Et hæc potissimum est ratio Sanct. Tho. quod attributa diuina, imo relationes ipsæ non distinguantur ab essentia, nisi sola ratione: nam si formaliter distinguerentur (vt dicit Scotus) sequeretur, quod daretur aliquid in diuinis, quod formaliter non esset aliud: quod non sibi repugnat simplicitati Dei, sed etiam infinitati: nam hoc formaliter non esse hoc, dicit limitationem, & infinitas Dei in hoc stat, quod sicut eminēter est omnes creaturæ, ita formaliter sit quicquid est in ipso. ¶ Et inde rursus sequitur, quod relationes, vt sunt formaliter essentia, ita sunt formaliter infinitè perfectæ: nam eadem perfectio quæ in patre est generare, in filio est generari. Verbum hoc præter fines dialecticæ fecimus, vt ostenderemus quomodo Dialectica Theologiæ ancillaretur. ¶ Ad propositum redeuntes concludimus, quod propter infinitatem essentiæ diuinæ nulla est illic ratio contrahibilis, neque ratio contrahens: & per consequens, neque ratio generis, neq; ratio speciei. Et eadem ratione, nec Deus est definibilis, nec eius attributa possunt de illo à priori demonstrari. ¶ Secundo probatur conclusio ratione S. Tho. loco citato. Si Deus poneretur in genere, deberet poni in genere entis: sed ens secundū Aristo. non est genus: ergo in nullo ponitur genere. Sequelā maioris rari sunt qui intelligant: est tamē optima, quia Deus nō potest poni in genere substātiæ: primo, quia nō subsitat accidentibus: & secūdo, quia substatia videtur dicere aliquid

3. Concla.

Ratio infinitatis.

Attributa Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid limitatum: quia de se non ambit omnia entia, sed distinguitur contra accidentia: & ideo si in aliquo esset genere, deberet maxime esse in genere entis, tum quia esse, est de essentia Dei, tum etiam quia ens dicit essentiam illimitatam, qualis est essentia diuina. Vna enim ratio, qua supra diximus ens nó esse genus creaturarú, fatr, quia esse non est de essentia creaturæ. Quod si quis hic percontetur, virum Angelus ponatur in prædicamento: nam ex dictis videtur sequi pars negatiua, cum enim Angeli non constent ex materia & forma, & genus sumatur à materia, & differẽtia à forma, vt supra dictum est: videtur quod illic, nec sit ratio generis, nec ratio differentiæ. ¶ Respondetur, quod Angelus ponitur in prædicamento: nam substantia est genus ad nos, & illos, non obstante Commentatore, qui in cap. de specie oppositum opinatur. Nec genus (vt supra dictum est) dicitur sumi à materia, propterea quod tantum materiam physicam significet, sed quia id quod significat genus, se habet vt materia ad id quod significat differentiã. Est ita est in Angelis, cuius genus est spiritus, quod quodãmodo contrahitur ad esse huius, aut illius speciei per suas differentias. Doctrina est Sanct. Thom. de ente, & essentia, cap. 3. & alibi sæpe. Tametsi in qualibet specie Angelorum non sit nisi vnum individuum, sicut in specie solis. ¶ Ex quo sequitur tandem ad notitiam omnũ prædicamentorũ, quod res omnis, quæ ponitur in prædicamento, quamuis non sit necessarium quod componatur physice ex materia & forma: debet tamé componi ex genere & differentia, & per cõsequens erit res, cuius esse non erit de eius quidditate. Quales sunt omnes, & solæ creaturæ. Igitur ad argumentum primum Gregorij, & aliorum respondetur, quod quamquam nomẽ substantia, & nomen spiritus, prædicentur de Deo, & de nobis, non tamen prædicantur vnuoce, vt dictũ est, neque ly pater prædicatur de Deo, & creatura vnuoce: nam pater in creaturis est nomen accidentale, cum tamen esse patrem in diuinis non sit accidens, quia vt Augustin. loco citato docet in Deo nihil est per modum accidentis, sed relationes diuinæ sunt subsistẽtes, vt docet S. Tho. 1. part. quæst. 29. artic. 4. ¶ Et ad confirmationem respõdetur, sententiam Boetij solum esse, quod nomina aliorum prædicamentorum improprie dicãtur de Deo, substantia tamen & relatio dicuntur proprie, non tamé vnuoce cum creatura. Nec vult dicere, quod illic sit propria ratio prædicamẽtalis. ¶ Ad octauum vero argumentum quod nos formauimus, concedimus quod Deus, sicut non est in prædicamento, ita nec proprie est prima, nec secunda substantia secundum definitionem Aristotel. quia nec substat accidentibus, nec est illis ratio vniuersalis, puta generis, aut speciei, aut ratio prædicabilis de pluribus per differentiam, sed vna simplicissima, & infinita est tres personæ.

Angelus ponitur in prædicamẽto.

Quæ res ponitur in prædica.

¶ CONFIRMATIONEM subiecimus octauo argumento, eo quod quantum colligi potest ex opinione Nominalium Christus non ponitur directe in prædicamento substantiæ: quia hic non ponuntur, nisi termini absoluti, & tamen homo, vt supponit pro Christo secundũ eos est terminus connotatiuus. Ratio in eorum gratiam potest hæc formari. Homo absolute idem est, quod compositum ex materia & forma, Christus nó est compositus ex materia & forma (quia Christus supponit pro supposito diuino) ergo Christus non est homo illo modo. ¶ Distinguunt ergo, quod homo accipitur tripliciter. Vno modo absolute pro cõposito ex materia & anima rationali, & isto modo dicunt humanitatem Christi esse hominem, & quamlibet partem hominis esse hominem. Alio modo connotatiue, & hoc duplicitcr: primo, vt supponit pro composito ex corpore & anima rationali, connotando quod per se existat, & hoc modo quilibet nostrum est homo, & humanitas Christi non est homo. Vnde ad illam consequentiam, Deus assumpsit humanitatem, humanitas est homo: ergo Deus assumpsit hominem: respondetur, quod si homo accipiatur primo modo, consequentia est bona, & consequens est verum, si autem accipitur secũdo modo, consequentia non valet, quia variatur appellatio. Tertio modo accipitur homo, vt supponit pro aliquo cõnotando, quod sustineat humanitatem, & isto modo supponit pro Christo. ¶ Et confirm. quod vt supponit pro Christo, sit connotatiuus, quia nunc supponit pro Christo, & potest desinere supponere pro illo ipso manente (si dimittat humanitatem) ergo est terminus connotatiuus, sicut albũ. ¶ His tamen non obstantibus ad hoc dubium, dicimus tria: primum, quod homo, vt dicitur de nobis nullo modo est terminus connotatiuus, nã homo vt supponit pro nobis, est terminus de prædicamento substantiæ. Secundum dictum est, quod homo eodem modo accipitur, vt supponit pro Christo, & vt supponit pro nobis. Hoc probatur, quia homo vniuoce dicitur de Deo, & de nobis, vt dicit Sanct. Thomas tertio sententia. distinctione 7. quæstio. 1. articul. 1. ad tertium. Nam cum articulus fidei simpliciter sit, quod Christus est homo, non est tutum dicere, quod non est vniuoce nobiscum homo. Et hoc significat Apostolus ad Philippen. secundo, dicens: quod est habitu inuentus, vt homo. Tertio igitur respõdetur ad argumentum, quod nomen homo non accipitur, nisi vno solo modo, scilicet, vt absolute significat suppositum humanæ naturæ, id est, suppositum subsistens in humana natura, quare nec humanitas Christi, nec aliqua pars hominis est aliquo modo homo. Admirabile enim esset dicere, ꝙ caput meum esset animal rationale. Vnde quando Aristot. in hoc capite partes substantiæ non ponit in recta linea prædicamentali, nihil aliud vult dicere, nisi quod pars hominis nó est substantia, sed pars substantiæ: & par consequens, quod nec est animal, neque homo. Et ideo ad confirmationem principalem negatur, quod Christus modo ponatur in prædicamento substantiæ. Imo ponitur tanquam prima substantia, sicut ego. Et negatur quod non sit quidditatiue inferior ad ly homo. Quinimo hęc est quidditatiua, Christus est homo sicut hęc, Dñeus est homo. Nec requiritur ad hoc quod sit quidditatiua, quod humanitas sit de essentia suppositi: sed satis est, quod prædicatũ dicit naturam substantialem, in qua subsistit suppositum: & ita est, ꝙ Christus subsistit in humanitate. ¶ Et eodẽ modo ad argumentum primum modo formatum negatur primo, quod homo idem sit quod compositũ ex materia & forma: sed est suppositum humanæ naturę, qualis est Christus: quare non sequitur, quod Christus sit compositũ in materia & forma: sed quod habet humanitatẽ compositã ex materia & forma. Nihilominus possumus quodãmodo concedere, quod Christus secundũ humanitatẽ est cõpositus ex materia & forma, sicut concedit S. Tho. 3. part. quæstio. 16. articu. 10. quod Christus secundum quod homo est creatura, id est, subsistit in natura creata, licet simpliciter non est concedendum, quod Christus est creatura, vt dixerat art. 8. ne suboriatur suspicio quod sit creatura secundum diuinitatem, vt putabant Arriani. Hoc pariter modo licet non concedatur simpliciter, quod Christus est compositus, potest tamen cum addito concedi, postquam habet humanitatem compositam. ¶ Ad vltimam confirmationem respon-

Homo tripliciter.

Christus in prædica.

respondetur, quod non est signum efficax terminus connotatiui, quamuis possit desinere supponere manente re pro qua supponit: nam hoc est peculiare in Christo, quod possit modo subsistere in natura substantiali, & modo non subsistere: & ideo, homo, quod absolute significat suppositum naturæ humanæ, potest modo supponere, & modo non supponere pro eo. ¶ Ad aliam consequentiam Deus assumpsit humanitatem, humanitas est homo, &c. nos negamus minorem. Et hæc est ratio, quare Anselmus in libro de natura verbi ait, vix posse concedi sine errore, quod homo sit humanitas: nam illa concessa sequitur, aut quod Christus assumpsit hominem, aut quod homo est nomen connotatiuũ: quorum vtrũque est falsum.

Quæstio secunda.

Vtrùm sex proprietates substantiæ sint rectè à Philosopho assignatæ?

PARTE negatiua arguitur. Elementa sunt substantiæ, & tamen sunt in mixto: vt videtur esse opinio Aristotelis, secundo de generatione, tex. 49. Item forma substantialis est substantia, & tamen est in subiecto, puta [illegible]. ergo non est proprium substantiæ, non esse in subiecto. Secundo contra secundam proprietatem arguitur. Omnibus prædicamẽtis commune est eorum genera & species de suis inferioribus vniuoce prædicari: ergo illa non est proprietas substantiæ. Antecedens pater ex his, quæ dicta sunt in priori quæstione. Nam quemadmodum, animal nomine & ratione prædicatur de suis inferioribus, ita color prædicatur de albedine & nigredine: & quantitas continua, de linea & superficie, & numerus, de binario & ternario. Tertio contra tertiam proprietatem arguitur. In alijs prædicamentis sunt & individua, & vniuersalia: vt puta, hęc quantitas, hæc albedo, & albedo: ergo in quocunque prædicamento, est dabile vnum primum subiectum, quod significat hoc aliquid, & prædicata quæ significant quale quid: & per consequens hoc nó est proprium substantiæ. Probatur consequẽtia, quia significare hoc aliquid, est significare quidditatẽ singularẽ & demonstrabilẽ ad sensum: & significare quale quid, est significare formam quæ est de quidditate subiecti, sicut enim, quærẽti quid est homo; respõdetur esse animal, ita quærẽti quid est albedo, respõdetur esse colorẽ. ¶ Et confirmatur, quia saltẽ differẽtia essentialis non potest negari, quin significet quale quid, postquam significat essentiã speciei. ¶ Quarto arguitur aduersus quartam proprietatem. Elementa sunt substantiæ, quę tamẽ sibi inuicẽ sunt contraria: vt ignis, aquæ, & aer, terræ: quod ex presse asserit Aristot. secundo de generatione, text. 14. ¶ Et confirma. prima forma substantialis est substantia, postquam non est accidens, & tamen formę substantiali cõtrariatur priuatio, vt author est Aristoteles. 1. Physicorum, text. 80. nam homo fit ex non homine, tanquam ex contrario. Et confirm. 2. Differentiæ essentiales diuisiuæ generis, positiua & privatiua: vt rationale & irrationale, sunt substantiæ, quæ tamen inuicem sunt contrariæ, vt colligitur ex Aristot. 10. Metaphy. tex. 13. ergo nó conuenit omni substãtiæ non habere contrariũ. ¶ Quinto, adueršus quintã proprietatem arguitur. Anima intellectiua est substantia: non solum quia est pars substantiæ, sed quia potest per se subsistere, & tamẽ suscipit magis & minus secundum perfectionẽ essentialem: vt videtur sentire Sanct. Tho. 1. parte, quæstione. 85. articul. 7. Item elementa secundum Commentatorem tertio de cælo. commento. 67. suscipiunt magis & minus: sit enim manere in mixto secundum esse remissum. Item genera videntur suscipere magis & minus, vt superius capit. de æquinocis allegatum est, ex authore sex principiorum dicente, quod aut malia sunt magis animata, quam plantæ. Et S. Thom. 1. parte, quæstione. 93. articul. 3. ad tertium, videtur hãc proprietatem glossare de solis speciebus specialissimis: ergo substantia suscipit magis & minus. ¶ Sexto, aduersus vltimam proprietatem arguitur: neque omni, neq; soli substantiæ conuenit suscipere contrarietatem: ergo id nó est maxime proprium substantiæ. Probatur prima pars antecedentis. Deus, intelligentiæ, & cæli, sunt substantiæ, & tamen non suscipiunt contrarietatem, alias essent alterabilia, quod est falsum, cum intelligentiæ non habeãt materiam, & cæli non habeant materiam, quæ sit in potentia ad alias formas: ergo non omnis substantia suscipit contrarietatem. Et præterea, forma substantialis est substantia (si quidem non est accidens) & tamen illa nó suscipit contrarietatem, quia forma non est quę denominatur ab accidẽtibus, sed suppositis. Secunda pars accidentis probatur: Superficies recipit contrarietatem, puta albedinẽ & nigredinem: & linea recipit rectũ & curuum: hæc autem sunt in genere quantitatis: & eadẽ actio numero est studiosa, & prauæ successiue (si nunc nõ sit prohibita & postea sit prohibita) & tamen actio est de prædicamento actionis: ergo non sola substantia suscipit contrarietatem. Et confirm. Oratio recipit contrarietatem per sui mutationem minimã veritatis (vt author est Aristo. 6. Meta. tex. 8. & S. Tho. 1. parte, quæst. 16. artic. 2.) non est in rebus, sed in intellectu: & per consequens in se recipit veritatem & falsitatem: ergo male dicit Aristoteles, quod oratio non suscipit contrarietatem per sui mutationem. ¶ In contrarium est authoritas Aristotelis, asserentis has sex proprietates substantiæ.

¶ Ad quæstionem respondetur affirmatiue. Vnde ad primum argumentum negatur elementa esse in mixto, tanquam in subiecto, quia non sunt formaliter in mixto, sed virtualiter secundum suas qualitates. Et quamuis essent formaliter in illo, non tamen essent tanquam in ente completo: quemadmodũ accidentia sunt in subiecto, à quo sustentãtur: sed essent tanquam partes, ex quibus componeretur mixtũ. Forma vero substantialis primo non est substantia completa: & præterea nec est in subiecto tanquam in ente cõpleto, à quo recipit esse, sicut accidentia sunt in subiecto, sed est in subiecto: puta in materia prima, quæ est ens in potentia, cui forma dat esse. Ad secundum respondetur vt in superiori quæstione diximus, quod hæc conditio, quæ est prædicari de inferioribus vniuoce nomine, & ratione: non conuenit soli substantiæ, sed omnibus prædicamentis respectu suorum quidditatiue inferiorum. Nihilominus, quia hic agitur de omnibus prædicamẽtis respectu primæ substantiæ, hoc est propriũ prædicaris de prædicamento substantiæ, prędicari nomine, & ratione, de substantia, siue sit species, siue genus, siue differentia: nam alia prædicamenta nó prædicantur de substantia nomine, & ratiõe (vt supra dictum est) sed denominatiue. ¶ Ad tertium argumentum conceditur in alijs prædicamentis esse etia individua & vniuersalia, quæ de illis quidditas

Universidad de Deusto
Biblioteca

alitatiue prædicantur, & quodammodo quidditates (vt Aristot. 7. Metaphysi. text. 2. & 15. docet) & ideo quodammodo possunt vocari substantiæ, nam vt habetur 5. Metaphysicorum, text. 15. substantia vno modo significat quod quiderat esse omnium prædicamentorũ. Attamen quia accidentia, sic vt simpliciter nõ sunt entia, ita simpliciter non habent quidditates, sed secundũ quid, & ideo non appellantur secundæ substantiæ, sed hoc nomen proprie & simpliciter conuenit vniuersalibus prædicamenti substantiæ, quæ sunt in linea recta.

Album quale significat.

Vltimæ differentiæ non sunt secundæ substantiæ, quia nõ prædicantur in quid: nam substãtia solũm est illud, per quod respõdemus ad quæstionem factã per quid. ¶ Hic tamen est obiter adnotandum, quemadmodum verba hæc Aristotelis, album nihil aliud, quam quale significat, non esse adeo efficacia ad probandum album solũm significare albedinem: tamen ad hoc propositum passim citentur, etiam à Philosophis superioris notæ. Primo, quia Græcè non habetur solum, qualitatem significat, sed solũ quale significat, vt trãstert Argyropylus: est enim potion non poiotera. Et præterea, quia hic non est quæstio apud Aristotelem de significatione nominis denominantis, videlicet, an significet subiectum materiale, vel formam accidentale mised solum vult explicare, quod secunda substantia non significat quale simpliciter sicut album: quia album (inquit) non nisi quale significat, substantia vero significat quale quid, id est, quale substantiale. Nihilominus credo, quod terminis connotatiuti significant formam accidẽtalem, consignificando subiectum: vt. 5. Metaphy. text. 14. asserit Comment. aduersus Auicennam. Qua de causa S. Tho. sæpe dicit, quod nomen denominationum aliud significat, puta formam: & pro alio supponit, puta pro subiecto illius formæ quod denominat. Auicenna vero putabat, quod potius significat subiectum illud, pro quo supponit. Quem nominales sequuntur. ¶ Ad quartũ argumentum respondetur, quod contraria tas multis modis accipitur, vt in post prædicamentis videbimus: omnia enim sibi opposita & quomodocunq; repugnantia dicuntur generali nomine contraria, sed vt loco modo citato ait Aristot. contraria proprie sunt illa, quæ sunt sub eodem genere, & mutuo se circa idẽ subiectum expellunt, vt calidum, frigidum: album, nigrum, &c. Et in hac significatione, substantiæ nihil est cõtrarium. Et ratio est quam in expositione literæ insinuauimus: quia substantiæ nõ recipiũtur in subiecto. Et præterea, quia substantiæ non se mutuo corrumpunt, nisi mediantibus qualitatibus. Quapropter cõtrarietas per se primo cõrarie qualitatibus: & ratione illarũ conuenit substãtijs. Vade elementa nõ sunt sibi contraria, nisi ratione qualitatum quas habent contrarias. ¶ Ad primam cõfirmationem respondetur, quod forma dicitur contraria priuationi non proprie: quia priuatio, vt non homo, nõ est aliquid positiue: sed improprie, quia priuatio & forma fiunt successiue circa eandẽ materiã: ignis enim non fit ex igne, sed ex nõ igne. ¶ Quod si arguas, q formæ substantiales etiã se expellũt circa eandẽ materiam: vt forma ignis, & forma aquæ, ergo sunt proprie contrariæ, negatur consequentia, quia non se expellunt per se, sed ratione qualitatum, ea enim q ignis per se secum depellit frigiditatem aquæ, subsequenter corrompit formã. ¶ Ad secundam confirmationẽ respondetur, quod differentiæ oppositæ diuisiuæ generis nõ sunt proprie contrariæ: postquam non se expellunt circa idem subiectum, quippe cum fieri nequeat, vt idem animal modo sit rationale, & postmodum irrationale, sed dicuntur contrariæ, quia vna est quodãmodo alterius priuatio. Cum enim species, eiusdem generis sint perfectione inæquales, perfectissima quæ est aliarum mensura, censetur, vt habitus, & reliquæ imperfectiores habeant se, vt priuationes eius: & ideo prima explicatur nomine positiuo, rationalis, & reliquæ omnes nomine priuatiuo irrationalis. ¶ Ad primam partem quinti argumenti de anima rationali respondetur non esse mentem S. Thom. nec potest esse alicuius philosophi, quod anima secundum suam essentiam reciptat magis & minus, nec sit vna essentialiter perfectior alia: quando quidem omnes sunt eiusdem speciei. Sed tamen quod Sanctus Thomas locis citatis, & Philosophi concedunt, est, quod vna anima potest esse perfectior in vno, quã in alio individualiter ex parte corporis, quia cum anima sit actus corporis, debent ambo habere proportionem, vt in corpore melioris complexionis sit anima quodammodo, melior iuxta illud secundo de anima, textu. 64. Molles carne, mente sunt aptiores. Hoc tamen dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod vna anima sit in se ipsa perfectior quam alia: veluti vnus homo est maior, aut pulchrior alio. Et hoc modo censet Caietanus loco citato, prima parte, vnam animam esse perfectiorem alia; vbi ait, cæcos esse qui hoc non vident. ¶ At ingenue fateor, me esse in numero horum cæcorum, qui nunquam intelligere potui, quomodo animas eiusdem speciei potuerit Deus facere inæqualiter perfectas: nam in perfectione essentiali non potest esse inæqualitas. Sunt enim species in hoc sicut numeri, quod earum perfectio consistit in indiuisibili, vt habetur. 8. Metaphysi. textu. 10. Quod si sit perfectio accidentalis, hoc non potest esse, aut ratione latentionis in subiecto, vt vnum est magis calidum, quam aliud, aut ratione extentionis, vt vnum corpus est maius quam aliud, aut ratione dispositionis partium vnum est pulchrius alio, aut propter aliam similem dispositionem accidẽtalem, vt colligitur ex Aristotel. 7. Physicorum, textu. 29. vbi ait, quod comparatio non sit nisi in specie specialissima, quæ essentialiter est eadẽ in suis individuis, sed accidentaliter variatur: hæc tamen accidentalis variatio in anima intelligi non potest, secũdũ sese plam seclusis habitibus, & actibus intellectus & voluntatis. ¶ Alio ergo modo intelligitur, q vna anima est perfectior alia: quia videlicet, potest meliores actus producere tam spirituales, quã corporeos, propter meliora instrumenta, & sensus, & alia organa corporea, quæ illi contingunt ex meliori dispositione corporis. Et in hoc sensu concedendum est, quod vnus homo est perspicacioris ingenij quam alius, aut quod anima Christi fuit perfectior quacunq; alia creata. Nempe q temperatissimam corporis compositionem fuerit sortita. Nõ loquimur de dotibus eius, tã intellectus quam voluntatis, sed de nuda essentia animæ. ¶ Vnde non sequitur, quod anima recipiat magis & minus. Imo nec secundum Caietanum id sequitur, quia perfectio illa quam anima sortitur in sua creatione non variatur postea, etiam si corporis cõplexio mutetur. Sed de hoc alias. ¶ Ad secundam partem argumenti respondetur, quod opinio illa Commentatoris non tenetur, nec est ad mentem Philosophi. Censet enim elementa manere in mixto, neque omnino secundum esse completũ quod habent separata, neque tantum, secundum eorum qualitates, sed medio modo, puta secundum suum esse substantiale, in effectu remisso. Itaque putat, quod essentiæ elementorum temperantur, & remittuntur in compositione mixti ad modum quo albedo & nigredo remittuntur in mixtione coloris viridis, aut rubei.

Et

Contrarietas.

Vna anima perfectior alia.

Et ita glossat istum locum Aristo. (scilicet, substantiam non suscipere magis & minus) quod intelligatur de substantijs perfectis & mixtis. ¶ Sed re vera hoc est ad libitum peruertere doctrinam Aristot. Nam cum elementa sint simpliciter substantiæ, non possunt esse in subiecto sicut accidentia: & per consequens, nec intendi, nec remitti, sed maneat in mixto tantum modo virtualiter secundum suas qualitates, puta calorem frigiditatem, humiditatem, & siccitatem. ¶ Ad tertiam partem argumenti patet responsio, ex his quæ diximus cap. 4. Natura enim generis nõ suscipit magis & minus: sed quia natura, verbi gratia, animalis non est alia natura speciei, sit quod esse animal in homine sit perfectius, quam in equo, non propter intensionem, sed propter differentiã specificam: quia natura animalis & hominis in Petro solo ratione differunt. ¶ Ad vltimum argumentum respõdetur, quod Arist. loquitur de substantia quæ est in prædicamentis. Deum autem tam diximus non esse in prædicamẽto nihil enim est in illo, aut mutabilitatis, aut potentiæ. Intelligentias vero negamus non posse recipere contrarias: nam in intellectu suapte natura possunt recipere verum & falsum, & in volantate, bonum & malũ: non tamen possunt recipere cõtrarium, quod tendat ad corruptionem, aut generationem. Idem dicimus de cælo, quod non potest hoc modo recipere contrarium, sed nihilominus in cælo distinguimus, dextrum, & sinistrũ, & secundum partes habet motus contrarios: nam pars quæ modo mouetur in Oriente, postea mouetur in Occidentẽ: quamuis secundum se totũ cælum non habeat motus contrarios. ¶ Ad aliud de forma respondetur, q eo modo quo forma est subiectum, recipit contraria: puta tanquam subiectum, quo (vt diximus de quantitate) quare habitus inest intellectui & animæ, sed homini tanquã intelligenti. Animæ vero separatæ quæ habet modum substantiæ possunt inesse successiuè contraria.

Duplex subiectum.

¶ Ad secundã partẽ antecedentis eiusdem argumẽti respondetur, quod suscipere cõtraria stat dupliciter: vno modo tanquam subiectum quo: & hoc conuenit superficiei & lineæ. Alio modo tanquam subiectũ quod & hoc est proprium substantiæ; Volo dicere, quo superficies nõ susciperet albedinem, nisi quia substantia sustẽtat illã; nec linea haberet curua aut recta, nisi quia ferrum vbi est linea recipit curuitatem, & rectitudinem. Recipiuntur tamen huiusmodi accidentia mediante quãtitate. ¶ Ad confirmationem respondetur, q oratio aut iudiciũ per hoc, q mutatur de veritate in falsitatem, solũm amittit & acquirit respectum nouum: est enim veritas adæquatio signi ad signatum: & Arist. loquitur de cõtrarietate propria, quæ est rerũ absolutarũ. Eodem modo respõdetur de actione, quod eadẽ actio numero inesse naturali, potest mutari de bona in malam moraliter: non tamen per mutationem legis, aut temporis: verbi gratia, cœna re carnes feria quinta in medio noctis ante duodecimã est bona actio, & post duodecimã est mala actio propter mutationem temporis prohibiti. Et lectio hæc mea, quo modo est bona, fieret mala si prohiberetur.

De quantitate, Cap. VI.

QVANTVM autem partim est continuum, partim discretum, & partim ex habentibus positionem in partibus, partim è non habentibus constat. Atque discretũ quidem est, vt numerus atque oratio, cõtinuum autem, vt linea, superficies, & corpus: & insuper præter hæc tempus & locus. ¶ Partim enim numeri nullus terminus cõmunis est, quo ipsæ copulantur, ceu quinq; & quinq; si sint denarij partes, nullo communi termino copulantur: sed sunt seiunctæ. Similiter tria & quinq; cõmuni termino nullo copulãtur. Neque omnino fit, vt numeri partium terminus communis vllus sumatur, sed semper partes seiunctæ sunt: quare discretum numerus est. Similiter & oratio discretũ esse videtur, nã quantũ ipsam esse ex eo patet, quia longa breuique syllaba mensuratur. Eam vero orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullo partes ipsius communi termino copulantur: neque enim terminus communis vllus est, ad quem syllabæ coalescant, sed quæque per se sunt seiunctæ. ¶ Linea vero continuum est, sumi namq; communis terminus, quo partes lineæ copulẽtur, punctum potest: itidem vt superficiei linea. Plani namque partes communi quodam termino copulãtur. Similiter & in corpore sumere, assignareq; lineam superficiemve communem terminum potest, quo partes corporis copulantur. ¶ Porro autem, & tempus, & locus generis huius sunt: tempus enim præsens cum exacto, futuroque copulatur. Rursus & locus continuus est: corporis enim partes, quæ quidem aliquo communi termino copulantur, locum occupant: igitur & loci partes, quas quæque pars corporis occupat, eodem sanè termino copulantur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiam continuus erit, quippe cum partes ipsius vno communi termino copulentur.

Text. ij. ¶ Præterea partim vti diximus, ex habentibus positionem partibus, partim è non habentibus constat: nam lineæ quidem partes positionem habent, quæque enim ipsarum alicubi situm habet: atque qua in parte plani quæque sita est, quaque cum parte cocopulatur, sumere assignareque potes. Similiter & plani partes positionẽ quandam nimirũ habent: simili namque modo quæque partiũ vbi iacet, quaque cum parte copulata est, assignabitur. Partes enim solidi, locive positionẽ identidem habent. At in numero nemo demonstrare partes ipsius positionem quam habeant, aut vbi sint sitæ, aut quæ quibuscum copulentur, potest. Nec item in tempore, nulla enim pars temporis permanet: quod autem non permanet, id quonam pacto positionem habebit? Sed ordinem habere potius dices, propterea quod hæc pars sit prior temporis hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

posterior. Et in numero simili modo: ex eo plane, quia prius vnum quam duo, & duo quam tria, & tria quam quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendam habēt, positionem autem ipsarum non vtique sumas. Oratio quoque similiter se se habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet: sed iam quæ dicta est, prehendi amplius non potest. Quare partium ipsius positio sanè non erit: cum nulla prorsus permaneat. Quæ cum ita sint, patet, partim ex habentibus positionem, partibus, partim è non habentibus positionem constare.

Text. iij. ¶ Præterea quantitati nihil est contrarium. In definitis enim quantis nullam omnino contrarietatem esse, patet, ceu bicubito, aut tricubito, aut superficiei, aut alicui tali: nihil est illorum omninò contrarium. Nisi quispiam pauco multum, aut paruo magnum dixerit contrarium esse. ¶ At horum nihil est quātum, sed potius ad aliquid. Nihil enim per se magnum, vel paruum dicitur, sed ad aliud sanè refertur: ceu mons quidem paruus dicitur, milium autem magnum: propterea quod hoc maius, ille minor his quæ generis eiusdem sunt, existat. Ad aliud igitur est ipsorum relatio, nam si paruum quicquam magnumve per se diceretur, nunquam mons quidem paruus, milium verò magnum vtiq; dicatur. Rursus in pago quidem multos homines, Athenis autem paucos dicimus esse, qui tamen longè sunt illis plures: & in domo quidem multos, in theatro verò paucos, qui quidem & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitum quidē, atque tricubitum, & talium vnumquodque quantum significat, magnum autem & paruū quantum non significat, sed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum, paruumque intelligitur. Quare patet, hæc ex his esse, quæ ad aliquid sunt. Præterea, siue quanta hæc quispiam esse ponat, siue non ponat, nihil est ipsis contrarium: quod enim per se ipsum sumi non potest, sed ad aliud semper refertur, ei quonam pacto contrarium quicquā fuerit? Præterea si magnum ac paruum contraria sunt, fiet vt idem contraria simul suscipiat, & eadem sibi ipsis contraria vt sint. Fit, enim interdum, vt magnum atque paruum sit idem. Est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud verò magnum: quare fit, vt idem eodem tempore magnum sit atque paruum. Quod si hæc contraria sint, idem profectò contraria simul suscipiet: at nihil videtur simul suscipere contraria posse: substantia nanque susceptrix quidem contrariorum esse videtur, non tamen valet simul atque ægrotat quisquam, neq; simul album est quicquam atque nigrum, neque cæterorum quicquam, quod quidem contraria suscipiat simul. Fit etiam, vt ipsa sibi ipsis contraria sint. Nam si magnum contrarium paruo est, cum idem corpus & magnum sit & paruum eodem tempore, maxime sequens videtur quoque ipsum sibi contrarium fateamur. Sed vt quicquam sit ipsum sibi contrarium, fieri nequit. Ergo nec magnum paruo contrarium esse potest, neque pauco multum. Quare & si quispiam hæc non ad aliquid, sed quanta esse dicet, contrarium tamen nullum prorsus habebunt. Maximè autem quantitatis contrarietas versari circa locum videtur. Supernum enim infero contrarium ponunt, locum qui est in medio inferum esse dicētes: propterea quod medij ad fines ipsius mundi distantia, maxima est. Cæterorum quoque definitionem contrariorum, ab his afferre ac assignare videntur. Quæ namque plurimum inter se sub eodem genere distant, ea contraria esse dicunt.

Text. v. ¶ Porrò autem, quanto magis ac minus esse non competit, vt bicubito: non est enim aliud alio bicubitum magis: neque in numero, vt tria magis quā quinque, tria vel quinque contraue dicantur. Neque tempus aliud alio magis tempus dicitur: neque in eorum vllo omninò quæ dicta sunt, magis minusve dicitur. Quanto itaque non magis ac minus esse competit.

Text. vj. ¶ Proprium autem quantitatis est maximè, æqualitas & inæqualitas, vt hoc æquale vel inæquale vnumquodque eorum quæ rationem quantitatis subeunt dicatur, vt corpus æquale, ac inæquale, & numerus & tempus æquale, inæqualeve similiter dicitur, & de cæteris quæ iam dicta sunt, simili modo.

modo. Reliqua vero quę non sunt quanta nō omnino æqualia ac inæqualia videbuntur: veluti dispositio æqualis inequalisve non omnino dicitur sed æmilis potius atque dissimilis: & album istidem æquale inæqualeve, non omnino sed simile dici atque dissimile solet. Quare quantitati maxime proprium erit, æquale ac inæquale vt dicatur.

Ordo prędicamentorum.

PROXIMVM substātiæ prædicamentum est quātitas: quod sicut forte, dubitatio subierit, quod prædicamentum qualitatis quantitati fuisset præferendum: eo quod qualitas (vt cap. 4. diccbamus) sequitur formam, quantitas vero consequitur materiam: & forma dignitate excellit materiam: item quia qualitas cōuenit perfectissimis substātijs, puta, intelligentijs, quibus repugnat quantitas. Respondetur, quod Aristoteles non tam considerauit ordinem dignitatis, quam ordinem substandi: exorditur enim considerationem prędicamētorum à prima substantia, quę est omnium subiectum: & post substantiam subiectum omnium aliorū accidentium est quantitas, nam omnia corporalia accidentia insunt substantiæ mediante quantitate, & ideo qua ratione primam substantiam prætulit secundæ præ dicamentum quantitatis antepositit cæteris omnibus. ¶ Secunda ratio est: quia inter omnia accidentia quantitas est quæ prius conuenit substantię corporeæ, ratio enim corporis consistit in hoc quod est habere trinam dimensionem: ratione cuius corpus est subiectum cæterorum accidentium: & quia cognitio nostra incipit à substantia corporea, ordine congruo quantitas præponitur reliquis prædicamentis. ¶ Et præterea, quia

Quantitas substātiæ ō millima.

quantitas est substantiæ omnium accidentium simillima: recipit enim per se diuisionem sicut substantia: & ratione quantitatis numeramus supposita, & in sacramento altaris quantitas vice sustantiæ substinet accidentia reliqua: & quantitati conueniunt passiones substantiæ, nempe non habere contraria, non suscipere magis & minus. In summa, qua ratione Aristoteles. 1. Physic. prius disputauit de materia quam de forma, prius hic agit de quantitate quam de reliquis accidentibus. ¶ Atqui capitulum hoc sextum: vti præcedens

Partitio.

in duo membra secatur. In primo denumerat Aristotel. exponitque species quantitatis, & in secundo subdirectas proprietates. Primum membrum tres habet textus iuxta tres diuisiones quantitatis & secundum tres item iuxta tres proprietates eius, vnde totum caput per sex distribuitur textus. ¶ Tres sunt diuisiones quantitatis. Prima est (quam Aristoteles non explicat, sed supponit) in per se & per accidens. Secunda est quantitatis per se in continuam & discretam: & tertia quantitatis etiam per se, in positionem habentem, & nō habentem positionem in continuo. In primo textu tractat secundam diuisionem: & in secundo tertiam: quæ sunt omnes per se quātitates: & in tertio subdit ea quæ sunt quanta per accidens.

¶ PROPONIT ergo, quanti aliud cōtinuum aliud discretum: & aliud quidem ex partibus constat positionem ad se mutuam habentibus, & aliud ex non habentibus positionem. Profert ambas diuisiones simuliquis nec colnciduut, cum ex continuis aliquod habeat positionem & aliud non habeat: nec rursus secunda est subdiuisio alicuius membri prioris diuisionisquia secundum membrum, scilicet, non habere positionem, includit omnem quantitatem discretam & aliquam continuam, vt quam primum videbimus. Prępositvero diuisionem in continuum & discretum, quia illa est generis in species, alia vero est subiecti in accidentia, vel quia habere positionem supponit partes esse continuas & addit aliud, vt statim dicturi sumus. ¶ Et rexius iste habet particulas quatuor. In prima proponit diuisiones & connumerat species vtriusq; membri prioris diuisionis. At enim quantitatis discretæ duæ esse species, quę sunt, numerus & oratio, sed quātitatem continuam habere quinque species, quæ sunt linea, superficies, corpus, & præterea tempus & locus. Ad cuius intelligentiam notandum est, quòd esse quātitatis, est esse mensura substantiæ, sed potest quantitas esse mensura substantię, aut intrinseca, idest, formaliter inhærens substantiæ, aut extrinseca, idest, adiacens substantiæ. Atqui ea quæ metimur, aut sunt continua, aut discreta, & rursus aut sunt permanentia aut successiua. Discretorum ergo permanentium mensura est numerus, successiuorum vero est oratio. Continuorum autem permanentium sunt tres species intrinsecę puta linea, superficies, & corpus & vna extrinseca videlicet locus, at continuorum successiuorum mensura exarinseca est tempus. ¶ Vade septem species quantitatis colligentur, quinque intrinsecæ, vt numerus, oratio linea, superficies, & corpus: & duæ extrinsecę, puta, tempus & locus. Rursus, duæ discretorum, scilicet numerus & ratio, & reliquæ quinque continuorum. Atque adeo quinque permanentium, puta, numerus, linea, superficies, corpus & locus: & duæ successiuorum, puta tempus pro continuis, & oratio pro discretis. Hinc fit punctum & vnitatem non esse quantitates sed principia quantitatis. In secunda particula textus descendit Aristoteles ad singulorum enarrationem. Et quamuis in propositione diuisionis continuum prętulerat discreto, hic tamen vice versa prius narrat discretum quam cōtinuum. Nec casuid putes, sed consulto factū. Nam quantum ad rationē essendi continuum est prius discreto: quia (vt author est Aristo. 3. Physic. text. 68.) ex diuisione continui fit numerus: & ideo nos prius cognoscimus continuum quam discretū: vt puta vnam rē quam plures: & hac ratione proposuit prius cōtinuum quam discretum. Attamen si considerentur huiusmodi quātitates in ratione mensurę (quemadmodum hic considerantur) numerus præcedit quantitatem continuam: nam (vt docet Aristo. 10. Metaphy. tex. 2.) vnitas, quæ est principium numeri, primo & maxime conuenit esse mensuram, quia mensura est id quod est notissibile (qualis est vnitas) quam obrem continua ipsa vnitatibus multiplicatis metimur: vt panuum vlnis.

Septē species quantitatis.

Vnitas est prima mensura.

¶ Exponit ergo in hac secunda particula Aristoteles quomodo numerus & oratio sint quantitates discretæ. ¶ Et numerum quidem non probat esse quantitatem, sed tanquam manifestum præsupponit, exponit autem eum esse quantitatem discretam. Est enim discreta quātitas illa cuius partes non copulantur vno termino communi. Ad cuius euidentiam notandum est, quod partes copulant ad vnum terminum communem, est quod idem numero sit terminus vtriusque partis. Exempli gratia. In linea quodcunque medium punctum designaueris, illud idem est terminus vtriusque partium ab illo concurrentium, & hac ratione linea est continua, quod si lineam incidas tunc aliud punctum terminat vnam medietatem & aliud reliquam & hac ratione partes incisę sunt quantitas discreta. Nec refert punctum esse rem distinctam à substantia necne: quia verba Aristotel. intelligi non possunt: nam punctis &

Copulant termino cō mun.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio.

Tres dimẽ siones.

Tempus.

Locus.

Positio.

Quãto ni hilsitcõtra rium.

Magnũ & paruum.

Locus.

Locus du plicit.

lineis, & superficiebus indiuisibilibus, aut assertis aut per intellectum fictis. Adhoc enim propositum dicit. 1. Physic. quòd. abstrahentium non est mendacium, scilicet, considerantium lineam, vt distinctam a superficie, & superficiem vt distinctam a corpore. Numerus igitur est quãtitas discreta: quia quinq; & quinque quę sunt partes denarij nullo termino copulantur qui sit vtrique partium communis: nam partes illę seiunctę sunt. ¶ At vero de oratione, quia vtrunque est obscurum, vtrunque manifestat Aristot cl. 2. quòd oratio sit quantitas, & quòd sit quantitas discreta: loquitur enim de oratione vocali, quę est ens successiuum. Et quod sit quantitas probat hac ratione. Longum & breue est passio quantitatis, sed syllaba est longa & brevis (si enim dicas, temporis prima syllaba tãtum consumit tempus, quantum ambæ sequentes) ergo oratio quę constat ex syllabis est quantitas. Quod vero sit quantitas discreta probat: quia partes dictionis non copulantur vno termino communi, sicut nec partes numeri: si enim dixeris, dominus, tres distinctas syllabas profutisti. Quod si quis arguat. Aristot. potius probare syllabam esse quantam, quam esse quantitatem, respondetur satis esse probatile, quòd vel syllaba est quantitas distinguatur vel habet quantitatem: non enim, hic disputat an quãtitas distinguatur a re quanta. ¶ In tertia particula ostendit Aristotel. tres species quantitatis continuæ, quæ sunt, linea, superficies, & corpus. Ad cuius expositionem adnotandum est solas esse tres dimensiones in corpore quas mathematicorũ more sic est intelligere. Si punctum indiuisibile (qualem cuspidem acus dicimus) super planam superficiem cogitatione deduxeris, vestigium restat diuisibile secundum longitudinem & secundum latitudinem indiuisibile, quod appellatur linea. Quod si lineam versus latus rursus traxeris, superficies restat longa & lata, sed nõ profunda. Atti superficiem sursum leuaueris, restat corpus, longum, latum & profundum. Non quòd corpus ex his indiuisibilibus constet contra doctrinam Aristotel. 6. Physic. sed quod isto modo imaginari possumus huiusmodi quantitates. Ait ergo Aristo. quod linea est quantitas continua eo quòd partes eius vno communi termino copulantur qui est punctum: & eadem ratione superficies cuius partes copulãtur linea, atque adeo corpus cuius partes copulantur superficie. Vbi id considerandum est, quomodo punctum non est quantitas. ¶ In quarta & postrema particula huius textus concludit Aristotel. quòd etiam tempus & locus sunt quædam quantitates continuæ: sunt enim extrinseca mensura substantiæ, locus quidé est mensura magnitudinis corporis; nam tanta est magnitudo quantus est locus quo continetur: & tempus est mẽsura durationis rei. Et probat tempus esse quantitatem continuam: quia partes temporis, vt præsens præteritum, & futurum, copulantur vnico termino communi sicut linea. ¶ Ad cuius notitiam notandum est, quòd quemadmodum partes lineæ continuantur per indiuisibilia puncta, ita partes temporis per indiuisibilia instantia: & partes motus (qui tempore mensurantur) copulantur per indiuisibilia quæ dicuntur, mutata esse. An vero sint accidentia distincta a substantia, quæit. 2. vtcunque dicturi sumus. Quod si quis arguat nullam esse tempus præsens, quia nihil temporis potest esse præsens nisi solum instans, respondetur quod cum Aristotel. modo rem non tractet Metaphysic. Sed dialectice, loquitur de tempore secundum publicam vocem grammaticorum: apud quos distinguitur tempus, in præsens, præteritum, & futurum. Tempus ergo est quantitas: quia stans præsens vnicum est terminus præteriti temporis & futuri: est enim vltimum instans præteriti, & primum futuri, vtrunque tempus coniungens. ¶ Secundo probat, locum esse etiam quantitatem continuam. Et quòd sit quantitas præsupponit vt notum: nam cum sola corpora quanta sint in loco, sit vt locus sit quantus quemadmodum & locatum: sed quod sit continua quãtitas probat, quia partes loci, quemadmodum & partes locati, cõtinuantur termino cõmuni, v.g. si cõcaua superficie vasis aqua pleni cõferas cũ superficie conuexa aquæ, cuicunq; pũcto superficiei aquæ intelliges respõdere in eodem situ aliud punctum superficiei vasis. Et hoc est quod dicit Aristotel. partes loci eodem termino copulari, quo partes locati. Non enim intelligit eodem numero (vt multi falsò putant) nam cum sint superficies distinctæ, & tantummodo cõtiguæ, non possunt partes vtriusque eodem numero termino copulari: sed eodem intelligit, idest, in eodem situ. Textus. 2. ¶ In secundo textu qui incipit, Prætereа partim. &c. explicat Aristot. membra secundæ diuisionis. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod positio, dupliciter accipitur, vno modo vt dicit ordinem & habitudinem partiũ in toto in ordine ad locum, vt stare, sedere, iacere, & hoc est vnum ex sex vltimis prædicamentis. Alio modo accipitur, vt dicit ordinem partium in toto inter se, quod est esse sursum, aut deorsum, ante vel retro, dextrorsum vel sinistrorsum. Has enim sex differentias positionis distinguit Aristotel. in de animalibus. &. 2. de cælo. text. 12. Vnde partes quantitatis habere positionem est vt possimus inter eas designare, quæ sit superior aut anterior, aut dexterior. ¶ Ad quod duę sunt requisitæ cõditiones, requiritur enim & quod partes sint continuę, & præterea quod sint permanentes: nec opus est addere tertiam, puta ordinem (quam quidam addunt) quia ordo statim consequitur ex his duabus conditionibus, nec deficit ordo, nisi ex defectu alterius istarum duarum. Et dicere, quod requiritur ordo, est dicere, quod requiritur positio partium quod est idem per idem exponere. Exempli gratia. Partes lineæ, & partes superficiei, & partes corporis, habent inuicem positionem, quia sunt & continuæ, & permanentes: possumus enim inter partes lineæ assignare ante & retro, si sit ante pedes iacens in rectum deducta: & inter partes, superficiei assignabimus præter hęc, dextrorsum, & sinistrorsum, ac demum inter partes corporis omnes, discernemus differentias positionis. At vero numeri partes non habent positionem ex defectu prioris conditionis, quia vel partes numeri termino communi non copulantur, vndestatim sequitur, non habere ordinem secundum sursum aut deorsum, aut ante & retro: nam numerus denarius non dicit, nisi decem res distinctas, nec de se dicit quòd hęc sit ante illam nec supra illam. ¶ Neque partes temporis habent positionem ex defectu secundę conditionis quia vel nõ sunt permanẽtes. Vnde pariter sequitur nõ habere ordinem vt pomsius in tẽpore signare quę sit pars superior aut inferior. &c. Subiungit vero. Aristo. quod tam partes temporis quam numeri habent ordinem non quidẽ positionis, sed prioris & posterioris vt præteritũ est prius præsenti, & præsens futuro, atque binarius est prior ternario, ternarius quaternario. Tametsi partes prioris tẽporis permetaphoram solemus etiam appellare superiores, quãdo dicimus superioribus tẽporibus hoc aut illud cõtigisse. ¶ Hinc sequitur quod partes orationis non habent positionem ex defectu vtriusque cõditionis, quia nec sunt continuæ nec permanentes. partes vero loci positionem habent sicuti partes locati. Atque adeo ex septem speciebus quantitati quatuor quantitates cõtinuę habent positionem, sed ambæ differentæ, & tempus positionem caret, nec solum partes continui permanentis, tam punctæ, quibus continuantur habent etiam positionem porsursum deorsum, &c. nam Aristotel. 5. Metaphysic. text. 12. hanc differentiam ponit inter pũctum quod est principium quantitatis continuæ, & vnitatem, quę est principium numeri, quòd punctum habet positionem: vnitas vero non. Text. 3. In tertio textu qui incipit. Atqui hęc sola. &c. post enuntiationem quantitatum quæ sunt quantitates per se, addit ea quę sunt quanta per accidens. Quantã per accidens sunt illa quibus non conuenit vt iuxta mensuræ de per se, sed mensurantur aliquo istorum enumeratorum. Et ponit exemplum in prædicamento qualitatis & in prædicamento actionis, dicit enim quod album dicitur multum de per accidens, quia superficies super quam extenditur est multa: & actio longa aut motus, quia tempus durationis est longum, vt longa lectio, longus cursus.

¶ TEXT. iiij. In textu quarto qui incipit, Prætereа quantitati, subsequitur secundum membrum huius capit. in quo tres enarrantur propriętates quantitatis. Prima est quod quantitati nihil est contrarium. Atqui textus ille tres continet particulas. Primo manifestat hanc propriętatem in speciebus determinatis quantitatis: ait enim manifestum esse bicubito & tricubito nihil esse contrarium, sicut nec lineæ, aut superficiei, aut corporis. Et eodem modo potest esse exemplum in quantitate discreta ternario enim, aut quaternario nihil est contrarium. Neque id probat Aristotel. sed tanquam notum relinquit ex superiori capite, vbi dixit hanc propriętatem non soli substantiæ conuenire, sed etiam quantitati. In cuius expositione eadem ratione explicamus quantitati nihil esse contrarium, quia substantiæ ipsi nihil est contrarium. ¶ In secunda particula Aristotel. subdit obiectionem quam illic etiã subdiderat: quia apparet magno contrariari parum, & multis pauca, quæ videntur esse species quædã quãtitatis: sed latius respondet quam illic, dat enim solutiones duas. Primo negat has esse quantitates: & secundo eo admisso negat esse contraria: ait enim magnum & paruum, multum & plura, esse potius nomina de prædicamento ad aliquid. Et probatio stat in hoc, quod magnum & paruum, non significant simpliciter & absolute quantitates certas: magnum enim non dicit certam quantitatem, sicut bicubitum, aut quantitatem mille cubitorum: sed magnum significat excessum respectu alterius sicut granum milij dicitur magnum, in genere suo: & mons dicitur paruus, in ratione montis: et in pago sunt multi viri, qui excedunt quantitatem nimi pagi: & Athenis pauci, quando non adequant tantam quantitatem ciuitatis, atqui significare excessum pertinet ad prædicamentum relationis: sicut duplum & triplum: quemadmodum enim duplum dicit certum excessum: ita magnum dicit excessum indeterminatum. Vt ergo magnum & paruum, passio quantitatis pertinens ad prædicamentum relationis: diximus namque capit. de proprio, quod passio vnius prædicamenti ponitur in alio: & hoc est quod dicit hic Aristotel. quod bicubitum quantitatem significat, scilicet, certam speciem quantitatis, at vero magnum nõ significat quantitatem, sed excessum respectu alterius quæ est relatio quantitatis. ¶ Secunda responsio ad obiectionem est, quod etiam si admitteretur hæc significare quantitatem: nihilominus magnum & paruũ non sunt contraria. Quod probat tripliciter. Prima ratio stat in hoc: contraria sunt quæ circa idem subiectum motuo se expellunt: sed tamen id quod est magnum respectu alterius non expellit ab eodem subiecto esse paruum: quia stat id quod est magnum respectu vnius esse paruum respectu alterius, vt pagus qui est magnus inter alios pagos; est paruus vt sit ciuitas. In capite sequenti hoc latius explicabitur, quomodo relatio non expellit relationem oppositam: eo enim quod simile non dicitur absolute sicut calidum, sed respectiue, nihil obstat quod id quod est simile respectu vnius sit dissimile respectu alterius, & propterea simile, & dissimile non sunt simpliciter contraria: sed cum addito & secundum quid, puta respectu eiusdem. ¶ Secunda ratio est expositio prioris deducendo ad inconueniens. Si magnum & paruum essent contraria, sequeretur quod contraria simul conuenirent eidem subiecto quod est contra naturam contrariorum: nam idem (vt modo dicebamus) eodem tempore est magnum respectu vnius & paruum respectu alterius. Vnde prima ratio procedebat a priori: & hæc secunda a posteriori. ¶ Tertia ratio est ex eadem. Si magnum & paruum contrariarentur, sequeretur, quòd idem esset sibi ipsi contrarium: nam eadem quantitas est excedens & excessa respectu diuersorum, & per consequens magna & parua. ¶ In tertia particula textus, intimat Aristot. aliam nouam obiectionem contra hanc propriętatem: nam locus species quædam est quantitatis, vt supra dictum est, & tamen in locis est contrarietas, puta sursum, deorsum. Ibi probat Aristoteles minorem: cuius probatio (quæ subobscura est) sic intelligitur. Contraria sunt illa quæ maxime sub eodem genere differunt & per quotum habitudinem, & respectum, alia intermedia opponuntur, vt late probat Aristotel. 10. Metaphy. text. 13. & infra, verbi gratia, album & nigrum, sunt complete contraria: quia color recedens a nigro nõ potest vltra progredi, quam vsque ad album, & viride in complete contrariatur nigro, quia tendit ad album, & pallidum contrariatur magis nigro, quia magis accedit ad album, sed inferius locus, puta centrum mundi, & locus suprematus, scilicet, conuexum primi cæli, maxime distant in genere quantitatis, vt pote per maximam lineam, & quanto aliquid propius accedit centro est inferius, & quanto longius abillo distat, est superius, vt secundo de cælo habetur, ergo centrum terræ, & conuexum primi cæli sunt contraria. Itaque non intendit hic Aristo. probare quęcunque loca, superiorem & inferiorem, esse cõtraria, sed specialiter id vult probare de centro terræ & conuexo primi cæli, per illam doctrinam, contraria sunt quæ maxime distant. ¶ Sed restat dubium cur Aristot. non responderit ad hanc obiectionem, vtrum concesserit huiusmodi loca esse contraria, an vero illud negauerit. Respondetur quod Aristot. non concedit loco in quantum est quantitas esse aliquid contrarium (hoc enim putabant aliqui philosophi, propter hoc argumentum Aristotelis) sed opponit solutionem luculdam, esse exhis quę de paruo & magno dixerat. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum est, quod locus dupliciter accipitur. Vno modo secundum propriam significationem vt species quantitatis, & hoc modo locus idé est, quod superficies vltima continentis: vt. 4. Physico. dicitur. In qua significatione loco nihil est contrarium: quia nec dicit sursum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse nec deorsum: sed solum dicit esse mensuram loco ti abstrahendo ab esse in hoc vel illo puncto respectu centri terræ. Alio modo accipitur locus pro hoc aut illo puncto respectu centri terræ, & hoc vocat Aristote. vbi, quod est vnum ex sex postprædicamentis. Et in hac significatione non significat quantitatem aut mensuram locati, sed esse in hoc aut illo puncto respectu centri terræ, puta magis aut minus distans ab illo, sicut aqua est in inferiori loco, & aer in medio, & ignis in superiori loco: quia aqua minus distat a centro quam aer, & aer quam ignis. Aut propinquius orienti, aut occidenti (quam vocant Cosmographi longitudinem) aut propinquius septentrioni, aut meridiano: quam appellant latitudinem. Et respectu hominis dicitur hoc esse a dextris, illud vero a sinistris, & isto modo accipiendo pro vbi, aliquid est contrarium. Vnde non sequitur, quod quantitati aliquid sit contrarium: sed vbi quod dicit respectum: sicut quamuis magno aliquid esset contrarium, non sequeretur quantitati aliquid esse contrarium: quia magnum non significat quantitatem certam: sed excessum respectu alterius, & est relatiuum secundum dici, vt capit. 7. & 9. explicabimus. Text. 5. In textu quinto qui incipit, Porro autem, dicitur secunda proprietas quantitatis: nempe quod quantitas non suscipit magis, nec minus: in quo etiam assimilatur substantiæ. Probat hoc inductiue per omnes species quantitatis, quia bicubitum (quæ est species quantitatis continuæ) non suscipit magis & minus, nec enim vnum tricubitū est magis tricubitum quā aliud, nec magis quantum quam bicubitum: nec vna dies est magis dies quam alia, nec magis quanta quam vna hora. Proprietas hæc consequitur ad primam: vt in superiori capite adnotauimus: nam accidentia corporalia a suo simili intenduntur: & a suo contrario remittuntur. Vnde quanto accidens minus habet admixtum cōtrarij, est intensius: & quanto plus habet mixtionis tanto est remissius. Sed quantitas non habet contrarium, ergo nec est intensibilis nec remissibilis. ¶ Secundo. Intensio & remissio conuenit accidenti respectu subiecti: quia magis aut minus actuat subiectum, quantitas vero consequitur statim substantiam gentam, ad modum propriæ passionis. Vnde sicut propria passio non suscipit magis & minus, ita nec quantitas. Text. 6. ¶ In textu sexto & vltimo qui incipit, Proprium autem, concluduntur tandem tertia & vltima proprietas quantitatis, quæ est proprium eius quarto modo, puta, quia conuenit, omni, soli, & semper: vide licet quod proprium est quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici. Quod est dicere Quantitas per se habet esse æqualem vel inæqualem alteri quantitati, vt linea per se est æqualis lineæ, & numerus numero, tempus tempori: & reliqua omnia prædicamenta id habent a quantitate, vt si homo est maior cane & minor elephante, & æqualis alteri homini, omnia hæc habet ratione quantitatis. Et eodem modo si duæ actiones sunt æquales, aut inæquales, hoc est ratione temporis quæ est sua quantitas, & si albedo vnius folij papyri est æqualis albedini alterius, idest quia extenditur per æqualem superficiem, sed secundum qualitatem res non dicuntur æquales, albū enim in quantum albū, non est alteri æquale, sed simile. Et ratio huius proprietatis est, quia proprium est quanti esse mē suram, quod mensura est id quo rerum æqualitates, aut in æqualitates mo ginur,

Æquale vel inæquale

Quæstio prima.

Vtrùm textus quantitatis, sit verus.

DVERSVS partem affirmatiuam arguitur primo. Quantitas prius deberet in genere definiri quam diuideretur in species, post quam quātum est genus ad discretum & continuum, ergo ineptè est Aristotel. initium. ¶ Et confir. omnis quantitas continua est discreta, ergo non sunt illæ duæ species. Probatur antecedens. Discretum est id cuius partes separātur, sed verbum in definitione dicit aptitudinem, ergo idem est discretum quod diuisibile in plures partes, & talis est quantitas cōtinua, ergo. ¶ Et confir. secundo. Ratio quantitatis est esse mensuram substantiæ, vt constat ex vltima proprietate quantitatis, sed omnis mensura reducitur ad vnitatem, cui per se primo conuenit ratio mensuræ secundum Aristotel. 10. Metaphysic. text. 2. & vnitas est principium quantitatis discretæ, ergo quantitas continua reducitur ad discretam, & per consequens nō sunt duæ species. ¶ Secundo principaliter arguitur. Accidentia in concreto non ponuntur in prædicamento per se primo, sed in abstracto, ergo male Arist. diuisit quantum in concreto. Probatur antecedens. Id per se ponitur in prædicamento, quod est simplex prædicatum, scilicet, simpliciter significans rem illius prædicamenti & ratione cuius alia ponuntur in eodem prædicamento, sed accidens in abstracto significat simpliciter formam accidē talem, in concreto vero significat illam quodammodo compositue concernendo subiectum, & ideo concretum ratione abstracti quod est significatū formale ponitur in prædicamento, ergo abstractum per se primo ponitur in prædicamento. ¶ Tertio principaliter arguitur. In substantijs spiritualibus est numerus, nam decies centena millium ministrant Deo, quin etiam in Deo ipso est numerus trium personarum & tamen illic non est quantitas (cum nihil sit illis materiale) ergo numerus non est species quantitatis. Quarto arguitur. Oratio, si accipiatur in mente, est de genere qualitatis, puta habitus vel dispositio, si vero accipiatur in voce, vt dicit Aristotel. tunc aut accipitur in quantum significatiua, & sic est in genere signi, vt capit. 4. dictum est aut accipitur in quantum est quoddam ens naturale, & tunc, si oratio est verberatus aer vt aliquis opinantur est in prædicamento substantiæ vti oratio scripta, si vero sit accidens ex reuerberatione productum in aere, tunc est in prædicamento qualitatis. Quod si accipiatur vt est quædam actio, tunc est in prædicamento actionis sicut ambulatio, ergo nullā ratione oratio ponitur in prædicamento quantitatis. ¶ Et confir. Quilibet per se syllaba est quantitas cōtinua, vt puta quę vnico spiritu proferi, & est oratio, ergo oratio nō est species quātitatis discretę, vel saltē exemplū positū in text. de syllaba non est aptum. Quinto principaliter arguitur. Si linea, superficies, & corpus essent species quantitatis, sequeretur quòd omnes passiones eorum essent in eodem prædicamento consequens est falsum, ergo & antecedens. Probatur minor, Triāgulus, quę

qua drangulus sunt passiones linearum & superficierum, & cubus est passio quędam corporis, nam cubus est corpus constans ex omnibus suis lateribus æqualibus, vt testerra, & tamē cum sint figurę, pertinēt ad prędicamentum qualitatis. Item asperū & lene, sunt passiones quantitatis, nam asperum est superficies dura quę habet partes subsultantes alias, scilicet, alias prominentes, & lene est superficies quę habet partes aequales, vt speculum & tamen ista pertinent ad prędicamē tum qualitatis. ¶ Et confirma. Linea infinita qualis ponitur linea gyratiua, aut si imaginaretur linea recta infinita non posset esse mensura: vt docet Aristotel. 5. Metaphys. text. 18. sed de ratione quantitatis est esse mensuram, ergo talis linea non est in prędicamento quantitatis. ¶ Sexto arguitur. Philosophus. 5. Metaphysic. text. 18. enumerat tempus, motum & locum inter quantitates per accidens, hic vero connumerat inter quantitates per se licet extrinsecas, vt patet inter tio textu, & illic nihil meminit de oratione, ergo est sibi contrarius. ¶ Et confirma. Locus est superficies corporis continentis, vt habetur. 4. Metaphysic. ergo superficies & locus non sunt duę distinctæ species. ¶ Et confir. secundo. Locus baculi cuius medietas est in aqua & medietas in aere non est quantitas continua cū aqua non sit continua aeri ergo locus non est species quantitatis continuæ. ¶ Septimo contra proprietates quantitatis in genere arguitur. Quemadmodum substantiæ prima proprietas est, nō esse in subiecto, & secunda prędicari nomine & ratione de suis inferioribus: ita & cuicunque accidenti conuenit, esse in subiecto, & prædicari de suis inferioribus nomine & ratione: vt capit. superiori dicebamus, ergo has etiā proprietates debuisset attribuere quantitati. Et confirmatur, quia quantitas non solum est similis substantiæ in hoc quod est non habere contrarium, nec suscipere magis & minus sed etiā in hoc, q̄ quantitas vna numero, recipit successiue contraria (eadem enim superficies modo est alba, & post modum nigra) ergo diminutus fuit Aristotel. in assignatione harum proprietatum. ¶ Octauo contra primam proprietatem arguitur. Longum contrariatur breui, vt per se est manifestum: tamē longum est de prædicamento quantitatis, idem enim est longum quod linea: sicut latum idem quod superficies, apud Arist. & corpus idem quod longum latum & profundum, ergo quantitati aliquid est contrarium. Eodem modo arguitur de magno & paruo nam magnū idem est, quod longum, latum & profundum. Vnde si longum est de prædicamento quantitatis, pari ratione magnum. Et confirmatur, quod magnum & paruum sunt contraria contra Arist. Augmentatio & diminutio sunt motus contrarij, vt habetur in post prædicamē tis: sed motus contrarij sunt illi qui sunt ad terminos contrarios. 5. Physic. text. 48. & magnum, est terminus augmentationis, & paruum, terminus diminutionis, ergo magnum & paruum sunt contraria. ¶ Et confirmatur secundo. Æquale contrariatur magno & paruo secundum Aristotel. 10. Metaphysi. text. 17. tanquam medium duobus extremis: ergo a fortiori magnum cō trariatur paruo. ¶ Et confirmatur tertio, quod locus contrarietur loco contra intentionem Aristotel. puta accipiendo locum pro superficie continente locatum. Ait enim ipse. 4. Physico. text. 4. & text. 44. quod corpora contraria naturaliter feruntur ad loca contraria, quia habent virtutes consimiles contrarias vt grauia mouentur ad centrum, & leuia mouentur sursum: vnde manifeste loquitur de loco cōtinente locatum: sed locus hoc modo videtur pertinere ad quātitatem: ergo quantitati aliquid est contrarium. ¶ Nono principaliter contra secundam proprietatem arguitur. Longum est species quantitatis, sicut calidum est species qualitatis: sed sicut per alterationem aliquid efficitur magis calidum, sic per rare factionem aliquid efficitur magis longum: ergo sicut qualitas recipit magis & minus, sic & quantitas. Et id confirmatur, authorita te Sanct. Thom. 1. 2. quæstion. 52. articul. 2. ad primū & tertium secundæ quæstio. 24. articu. 5. ad primum argumentum, vbi expresse dicit, quod quantitas habet proprium augmentum, sicut alię formæ accidentales per modum intensionis eius in subiecto, sicut patet in his quæ rarefiunt. In quam sententiam citat Aristotel. quarto Physicorum tex. 84. ¶ Decimo & postremo arguitur contra vltimam proprietatem. Æquale vel inæquale non est proprium quarto modo quantitatis: ergo male dicit Aristotel, illud esse maxime proprium. Antecedens probatur triplicter. Primo, quia substantiæ id conuenit non solum ratione quantitatis, sed ratione essentiæ, sunt enim species animalium inæquales in gradu essentiali perfectionis, vnde in quocunque genere est vna & perfectissima species, quæ est metrum & mensura aliarum. Secundo probatur. Quia in prædicamento qualitatis est æqualitas, & inæqualitas secundum qualitatem, duæ enim albedines inæqualiter intensæ sunt quidem similes, sed tamen æquales non sunt, nisi sint æqualiter intensæ. Et tertio probatur antecedens. Quia æquale vel inæquale pertinet ad prædicamentum relationis, ergo non est propria passio quantitatis. ¶ In contrarium est auctoritas Aristotel.

¶ AD quæstionem affirmatiue respondetur. Vnde circa primum argumentum adnotandum est, quod prima & per se ratio quantitatis est esse rationem extensionis, nempe ratione cuius substantia habet partem extra partem, & hunc proximum est, quod ratione quātitatis substantia & accidentia corporalia sunt diuisibilia in partes secundum extensionem: cui annexa est tertia proprietas quantitatis quæ est esse mensuram substantiæ, ac demum, vt ratione quantitatis substantia, & res omnes corporeæ sint æquales vel inæquales, finitæ vel infinitæ. Vnde de quantitate tractat Aristotel. 5. Metaphysicorum tex. 19. & hic, sub diuersis tamē rationibus. Nam illic tractat de quantitate secundum eius esse naturale, quod est extensio & diuisibilitas, hic autem tractat de illa in ordine ad substantiam, puta in quantum est mensura substantiæ. ¶ Et ideo illic definit quantitatem in genere dicens. Quantum dicitur quod est diuisibile in ea quæ insunt, quorum vtrumq, vel vnumquodque, vnum quid aptum est esse. Quod est diuisibile, ad differentiam Dei & intelligentiarum, quæ ideo non sunt proprie quanta, quia non sunt diuisibilia. In ea quę insunt, ad explicanda diuisionē propriam quantitatis. ¶ Vbi aduertendum est, quod corpus tripliciter est diuisibile. Vno modo in elementa quæ non sunt formaliter in mixto, sed virtualiter, in quę non diuiditur nisi per corruptionem mixti. Dicit ergo, In ea quæ insunt, idest, in partes quæ formaliter sunt in toto, ad excludendam diuisionem mixti in elementa, quæ non est diuisio quantitatis. Secundo diuiditur corpus in materiam & formā, quę quidem per se separatę naturaliter esse non possunt, & ideo ad excludendum hanc diuisionem dicitur in definitione. Quorum vtrunque aut vnumquodque vnum quid esse potest, idest, quod si diuisio fiat in duas partes, vtraque

Ratio quātitatis.

Definitio quātitatis.

Intellec.

pęr

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se manere potest, etsi fiat in plures quæcũq; etiam manet. Et hæc est diuisio secundum extensionẽ, quæ est propria quantitatis conuenies vnicuicẽ quantitati continuæ & discretæ tanquam genus suis speciebus. ¶ Quod si quis arguat, generalissimum, quale est quãtum, non definiri, respondetur, quod est hæc descriptio quædam, sicuti esse per se, est descriptio substantiæ. ¶ At vero accipiendo quantitatem in ratione mensuræ, vt hic consideratur, continuum, & discretum nõ conueniunt in vna ratione mensuræ. Continua enim quantitas mensiur magnitudinem rei, discreta vero mensiratur multitudinem. Et hac de causa Aristot. non definiuit hic quantitatẽ in genere, sed statim rem inchoauit ab speciebus, velati fecit cap. superiori de substantia. Vnde diuersi sunt nomina ad interrogandum & respondendum de mensura cõtinui, & de mensura discreti. Nam de continua interrogamus, quanta sit, & respondemus quod est magna vel parua, bicubita vel tricubita. &c. sed de discreta interrogamus quot entia sunt & respondemus, quod sunt multa vel pauca vnũ aut plura, quamuis de continuo quod est facile diuisibile, qualia sunt liquida, etiam respondemus, quod est multum vel paucum, vt quod est multum aut paucum vinum vt docet Aristotel. 10. Metaphysi. tex. 20. ¶ Ad 1. confir. respondetur, quod satis mirari non possum, qua fibi ratione doctores huius temporis persuadere potuerint omnem quãtitatem cõtinuã esse discretam, dicentes, quod quantitas & quantitas discreta conueniunt, cum Aristotel, asserat manifeste duas esse distinctas species. Neque definitio illa quam assignant quãtitati discretæ, est Aristot. sed illi potius contra Aristo. ea excogitarũt. Nam quãtitas discreta secundũ Aristo. non definitur quod sit omnis quantitas diuisibilis in plures partes, sed illa sola quantitas, cuius partes non copulantur vno communi termino, ideſt, quantitas cuius partes sunt actu diuisæ ita vt sit nomen collectiuũ. Vnde quantitas cõtinua non magis est discreta, quam discreta sit continua. Mirabile enim est, quod vnus lapis sit binarius & ternarius. &c. cum illic non sint actu duo aut tria. Nec sequitur, sunt duæ mensuratæ: ergo sunt duo entia: quia illæ partes non habent vnitates distinctas: imo illæ dæ partes non sunt nisi vnũ. Quo fit vt vnum & multa opponantur non solum ratione, sed realiter: quod docet Aristotel. 10. Metaphysi. tex. 17. ¶ Ad 2. confir. respondetur, quod quamuis continuum & discretum habeant diuersas rationes mẽsuræ, vt tam modo dicebamus: tamen mensura continui reducitur ad vnitatem, vt est sententia Aristot. loco modo citato: vbi docet, quod cum prima ratio mensuræ debeat esse indiuisibilis, prima omniũ mẽsura est vnitas. Exempli gratia. Stadiũ quod est vnum continuum, metimur passibus centum viginti quinque, & passum, quinque pedibus, & pedem palmis quatuor: & palmum quatuor digitis atq; adeo digitũ quatuor granis tritici: quo grano vtimur tanquam indiuisibili vnitate. Et eodem modo in põderibus. Talentum metimur libris: & libram vncijs: & ita descendendo vsque ad scrupulos: quæ sunt velut vnitates indiuisibiles. Pariqure ratione in tempore: annum metimur mensibus & menses diebus &c. Ad 2. argument. diuersi sunt modi respondendi. Paulus Venetus hic & superius. capit. 4. censet, quod abstracta primo ponuntur in prædicamentorũ tamen aliam rationem adducit quam quod Aristotel. in abstracto dixit, quantitatis aliud continuum. &c. Et eadem videtur esse sententia Sanct. Tho. opu. 42. capit. 19. vbi ait, quod accidentia in concreto non sunt in genere nisi per reductionem. Ex alia parte, cum prædicamenta accidentium distinguantur secundum diuersos modos prædicandi de substantia: & non prædicentur de illa nisi in concreto, videtur quod potius concreta sint in prædicamento quam abstracta. Et præterea: quia quamuis Boetius transferat in abstracto, quantitatis aliud. &c. tamen in greco non est nisi in concreto, vt vertit Argyropylus. Est enim posot, ideſt, quãti, nõ poſoteros, ideſt, quantitatis. ¶ Nihilominus verouis modo dicamus parum refert. Tamen argumentum principale quod nos formauimus plus me mouet vt abstracta principalibus ponantur in prædicamento. Et id maximè tenendo res prædicari: nam albedo ipsa est forma quę prædicatur de substantia (licet non prędicetur nisi in concreto) & cum distinctio prędicamentorum sit formalis, videtur quod abstracta principalius ponantur in prædicamento. At vero Aristoteles parum de hoc curat: aliquando enim explicat res prædicamentorum in abstracto, aliquando in concreto, vt generalissima, puta quãtum, quale ad aliquid in concreto sunt, & duplum, subduplum, calidum. &c. Sed tamen species quantitatis propter similitudinem quam habent cum substantia, explicat in abstracto, vt linea, superficies, & eius figurę, vt triãgulus, quadrãgulus. &c. ¶ Quod autem de rebus dictum est, de terminis proportionabiliter intelligatur, quippe qui in prędicamento tanquam rerum signa ponantur. Tamen si non sit concedendum, quod ly album ponatur in prædicamento ratione de ly albedo, sed tam res quę est album, quam nomen album, ponitur in prędicamento ratione albedinis. ¶ Id tamen ad intendum est per totum caput, quòd tam species quam proprietates quantitatis exponi non possunt apte de terminis, sed de rebus, vt nonnulli ex nominalibus etiam concedunt. Nam quis dicat quod linea superficies, & corpus, accipiantur pro illis terminis: quę certe non sunt lineæ nec superficies, sed nomina linearum & superficierum. ¶ Ad 3. argumen. respondetur, quod vnitas dupliciter accipitur. Vno modo transcendentaliter: vt conuertitur cum ente tanquam passio eius, Nã ens & vnum conuertuntur, vt docet Arist. 7. Metaphysi. tex. 16. &. 17. tanquam passio & eius subiectum, quę vt diximus capit. de proprio, sola ratione distinguuntur secundum Sanct. Thom. & secundum Scot. distinguuntur formaliter. Et isto modo quæcunque res mundi siue corporea, siue incorporea, eo quod est res, est vna, & isto modo in angelis & in Deo est numerus. Vnde cum nomen res propter eius transcendentiam) supponat tam pro essentia, quam pro persona, vtrunque concedimus in Deo, scilicet, & quod Deus est vna res, & quod est tres res: atque adeo quod est vnus & trinus. Alio modo accipitur vnitas vt sequitur diuisionem quantitatis (etenim in quot partes diuiditur continuum, tot resultant vnitates) quæ vnitas dicitur vnitas prędicamentalis: quia est principium numeri quæ est species quantitatis: & hæc in rebus spiritualibus non reperitur. ¶ Ad 4. argument. respondetur: quod oratio vt est species quantitatis, non accipitur aliquo illorum modorum qui enumerantur in argumento, vt argumentũ probat: sed accipitur vt est nomen mensuræ vel successiuę discretę. Et ideo dicitur in textu. Dico autem rationem illam quę est in voce, quã particulam Boetius dicit addidisse ad tollendam equiuocationem orationis mentalis. Sed tamen particula est in Greco, vt vertit etiam Argyropylus: Hęc quidem species quantitatis ante Aristot. forsan erat incogdita: & pri-

Interrogationis quãtit.

Quantitas cõtinua nõ est discre.

Discreta primo sunt in prędica.

Vnitas dupliciter.

Vnitas est prima mensura.

Oratio.

& primus illi hanc speciem appellauit orationẽ. ¶ Ad cuius euidentiam notandum est, quod ad rationem orationis in præsentiarum impertinens est, esse vocem significatiuam nec etiam neque sit vox, aut aliud sonum. Est enim mensura qua mensiur non solum numerum partium discretę quantitatis successiuę: sed quantitatem & durationem cuiuscunque partis in eodem sito (quod expositores silentio præterijsse miror.) Exempli gratia: Siue dicas Cicero, siue Cecero, eadem est species orationis (quamuis secunda dictio non sit significatiua) non solum, quia vtraque dictio cõstet ex tribus syllabis: sed quia vterque pes sit tribrachus, cõstans ex tribus brevibus: attamen si dicas, Cicoci, nõ est eadem species quãtitatis: quia prima syllaba efficitur longa, tametsi Boetius remaneat eandem speciem: non respiciens mutationem quantitatis syllabę. Eadem ratione, dopini, & hlicri, sunt eadem species orationis: nam vterque pes est anapestus constãs ex duabus brevibus & vltima longa. Sed tempora est alia species, quia est dactylus, constans ex priori longa & duabus brevibus. Atqui (vt semel finiã) oratio est species subalternæ quantitatis habens sub se tanquam specialissima cunctas species pedum in carmine, vt spondeus constat ex duabus longis, vt gentes: pyrrhichius, ex duabus brevibus, vt Deus: iambus, ex breui & longa, vt Deos: trochæus, ex longa & breui, vt tempus. Et eodẽ modo in trisyllabis, molossus, ex tribus longis: tribrachus ex tribus brevibus, dactylus, anapestus, &c. In hac specie quantitatis ponuntur etiam numina metrorum, vt metrum, carmen, Hexametrum, Pentametrũ, Sapphicum, Adoneum, &c. Nec solum voces, sed ii tuba aut cithara sonos secundum metri quantitates cõsonent, illi sunt in eadem specie quãtitatis, ac si voce proferentur. ¶ Ad confirm. conceditur, quod vna syllaba quæ vnica continua prolatione proferitur, non est mensura discreta, sed continua. Et ita in 4. lib. Summu. diximus sonum vnius syllabæ esse accides parumsimo tempore permanens in aere. Attamen oratio ponitur species distincta a tempore: tum quia de per accidens est, quod syllaba vnica prolationę in pluribus profera tur: tum maximè, quia tota dictio & oratio est vna quãtitas constans ex partibus discretis. Et propter hãc speciem non appellauit Aristote. Syllabam, sed orationẽ. ¶ Circa quintum argumentum, id maxime considerandum est, quæ res aut termini in quo prædicamento ponantur. Quemadmodum enim ludas Summulista rum est adducere instantias (quas vocant) in materia oppositionis, aut syllogismorum: ita negotium dialecticorum in prędicamẽtis debet esse disquirere discernereque res & terminos cuiuscunque prędicamenti; in hunc enim vsum inuentae est ars hæc Aristotel. ¶ Vbi hoc fundamentum facere oportet, quamuis multi etiã graues doctores contrarium putent. Nullus terminos secundum eandem significationem, nulliaque prorsus res formaliter accepta, constituitur in diuersis prædicamentis, alias rueret tota ars Aristot. cuius negotium fuit distinguere decem genera rerum quæ essent primo & per se diuersa. Inspicienda est natura rei formaliter significata, & secundum illam & res & nomen collocandę sunt in prædicamẽto. Exempli gratia. In prædicamẽto quantitatis sunt duæ species subalternę, puta, continuum, & discretũ & sub cõtinuo sunt tres species tantũ ex quantitatis, scilicet, linea, superficies, & corpus. Atqui hi istæ species accipiantur secundum esse absolutum quantitatis, quod est esse diuisibile secũdum extensionem, sunt species specialissimæ quæ non sunt nisi tres species dimensionis, & per consequens diuisionis, scilicet secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Si vero accipiantur secundum ratio nem mensuræ, tunc sunt species subalternæ: nam sub li nea ponuntur omnes quantitates dicentes mensuram, vt bicubitum, tricubitum, item stadium, passus, pes, palmus, vlna, & alia idgenus, quæ sunt directè in prædicamento quantitatis. Vnde pes, si accipiatur tanquam pars hominis est reductiue in prędicamento substantiæ, sed si sit nomen mensuræ est prædicamenti quantitatis: sicut passus, vt dicit actionem, est in prædicamento actionis, si tamen mensuram, est in prædicamento quantitatis. Eodem modo, modius, amphora, doliũm, & similia, si accipiantur vt significant figuram vasis, sunt in prędicamento qualitatis: sed si accipiantur in ratione mensurę, sunt in prædicamento quantitatis. Eadem ratione, vncia, libra, talentum sunt in prædicamento quantitatis. ¶ Eodem modo dicendum de quantitate successiua, puta, tempus, si accipiatur enim secundum, esse absolutum est species specialissima: nã tempus est species cuiuscunque temporis magni vel parui: sed tamen in ratione mensurę est species subalterna, cuius species sunt, hora dies, mensis, & annus, seculum. ætas, Eodem modo species numeri sunt binarius, ternarius, &c. sed istæ sunt species specialissimæ, sicuti, locus vt pote quibus non est assignare alias inferiores species: nam binarius hominum, & binarius equorum eiusdem speciei sunt in genere quantitatis, licet in genere substantiæ differant specie: sicuti locus terræ, & locus ignis, eiusdem sunt etiam speciei in hoc genere, licet habeant naturas & proprietates differentes specie physica. ¶ Igitur ad argument. respondetur, quòd quamuis linea sit in prędicamento quantitatis, nihilominus, triangulus, circulus & similia (quæ fiunt ex lineis) sunt in prędicamento qualitatis: quia ista de formali dicunt figuras quæ sunt passiones qualitatis: & in prædicabilibus diximus: quòd passio vnius prædicamenti aliquando ponitur in alio. Eodem modo, cubus, qui est corpus vndecunque quadratum est in prædicamento qualitatis, sicut, tessera, sphæra, & pyramis, & corpus ouale, lenticulare. & reliquæ id genus figuræ corporum. Imo vero adnotandum est hic, huiusmodi etiam figuras accidere numeris, quos Aristotel 5. Metaphysi. text. 19. vocat numeros compositos: quemadmodum enim in superficie, triangulus est figura plana, & in corpore, cubus est figura corporalis: ita nouenarius, dicitur numerus superficialis triangularis æquilaterus, vt pura qui constat ex tet tribus: nam tres ternarij se habent vt tria latera trianguli: & numerus. 27. est numerus corporalis cubus, nam ter tria ter, sunt viginti septẽ, Vnde quamquam numerus nouenarius, & numerus. 27. sint in prædicamento quãtitatis: tamen si dicas, numerus triangularis aut numerus cubus, est in prædicamẽto qualitatis, vt illic dicit Aristo. Nec sequitur eandem rem esse in diuersis prædicamentis quia numerus nouenarius, solum dicit quãtitatẽ: sed numerus triangularis dicit figuram. Et eodem modo respondetur ad aliam partem argumenti, quod asperum & lene, nullo modo sunt de prędicamẽto quantitatis (vt aliqui falso putant) sed sunt de prædicamento qualitatis, quia dicunt figuram: quamuis asperum dicat figuram ex partibus subsilientibus in corpore duro. Eodem modo, ratum & densum, durum & molle, graue & leue, omnia pertinent ad prædicamentum qualitatis: quamuis grauitas, durities, & rarítas fundentur in quantitate, tanquam passiones eius

Syllaba.

Fundamentum.

Tempus.

Figuræ quãtitatis.

Aspernum.

Linea infinita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod Aristo. illic solum intendit dicere quod linea infinita in actu non potest esse mensura secundum se totam, potest tamen secundum partem finitam esse mensura. Et ideo linea secundum Mathematicos, qui tractant de linea recta in quantum constituit angulum, definitur, quod sit longitudo clausa inter duo puncta: quod solum conuenit lineæ finitę. Nihilominus linea infinita est etiã in prędicamento sicut linea finita: & in ratione quãtitatis sunt eiusdem speciei: nã linea licet sit infinita extẽsiue, est tamen, finita & limitata secundũ essentiam (post quam est creatura, vt dicit Sanct. Tho. 1. p. quæstio. 7. artic. 3.) ¶ Ad sextum argumentum respondetur cum Sanct. Thom. in eodem loco quodcum Aristo. in quinto Metaphysi. tractet de quantitate secundum esse naturale quæ est ratio diuisionis: tempus & motum collocauit inter quantitates per accidens eo quod motus non per se diuidit: sed diuiditur ad diuisionem spacij per quod fit motus est enim prior pars motus, illa qua mobile mouetur super primam partem spatij: & posterior est illa, qua mouetur super secundam partem: & paritee tempus diuiditur ad diuisionem motus: est nãque prius & posterius in tempore sicut in motu primi mobilis. At vero, accipiendo in ratione mensuræ, tempus est per se quantitas & mensura durationis: & ideo hic posuit tempus inter quantitates per se: nihil tamen hic meminit de motu, quia non est in motu alia ratio mensuræ quam in tempore. Eadem de causa nihil meminit illic de oratione: quia in ratione quantitatis nõ distinguitur tempus & oratio: nam quælibet syllaba est quantitas continua: sed tamen in ratione mensuræ, oratio, quæ est mensura discreta, distinguitur à tempore: quod est mensura continua. Vel dicendũ est: quod oratio in ratione quantitatis continetur sub nomine numeri: quia in ratione numeri nihil refert, quod sit permanens vel successiua: sed tamen in ratione mensuræ differt, quod ũt mensura permanẽtis, vel successiui. ¶ Ad. 1. confirm. respondetur quod quamuis eadẽ res sit superficies & locus: nihilominus hæc habet respectu diuersorum, nam respectu corporis locantis est species quantitatis intrinseca: respectu locati est species quantitatis extrinseca: quia est terminus intrinsecus locantis, & extrinsecus locati. Et his rationibus diuersis pertinet ad diuersas species quãtitatis. ¶ Ad. 2. cõfir. respondetur: quamuis aqua & aer continentes baculum sint duo in genere substãtiæ: & superficies earum versus baculũ sint etiã duæ tanquã termini intrinseci ueris & aquę, tamẽ in ratione loci sunt vnus locus: quia adæquate ambiunt idem locatum.

Locus.

¶ Ad. 7. argum. (quod contra. 2. partem tex. formatum est) respondetur, q̃ nõ esse in subiecto, est propriũ quarto modo substãtiæ, nulli conueniens accidẽti: & ideo cõnumeratũ est inter proprietates substãtię: tamẽ esse in subiecto, nõ est propriũ quantitatis, sed est omni accidẽti cõmune: & ideo nõ debuit poni propriũ quantitatis: at per oppositũ extremũ colligitur ex proprietate substãtiæ. Eodẽ modo prædicari de suis quidditatiue inferioribus nomine & ratione, quia est omniũ prędicamẽtis cõmune, satis est expositũ esse in prædicamẽto substãtię cui per se primo conuenit hęc proprietas: nam prædicari nomine & ratione, est prædicari nomine & definitione, & acetdẽti aliquia nõ habent quidditatem ita propriè sicut substãtia: nec habent ita proprie quidditatiuam definitionem: ¶ Ad confirmã respondetur, quòd quantitat non conuenit eo modo, cum sit vna numero recipere contraria, quomodo est propriũ substantiæ: nam quantitas non recipit contraria, nisi tanquam subiectum: quo substantia vero est quæ sustinet accidentia: & quantitas in Sacramento altaris super naturaliter fungitur hac vice substantię. ¶ Ad. 8. argum. respondetur, quòd longum vno modo accipitur absolute, & significat dimensionẽ lineæ: dicimus enim lineã esse longitudinem sine latitudine: & superficiem, latitudinẽ sine profunditate. &c. & isto modo lõgum, est de prædicamento quantitatis: quia nullum dicit excessum nec respectum. Vnde Arist. 2. de cælo tex. 12. dicit quòd longitudo animalis est distãtia à sursum vsq; ad deorsum: & latitudo à dextro in sinistrũ: & profunditas ab ante retrorsum. Quare longum, & latum, isto modo non habent contrarium: nam quicquid est diuisibile secundum longitudinem, quantũcunq; brevissimum, est longum: sicut quicquid est diuisibile secundum latitudinem, quantũcunque angustissimum est latum. Sed alio modo, longum accipitur, vt dicit excessum, & sic non pertinet ad quantitatem, sed ad relationẽ, & opponitur breui, non simpliciter, sed respectu eiusdem, vt in expositione textus dictũ est. Et idẽ prorsus dicendum est de magno & paruo. ¶ Nã magnũ vno modo accipitur absolute, vt dicit Aristo. 5. Metaphysi. text. 18. (quòd notat illic S. Tho. lect. 13. & isto modo non habet contrariũ) & pertinet ad quantitatẽ: & alio modo accipitur respectiue de quo loquitur hic Aristo. tex. 4. ¶ Ad confir. respondetur quòd magnũ & paruũ adhuc accipitur dupliciter. Vno modo vt dicit solum quãtitatẽ abstrahẽdo à quocunq; subiecto naturali) vt modo dicebamus, vel absolute, vt pertinet ad quantitatem, vel respectiuè, vt pertinet ad relationem.) Alio modo accipitur vt dicit terminos rei naturalis. Aiteuim Aristotel. 2. de anima. text. 41. quòd vnicuique viuentiũ datus est certus terminus augmẽti & decremẽti. Procedit augmẽtatio à minimo naturali vsq; ad maximum: & diminutio retrocedit eõuerso. Et inter hos terminos est contrarietas: non quidẽ inquantũ sunt de prædicamẽto quantitatis, sed in quantũ reductiue ponũtur in prædicamẽto substantiæ, tanquã termini substãtiæ. ¶ Quod si quis adhuc arguat, Bicubitũ & tricubitũ expellũt se mutuo circa idẽ subiectũ, vt patet in rarefactione cęræ quãdo calet: ergo sicut frigidũ & calidũ contrariãtur. ita bicubitũ & tricubitum. Respondetur, q̃ quãtitates non augẽtur, aut minuũtur aut corrũpuntur, nisi per actionẽ primarũ qualitatũ. Vnde sicut dixim⁹ elementa nõ esse per se cõtraria, sed ratione qualitatũ: ita dicendũ de quãtitate. ¶ Ad. 3. confir. distinguitur de loco sicut modo distinguebam⁹ de magno & paruo. Accipitur enim locus tripliciter. Vno modo vt solũ dicit superficiẽ continentis. Alio modo pro vbi, vt dicit certũ respectũ ad centrum terræ, vel ad aliud punctũ fixum. Et primo modo hactenus diximus pertinere ad quantitatem & non habere contrarium, & secundo modo, diximus habere contrarium, & esse relatiuũ secundum dici. Sed tertio modo accipitur pro loco rei naturalis: vt dicit non solum superficiẽ cõtinentis, sed virtutem naturalem conseruatiuã locati, sicut locus radicis arboris est terra, & nõ aqua: & cauea est locus cõseruatiuus vini. Et hoc modo locus contrariatur loco, vt locus ignis, loco aquæ, & loci calidorum, locis frigidorum ratione qualitatum conseruatiuarum. ¶ Ad nonũ principale negatur consequentia: nam magis & minus album accipitur secundum intensionem sub eadẽ extensione, secundum quod albedo magis aut minus actuat subiectum, aut plures aut pauciores habet, gradus albedinis: sed tamen magis aut minus longum solum

Locus.

Magnũ & paruum.

Longum.

lum dicitur secundum extensionem. Vnde quando Aristo. dicit, quod quantitas non suscipit magis aut minus, intelligitur quod non magis aut minus radicatur in subiecto aut nõ plures gradus acquirit. ¶ Ad authoritatẽ S. Tho. respondetur, quod forsan locus citatus non est legendũ, inter sionis, sed extensionis: quod sic legatur inter sionis, nihil aliud vult sentire S. Th. nisi q̃ quãdomodũ qualitas, aliquãdo augetur extensiue additione nouæ qualitatis per malus subiectiũ, vt quando calor successiue penetrat partes interiores ferri. aliquando vero augetur per matoré radicationẽ in subiecto. sine additione nouæ qualitatis, quod augmentũ vocatur intensio, ita quantitas aliquando augetur per additionẽ nouę quantitatis quemadmodũ augetur animal per additionem nouæ alimẽti: aliquãdo vero augetur sine additione nouę quãtitatis per extẽsionẽ eiusdẽ quę antea erat, vt in rarefactione: in quo habet similitudinẽ cum intensione qualitatis, non tamẽ quod hęc proprie sit intensio. ¶ Ad decimũ & postremum respondetur, quòd quando Arist. dicit propriũ esse quantitati æquale vel inæquale, intelligit de æqualitate in extensione. Nihilominus adeo propriũ est quantitati, æqualitas vel inæqualitas & ratio mensuræ, vt perfectiones substãtiæ & intẽtiones qualitatis nõ dicãtur æquales aut inæquales, nisi per similitudinẽ ad qualitatem quia omnia mẽ suruntur vnitatibus: nam substãtiæ dicuntur æqualiter perfectę quæ habent eosdem gradus perfectionis, & qualitates sunt æquales in intensione, quę habent eosdem gradus intẽtionis. Quinetiam in dimris metaphorice est illic æqualitas, quia metaphorice est illic quantitas: nam secundũ Augustinum. 8. de Trinitate. In his quæ non mole magna sunt idẽ est maius, quod melius. ¶ Ad tertiã probationem antecedẽtis eiusdẽ argumenti respõdetur cõmuniter, quod æquale & inæquale formaliter significat relationẽ, tamen fundamẽtaliter dicit quantitatem. ¶ Nihilominus, ut fallor vtrunq; quo dãmodo dicit formaliter. Enimuero ratio qua vnũ est æquale alteri certe est quãtitas, sicut ratio qua aliquid est album est albedo: sed quia æqualitas non est nisi inter duo extrema æquale dicit relationẽ. Et ideo vtrũque concedendum est suo modo formaliter, scilicet, & quod res formaliter sunt æquales quantitate, & quod sunt formaliter æquales relatione. Nisi quod quãtitas est fundamentũ proximum relationis. Et ideo æquale & inæquale potest poni ratione fundamenti in prædicamẽto quantitatis (vt diximus capite de proprio) quãdo quidem quantitas est ratio æqualitatis: & hoc modo mathematici loquuntur de æquali: & nihilominus ponitur in prędicamẽto ad aliquid, ratione relationis: sicut maius & minus, duplum & subduplum. Tametsi hæc relatio sit passio quantitatis.

Quæstio secunda.

Vtrùm quãtitas distinguatur à re quanta?

ADVERSVS partem affirmatiuam statim se se offert argumẽtum illud vulgatum. Frustra est pluralitas sine necessitate: sed omnia quæ philosophi de quantitate prędicat, saluari optime possunt sine distinctione quãtitatis à substantia & qualitate, dicẽdo, quod substãtia est sua magnitudo & qualitas item sua: ergo non est ita sustinedi distinctio asserenda. Probatur minor. Officiũ primũ quantitatis est (vt hactenus dictũ est) extendere partes substantię, & facere eas loco distare vt sint aptæ diuisionis: sed hoc substãtia per se habere potest & qualitas per se ergo in earum. Minor ostenditur. Si quantitas distinguitur à substãtia, poterit Deus separata quãtitate seruare ipsam substãtiã, sicut enim in sacramẽto altaris seruatur quantitas sine pane potuisset Deus & panem sine quantitate seruare, tunc substãtia panis esset vna, ergo habere partes continuas, & distantes loco & situ sicut antea, nam potest Deus illam seruare sicuti erat, atque adeo esset diuisibilis secundum extensionẽ, & occuparet locum ergo sine distinctã quantitate potest per se substantia habere quicquid quantitati attribuimus: & per consequens quantitas non est accidens distinctum. ¶ Et confirmatur prætereà. Partes substantię seipsis vniuntur, vt caput collo & collum scapulis: ergo seipsis extenduntur. Antecedens probatur, quia partes substantiæ non videntur posse vniri mediante accidenti. ¶ Secundo arguitur. Si quantitas esset accidens distinctum à substantia, sequeretur quod esset subiectum aliorum accidentium, vt asserit ista opinio, & per consequens esset vna numero susceptiua contrariorum: quod est contra Aristotelem supersort capite ascentem, hoc esse proprium substantiæ. ¶ Tertio arguitur. Si quantitas ponitur accidẽs distinctum, vt faciat partes substantiæ loco & situ distare, sequitur quod in rarefactione, vbi partes magis distant quã prius, noua quantitas acquiritur: nam si per eandẽ numero quantitatẽ partes substantiæ, aũe minus, nunc vero magis distarent, idem possemus attribuere substantiæ, vt seipsa haberet partes magis aut minus distantes. Quod autem ãcquiratur noua quantitas, videtur esse cõtra Aristotelem quarto Physicorum tex. 84. vbi insinuat, quod in rarefactione nihil nouum acquiritur, sed solę partes magis extendũtur. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si quantitas distingueretur à substãtia & qualitate, sequeretur, quod eadẽ ratione species quantitatis essent inter se distinctæ, vt puta, punctũ, linea, superficies, & corpus: consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor: si punctum distingueretur à linea, sequeretur, quod esset accidens indiuisibile continuans partes lineæ. Contra quod tripliciter arguitur. ¶ Primo quia accidens indiuisibile non potest esse nisi in subiecto indiuisibili, sed ram substantia quam linea sunt subiecta diuisibilia: ergo nec in substãtia, nec in linea subiectaretur: & per consequens in nullo esset subiecto. ¶ Secundo sequeretur, quod diuisa linea produceretur nouum punctum, quòd antea non erat: nam vnicum est punctum continuans medietatem lineæ: sed tamen facta diuisione vnum est terminans vnam medietatem, atque alterum, alteram. ¶ Et tertio arguitur. Si puncta sint accidentia distincta à linea: Deus tunc posset separare omnia accidentia à linea: & tunc vel partes lineæ manebunt continuæ, & sic puncta sunt superflua aut dicetur continuo, & sic cõtinuũ erit diuisum in qualibet sui parte: quod contradictionem implicare videtur. ¶ Similia argumenta formari possunt aduersus lineam quæ est indiuisibilis secundũ latitudinem, & aduersus superficiem, quæ est indiuisibilis secundũ profunditatem: de qua perspicacius procedit secunda ratio cum frãgitur baculus: nam tunc duæ restant superficies terminantes partes fractas, cũ tamẽ ante fractionem non esset nisi vnica continuans ambas: & quæritur à quo producta est illa noua superficies,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ certè non videtur per solam diuisionem posse produci. ¶ De tempore posset etiam argumentum fieri, quod non sit accidens. distinctum à motu cœli: sed de illo nec locus est hic, nec nobis est animus vsq; ad quartum Physicorum dicere. ¶ Quoto principaliter arguitur. Si quantitas continua esset accidens distinctum; sequeretur paritatione, quod quantitas discreta, puta numerus) distingueretur à rebus numeratis suisq; vnitatibus, videlicet, quod ternarius esset vna forma, & quaternarius alia, &c. sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor quia si ternarius. v. g. Papæ, & Imperatoris, & Regis Franciæ distingueretur ab illis, deberet esse in omnibus simul tanq; in subiecto adæquato: est tamen impossibile, quod vna res sit in tribus subiectis distinctis atque adeo distantibus. ¶ Et confirma. Eadé ratione sequeretur, quod vnitas quæ est principiū numeri esset res indiuisibilis, sicut punctū quod est principium quantitatis: consequens est falsum quia certe in tribus lapidibus non videtur quod aliud sit, quam tres quātitates se paratæ quæ sunt ternarius. Quibus colligitur, quod quantitas non distinguitur à re quanta. ¶ A parte affirmatiua quæstionis videtur stare authoritas Aristotelis in hoc capitulo, vbi loquitur de quantitate tanquam de accidente distincto: dicens quod linea, superficies. &c. sunt per se quantitates: cætera vero non sunt quantitates, nec æqualia vel inæqualia nisi ratione istorum. Et idem latius enunciat quinto Metaphysicorum texto decimo octauo.

¶ IN hac quæstione quæ prima mota est de distinctione prædicamentorum operæpretium est priori articulo de distinctione omnium in genere vnum verbum præfari: & deinde in secundo descendemus ad particularem responsionem de quantitate. ¶ Haud nos latet quam sit persuasu difficile omnia decem prædicamenta sic esse realiter distincta, vt ex realibus multi videntur contendere, nempe quod distinguantur omnia sicut albedo distinguitur à substantia, quam in sacramento altaris sine substantia certo credimus existere. Quinetiam mihi nunquam persuasum erit relationem, & sex vltima prædicamenta hoc modo à substantia esse realiter distincta. Nihilominus, vt citra iniuriam dixerim hominū alias doctorum, quibusque honorem semper deferam modum loquendi aliquorum Nominalium satis in hac parte probare non possem: sane qui huiusmodi propositiones concedunt substantia est quantitas, substantia est relatio, sedens est sessio, & similes. Non quod ego sim tanti, vt contendam eas omnino repudiare: sed certe quod videntur pugnare, non solum cum doctrina Arist. sed etiam cum communi modo concipiendi. Et ideo excogitandus illis esset modus aliquis quo non concederentur, etiā si negarent omnia prædicamenta esse realiter prorsus distincta tanquam substantiam & colorem. ¶ Quo circa statuitur hic conclusio tanquam fundamentum distinctionis prædicamentorum. Nullum prædicamētū formaliter prædicatur de alio nisi prædicatione denominatiua. Quod est dicere: in concreto, substantia est quanta, & qualis, & alba, & similis. Et ita in reliquis vnum prædicamentum prædicatur de alio. Sed tamen in abstracto, substantia: nec est quantitas nec relatio, nec sessio, nec actio. &c. Probatur conclusio. ¶ Primum omnium manifestum est, hāc esse intentionem Aristo. 5. Metaphy. text. 14. distinguentis ens reale in decem prædicamenta: nam metaphysica non est de terminis, sed de rebus, cum ergo animus esset illic tractandi de ente, quod est subiectum metaphysicæ, distinxit

Fundamentum:

ens in decem genera rerum omnino diuersa: sicuti qui tractaret de arboribus, distingueret distincta genera arborum: nisi quod ens non dicitur de illis vnuoce. Et ideo apud Aristo. multo perspicaciores sunt huiusmodi negationes, substantia non est quantitas, substantia nō est qualitas, quantitas non est qualitas, substantia nō est sessio, non est habitus. &c. quam istæ, homo non est equus, equus non est bos. &c. ergo qui contrarias affirmatiuas concedit, artem Aristo. palam confundit. ¶ Secundo probatur ex eodem Arist. qui. 5. Metaphy. text. 12. dicit, ea tamū specie differre quæcunq; continentur sub eodem prædicamento: sed ea differre genere, quę differunt prædicamēti figura. Et. 12. Meta. tex. 15. tantam censet esse differentia inter prædicamenta, vt non concedat ea differre, sed esse primo diuersa. Itaq; quemadmodum Arist. 7. Meta. tex. 59. docet prædicationem identicam, puta homo est homo, esse immediate veram, neq; quærenti quare homo est homo reddendam esse aliam causam veritatis, nisi quia homo est homo: ita 10. Metaphy. intelligit negationem rei vnius prædicamenti de re alterius esse immediate veram, nec quærenti, quare substantia non est sessio, reddenda est alia ratio: nisi quia sunt rationes primo diuersæ. ¶ Et tertio id patet: quia vbicunq; Arist. quærit quidditatem alicuius rei, statim discurrit per omnia prædicamēta, ad denotandum quod sunt res diuersissimę. Primo de anima statim quærit, anima an sit substantia, an vero quantitas. &. 1. Physi. text. 13. contra Parmenidē & Melissum, asserentes omnia esse vnum statim percontatur, sintne omnia vna substantia an vna quantitas, an vna qualitas. &c. Quo argumento non vteretur nisi apud omnes philosophos, etiam apud ipsum Parmenidem, receptissimū esset prædicamenta assepere se primo diuersa. Et iste est manifeste sensus verborū, quicquid alij dicant, si substātia & quantitas sunt, duo sunt: & credo idem dixisset de quocunque alio prædicamento puta, si substantia & relatio sunt. &c. nisi quod posuit exemplum de quantitate, quæ est res ad sensum magis cognita. ¶ Et quo semel finitam, tanta est distinctio inter accidentia omnium nouem prædicamentorum & substantiam, vt. 7. Metaphy. text. 2. docet accidentia, non habere propriè quidditates, nec esse simpliciter entia, sed entis entia. Quarto arguitur, quod concedere substantiam esse quantitatē, aut aliud cęterorum prædicamentorum sit contra communē modum concipiendi nam quærenti quid sit homo, respōdetur, quod est substantia, & non respondemus, quod est quantitas: non solum propter connotationes terminorum, sed re ipsa videtur esse duo, homo & quantitas. Item concedimus, quod quantitas est accidens hominis & tamen nullus concederet quod substantia est accidens. Item concedimus proprium esse quantitati, secundum eam æquale vel inæquale dici: quod tamen non est propriū substantiæ. Et concedimus, quod proprium est relatiuorum dici simul ad conuertentiam: quod non est proprium substantiæ aut quantitatis. Et concedimus, sessionem esse dispositionem partium in ordine ad locum: sed nullus concederet, quod substantia dicit dispositionem in ordine ad locum. Item concedimus, quod tempus est accidens cœli, & mensura durationis: & tamen cœlū non est mensura durationis. Omnia ista profecto confundunt qui concedunt res diuersorū prædicamentorum de se inuicem formaliter affirmari. ¶ Et hinc prolapsi sunt, vt concedāt quod intellectus est volūtas, & quod voluntas est sensus, & quod voluntate intelligimus, & intellectu amamus. & vtroq;

sentimus: quas profecto enuntiationes extra scholas nemo proferret. Adde, quod Occham ipse. 1. parte Logicæ capit. 44. ait, Quantitas non distinguitur à re quanta, siue ista propositio, substantia est quantitas, sit concedenda, siue non. Vbi insinuat quod licet non distinguatur nihilominus illa propositio est neganda. Nisi quod discipuli esse pergunt super magistrum.

¶ ATTAMEN dubium restat quomodo posset huiusmodi affirmationes euitare qui non concederet inter sedentē & sessionem eam distinctionem, quæ est inter duas res (quam neque profecto concedere possumus.) Nam si non sunt duæ res, ergo eadē res quæ est sedens, est sessio. Vnde continuo sequitur: hæc res est homo (demonstrando hominem sedentem) & eadem res est sessio: ergo sedens est sessio. ¶ Fateor hunc syllogismum potuisse conuincere (sicut coegit Occham & eius discipulos) vt illiusmodi prædicationes concederentur. Attamen & Aristotel. & antiqui philosophi negant consequentiam. Et certe quamuis sit apparentissima potius est neganda: quam sint concedendę propositiones sua pra impugnatæ. ¶ Ad cuius igitur intelligentiam notandum est, duplicem esse prædicationem apud antiquos, scilicet, identicam & formalem. Prædicatio identica est illa, in qua denotatur rem significatam per prædicatum, esse eandem cum re significata per subiectum. Prædicatio vero formalis est illa: in qua denotatur rem significatam per prædicatum esse formam seu rationem rei significatæ per subiectum. Vnde quando prædicatū est terminus connotatiuus in concreto, semper facit sensum formalem: sed quando accipitur in abstracto, tunc potest vtroque modo accipi. Dicebant ergo antiqui quod ex præmissis in sensu identico non sequitur prædicatio formalis: & talis defectus committitur in dicto syllogismo, nam illi termini res, ens, id quod faciunt sensum identicum, scilicet, hæc res est sedens, hæc res est sessio (quia ens & res est transcendens pertinens ad omnia prædicamenta) sed consequens puta homo est sessio facit sensum formalem: quia extrema sunt diuersorum prædicamentorum. ¶ Possumus iam modo defectum ipsum reducere ad defectum appellationis. Vbi habeatur pro regula: quod quando res vnius prædicamenti in abstracto prædicatur de re alterius: denotatur quod ratio & definitio rei significatæ per prædicatum est ratio & definitio rei significatæ per subiectum. Vnde perinde est arguere, hæc res est homo & hæc res est sessio: ergo homo est sessio, ac si argueres, hæc res est homo, & hæc res est sessio, ergo homo in quantum homo, est sessio in quantum sessio, aut (quod idem est) ratio hominis est ratio situs. Et ideo concludendum esset, res quæ est homo est sessio: quæ propositio ad modum concipiendi verum sonat. In concretis vero optime sequitur, Petrus disputat: omnis homo est albus, omne risibile est homo: ergo omne risibile est album. ¶ Sed sunt contra istum modum dicendi argumenta duo. Primum, quia non videtur defectus iste syllogismi fundamentum habere in Dialectica. ¶ Ad quod respondetur fundamentum esse primo, quia cum medium puta, res, aut si dicas hoc ens, sint termini transcendentes significant rem cuiuscunque prædicamenti: & ideo cum quibuscunque talibus possunt facere sensum identicum. ¶ Et præterea, quia defectus appellationis & alij dialectici non habuerunt fundamentum aliud quam modum

Prædicatio identica & for.

Regula appellationis

concipiendi hominum: vnde sicut in istis syllogismis, Petrus est monachus, & Petrus est albus: ergo Petrus est monachus albus, cognosco Coruscum, Coruscus est veniens, ergo cognosco venientem, propter modum concipiendi dicimus esse peccatum appellationis, cadēratione in proposito. ¶ Et postremo defectus iste habet fundamentum in Aristotele, qui. 3. Physicor. tex. 19. & infra concedit actionem & passionem esse eundem motum, motus enim ad calorem, vt exit ab igne, est actio, & vt recipitur in aqua est passio: sicut eadem, inquit, est via à Thebis ad Athenas, quæ est ab Athenis ad Thebas, vbi negant hanc consequentiam, hic motus est actio & hic motus est passio: ergo actio est passio quia inquit est eadem res actio & passio, sed alia est ratio actionis, & alia est ratio passionis. ¶ Atq; doctrinam hanc intelligere mihi videor apud Aristotelem capite de substantia in hoc libro, vbi ait, quod genera & species prædicantur de suis inferioribus nomine & ratione. Accidentia vero licet prædicentur de substantia, nomine, tamen ratione vnum prædicamentum non prædicatur de alio. Quod verbum præsertim adhoc propositum commendatum esse velim: est enim dicere, quod vnum prædicamentū in concreto prædicatur de alio, sed tamen in abstracto non prædicabitur, quippe qua prædicatione denotabitur ratione vnius prædicamenti esse rationē alterius. Habemus ergo, quod quāuis cōcedatur, quod res quæ est homo est relatio, aut quod homo est res quæ est actio. &c. tamen nequaquam concedendum est: homo est actio, vel homo est relatio: & sic de aliis prædicamentis. ¶ Secundum ac maius argumentum est, aduersus modum istum dicendi. Nempe, quod vt demur id in creaturis admittere, quod in diuinis confitemur altissimum esse mysterium. Concedit enim fides catholica: quod res quæ est Pater est Filius, negans quod Pater sit Filius: atque adeo negat illam consequentiam, Hæc essentia diuina est Pater, & hæc essentia diuina est Filius: ergo Pater est filius. Quod si nos pariter in creaturis damus, nihil magni attribuimus Deo. ¶ Respondetur nihilominus latissimam esse hic & ibi distantiam, hic enim solum negamus huiusmodi syllogismos propter varios modos significandi terminorum, quia videlicet præmissę faciunt sensum identicum, conclusio vero sensum formalem, illic vero non solū propter significationē terminorū, sed propter ipsam naturā rei quę vna simplicissima nō solū realiter sed formaliter est plurescres: & illæ plures, non solūsunt plures formaliter propter significationē terminorum: sed plures res, id est, plura suppositа. Exempli gratia. Concedimus, quod actio non est passio: aut quod homo non est sessio, non tamen dicimus quod hæ sunt duæ res. Item in sensu identico concedimus illas præmissas, hæc est actio, & hoc est passio, sed non in sensu formali. In diuinis vero non solum in sensu identico, sed in sensu formali: essentia est Pater. & essentia est Filius: & conclusio est falsa, Pater est Filius: imo Pater distinguitur à Filio tanquam res à re. Itaque sunt realiter & formaliter eadem res, id est, eadem essentia: & formaliter & realiter distinctæ res, id est, distinctæ personę. Nam res (cum sit transcendens) & pro essentia & item pro persona supponit. ¶ Et per hæc item patet differentia inter has propositiones: homo est humanitas, & Deus est deitas: prima enim est falsa, & secunda vera, quia homo dicit id quod habet humanitatē cum cęteris alijs accidentibus (in quo differt ab humanitate)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus autem simplicissimus nihil habet sed omnia est. Vnde antiqui in creaturis inter suppositum & naturã appellabant distinctionẽ realem, sed in diuinis nõ nisi distinctionem rationis ex solo modo significandi terminorum. Hæc satis est pro primo articulo adnotasse, vt quiconformiter ad aristotel. & ad cõmunem modũ concipiendi citra tantam distinctionem prædicamentorum loqui velint, modum habeãt quo suos defendant sermones.

Articul. 1.

¶ His præfatis in articulo secundo videndum nobis est proprie de quantitate, distinguatur ne à substãtia & qualitate realiter, quemadmodum albedo distinguitur à substantia, vt non solum negemus substantiam esse formaliter quantitatem in sensu tam exposito, sed neque concedamus, quod substantia est res quæ est quãtitas. De qua quæstione (alijs omissis) sunt duę opiniones. Vna Occhã in prima parte suæ logicæ capit. 44. & 45. quam ferè Nominales sequuntur. Et alia est Realiũ omnium. ¶ Prima opinio est, quod nulla species quantitatis distinguitur à substantia vel qualitate, sed lignum est sua quantitas: & materia ligni sua, & forma, item suat & quotquot præterea sunt accidentia corporalia in ligno, tot sunt quantitates: vt color sit sua, vt sapor sit sua &c. Quocirca omnes illas species quãtitatis exponũt secundæ intẽtionaliter. Excẽpli gratia, iste terminus, linea significat rẽ connotando q̃ sit diuisibilis secundum vnam dimẽsionem: & ly superficies, significat rem connotando quod sit diuisibilis secundum duas: & ly corpus, significat rem connotando quod sit diuisibilis secundum tres dimensiones. Neque concedunt rem aliquam esse in corpore quoads modo indiuisibile. Rationes huius opinionis præcipuæ sunt illæ quæ in principio quæstionis sunt propositæ. ¶ Reales vero omnes sunt in contraria sententia, videlicet quantitatem ut re quanta distingui, vt Sanct. Thom. 1. par. q. 77. arti. 1. & Scot. 2. distin. 12. & 4. dist. 12. Quorum opinio sic intelligitur. Quemadmodũ albedo est quoddam accidens, quo substantia formaliter est alba: ita quantitas continua est accidens, quo partes substãtiæ extenduntur, putà, vt caput sit in alio loco quam collum: & collum in alio quam pectus. &c. Et ratione eius substantia diuiditur, & mouetur, & habet omnes alias actiones corporales. Quo fit vt corpus de prædicamẽto substantiæ sit subiectũ corporis de prædicamento quantitatis. Ratio enim substantiæ corporalis consistit in hoc, quod est esse capacem quantitatis nec aliud est substantiam esse suapte natura indiuisibilem, quam esse incapacẽ quantitatis. Quomodo partes corporis de prædicamẽto quantitatis vniantur per superficies, & superficies per lineas, & lineæ per puncta, supra expositum est. Neutra istarum opinionum est adeo demonstrabilis, quin altera sit probabilis. Nihilominus ad quæstionem respondetur duabus conclusionibus quæ sunt vero similiores.

Duæ opiniones.

1. Conclu.

¶ PRIMA conclusio. Quantitas quo ad tres eius species nominatas distinguitur à substantia: & punctũ à partibus lineæ: Hæc conclusio primum & potissimum probari solet ex illo Aristo. 1. physi. text. 13. contra Parmenidem: Si substantia, & quantum, & quale sunt, non vnum, sed multa sunt. Quod infra text. 15. repetit. Si substantia, & quantum sunt, duo sunt. Ad hanc authoritatem respondet Occham prima parte logicę, ca. 45. quod non intelligit Arist. substantiã & quantitatem esse duas res distinctas, sed quod si substantia est quanta, habet plures partes. ¶ Ar certe sensus iste accommodari non potest literę. Primo, quia Parmenides asserens totum mundum esse vnum ens, non negabat illum habere partes, sed dicebat totum mundum esse vnum, sicut ego sum vnus: & ideo Aristot. non volebat probare solũ, quod mundus haberet partes, sed q̃ essent plura genera rerum. Et ideo facit argumẽtum aut illud vnum est finitum, aut infinitum: & siue sit finitum siue infinitum, debet esse quantum: nam finitum & infinitum sunt passiones quantitatis, & rursus si substantia & quantitas sunt, duo genera rerum sunt. ¶ Vnde minus consonat alia expositio aliorum (videlicet quod loquitur Aristote. de substantia spirituali: intelligens, quod si substantia spiritualis & substantia materialis sunt, duæ substantiæ sunt.) Minus (inquam) hæc expositio conuenit literæ: nam si esset sermo de substantia spirituali, non assumpsisset Aristo. aut est finita aut infinita. Item quia Parmenides nihil suspicabatur de substãtijs spiritualibus, alias non esset tam hebes, vt diceret substantias corporales & spirituales esse vnum ens. ¶ Sed quid pluribus opus est? luce clarius est argumẽtum Aristot. aduersus Parmenidem. Nihil enim aliud voluit illi obijcere, nisi quod si omnia sunt vnum, quod nam vnum, an substantia, an quãtitas, an qualitas, sicut. 1. de Anima inquirens, quid est anima, quærit sitne substantia, an quantitas, an qualitas. &c. Erat enim receptissimum inter omnes Philosophos, esse plura rerum genera: saltem illa tria notissima quæ sunt substantia, quantitas & qualitas. Nec Parmenides hoc negabat, sed erat in opinione quam nunc sustinẽt Nominales, scilicet, quod substãtia & quantitas sunt eadem res & addebat quod eadem res erat qualitas. Quod nisi fides nos doceret accidentia in Sacramẽto altaris esse sine subiecto: qui sustinent quantitatem non distingui à substantia, idem (reor) dicerent de qualitate. Et ideo quantum conijcio Aristote. arguebat contra Parmenidẽ ex concessis ab ill, oputa quòd substantia quãtitas, & qualitas erant tria genera rerum: & inde inferebat, quod essent res distinctæ. Vnde si aliqua responsio posset Nominalibus fauere, esset secundum dicta in superiori articulo videlicet Aristo. concludere, quod in sensu formali, substantia non est quantitas, & ita debent respondere ad similes authoritates Aristo. ¶ Nihilominus profecto Aristo. plus intendebat concludere: nam forsan in sensu formali non concessisset Parmenides, quod substantia est quantitas, aut qualitas propter modũ diuersum significandi: sed in sensu identico dicebat quod eadem res quæ est substantia, est quantitas, & qualitas, & homo, & equus, & aer, & ignis. &c. Et ideo Aristo. volebat concludere, quod nec in sensu identico substantia esset quantitas aut qualitas. ¶ Vnde nos sumimus nouum argumentum. Tantam distinctionem posuit illic Aristoteles inter substantiam & quantitatem, quantam inter substantiam & qualitatem, sed inter substantiam & albedinem est distinctio realis, ergo eadem est inter substantiam & quantitatẽ secundum Aristotel. Et confirmatur: quia post quam vtrunque est accidens absolutum, eadem est ratio distinctionis vtriusque. Et certe, vt paulo ante dicebamus nisi fides Sacramenti altaris id vetaret, qui negant quantitatem distingui: idem negarent de omni qualitate.

Arist. contra Parme.

¶ ALIA multa loca Aristotelis adduci possent ad hanc conclusionem. Nam tertio Metaphysicorum, text. 17. ex professo probat aduersus antiquos, punctum, lineam, & superficiem non esse substantiam; sed accidentia substantiæ: quod non posset glossari secundæ intentionaliter, id est, quòd linea supponit

Aliæ authoritates.

supponit pro substantia connotando quòd aliqualiter se habeat: nam in hoc non contradiceret antiquis, quia idem concederent: sed expresse probat, quòd substantia non est linea aut punctum. Et certe apud Aristotelẽ barbarus esset qui huiusmodi propositiones concederet. Et. 7. Metaphys. text. 8. dicit, quod materia nec est quid, nec quantitas. Et breuiter vbicunque de substantia & quantitate incidit sermo, loquitur tanquã de duabus rebus. Quo circa euidentissimum est apud Aristo. saltem in sensu formali nũquam debere concedi, quòd substantia est quantitas aut linea. Quod primo articulo satis puto persuasum esse. Sed est præterea maximũ argumentũ, quod omnino quantitas realiter distinguitur à substantia sicut qualitas. Nam ex æquo vbicunque distinguit hæc tria. Imo frequentius distinguit quantitatem quam qualitatem. ¶ Rationibus etiam multis corroborant philosophi hanc conclusionem: quas passim quisque videre potest. Nos vero hoc potissimum vtimur argumento: quod sit hic secundum. Si quantitas non distinguitur à re quanta sequitur quod tot sunt quantitates in supposito, puta in ligno, quot sunt illicites corporeæ: nempe quod materia ligni est sua quantitas, & forma, sua quantitas: & calor, item sua: & color, sua. &c. consequens est falsum: ergo & an recedens. Sequelam auctores opinionis ipsi concedũt sed probatur minor. Si plures essent quantitates in eodem supposito penetrattiue se habẽtes, sequeretur nullam posse assignari rationem naturalem, cur duo dimẽsiua corpora non possent se naturaliter penetrare in eodem loco: quod tamen natura abhorret. Sequela sic ostenditur. Quod lapis & lignum non possunt simul se penetrare in eodem loco nulla est alia ratio, nisi quia diuæ quantitates non possunt esse simul in eodem loco (hac enim de causa concedimus, & plures angelos simul esse in eodem loco, & sacratissimum corpus Christi in Sacramento altaris esse secundum omnes partes in eodem puncto: (quia videlicet non est ad modum quantitatis.) Sed plures quantitates, puta materiæ & formæ, ligni & omnium accidentium, sunt simul coextensæ in eodem loco: ergo eadem ratione nihil vetaret, quominus lignum & lapis simul se possint penetrare. ¶ Nam qui responderet lignum & lapidem non posse esse simul, quia non vniuntur vt faciant vnũ: materiam vero & formam esse simul: quia faciunt vnum: profecto non satisfaceret argumento. Primo quia solutio videtur petere principium: hoc enim contendit argumentum, quod si materia & forma haberent distinctas quantitates nullo modo forma informaret materiã: quia nõ possent se penetrare magis quã lignum & lapis: nam ea ratione qua quantitates non possunt se penetrare, repugnaret illis vniri, in eodem loco adæquate, aut si non repugnaret illis vniri, pari ratione nec repugnaret esse simul licet non vniuntur. ¶ Et præterea, quia si Deus amoueret quantitatem à lapide posset esse simul in eodem loco cum ligno, veluti Angelus: quamuis non informaret lignum, ergo repugnantia existẽdi in eodem loco, nõ est quod non vniuntur, sed re vera quod sunt duæ distinctæ quantitates. Argumentum profecto concludit, non esse in vno supposito, nisi vnam solam quantitatem quæ exeunduntur, & partes suppositi. & partes materiæ, & partes formæ, atque adeo partes omnium quæ illic sunt corporalium accidentium. Et cum non appareat quod istorum ut illa quantitas, colligitur esse vnum accidẽs ab omnibus distinctum. Quocirca opinionem Nominalium facilius defenderet, qui diceret solam materiã

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

Argum. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non profundam: ergo dabilis est talis superficies. ¶ Respondetur, quod nulla est dabilis pars secundum profunditatem adæquate visa, sed quacunque data, illa videtur secundum particulam anteriorem versus superficiem. At contra hoc arguitur. Nihil videtur nisi mediante lumine: ergo id solum partéris videtur quod recipit lumen, sed partes non recipit lumen secundū partes interiores, sed solum secundū superficiē: ergo illa sola adæquate videtur. ¶ Formant alij præterea argumentum. Si acus secundum cuspidem moueas continuo per mensam planam vsque ad lineam extremam, tunc non finietur (inquiunt) motus quoadusque cuspis sit in vltima linea indiuisibili terminante mensam, nam in quocunque puncto mensæ sit acus vel restat aliquid vltra diuisibile, & tunc non erit terminus motus, quia aliquid restat pertransēundum: vel nihil restat, & tunc sequitur, quod acus est in linea indiuisibili termināte mensam. Hoc tamen argumentū facile aduersarij diluerent, dicentes: quod motus acus non terminatur intrinsece, sed extrinsece in primo instanti non esse acus in mensa puta quando exiuit. Et ita soluentur omnia argumenta de motu, quæ proinde nos missa facimus. Est tamen vltimum argumentum de sacratissimo mysterio Eucharistiæ, nam fidei lumen multa etiam naturalia illustrat. Et mysterium Eucharistæ multo sit nobis intelligibilius si ponamus quantitatē esse in Sacramento, velut subiectum aliorum accidentium: quod cum sit accidēs materiale per se extensum, quo mediante panis sustinebat accidentia, potest absente pane ipsius officium retinere: altas qualitates essent illic diffinēte, & cum hostia calefit tunc calor in nullo reciperetur subiecto: multaque alia sequerentur inconuenientia, quæ posita quantitate euitantur.

Argum. 7.

2. Conclu. ¶ SECVNDA conclusio. Neque numerus qui est quantitas discreta distinguitur ab vnitatibus ex quibus componitur: neque vnitas à quantitate continua. Ad cuius intelligentiam notandum est, opinionē hactenus Realium esse, quod vnitas cuiuscunque in diuidat quanti est quædam res omnino indiuisibilis addita eius quantitati, & præterea quod numerus, puta ternarius: ut cum lapidum propter se significato, nec est tres lapides simul sumpti, nec eius vnitates, sed significat de formali vnam simplicem formam, quæ est in omnibus tribus, à qua habent vt sint ternarius. Ratio prioris partis est quod Aristotel. 5. Metaph. text. 11. expresse dicit quod tam vnitas (quę est principium numeri) quam punctum (quod est principium quantitatis) sunt indiuisibilia: nisi quod punctum habet positionē in continuo, vnitas vero, non. Et. 10. Metaph. eo dicit vnitatem esse primam mensuram, quia est indiuisibilis. Ratio vero secundę partis opinionis est: quia nihil formaliter ponitur in prædicamento, nisi sit ens reale & simplex: cum ergo ternarius, quaternarius, &c. sint distinctæ species formales quantitatis, sequitur quod quemadmodum linea dicit rem quæ est vna, & superficies dicit rem altam, ita ternarius dicit vnam formā specificam, & quaternarius vnam aliam: & cum tres lapides non sint vna res, sequitur quod ternarius dicit de formali, seu de per se significato vnam formam existentem in tribus lapidibus per quam illi lapides sunt ternarius. Contra hanc imaginationem statuimus secundam conclusionē. ¶ Et quod vnitas quæ ego sum vnus in genere quantitatis non sit res indiuisibilis distincta à quantitate mea, certe abundè mihi persuadet, quod non est id necessarium ad saluandum ea quæ philosophi dicunt de vnitate, quemadmodum enim quæcunque res mundi eo ipso quod est ens est vnū vnitate trāscendētali, ita quæcunque res corporea eo ipso, quod est quanta, est vna vnitate prædicamentali: necesse credibile aliud indiuisibile esse in me, vt sim initium numeri. Quod vero neq; numerus dicat aliquam simplicē formam existentē in rebus numeratis, satis persuasum mihi labeo quinto argumento supra formato. Intelligere enim non possum quomodo vna numero res sit in tribus distinctis subiectis. Atque hanc mihi legem, in his præsertim metaphysicis distinctionibus constitui, vt nisi prius intellexero, non credam: cum de solis fide reuelatis scriptum sit, nisi crediderit is, nō intelliget is. Iam enim sæcula illa ablerunt quando præcipua homines studia in his metaphysicis ponentes, nec res aut intelligere, aut exponere adeo curabant, dummodo verbā syllabatim, vt scripta legebant defenderent. ¶ Ergo vnitatem esse indiuisibilem ego sic intelligo. Quanquam tatio quantitatis consistat in hoc quod est esse diuisibile, tamē alia est diuisio magnitudinis, quæ est quātitas continua, & alia multitudinis, quæ est quantitas discreta. nam ratio magnitudinis est, quod sit diuisibilis in partes quæ non erāt actu plura, sed potentia (cū essent continuæ) & per diuisionem fiunt actu plura. Sed ratio multitudinis est, quod sit diuisibilis in partes quæ ante diuisionem erant actu plura, sicut senarius sex hominū diuiditur in duos ternarios, aut tres binarios. Et ideo punctum (quod est principium magnitudinis) est simpliciter indiuisibile, vt opponitur primę diuisioni: sed vnitas (quia est principiū multitudinis est indiuisibilis solū, vt opponitur secūdę diuisioni. Itaque quantitas mea quamuis in ratione continui sit diuisibilis: tamen in ratione vnitatis est indiuisibilis. Exempli gratia: numerus octonarius hominum diuiditur in duos quaternarios: & quaternarius in duos binarios: & binarius in duas vnitates: vnitas vero qualis ego sum) nō est amplius hac ratione diuisibilis, sed si ego diuidar tanquam quantitas continua, desinam esse vnitas & efficiar binarius. Et hac de causa dixit Aristo. 8. Meta. text. 10. quod diuisio quantitatis cōtinuæ procedit in infinitum, diuisio vero numeri, minime. Vnde quantitas mea eo est vnitas, quia non est actu plura. Et ita est glossandus Aristo. & S. Tho. Et certe credo si illi essent modo interrogati, ita concederent. Quod si quis contenderit verba illorum aliud sonare: profecto nihil authoritatis detractum erit summis philosophis, quamuis non credamus has indiuisibiles vnitates, aut numeros. ¶ Eadem ratione dico, quod tres quantitates trium lapidum sunt ternarius. Nec opus est aliam indiuisibilem atque intelligibilem vnitatem superaddere. Et argumentum, quod ternarius & quaternarius sunt distinctæ species, & per consequens debet esse in quocunq; vna forma specifica, respōdemus cū S. Tho. 2. Meta. lect. 3. quod vltima vnitas aduenies numero dat illi speciem. Vltima inquam secundum considerationem intellectus, scilicet, quod vnitas addita binario, facit ternarium: & addita ternario facit quaternarium. ¶ Ex hoc sequitur sensus illius diuisionis numeri. Alius est enim numerus numerās, scilicet, animal, vel eius conceptus: alius numerus numeratus, qui est in rebus. Et hic est duplex, scilicet, formalis & materialis: formalis est vnitates, vt abstractæ ab hac, & illa materia: & materialis est tres homines, tres lapides, &c. Vnde ternarij omnes sunt formaliter eiusdem speciei, licet materialiter specie differant. ¶ Contra hanc tamē expositionem videtur esse authoritas Aristotel. 5. Metaph. text.

Numerus.

Indiuisibilis.

Numerus.

cex. 19, vbi fit quod sex nō sunt bis tria sed semel sex: vbi videtur negare, quod senarius sit aggregatum ex duobus ternarijs. ¶ Respondetur, quod potius auctoritas est pro nobis: nam dicit quod senarius est semel sex vnitates: sed quando dicit quod sex non est bis tria, loquitur de senario, vt diximus quæstione prima in qua rum est numerus superficialis triangularis: nā tres binarij faciunt numerum triangularem: & ideo sunt sicut figura numeri: & quia figura non est substantia rei, sed accidens eius, ideo dixit quod senarius nō est ter duo. ¶ Vltimam authoritatem scio mihi obijcient omnes Thomistæ. 7. Metaphy. lectu. 13. vbi S. Tho. supra. text. 49, dicit, qđ dualitas nō est duę vnitates, sed aliquid ex duabus vnitatibus compositum. ¶ Respōdetur primō, quod S. Thom. non dicebat hoc ex própria opinione, sed vt exponeret opinionem Democriti, quam illic impugnabat Aristote. Et propterea ipse exposuit. 8. Metaphy. vt modo citatum est. Et quando S. Tho. id credidisset, quod numerus est res simplex distincta à rebus numeratis, nihil perdet authoritatis licet rem tam parui momenti non credamus.

Substantia sine quātitate.

¶ SVPEREST ad argumenta principalia respondere. Ad primum negatur superflue poni quantitatem distinctam. Imo est necessariū ad fluid os theīs vt extendat partes substātiæ in loco, quia nō possumus rē corpoream ab incorporea aliter distinguere, nisi quia corporea est capax quantitatis: incorporea vero non. Vnde Augu. 5. de Trinit. lib. 5. cap. 10. in his quæ magnitudinis participatione magna sunt aliud est magnitudo, aliud qđ ab ea magnitudine magnū est. Et prorsus nō hoc est magnitudo, qđ est magna domus. Et quāuis sint qui nō admittant substantiā per Dei omnipotentiā seruari sine quātitate (vt. 2. senten. distin. 18. refert Capreolus) nihilominus admittitur casus. Hoc tamē admisso dicit Paulus Venetus. 5. Metaphy. (quem multi sequuntur) qđ omnes partes substātiæ fluerēt ad punctū medium. Attamen salua autoritate grauissimi philosophi, certē illud est falsum: nā res corporea, nec mouetur, nec agit, nec patitur, nisi ratione quantitatis. Et ideo substantia remota quātitate est omnino immobilis quocunque genere motus, quare partes nō fluerent ad punctum: eo vel maxime, qđ ad imaginationem daretur corpus infinitū, non posset signari punctum medium ad quod partes fluerēt. ¶ Respōdetur ergo, qđ partes tunc manebunt in eodem situ quo antea erant. Sed inde non sequitur quantitate esse superfluā, quia nos loquimur secundum naturas rerū, cui non repugnat Deum per miraculū supplere vicē quantitatis: sicut nō sequitur, Deus potest una sole mundū miraculose illuminare, ergo superuacaneus est sol. Itaq; quāuis quantitas sit naturalis ratio extendendi partes & ponendi eas in loco: amota vero supernaturaliter quātitate manebūt in eodem loco, & situ sicut antea, non tamē occupabunt locum, imo poterit in eodē loco penetratiuē se habere cum illa substātia aliud quātum. Nec tamen illa substantia poterit agere quicquam aut pati, aut diuidi naturaliter, nisi a solo Deo per miraculum, potius quā corpus Christi in sacramento altaris. ¶ Sed circa materiā confirmationis profecto dubiū est. Vtrū

Partes substantię.

partes integrales substantiæ vniantur formaliter per quantitatē. Integrales inquā, quia essentiales nō vniūtur per quantitatē, sed forma seipsa immediatē vnitur materiæ tanquā proprius actus proprię potentię. Sed dubiū est vtrum caput vniatur collo & collum pectori formaliter per quantitatem. Quod quamuis hactenus apud Reales in quæstione non viderim reuocatum, sed omnes videantur supponere partem affirmatiuā, potest tamen esse dubium. Primo, quia nō videtur, quod partes substantiæ vniantur per aliud, sed per se ipsas. Et præterea quia Aristot. nunquam videtur hoc attribuisse quantitati, sed solum dicit hic quod partes corporis de predicamento quantitatis vniuntur per superficies, sicut superficies per lineas: non tamē dicit, quod partes substantiæ vniuntur per quantitatem. ¶ Item quia videtur posse Deum supernaturaliter facere, vt forma equi vniatur materiæ sine quantitate & tamen quod habeat caput & pedes, & manus. Sicut Durandus. 4. distin. 10. q. 2. opinatur, quod in Sacramēto altaris sit Corpus Christi sine propria quātitate qđ licet non credā, verū esse de facto, videtur tamen esse possibile. Et tamen si partes integrales formaliter vnirentur per quantitatē, videtur q. nec supernaturaliter possunt vniri sine illa: potest enim Deus supplere vicē causę efficientis, non tamē formalis, vt licet possit sine igne calefacere, nō tamē potest facere, quod paries sit albus sine albedine. Et sic certe videtur quod partes substātię licet extendātur per quantitatē, nō tamē vniātur. Et secundū hoc responderemus ad confirmationē, q. secluso quātitate partes substātiæ manerēt entitatiuē & substātialiter per se ipsas vnitæ, & illa substantia esset vna trāscendētaliter, nihilominus naturaliter nō esset diuisibilis, quia diuisio naturaliter nō fit nisi per quātitatē vt habetur. 1. Physi. text. 18. At quāuis concederetur, q. partes substantiæ entitatiuē vniuntur sine quantitate, non tamē possent naturaliter habere aliquā figurā, nec aliquod præterea accidēs corporale (nisi de potētia Dei absoluta) quia hęc omnia conueniūt substantiæ ratione quantitatis. ¶ Attamē tenendo cōmunem opinionē Realium: quod videlicet partes substantiæ formaliter vniuntur per quantitatē, tunc forte negandus esset ea sus argumenti, videlicet, quod posset Deus conseruare substantiā sine quātitate. Sicut iam modo negaturi sumus, quod possit Deus separare omnia puncta à lineā: vt pote quia tunc sequeretur, lineā esse diuisam in omnem suam partem, quod implicat contradictionem. Et idem sequeretur de substātio, quia certe vt dicebamus effectum causæ formalis Deus non potest supplere. ¶ Potest nihilominus illo dato responderi, quod non est tam formalis effectus quantitatis vnire partes substantiæ, quam albedinis dealbare, aut quā punctī vnire partes lineę, sed est quodammodo effectus extrinsecus. Vnde quēadmodū partes substantię potest Deus supernaturaliter seruare extensas & figuratas, quāuis naturaliter isti sint effectus formales quodāmodo quātitatis. Ita quamuis sit effectus quantitatis vnire partes substantiæ, possunt nihilominus manere vnitæ supernaturaliter sine quantitate. Naturaliter vero quodcunque agens corrumperet quantitatem, corrūperet subinde substantiam. Ad secundum argumentum respondetur, quod suscipere contraria tanquam subiectum quod, hoc est proprium substantiæ: sed tanquam, subiectum quo: vnum accidens potest esse subiectum alterius, quia qualitas recipitur in substantia mediante quantitate, vt dicit Sanct. Thomo. 3. par. quæst. 77. artic. 2. ¶ Et quia hoc, etiam illi qui concedunt quantitatem distingui à re quanta, non credunt, libet hac ratione id explicare. Quantitas est accidens consequens materiam (quia ratio materialitatis consistit in hoc, quod res sit capax quantitatis) qualitas vero consequitur formam (nam diuersas formas substantiales sequuntur diuersæ qualitates.) Hinc fit vt quemadmodum substantia nihil agat, nisi mediante accidēte

Subiectum quo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam virtute agendi, vt ignis mediante calore, ita substantia nihil corporale patiatur, nisi mediante quãtitate: hac enim ratione corpus Christi in Sacramẽto, nec est alterabile, nec corruptibile: quia nõ est per modum quantitatis, & hoc est quãtitatem esse subiectum, quo, idest, ratione cuius substantia recipit accidentia corporea. Vt sicut materia est primum subiectum respectu formæ substantialis, ita quantitas sit subiectum quo, respectu aliorum accidentium. ¶ Hinc rursus fit, vt quemadmodum calor separatus tanquam virtus ignis calefaceret, ita quantitas in Sacramento altaris tanquam virtus passiua sustantiæ substineat alia accidentia. Vnde certè corroboratur opinio, quod quantitas sit accidens distinctum, nam alias deberet concedi vt concedit contraria opinio, omnia accidentia illic sunt seorsum disiuncta, vt puta color à sapore & sapor à colore &c. quod certè est contra experientiam. ¶ Item, ex hoc corroboratur argumentum secundum supra factum puta quod sunt illic plures quantitates penetratiue se habentes in eodem loco, & non facientes vnum, & ideo non posset dari ratio, quare lignum & lapis non possunt se penetrare, nisi dicant quod præter existentiam accidentium sine subiecto, est nouum miraculum, quod se penetrent, quod profecto est merè gratis dictum: imo esset miraculum si non manerent simul. ¶ Ad tertium varij sunt modi respondendi. Gregorius. 1. dist. 12. q. 2. opinatur quantitatem adeo esse coæquam materiæ, vt nulla mutatione naturali corrumpi possit. Itaq; nõ solum in rarefactione cera vbi nulla substantia noua accrescit præteritæ, sed neque in augmentatione vbi additur substãtia per nutritionem, neq; in generatione vbi acquiritur noua forma in eadẽ materia: acquiritur nec deperditur noua quantitas, sed illa antiqua extenditur aut constringitur. Hæc tamen opinio est falsissima quæcunq; substantia adducit secum sua propria accidentia & ideo in augmentatione animalis, necesse est dicere, quod adducat noua quantitas præteritæ. Et in generatione corrumpitur tota quantitas præterita & acquiritur noua: quia quantitas est accidens totius suppositi, quo corrupto necesse est & eius accidentia corrumpi. Scotus in 4. distin. 12. q. 4. quamuis vtranque partem sub dubio relinquat, videtur tamen tanquam probabile opinari per contrarium extremum, quod non solum in generatione aut augmẽto vsuenit, sed etiam in rarefactione acquiritur noua pars quantitatis, quia rarefactio & condensatio sunt motus contrarij, & per consequens termini, puta maior vel minor quantitas debent esse cõtrarij, quod fieri non posset nisi quantitas maior esset alia quantitate minori. At vero Sanct. Tho. medio modo incedit, scilicet, quòd in generatione tota quãtitas corrupti perditur, & tota geniti acquiritur. Et in augmentatione acquiritur noua pars quantitatis, sicut noua pars substantiæ, quia accidens sequitur mutationẽ subiecti. Sed tamen in rarefactione & condensatione, sicut nec acquiritur, nec de perditur substantia ita nec quantitas, vt habetur. 1. 2. q. 52. art. 2. ad primũ. Et 3. 2. q. 14. art. 3. ad primũ. Et certè hęc videtur esse sentẽtia Arist. 4. physi. text. 84. vbi dicit rarefactionem fieri sine aliculus rei acquisitione, præterquam eadem materia maiorem occupat locum. ¶ Ad quartum conceditur omnes species quantitatis esse per se diuisas & punctum à partibus lineæ. Vnde ad primam impugnationem respondetur, quod punctũ non est necesse habere subiectum adæquatum indiuisibile, sicuti ipsum est: quia punctum nõ est per se primo in substantia, sed

Rarefactio

ratione lineæ, & linea ratione superficiei, & superficies ratione corporis. Vnde corpus est in substantia tanquam in subiecto adæquato, reliquæ verò species sunt in substantia quodammodo inadæquate. ¶ Ad secundam impugnationem conceditur, quod per diuisionem continui producuntur noua puncta & lineæ & superficies: nam diuiso baculo, superficies illæ duæ terminantes partes, vbi facta fuit diuisio, non erant ante diuisionem immediatè: quia duæ superficies nõ possunt esse immediate, sicut nec duo puncta, vt ait Arist. 4. Phy. tex. 90. Nec superficies, quę continuabat illas partes potuit diuidi in duas: cum esset indiuisibilis secundum profunditatem. Quare illæ superficies non erant actu, sed factæ sunt actu per diuisionem. Eadem ratione si partes illæ reuniretur, iterum corrumperentur illæ duæ superficies, & produceretur vna noua continuans. ¶ Quod si quis arguat Aristotelem. 3. Meta. tex. 17. dicere, quod puncta & lineæ & superficies non generantur, nec corrumpuntur. Respondetur, quod nihil aliud illic vult, nisi quod huiusmodi dimensiones non sunt substantiæ, sed accidentia: & ideo non generantur simpliciter, sicut nec reliqua accidentia: sed cogenerãtur & corrumpuntur ad generationem substantiæ. Quod est dicere: sicut per diuisionem non producuntur simpliciter duo, sed partes quæ potẽtia erãt duo, fiunt actu duo, ita superficies fiunt actu quæ erant in potentia in continuo. ¶ Ad tertiam impugnationem negatur per aliquam potentiam posse separari omnia puncta lineæ, aut omnes lineas superficiei, quia sequeretur continuum esse diuisum in omnes suas partes: quod implicat contradictionem. ¶ Quinto argumento eiusque confirmationi, iam suas concessimus conclusiones.

De his quæ ad aliquid?
CAP. VII.

DIcta verò dicuntur ad aliquid, quæ id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: veluti duplum, id quod est cuiuspiam dicitur, duplum enim alicuius scilicet, & maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo namq; maius dicitur similiter & cætera, quæ istiusmodi sunt. Sunt & hæc etiã ex hisce quę ad aliquid sunt, vt habitus, dispositio, scientia, atq; positio: omnia enim hæc id q̃ sunt aliorũ esse aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & nõ aliud quicquã. Habit⁹ enim cuiuspiã habit⁹, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, cæteraq; simili modo. Ea igitur sunt ad aliquid, quę id quod sunt aliorũ esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicũtur: ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. Simile quoq; cuipiã simile dicit: & cætera etiã talia ad aliquid eodẽ modo dicuntur. Sunt autẽ & recubatio, & statio, & sessio, positiones quędã, positiões verò ad aliquid sunt. Recubare autẽ, aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiuè dicuntur.

Textus. ij. ¶ Est autem & cõtrarietas in hisce quæ ad aliquid sunt: virtus namq; vitio contrarium est, quorum vtrumque ad aliquid est, & ignorationi scientia. Non tamen vniuersis contrarietas inest: duplo namque & dimidio, & similibus, contrarium est nihil,

Textus. iij. ¶ Videntur etiam ea quę sunt ad aliquid, & gradus suscipere, vt magis minusve talia sunt: simile namque & magis, & minus dicitur simile, & dissimile, & æquale & inæquale similiter: quorum vtraq; ad aliquid sunt. Quippe cùm simile cuidam simile, & dissimile cuidam dissimile, & inæquale cuidam inæquale dicatur. Non vniuersa tamen hanc subeunt legem: duplum enim non magis minusve dicitur duplum, neque quicquam talium vllum.

Textus. iiij. ¶ Atqui vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea dicuntur, quæ conuertuntur: seruus enim heri dicitur seruus, & herus serui dicitur herus: & duplum dimidij duplum, & dimidium dupli, dimidium dicitur: & in cæteris simili modo, quanquam interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu sensibile dicitur. Verùm interdum conuersio fieri non videbitur, si ad id ad quod dicitur, non accommodatè fuerit assignatum, sed qui assignat, errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, nõ conuertitur auis alæ: nõ enim primò accõmodatè est assignata ala auis: nam non hoc ala ipsius dicitur, quo est auis, sed quo est ales, compluriũ enim & aliorum alæ sunt, quæ aues non esse constat. Quare si accommodate fuerit assignata, fiet conuersio sanè: veluti ala alitis ala, & ales ala est ales. Atqui interdum & nomen facere necesse est, si positum nomen ad quod accommodata fuerit assignatio, non sit: ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio, non enim eo clauus ipsius dicitur, quo nauigium est: sunt enim nauigia, quorum clami non sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, non enim impositum nomen est. Atque conuertitur, si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in cæteris modus: veluti caput accõmodatiùs fuerit assignatũ, si capitati caput, quàm si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet quo animal est: complura namque animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillimè quidpiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt, si à propositis primùm vocibus, etiam his imponat nomina, quę cum primis conuertuntur, vt in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & à clauo clauatum assignabatur.

Vniuersa igitur ea, quæ sunt ad aliquid, si accommodatè quis reddat, ad ea sanè dicuntur, quæ conuertuntur. Nam si ad quoduis vnumquodque: & non ad id, ad quod dicitur assignetur, non fit sanè conuersio: neque enim quicquam eorum, quæ sine controuersia ad ea dicuntur, quæ conuertuntur, nomenque habẽt, conuertitur: si nõ ad id quod dicitur. Sed ad accidentium aliquid assignetur. Veluti si seruus non heri, sed hominis, aut bipedis, aut cuiuspiã similium fuerit assignatus, non fuerit sanè conuersio, nõ enim accommodata est assignatio. Præterea si accommodatè ad id quod dicitur fuerit assignatum, sublatis quidem cæteris omnibus, quæ sunt accidentia, relicto autem eo solo ad quod est assignatum accommodatè, ad illud sanè dicetur, ceu si seruus ad herum dicatur: sublatis quidem cæteris vniuersis quæ accidunt hero, bipede inquam, scientiæ susceptino, hoc homine: relicto autem tantummodo hero, seruus ad ipsum semper dicetur: seruus enim heri dicitur seruus. Quòd si non accõmodatè ad id, ad quod tamẽ dicitur, fuerit assignatum, cæteris quidem sublatis, eo verò, solo relicto, ad quod est assignatum, non ad ipsum sanè dicetur. Assignatus enim sit seruus hominis, alaque auis, atque ab homine seruus auferatur, nõ ad hominem sane seruus dicetur. Nã cùm herus non sit, neque seruus est sanè. Similiter & ab aue ales auferatur, non vlterius ala profectò ad aliquid erit: si enim ales nõ sit, neque erit ala cuiusquam. Quare quodque assignetur ad id, ad quod tandem dicitur, accommodatè, oportet. Atqui si sit quidem positum nomen, facilis assignatio fit: sin verò nõ sit, nomina fortasse ponantur necesse est. Quod si hoc assignentur modo, ea quæ ad aliquid sunt vniuersa, ad ea sanè dicentur, quæ conuertuntur, vt patet.

Textus. v. ¶ At verò ea quę sunt ad aliquid, simul natura esse videntur: atque in plurimis quidem vera est hæc sententia, in quibusdam autem vera non est. Simul enim duplum est & dimidium: & si est dimidiũ, duplum est, & contra: & si seruus est, herus est etiam, similiter & in cæteris. Quin & mutuo hæc interimũt se se. Nam si duplum non est, dimidium non erit, & si dimidium non est, duplum nõ erit. Idem est & in cæteris modus, quæ rationis sunt similis. Non tamen in vniuersis quæ sunt ad aliquid, verum hoc esse videtur, simul inquam natura vt sint: scibile namque scientia prius esse videbitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitur. Plærunque enim rerum quæ antea sunt, scientias nos accipimus: in paucis enim, aut nulla in re prorsus, scientiam fieri quispiam cũ scibili simul videbit. Præterea si scibile tollatur, tollitur & scientia: scientia verò si tollatur, non tollitur scibile. Nam si scibile non sit, scientia non est: nullius enim prorsus scientia erit. Sciẽtia verò etiam si non sit, scibile esse nil prohibet: quadrationis enim circuli etsi scibilis est, scientia quidem non dum esse videtur: est autẽ scibilis ipsa. Præterea animali sublato, scientia quidem animalis non erit, cum complura interim quæ scibilia sint animalium existant. Sic & in sensu res se se habere videtur: sensibile enim antecedere sensum videtur: si sensibile namque tollatur, tollitur & sensus: at ipsum si sensus auferatur, non tollitur. Sensus enim circa corpus, & in corpore sunt: itaque sensibili sublato, corpus è medio tollitur: est enim & ipsum corpus sensibile, si corpus verò nõ sit, etiã sensus auferatur. Quare sit, vt secum sensibile sensum auferat. At sensus secum sensibile non tollit: nam si animal tollatur, tollitur quidem sensus, sensibile verò non tollitur. Est enim sensibile corpus, vt calidum, frigidum, dulce, amarum, & cætera omnia quæ sunt similis generis. Præterea sensus quidem cũ sensitiuo simul emergit: nam vna cũ animali, & ipse sensus efficitur. Sensibile autem est & antea, quam sensus sit, ortus est enim ignis, & aqua, cæteraque talia, è quibus animal constat, & antea quam sit omnino animal, aut sensus, quare sensibile prꝰ ipso sensu videbitur esse.

Textus. vj. ¶ Existit autem hoc loco dubitatio quędam, vtrũ nulla substantiã dicatur ad aliquid, quemadmodum & videtur: an hoc in aliquibus substantijs secundis cõtingat in primis namque substantijs verum est. Nam neq; tota, neque partes ad aliquid sanè dicuntur, quidam enim homo non dicitur, cuiusdã quidam homo, neque quidam equus cuiusdã quidam equus. Et itidem in partibus, quædã enim manus non cuiusdam quædam manus, sed cuiusdam dicitur manus, & quoddam caput, non cuiusdam quoddam caput, sed cuiusdam dicitur caput. Eadem & in pluribus secundis substantijs dici possunt, homo namque non cuiusdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, sed alicuius possessio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdam autem secũdarum substãtiarum est dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manꝰ alicuius dicitur manus, & vnũquodq; tale eodẽ modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid esse.

Textus. vij. ¶ Si igitur eorum quæ sunt ad aliquid definitio est assignata, aut omnino est difficile, aut impossibile, nullam substantiam ad aliquid esse ostendere: sin verò nõ sufficienter est assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorũ esse idem est ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere, fortassè ad hæc aliquid dici potest.

Textus. viij. ¶ Prior autem definitio sequitur quidem ea, quæ sunt ad aliquid, omnia: nõ tamen idem est, propterea quod ipsorum ad aliquid esse est, id quod sunt aliorum esse dicti. Ex his igitur patet, si quispiam aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, definitè scit, simul id quod ad aliud dicitur definitè sciet. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiam hoc aliquid esse, est autem eorum quæ sunt ad aliquid esse, idem ei quod est ad aliquid aliquo modo se se habere: & illud profectò sciet ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omnino id, ad quod hoc aliquo modo se habet, neque si ad aliquid hoc modo se habet, sciet. Patet autem & ex singulis: nam si quispiã hoc scit definitè duplum esse, & id cuius duplum est, continuo definitè scit. Nam si nullus definitè duplum scit illud esse, neque si est duplum omnino sciet: similiter & hoc si scit præstabilius esse, & quo præstabilius est definitè, ob hęc eadem ipsum scire necesse est. Nec indefinite sciet, hoc præstabilius esse deteriore: hæc enim opinatio est, nõ scientia. Non enim exactè iam deteriore præstabilius esse sciet: nam si fortè sic accidat nihil est deterius ipso. Quare patet necessarium esse, vt quicquid eorum quæ sunt ad aliquid quispiã definite sciat, & itidẽ ad quod illud dicitur vt sciat.

Textus. ix. Fit autem vt caput & manus, & quæcumque talium quæ substantiæ sunt, id quod est ipsum definitè sciatur: at non fit necessariò, vt id ad quod definitè sciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius est manus, non fit vt definitè sciatur. Quare hæ nõ ad aliquid erũt. Quod si hæc non sunt ad aliquid, verè dicere licet nullam substantiam ad aliquid esse. Difficile autem est fortassè, de talibus vehementer asserere eum, qui non persæpe cogitationem in his posuerit, circa tamen vnumquodque ipsorum non est inutile dubitasse.

Ad aliquid

ADaliquid Zeno, alijque Platone antiquiores Philosophi (vt ex Alexandro refert Albertus) nõ censebant prędicamentum esse distinctum ab alijs, sed esse omnibus permixtum, tanquam communem omnium conditionem & proprietatem. Vt enim omnibus prædicamentis commune est habere genus, aut speciem, ita & referri: nam in prædicamento substantiæ, secunda substantia

substantia dicitur respectu primæ, & in prædicamento quantitatis est magnum & paruum: & in prædicamento qualitatis simile, & dissimile. At vero Plato primus docuit hoc esse speciale genus entis: ita, vt quemadmodũ to rebus aliud est esse quid, aliud quantum, aliud quale, ita sit specialis ratio entis esse ad aliquid. Cui subinde, cum antea habitudo hęc relatio appellaretur, nomẽ primus imposuit, ad aliquid. Horum rationem, quæst. 1. ex posituri sumus. ¶ Artamen circa ordinem hæsitare quis merito potest, cur prædicamentum hoc fuerit quantitas prædicamento antepositum: cum ordo naturalis rerum postulabat, vt accidentia absoluta præcederent relatiuum: siquidem relatio omnis in rebus absolutis fundetur: & res omnis prius natura in se sit quam referatur: vnde. 5. Physicorum, text. 10. relatio no producitur per se, sed comproducitur ad productionem alicuius absoluti. Et secundo, quia relatio inter entia realia minimæ est entitatis, vt ait Comment. 12. Metaphysic. commen. 29. quia non habet esse fixum, sed pendens à termino: potest enim res quæcũq; ita se esse substantia, & quanta, & qualis: similis vero aut maior, aut minor non, nisi posito termino ad quem referatur. ¶ Et postremo, quia in quinto Metaphysi. vbi Aristoteles ordinem naturalem rerum considerauit, prædicamento ad aliquid, prædicamentum prætulit qualitatis. ¶ Boetius & Ammonius aliam causam huius ordinis nullam assignant, nisi quod in prædicamento quãtitatis factus est sermo de magno & paruo quę dicitur, ad aliquid, & hac de causa ne diutius protraheretur cognitio relatiuorum, statim apposita sunt prædicamento quantitatis. Sed certè hæc non erat tanta necessitas, quæ cogeret naturalem ordinem peruertere. ¶ Et ideo iudicio meo forte dicendum est, vt cap. superiori dicebamus, quod hic nõ seruat Aristoteles ordinem naturæ, aut perfectionis rerum, sed ordinem quo cætera prædicamenta prædicantur de substantia (qua tractatur hic logice de prædicamentis, non secundum ordinem essendi, sed secundum ordinem prędicandi, & de substantia post quantitatem prius prædicatur esse ad aliud, quam esse qualem: nam statim considerata substantia quanta, secluſa quacunque alia qualitate, & mensuratur quantitate, & est dupla ad suã medietatem, & tripla ad suam tertiã, & habet sursum, deorsum, &c. quæ omnia dicunt relationem. ¶ Atque caput præsens in tria diuiditur membra. In primo, qui vnicus est textus, constituitur & explicatur definitio huius prędicamenti, quæ tempore Aristotelis etrũferebatur inter Dialecticos. In secundo exponuntur quatuor eius proprietates, quod propterea in quatuor secuimus textus. In postremo vero, quod quatuor item textus habet terminatur dubitatio de partibus substantiæ, an sint ad aliquid: atque adeo concluditur exacta definitio eorũ, quæ sunt ad aliquid secundum propriam sententiã Aristotelis. Quo fit, vt totum caput per nouem textus sit distributum.

Ordo.

Diuisio.

Definitio.

¶ EA (inquit) dicuntur ad aliquid, quæ id quod sunt, aliorum esse dicuntur, aut ad aliquid aliquo modo. Translatio Boetij sic habet: Ad aliquid talia dicuntur, quæcunque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Atqui Albertus, Paulus, & alij in singulis verbis mysteria scrutantur. Vt talia, & quæcunque consulto existimẽt esse posita, ad denotandum quod cuiusque relationis fundamentum est accidens (quod exprimitur per ly talia) tamẽ primũ subiectum est substantia (quod per ly quæcunque designatur.) At vero Græcè non est illud verbum, talia: nec sunt plura verba quã Argyropyli habet traductio. Nec censeo quicquam illic latere mysterij. ¶ Aiũt præterea & Boetius, & Ammonius dictum esse pluraliter quæcunque, & dicuntur ad significandum, quod vna res singulariter non dicitur ad se relatiue (sicuti vna res potest esse qualis, & quãta) sed relatio semper est inter duo extrema, puta fundamentum & terminum. Attamen quãuis tantorum hominum expositio contemnenda nõ sit, nihilominus verbum hoc plurale non videtur designare duo extrema eiusdem relationis: alias dictũ esset potius. Ad aliquid ea dicuntur quorum esse vnius est ad alterum. Et ideo forte plurale accipitur loco singularis, qui frequẽs est mos Aristotelis, vt sit sensus. Ad aliquid dicit illa res, cuius esse, alterius dicitur, aut ad aliquid alio modo refertur: terminus enim relationis exprimitur, credo, per nomen obliquum potius quam nomine plurali incluadatur. Nisi ad bonum sensum intelligas quæcunque aliorum sunt, id est, quæcũque sic inuicem se habent, vt vnum eorum sit ad alterum. ¶ Vexãtur hic expositores, quod idem definiatur per idem, scilicet, ad aliquid dicitur id, cuius esse ad aliquid dicitur. Sed tamen omnes mihi apparent in æquiuoco laborare: nam ad aliquid, in definitione non accipitur loco vnius nominis, sicuti est definitum, neque est relatiuum: sed est ly aliquid, transcendens: ac si dixisset cuius esse dicitur ad aliquod ens, vt exprimatur terminus relationis. Potuisset enim dicere cuius esse est aliud, nisi quod est aliqua relatio eiusdem ad seipsum considerarum, vt duo, vt identitas. ¶ Nominales more suo definitionem hanc contendunt, etiam terminis accommodare: dicentes, quod relatio recipitur primæ intentionaliter pro rebus, & secundæ intentionaliter pro terminis, vt isti termini pater & filius, sint relationes. At vero abusus est terminos appellare relationes: non enim esse horum terminorum est esse ad aliud: sed id quod in re est esse patrem, hoc est esse ad aliud: termini vero dicuntur nomina relatiua, id est, nomina significantia relationes. Et ideo definitio Aristotel. solum conuenit rebus: sed termini sunt in hoc prædicamento, tanquam signa relationum. ¶ Sed est præterea hic adnotandum ad definitionis & exemplorum intelligentiam, quod terminus relationis aliquando exprimitur sola reflexione obliqui casus, aut genitiui, aut datiui, aut ablatiui: aliquãdo vero per accusatiuum cum propositione: maior enim dicitur magnus, cuius terminus nõ potest exprimi, nisi cum præpositione accusatiui: est enim magnus ad paruum, id est, respectu parui: & ideo dicitur alicuũ, vel ad aliud aliquo modo. Item reflexione obliqui dupliciter, aut quod similit obliquo referantur ambo extrema, vt pater est filij pater, & filius patris filius: & simile est alteri simile, & alterum hic: & maius est minore maius & minus, est minore minus. Aut dissimili, vt scientia est rei scibilis scientia: scibile verò non est scientiæ scibile, sed scientia scibile. De quibus omnibus subdit Aristoteles exempla. Veluti duplum, subduplum est duplum: & subduplum, dupli subduplum. Apud Græcos genitiuus est, pro ablatiuo: & ideo tantum valet subdupli duplum: ac si dicas subduplo duplum: construitur enim duplum cũ ablatiuo, sicut maius & minus. Latini vero dicunt hoc esse duplum ad illud. ¶ Subiungit Aristoteles. Sunt & hæc etiam ad aliquid, habitus dispositio, &c. Vbi (dum hoc quæstione prima latius exponimur) inter cætera notandum est hanc definitionem non esse positam ab Aristotele tanquam bonam, & ex propria sententia, sed est definitio quæ suo tempore cũ conferebatur: quam Boetius dicit fuisse Platonis. Et ideo in toto capite, vsque ad textum septimum, multa dicit quæ nõ sunt intelligẽda, tanquam

Sensus diffiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam à se approbata, sed potius sunt inducta ab illo, vt egregie notauit Ammonius, tanquã inconuenientia quæ non sequuntur ad hanc definitionem: quibus manifestetur eius insufficientiam, atque adeo suam propriam concludant. Et insufficientia stat in verbo dicuntur, quod Aristoteles mutat verbum est, stat enim vera ratio ad aliquid in hoc, quod tota eius quidditas sit esse ad aliud,) quæ appellantur relatiua secundum esse) vt tota quidditas huius quod est esse duplũ, est esse ad subduplum: sed tamen definitio posita tacuit omnes res, quæ dicunt respectum ad aliud, licet quidditas earum non sit esse ad aliud, quæ propterea dicuntur relatiua secundum dici, vt habitus non est relatiuum secundum esse: quia quidditas eius nõ est esse ad aliud, sed est perfectio quæ non potest exprimi, nisi per respectum ad subiectum: est enim habitus perfectio rei habituabilis, & dispositio, perfectio rei dispositibilis. Et ideo post exemplum eorum quæ vere sunt ad aliquid, vt duplum & maius, subiungit. Sunt etiam, id est, secundum positam definitionem dicuntur etiam ad aliquid, quæ tamen vere non sunt ad aliquid, vt habitus, & dispositio quæ dicunt respectum ad subiectum: est enim habitus perfectio subiecti ad suum finem, vt virtus perfectio studiosi ad agendum secundum rationem: & scientia quæ dicit respectum ad obiectum: & positio quæ dicit habitudinem partium in ordine ad locum, vt recubatio, statio, sessio, &c. Addit tamen quod quamuis abstracta sint relationes, tamen concreta vt cubare, seu cubans, stans, & sedens non sunt relationes, sed substantiæ, quæ illis relationibus denominantur.

¶ IN textu secundo qui incipit: Est autem & contrarietas. Incipit secundam membrum, vbi statuuntur quatuor proprietates huius prædicamenti. Quarũ prima est, quod relatiuo aliquid est contrariũ, vt virtus vitio, scientia ignorantiæ. ¶ Dubium esset hic, quod Aristoteles videtur sibi contrarius, cum capite superiori dixerit, relatiuo nihil esse contrariũ, nisi ex iam modo dictis dissolueretur: non enim ex propria sententia hanc allerit proprietatem, sed secundum positam definitionem, quam explicando impugnat. Et ideo non ponit exemplum, nisi de relatiuo secundum dici: nam virtus & vitium, scientia & ignorantia, non sunt relatiua secundum esse, sed sunt in prædicamento qualitatis. Est tamẽ virtus sicuti habitus, relatiuum secundum dici, quia est qualitas secundum esse absolutum: licet dicat ordinem ad subiectum: est enim virtus studiosi habitus; & vitium, vitiosi vitium. ¶ Subiungit tamen Aristoteles, quod hæc proprietas non conuenit omnibus relatiuis: imo & intelligit, quod nullis vere relatiuis, quæ sunt relatiua secundum esse, aliquid est contrariũ. Duplo nihil est contrarium, nec simili. aliquid est cõtrarium, quia idem est simile & dissimile respectu diuersorum. ¶ In tertio textu qui incipit. Videntur etiam, subditur secunda proprietas, videlicet, quod relatiua videntur susc ipere magis & minus inam istæ duæ proprietates vniuersaliter se consequuntur, quia per minorem mixtionem contrarij fit intensio, & per maiorem, remissio. Dato enim summe calido, quod sit, verbi gratia, vt octo, calidum, vt septem est illi magis simile, quam calidum, vt sex. Item quadricubito tricubitum est magis æquale quam bicubitum: & bicubitum, magis inæquale. Subiungit Aristoteles, quod hæc non conuenit omnibus relatiuis: nã duplum non suscipit magis & minus, tam duplus enim est quaternarius ad binarium, quam octonarius ad quaternarium. ¶ In textu quarto, qui incipit: Atqui vniuersa, subsequitur tertia proprietas, quæ re vera proprietas

1. Proprietas.

2. Proprietas.

est relatiuorum, videlicet, Relatiua conuertuntur. Quod Boetius, vertit. Dicuntur ad conuertentiam. Vt seruus, heri est seruus: & herus, serui est herus. ¶ Dici ad conuertentiam, ne quis hic fallatur, non est quod affirmatio vnius inferat alterius affirmationem, & è conuerso, vt si seruus est, herus est: hoc enim pertinet ad quartam proprietatem, quę est relatiua simul esse natura. Neque est, quod termini relatiui sint conuertibiles. Relatiua ergo conuerti est, quod vtrunque de seipsum prædicetur cum alterius geminatione in obliquo exprimente relationẽ, vt herus est serui herus, & seruus est heri seruus. ¶ Quocirca proprietas hæc nihil aliud est quam explicatio quædam naturæ relatiuorum. Itaque sicut homo & risibile, sunt termini conuertibiles: quia si homo est, risibile est: ita seruus, & heri seruus, herus & serui herus, conuertuntur. Quæ potest etiam appellari reciprocatio. Significatius Argyropylus tradu:it herus, quam Boetius, dominus: nam dominus non solùm dicitur respectu serui, sed respectu dominij quarumcunque rerũ, vt est illud Virgilij, Romanos rerum dominos. Est etiã nomen honoris, quod Græcè dicitur Kyrios. Sed tamen, despotes quod hic est Græcũ, Latine est, herus, qui solam dicit respectum ad seruum. ¶ Sunt autem in hoc textu (qui longiusculus est) particulæ quinque. In prima vt visum est constituit proprietatem. In secũda quæ incipit: Verum tamen, &c. incipit exponere dictam proprietatem. Ait enim, quod vt relatiua dicantur ad conuertentiam & reciprocationem, necesse est apte fieri nominum accommodationem. Si enim quis dicat, ala & auis, esse relatiua, fallitur, quia non dicuntur ad conuertentiam: nam habere alam superius est quam esse auem. Vnde licet sequatur, si auis est, alas habet, non tamen vice versa: nam scarabæi & vespæ habent alas: quæ tamen animalia, non esse aues, monstrat Aristoteles in libro de animalibus. Correlatiuum ergo alæ est alis: nam scarabæi aut vespæ non dicuntur alites. Et forte melius vertisset Argyropylus, vt Boetius. Ala alari ala: est namque Græcè, pteroton, quod est alati. Quo nomine significatius promitur relatio alæ: est enim ala, alati ala, & alatũ ala alatum. Nec ita proprie dicere possumus, quod ales sit ala ales; cum ales sit nomen absolutum: alatum vero est denominatiuum ab ala. ¶ At quia huiusmodi fallacia in assignandis correlatiuis aliquando prouenit ex ignorantia denominatiui, vt in exemplo modo positor aliquando vero ex inopia nominum quæ non sunt imposita. Et ideo subiungit secundi exemplũ in tertia particula, quæ incipit. Atque interdum. Ait enim quod aliquando necesse est nomen facere vnius correlatiui secundum alterius vocem, quam Græci vocant, onomatopoeiam, vt si quis opinatur clauus & nauigium esse relatiua, decipietur: nam quamuis omnis clauus (qui est remo) sit nauigij clauus, non tamen omne nauigium habet clauum: sunt enim paruæ scaphæ quæ clauo non gubernantur. Boetius transtulit, remus, sed tamen Græcè est pedalion, quod latinè est clauus, seu remo, quo puppis gubernatur. Faciendum est ergo nomen denominatiuum à clauo: vt dicamus, clauus est clauati clauus: & clauatum, clauo clauatum. Eodem modo, caput & animal, non mutuo reciprocantur. Sunt enim animalia multa capite carentia, vt cancri, vermes: conchylia & alia multa: ergo si volumus ad conuertentiam dicere, faciamus à capite capitatum: est enim caput capitati caput: & capitatum, capite capitatum. Et ita vniuersaliter concludit Aristoteles, quod sit secundum vocem abstracti faciamus nomen concretum, in vniuersum dicentur ad conuertentiam. ¶ Ex quo infert ad maiorem declara-

3. Proprietas. Dici ad conuertentiã.

Onomatopoeia.

declarationem in quarta particula, quæ incipit: nam si ad quoduis, inferri inquam, quod si assignatio vnius relatiui fiat ad quoduis aliud nomen, quod accidentaliter conuenit alteri correlatiuo, tunc non dicentur ad conuertentiam. Et intelligit accidere alteri, non solùm illa quæ sunt vere accidentia, sed illa omnia quæ non sunt de intellectu alterius correlatiui, verbi gratia, herus est, bipes & est homo: seruus tamen non dicitur ad conuertentiam nisi cum ly herus: non enim sequitur, quod si sit seruus sit bipedis, aut hominis seruus: nec è conuerso sequitur, quod si est homo, est serui homo. ¶ Quod confirmat Aristoteles, tali ratione. Seclusis omnibus alijs, id est, dato per impossibile, herus nec esset susceptiuus disciplinæ, nec bipes, neque homo: dummodo esset herus, dicerentur ad conuertentiam seruus & herus. ¶ In quinta tandem & postrema particula quæ incipit: Quod si non accommodate, &c. concludit canonem huius proprietatis, videlicet, quod ad assignandũ proprium correlatiuum, assignandum est tale nomen, vt sublatis cæteris omnibus illud conuertatur cum suo correlatiuo: illo tamen dempto, nulla sit conuertentia, vt in exemplis factum est manifestum. ¶ In textu 4. qui incipit. At vero ea quæ sunt ad aliquid, ponit Aristoteles quartam & vltimam proprietatem huius prædicamenti, videlicet, quod ea quæ sunt ad aliquid sint simul natura, quia simul se, & inferunt, & perimunt. Quam ob rem solent relatiua comparari duobus lignis sibi inuicem obnitentibus, quorum altero sublato, alterũ haud quaquam stabit. Et habet hic textus particulas tres. In prima enim explicat proprietatem. Et in secunda facit argumentum de scientia & scibili: quæ cum appareant esse relatiua, non tamen videntur simul esse natura. Et tertio facit argumentum de sensibili & sensu. ¶ Ad euidentiam proprietatis huius considerandum est (vt egregie adnotauit Paulus Venetus) duo exigi, vt aliquæ res sint simul natura. Primum, quod mutuo se inferant, mutuoque se tollant per verbum substantiuum secundum adiacens. Et præterea quod neutrum sit causa alterius. Quæ conditiones expresse sunt Aristotel. in post prædicamentis, cap. de simul. Vbi ait ea esse simul natura, quę cum essendi consequentia conuertuntur, neutrum tamen est alterius causa, quare sol & lumen eius non sunt simul natura: licet sequatur, sol est, ergo lumen est, & è cõuerso, quia sol est causa luminis. Et eadẽ ratione neq; subiectum & propria passio sunt simul natura. Itaque simul natura sunt, quæ sese mutuo inferunt & tollunt per consequentiam conditionalem: neutrum tamen infert aliud per notam causalem, vt duplum & subduplũ sunt simul natura: quia si duplum est, subduplum est, & si duplum non est, subduplum non est, non tamen quia duplum est, subduplum est, aut è cõuerso. Quod si quis hinc inferat, pater & filius non esse relatiua, neque causa & causatum, quia pater est causa filij: & in vniuersum causa est causa causati. Negatur sequela, nam in relatiuo est considerare, & subiectum materiale, fundamentum & relationem ipsam. Res quæ est subiectum vnius relationis, est causa rei, quę est subiectum alterę, & est causa per fundamentum proximum talis relationis, tamen relatio vna non est alterius relationis causa. Exempli gratia. Paulus pater est causa Dominici filij, & id quidem per generationem, quæ est fundamentũ proximum paternitatis, tamen paternitas eo esse patrem non est causa huius quod est esse filium, potius quam è conuerso. Ita Deus fuit causa omnis creaturæ, & id quidem per rationem quæ fuit fundamentum proximũ relationis, sed tamẽ esse actu causam (quod est creare) non

Canon.

4. Proprietas.

Simul natura

est causa, nec prius quam creari, sed sunt simul. Et ideo relationes creatoris & creaturæ sunt simul natura. Eodem modo res quæ est binarius, prior est quam quaternarius: tamen binarius nunquam erit subduplus, quoadusque sit quaternarius. Et ideo non est prius subduplus quam quaternarius sit duplus. Quo fit, vt conditio hæc sit propria relatiuorum quarto modo: omnibus enim & solis relatiuis conuenit. ¶ In secunda particula quæ incipit. Non tamen, facit argumentum de scientia & scibili, quod non dicatur simul natura: imo quod scibile sit prius quam scientia. Quod probatur triplici ratione. Primo, quia scibile est obiectum scientiæ: obiectũ autem est causa scientiæ (sumuntur enim scientiæ à rebus) ergo scibile est prius quam scientia. ¶ Inserit tamen parenthesim quandam, videlicet, quod in paucis, aut in nulla re prorsus scientia & scibile sunt simul. Ad cuius notitiam notanda est differentia inter scientias speculatiuas in nobis, & scientias practicas: speculatiuæ enim omnes sumuntur à rebus; scientiæ vero practicæ sunt causæ rerum. In nobis inquam, quia scientia diuina non est sumpta à rebus, sed fuit causa omnium rerũ: vt prima parte, quæstione. 14. artic. 8. notauit Sanctus Thomas. Ammonius ergo dextre exponit hanc literam, primo in paucis, puta in rebus quæ nullum habent esse, vt chimera, obiectum non præcedit scientiam, sed intellectus per scientiam confingit obiectum. Sed additur correctiue, aut in nullis, quia cum huiusmodi res nõ sint vere scibiles, nulla est instantia. Secundo exponit de omnibus scientijs practicis, vt sunt morales & mechanicæ, quæ sunt passæ respecta speculatiuarum. In quibus scientia videtur præcedere scibile: qui enim primus excogitauit scientiam nauis, prius habuit scientiã, quam esset scibile: & ita in eo qui primus excogitauit organa, aut alias artes. Sed additur etiam correctiue, aut in nullis, quia adhuc in illis quodammodo obiectũ antecedit scientiam: quamuis enim nõ fuerit nauis ante primum inuentorem, tamen nullus inuenit talem scientiam, nisi quia forte vidit naturæ tabulam super aquam, aut aliquid aliud, vnde excogitauit artem: & ideo semper quodammodo scibile antecedit scientiam. ¶ Forsan congruentior est, alia expositio quam insinuat Paulus: nam Aristoteles nõ dicit, quod in paucis, aut nullis scientia præcedit scibile: sed quod in paucis, aut nullis scibile & scientia sunt simul natura. Instantiæ vero adductæ non ostendunt, nisi quod scientia aliquando præcedit scibile. Et ideo forsan Aristoteles intelligit de scientijs substantiarum separatarum (quæ paucę sunt apud Aristotelem) quæ cum sint perpetuæ & actu intellectuales, non sumunt scientias à rebus: sed simul natura in illis est scibile & scientia, vt simul natura fuit scientia intelligentiæ motricis orbis, & orbis ipse. Dicit tamen correctiue, in nullis, quia adhuc in illis quamuis scibile & scientia secundum ipsum sint perpetua, tamen ratio obiecti in quantum obiecti natura præcedit rationem scientiæ. ¶ Secũda ratio, quia scibile probatur esse prius quam scientia est, quia ex negatione scibilis sequitur negatio scientię, non tamen è conuerso, vt pater, inquit, de quadratura circuli, quæ est scibilis, cuius tamẽ hactenus non est scientia. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum est, quod quadratre circulum non est inuentre circulum & quadratum, quorum periphęriæ, id est, lineæ terminantes aream, sint æquales: nam facile idem filum quod habet formã circuli potes formare in quadratum: tamen area quadrati non erit tanta, quanta area circuli: quia circulus est capacissima figura, quod non est hic locus explicare. Quadrare ergo circulum est,

Scientia & scibile.

Quadrare circulum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quod signato quouis circulo inueniatur vnum quadratum, cuius area sit æqualis areæ circuli: quod Aristoteles 1. Physicor. tex. 11. probauit esse possibile, quia si datur intra circulum quadeatum minus, & extra circulum quadratum maius, possibile est dare æquale, & tamen talis scientia nondum est inuenta. Non ergo sequitur, non est scientia quadraturæ circuli, ergo circulus non est quadrabilis. ¶ Tertiam rationem subdit illic Aristoteles. Præterea animali sublato, & Græcè quidem non sunt nisi hæc sola verba, quæ transtulit Boetius, scilicet animali sublato non est scientia, cum tamen sint scibilium plura, & est tunc litera clarissima. Argytopylus vero nescio cur addit: scientia quidem animalis nõ erit, existunt tamen complura scibilia animalium. Dematur ergo animalis, & animalium, quæ litteram obscurant. Et ratio stat in hoc. Si animal non est, scientia non est: quia cum scientia non sit nisi in homine (loquitur enim de scientia humana) si non est animal, nullum est subiectum scientiæ; & per consequens, nec est scientia, & tamen sublato animali, adhuc restant multa corpora insensibilia quæ sunt scibilia: ergo scibile est prius scientia, & per consequens non sunt simul natura. ¶ In tertia particula textus quo[illegible]: Sic & in sensu, facit simile argumentum quod [illegible] sensibile non sint simul natura, quia sentibile est prius sensu: nam ex negatione sensibilis, sequitur negatio sensus, & nõ è conuerso. Nomine sensus intelligit semper sensationem. Et facit etiã duas rationes. Prima est. Omnis sensus, & circa corpus est (scilicet tanquam circa obiectum) & in corpore, scilicet, tanquam in subiecto (puta in animali) sucsic. Si sensibile non est, neq; corpus est, quia cõuertuntur, & si corpus non est, animal non est: & si animal non est, quod est subiectum sensus, nec sensus est: ergo de primo ad vltimum, si sensibile non est, sensus non est. E conuerso tamen non sequitur, sensus non est, ergo sensibile nõ est: quia sublato animali, quod est subiectum sensus nõ tollitur sensibile, quia adhuc restant corpora inanimata, puta calida & frigida quæ sunt sensibilia. ¶ Facit secundam rationem illic, præterea sensus, quæ talis est. Sensus non incipit esse, nisi quando incipit esse animal: sed prius natura quam sit animal sunt sensibilia elementa, ex quibus componitur: elementa vero, vt ignis & aqua, sunt sensibilia: ergo sensibile est prius sensu. Attamen fuerit ne intentio Aristotelis ex propria scientia determinare, quod scibile & sebile, & sensus & sensibile, sint relativa, & non sint simul natura, quæstione prima videbimus.

¶ IN textu sexto, qui incipit: Existit autem hoc loco, &c. inchoatur tertium membrum huius capitis: vbi mouet Aristoteles dubitationem de partibus substantiæ, an dicantur ad aliquid, cuius intentio est manifeste aperire, quam sit insufficiens definitio posita Platonis: postquam enim ostendit ex illa definitione sequi accidentia absolata dici, ad aliquid, vt habitus & dispositio, item positionem esse ad aliquid, & per consequens ex vltima prædicamenta: concludit tandem quod secũdum eandem definitionem etiam substantia, arq; adeo omnia prædicamenta dicerentur, ad aliquid. Et sunt hic quatuor textus. In primo facit argumentum contra definitionem, & argumentum est hoc. Si definitio posita est bona, sequitur quod partes secundæ substantiæ dicũtur, ad aliquid: vt caput, manus, &c. Ait ergo primã substantiam manifestum esse non dici ad aliquid. Petrus enim non est alicuius Petrus, nec alicuius homo, esto sit patris filius, aut heri seruus, nec partes primæ substantiæ, puta hoc caput, hæc manus dicuntur, ad aliquid quatim explicabimus. Item secundæ substantiæ, quæ sunt in recta linea, non dicuntur ad aliquid: homo enim non est hominis homo, aut equi homo. Et quamuis equus sit hominis equus, non tamen gentilitius ille explicat relationem, sed possessionem equi. Partes vero secundæ substantiæ, dicuntur ad aliquid, vt caput est alicuius caput. ¶ Sed est hic statim dubium quomodo caput in genere dicatur ad aliquid, & tamen in individuo, hoc caput, nõ dicetur ad aliquid nam per regulam anteprædicamentalem, quicquid conuenit generi aut speciei, conuenit individuo. ¶ Boetius exponit caput dicti relative (vt dictum est in tertia proprietate) respectu capitati: & secundum hoc clarum est, quod caput est capitati caput tamen hoc caput non refertur vt sit huius capitati hoc caput nam hoc caput non est proprium abstractum huius capitati, cum potuit hoc esse capitatum alio capite, & hoc esse caput alterius capitati: sed tamé caput in cõmuni non potest esse nisi capitis capitatũ. Si vero mens fuerit Aristotelis arguere, quod partes substantiæ referuntur ad substantiam, non solum vt abstractum ad denominatiuum: sed tanquam pars ad totum (est enim caput pars, & per consequens alicuius pars) tunc proportionabiliter dicendum est (vt Ammonius inquit, & Albertus) quod hæc pars, quatenus hæc pars non refertur ad hoc totum alia relatione, quam pars in communi refertur ad totum in communi: quia singularitas illa non dicit relationem, vt hoc sit huius hoc: cũ hoc caput non includat in sua ratione, quod sit huius animalis, sicut caput quod sit animalis. Licet in quantum est hoc ens, individuatur per hoc, quod est in hoc supposito. ¶ In textu septimo, qui incipit: Si igitur ea, &c. Aristoteles ex superius dictis, & potissimum ex hac dubitatione concludit, definitionem positam non esse sufficientem; & per consequens veram definitionem esse hanc. Ea sunt ad aliquid, quorũ esse idẽ est ei quod est, ad aliquid aliquo modo se habere. Neminem confundat dictum, ei, sensus enim est. Quorum esse est idem illi esse, id est, est tale esse, quale est ad aliquid aliquo modo se habere. Vel (sicut vertit Boetius.) Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse, est ad aliud quodammodo se habere. Et subiungit Aristoteles, quod ex definitione priori sequuntur inconuenientia hactenus deducta, quæ tamẽ omnia per hanc secundam facile diluũtur: nam illa quæ datur per ly dicuntur, competit relatiuis secundum dici: hæc autẽ quæ datur per ly esse, solum conuenit relatiuis secundum esse, vt partim supra expositum est, & latius iam modo exponetur. ¶ In textu octauo infert Aristoteles, hac corollariam ex hac secunda definitione, videlicet, quod si quis definite nouerit vnum relatiuorum, definit re etiam nouit reliquum. Quæ potest constitui quinta proprietas relatiuorum secundum esse. Ratio corollarij est manifesta: nam si tota quidditas relatiui est esse ad aliud, definitio quidditatiua esse non potest, nisi explicet terminum illius habitudinis: nam cum habitudo sit inter duo extrema, quidditatiue cognosci nõ potest, nisi extremis cognitis: vt si tota quidditas dupli est bis continere subduplum, quinouit hanc quidditatem. cognouit & quidditatem subduplique est bis continere ita duplo. ¶ In textu demum nono & postremo, qui incipit: Fit autem, &c. per datam definitionem, & corollarium respondet ad dubitationem de partibus substantiæ, quas inde constat non esse, ad aliquid, quia stat definitiue cognoscere quid est caput, non cognita natura animalis. Ponit exemplum in singulari, vt si quis videat manum alicuius, homine non viso (qui, scilicet, sit velata facie, aut ostendat manũ per fenestram) cognoscetur tunc manus, non cognito cuius sit. Sed tamen adhuc in genere potest quis habere definitionem capitis, aut manus non cognoscendo quidditatiue animal. Est enim caput pars animalis talis figuræ, quia definitione non explicatur quidditas animalis. Eadem ratione omnia relatiua secundum dici excluduntur a ratione relatiuorum, vt sub sequenti quæstione palam fiet.

Proprie definitio.

Dubium.

Si quis definite nouit.

Quæstio Prima.

Vtrùm textus Ad aliquid verus sit.

PARTE negatiua arguitur primo cõtra definitionem. Prima definitio competit omnibus relatiuis secundum dici: sed relatiua quæ tantum sunt relatiua secundum dici, nullo modo pertinent ad hoc prædicamentum: ergo illa definitio nihil ad rem huius prædicamenti faciebat. Probatur minor. Si relatiua secundum dici pertinent ad hoc prædicamentum, tunc vt docte infert Ammonius, omnia accidentia quomodocunque absoluta essent in hoc prædicamento, quia accidens in genere dicit respectum ad subiectum: imo quantitas in quantum quantitas dicit mensuram substantiæ, & qualitas dispositionem eius. Quin etiam substantia, cum dicatur eo quod subsistat accidentibus, qui est quidam respectus per se, ineret ad hoc prædicamentum: vnde sequeretur prædicamentorum confusio. ¶ Secundo principaliter arguitur. Ad aliquid solum dicit comparationem & relationem vnius ad aliud, sed referri est actus intellectus: quemadmodum enim ratio generis, aut ratio speciei solum habet esse per operationem intellectus abstrahentis, ita relatio dicit actum intellectus comparantis vnum ad aliud, ergo ad aliquid, non dicit ens reale, sed solum ens rationis: & per consequens non adnumeratur decem prædicamentis, quæ secundum Aristotelem. 5. Metaphysic. text. 14. sunt entia realia. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si relatio esset ens reale, aut realis habitudo (non enim disputamus modo, an relatio distinguatur a fundamẽto) sequeretur quod relatio vere produceretur sicut alia accidentia: nam accidens reale non est nisi producatur, sed Aristoteles. 5. Physico. tex. 10. ait ad relationem nõ esse per se motum: ergo hoc prædicamentum non pertinet ad entia realia. ¶ Quarto aduersus primam proprietatem arguitur: aut illam proprietatem intelligit Aristoteles, secundum propriam opinionem de relatiuis secundum esse: & hoc non, quia cap. de substantia dixerat relatiuo nihil esse contrarium: aut intelligit eam secundum definitionem antiquorum solum de relatiuis secũdum dici, & contra hoc arguitur. Relatiua secundũ esse vere sunt contraria respectu eiusdem, quia nihil potest esse simile & dissimile respectu eiusdem, aut æquale & inæquale, aut pater & filius, &c. ¶ Quinto aduersus secundam proprietatem arguitur. Si aliqua relatiua fulcirent magis & minus, maxime essent illa duo, quorum extant Aristotelis exẽpla: puta simile & dissimile, æquale vel inæquale (nam duplo & alijs ipse negat competere hanc proprietatem) sed illa non suscipiant magis & minus: ergo nulla. Minor colligitur ab ipso autore, 5. Metaphysic. text. 20. vbi ait, quod similitudo & æqualitas consistit in vnitate: ille inquam, quod vnitas in substantia facit idem, vnitas in qualitate facit simile, & vnitas in quantitate facit æquale: sed vnitas nõ suscipit magis & minus, ergo nec simile, nec æquale, sicut neque idem. ¶ Sexto principaliter arguitur contra tertiã proprietatem. Alia quam relatiua dicuntur ad conuertentiam: ergo hæc non est proprietas relatiuorum: saltem quarto modo vt infinuauimus. Minor ostenditur. Quodcunque denominatiuum cuiuscunque sit prædicamenti, dicitur ad conuertentiam cum suo abstracto, etenim si quantum est, quantitatem quantum est, & si quantitas est, quanti quantitas est: & si calidum est, calore calidũ est, & si calor est, calidi calor est: quę tamen non sunt ad aliquid. ¶ Septimo principaliter aduersus quartã proprietatem arguitur. Aut illa proprietas constituitur tanquam generalis proprietas omnium relatiuorum secundum esse, & secundum dici: aut tanquam propria relatiuorum secundum esse: non primum, quia statim Aristoteles, scibile, & scientiã, quæ sunt relatiua secundum dici excludit ab hac proprietate: sed quod non conueniat solis relatiuis secundum esse, arguitur in ipso codẽ exemplo Aristotelis. Scibile & scientia sunt simul natura: ergo male id negauit Aristote. Probatur antecedẽs. Si scibile in actu est, scientia in actu est, & è conuerso: & si scibile in potentia est, scientia in potentia est, & è conuerso. Et in exemplo Aristo. id patet: nam si quadratura circuli est scibilis in potẽtia, certe possibilis est scientia de illo. Instantiæ vero Aristotelis id solum probant quod non sequitur, si scibile in potentia est, scientia in actu est: quæ nihil videntur probare, quia scibile in potentia, & scientia in actu non dicuntur relative. ¶ Octauo & postremo contra quintam proprietatem arguitur. Si cognoscens definite vnum relatiuorum, definite cognoscet & reliquũ, sequeretur quod in definitione vnius relatiui deberet poni & reliquum, sed hoc est falsum, ergo & antecedens. Probatur minor. Definitio debet esse clarior definito, vt habetur primo Topicorum, cap. 4. & libro. 6. capit. 3. sed si vnum relatiuum definitur per aliud, & è conuerso, non potest definitio clarior esse definito, quia esset circulatio: ergo vnum non debet definiri per alterum.

¶ AD quæstionem (vt authoritas est Aristotelis) respondetur affirmatiue. Vnde circa primum argumentum ad euidentiam totius huius capitis notandum est, duplicia esse relativa (quæ sit prima diuisio, atque adeo basis & huius prædicamenti & vltimorum sex) alia quidem sunt relatiua secundum esse, alia vero secundum dici, vt meminit S. Thom. prima parte, quæst. 13. artic. 7. ad primum. & de potentia, quæst. 7. artic. 10. ad vndecimum. Relatiua secundum esse, sunt illa quæ sunt imposita ad significandum habitudines ipsas relatiuas. Relatiua vero secundum dici, sunt quãdo nomina sunt imposita ad significandum qualitates, vel res alias absolutas, quas consequuntur quædam habitudines. Exempli gratia, simile & dissimile sunt relatiua secundum esse: quia hæc nomina non sunt imposita ad significandum qualitatem (sicut ly album) sed ad significandum habitudinem inter duo alba. At vero scientia quamuis significet qualitatem, quam consequitur relatio ad obiectũ. (Est enim scientia cognitio obiecti) non tamen illud nomen impositum est ad significãdum illam habitudinẽ: sed qualitatem ipsam prout est habitus perficiens intellectum. Eodem modo mouens quamuis significet de formali motum quem sequitur ordo ad mobile: tamen non significat ordinem illum & habitudinem, sed motum: &

Relatio secundũ esse & secundũ dici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia sit relatiuum secundū esse, & quid secundū dici.

Ideo scientia & mouens sunt relatiua secūdum dici. Eodem modo caput est relatiuum secundum dici: quia non significat de formali habitudinem capitis ad cæpitatum, sed partem quæ ceteram habet figuram. Et quamuis per nomina id explicemus, nihilominꝰ res ipsę sunt relationes & relatiua, quæ principaliter in prædicamēto ponuntur. Vnde quo vno verbo rem explicemus, relationum secundum dici est res, cuius quidditas non est esse ad aliud: sed tamen explicari non potest, nisi per ordinem ad aliud. Relatiuum vero secundum esse est illa res, cuius quidditas nihil aliud est, quā esse ad aliud. Quidditas enim intellectus, aut voluntatis non est esse ad aliud: imo sunt res absolutæ, sed explicari non possunt, nisi per ordinem ad obiecta. Est enim intellectus potentia cognoscitiua vniuersalium: attamen duplum, in quantum duplum, nullam rem dicit absolutam, sed habitudinem ad subduplum. Et hac de causa inuenta sunt hæc nomina, secundum dici, & secundum esse: quæ sumpta sunt ex differentia definitionum Aristotelis: quarum prima datur per ly dicuntur, & secunda per ly suæ. Et est attente notandum, quod relatiua eo dicuntur secūdum esse, quia simpliciter & in rei veritate sunt relatiua: atque alia eo dicuntur secundum dici, quia vere non sunt relatiua, sed sunt res quæ dicuntur respectus, id est, quæ vnum significant, & aliud respiciunt, & ideo sunt relatiua secundum quid, vt illa particula secūdum dici, sit diminuens, sicut Æthiops est albus secundū dentes. Huius in considerattone (si nos nō fallimur) decepti sunt qui his temporibus de prædicamentis scripserunt. ¶ Tripliciter ergo exponunt hunc textum. Doctores enim huius temporis vtraque relatiua æqualiter reponunt in hoc prædicamento ad aliquid, decepti corticē literæ, quia Aristotel. vtramque connumerat. Et ita secundum istos, habitus dispositio, scientia, æqualiter ponuntur in prædicamento qualitatis, & in hoc. ¶ At Paulus Venetus, hanc modificans opinionē, dicit quod nulla res æque principaliter ponitur in diuersis prædicamē tis: sed relatiua secundum dici ponuntur principaliter in prædicamento secundum primas tum significatum: & secundario ponuntur in isto. Exempli gratia. Habitus dispositio, & scientia, virtus & vitium, principaliter ponuntur in prædicamento qualitatis: sed minus principaliter in isto, stans & sedens principaliter ponūtur in prædicamento situs, & hic minus principaliter, esse in gymnasio principaliter ponitur in prædicamento, vbi, & minus principaliter hic, & caput & manus secundum primarium significatum reductiue sunt in prædicamento substantiæ, & secundario in isto. ¶ Nihilominus, si mentem Arist. attingimus, reperimus hic conclusionem quā in ea superiori diximus esse fundamentum huius artis.

Nota.

1. Conclu. Nulla res, aut nomen vniuoce & formaliter ponitur in diuersis prædicamentis. Formaliter inquam, quia si relatto non distinguatur à substantia, nihil vetat Petrum in quantum est homo esse in prædicamento substantiæ: & in quantum est pater, esse in prædicamento ad aliquid. Sed formaliter intelligo, quod idem nomen secundum eandem significationem, aut eadem res secundum eandem rationem, non est in diuersis prædicamentis. ¶ Huic annectimus secundam conclusionem: quod in hoc prædicamento tantummodo ponuntur simpliciter relatiua secundum esse. Probatur primo ex ipso nomine nam relatiuum secundum esse hoc significat, quod sit vere relatiuum, & vere ad aliquid reliqua vero sunt

2. Conclu. non relatiua, sed respectiua. ¶ Et confirmatur, quia nomen ponitur in prædicamento secundum eius formale significatum, sed relatiua secundum dici non significant de formali habitudinem & relationem: sed qualitatem potius, aut rem aliam absolutam quam consequitur relatio, ergo illa non ponuntur in hoc prædicamento. ¶ Et secundo principaliter arguitur. Si eadem res poneretur in diuersis prædicamētis, tota machina prædicamentorum rueret, quā Aristoteles intendit decem rerū genera impermixta, constituere (vt patet. 1. Puster. tex. 21. & esset recidere in opinionem Zenonis, & aliorum antiquorum, qui ea de causa non putabant, ad aliquid, esse speciale prædicamentum, quia censebant omnia relatiua secundum dici esse vera relatiua, vnde sequebatur omnia accidentia, & etiam substantiam esse relatiua, quam opinionem Aristot. intendit in hoc capite repudiare. ¶ Et confirmatur, quia certe si habitus, & dispositio, & virtus, & scientia, sunt in hoc prædicamento, eadem ratione intellectus & voluntas, & omnes potentiæ, & omnes formæ, quinetiam & quantitas & substantia, omnia pertinent ad hoc prædicamentum, nō solum materialiter, quod eadem res diuersis rationibus esset in diuersis prædicamentis: sed formaliter secundum eandem rationem: nam ratio substātiæ exprimitur per hoc quod est substare accidentibus: & ratio quantitatis per ordinem ad substantiam; & ratio potentiæ per ordine ad obiectum: quod si sufficeret ad rationem relatiuorū, omnia accidentia secundum proprias rationes pertinerent ad hoc prædicamentū. ¶ Tertio id probatur. Quæcunque sit de scientia, tamen habitus, & dispositio, & virtus, & vitiū manifestissimū est, quod nullo modo sunt in hoc prædicamēto: quia nec proprie sunt relatiua secūdum dici: nam scientia (vt Aristoteles ipse quinto Metaphysicorum, tex. 20. docet) non fertur ad intellectum, qui est eius subiectum: sed ad scibile quod est terminus. Vbi insinuat quod res non dicitur relatiue proprie, nec secundum dici, per respectum ad subiectum: sed per respectum ad aliquid quod se habet tanquam terminus. Habitus vero non dicit ordinem, nisi ad subiectum. ¶ Quarto & postremo arguitur. Si relatiua secundum dici ponerentur in hoc prædicamento, tunc nihil fuisset opus, addere sex vltima prædicamenta: quippe omnia sunt relatiua secundum dici. Vnde eo Aristoteles docuit illa esse distincta: quia intellexit vere non esse relatiua, licet exprimantur per relationes. Atque hoc est memoriæ commendandum pro illorum intelligentia.

¶ AD Primum igitur principale argumentum conceditur, ex definitione antiquorum consequi omnia relatiua secundum dici esse in hoc prædicamento, sed hæc solum de causa hic est proposita, vt per hoc inconueniens, quod inde sequebatur, eius insufficientia prodereturꝰ. ¶ Hinc sumitur prima ratio, qua Plato appellauit hoc prædicamentum ad aliquid, nam relatio videtur competere omnibus relatiuis secūdum dici: quia exprimuntur per respectum ad aliud: sed ad aliquid, exprimit quidditatem relationis esse ad aliud. Et est nomē concretum. Quocirca hanc definitio quam impugnat Aristoteles forsan non est Platonis, vt dicit Boetius, sed Zenonis & antiquorum: nam (vt Ammonius ex Gorgia Platonis adnotauit) idē sensit Plato in hac parte, quod Aristoteles. ¶ Ex dictis sequitur primo concordia inter duas extremas opiniones quæ de ad aliquid, circunferuntur. Prima est quam Gregorius in primo. distin. 2. s. multis contendit probare, videlicet, quod nulla res sit in mundo relatiua, sed omnis absoluta: propterea quia omnis res, aut subsistit per se, aut in alio: & substantia, quomodocunque sit, dicit rem independentem (& per consequens absolutam) à quocunque alio præter eius subiectum.

1. Corollarium.

subiectum. Alia per extremum opposita fuit opinio Gilberti, quam citat Sanct. Thom. 1. parte. q. 28. ar. 2. videlicet, quod relatio nullum habebat esse fixum, sed totū esse eius erat ad aliud: & per consequent potius erat res affixa seu assistens, quam inexistens. At vero Sanctus Thomas distinguit illic, quod relatio, & est accidens, & est relatio. Et ideo secundum esse commune accidentis est in subiecto, sed secundum esse particulare relationis quidditas eius est ad aliquid. ¶ Ex quo sequitur secundo, quod relationis non est dare solum subiectum, sicut aliorum accidentium, sed etiam fundamentum. Subiectum relationis est, id quod denominatur à relatione: fundamentū vero est id, ratione cuius talis relatio conuenit subiecto, quod propterea vocatur etiam ratio fundandi relationem, vt subiectum similitudinis est substantia quæ dicitur similis: fundamentum vero, est albedo, aut figura ratione cuius est similis. Sunt qui subiectum appellant fundamentum remotum: rationem vero fundandi vocant fundamentum proximum significantius vero dicitur illud subiectum (quippe cui accidit relatio) & hoc fundamentum in quo fundatur.

2. Corolla.

Relatio realis & rationis.

¶ IN secundo argumento peritur secunda diuisio relationis. Vbi notandum est, quod vt ait Commentator. 11. sue meta. super duodecimū Aristotelis commēto. 19. cum relatio sit minime entitatis, opinati sunt antiqui relationem solum dicere actum intellectus. Et re vera nomen relatio (cum sit verbale) significat actionē comparatiuam, quæ non potest esse nisi actio intellectus. Et hanc coniecto secundam fuisse causam Platoni, vt imponeret nouum nomen, ad aliquid, quod significat habitudines ipsas reales sine ordine ad intellectum. Et hoc est quod dicunt veteres, scilicet, quod relatio significat relationem vt conceptam: sed ad aliquid significat eam vt excessum, quia relatio significat actum intellectus: sed ad aliquid significat naturam rei. ¶ Quod autem sint aliquæ relationes reales ex natura rei probat Sanctus Thomas. 1. p. quæst. 13. artic. 7. & de potentia. quæst. 7. artic. 9. Et Scotus secundo sententiarum, distinct. 1. quæst. 5. quia ex natura rei sunt aliquæ relationes, quæ dicunt reales perfectiones rerum, vt ordo rerum in quo consistit perfectio vniuersi secundum Aristotelem. 12. Metaphysicorum, tex. 52. ordo exercitus vnio partium in toto, esse patrem, esse causam, &c. Omnes inquam istæ sunt relationes, quæ ex natura rei dicunt perfectiones, & per consequens sunt relationes reales. Cum dico reales, non affirmo quod distinguantur realiter: sed quod sunt rationes reales rerum istas distinguantur à substantia, siue non. ¶ Secunda ergo diuisio relationis est, in relationem realem, & relationem rationis. Relatio realis est habitudo inter duo entia realiter distincta, quæ habet esse seclusa operatione intellectus, vt pater in exemplis positis. Vnde tria dicit Scotus in primo distinct. 30. 1. exigi ad relationem realem, scilicet, quod sit inter res reales, & realiter distinctas, & seclusa operatione intellectus. At vero in hoc quod est realiter distingui, includitur quod ambo extrema sint realia. Relatio vero rationis (per oppositum) est relatio, quam intellectus facit inter duo, quæ aut non sunt entia realia, aut non realiter distinguuntur. ¶ Quo fit, vt tribus modis configat relatio rationis, vt loco citato refert Sanctus Thomas. Primo modo, quando extrema non sunt vere entia: quod potest contingere adhuc dupliciter, quia aut nullum habent in re fundamentum vt entia præterita, aut futura, aut ficta: quare ego sum posterior Adam, & prior Antichristo solum relatione rationis. Et chimeram esse, opponitur huic quod est, chimeram non esse, solum per relationem rationis, quia Adam nec Antichristus, nec chimera sunt: sed intellectus concipit illa sub ratione entis. Aut sunt entia quæ habent fundamentum in re, sicut relatio generis ad speciem, & speciei ad genus, & hoc modo rationis, quia genus & species licet habeant fundamentum in re, tamen res non est actu species, nisi per operationem intellectus. Sed tertio modo relatio est rationis, quæ licet sit inter res, quæ sunt veræ res, tamen non sunt duæ, nec distinctæ nisi per operationem intellectus, vt identitas quæ est mihi ad me ipsum, in qua relatione intellectus me considerat tanquam duo cum non sim nisi vnum. Et hoc est valde notandum apud Sanctum Thomam, quod videlicet non sequitur, distinctio est relatio rationis, ergo extrema sunt entia rationis, in quo frequenter laborant impugnationes Scot. & aliorum aduersus eum. Fit enim sententia Sancti Thom. quod attributa diuina, puta iustitia & misericordia distinguuntur ratione. Infert statim Scot°, ergo iustitia & misericordia in Deo sunt entia rationis. Et tamen consequentia nullam habet apparentiam: non enim intelligit Sanctus Thomas quod intellectus sicut facit genus esse actu genus, ita facit iustitiam esse iustitiam, aut misericordiam esse misericordiam (sunt enim, hæc realiter in Deo) sed intelligit, quod iustitia & misericordia de se non sunt duo, magis quam ego, & ego tied sola operatione intellectus comparantis Deum ad diuersos effectus est in causa, quod essentia diuina cognoscatur sub ratione duorum, puta iustitiæ & misericordiæ. Et hoc est quod Sanctus Thomas. 1. sententiarum, distinct. 2. q. 1. ar. 3. & 4. & 5. & 1. par. quæstio. 13. ar. 4. intendit, dicens attributa Dei non solum differre ratione ratiocinante: sed etiam ratione ratiocinata. Ratio enim ratiocinans est intellectus vel concipiens. Ratio vero ratiocinata est conceptus obiectiuus, seu quidditas in re expressa per definitionem: vult ergo dicere, quod attributa Dei non sunt solum conficta ab intellectu, sed sunt in re formaliter: nisi quod ex parte rei non sunt duæ res, sed distinctio eorum est fundamentaliter in Deo, & formaliter in intellectu. Et idem docet in primo distin. 33. quæst. 1. ar. 1. & prima parte, quæstio. 28. ar. 1. de relationibus diuinis respectu essentiæ. Eodem enim modo quamuis essentia & relatio ex natura rei sint in Deo, & per consequens relatio diuina sit realis: sicut pater realiter est pater, nihilominus essentia & relatio ex natura rei non sunt duo: sed intellectus comparans paternitatem filiationi, cum qua habet oppositionem, quod no habet essentia, ideo cognoscit essentiam & relationem sub ratione duorum: & hoc est essentiam & relationem in Deo distingui ratione. ¶ Hinc sequitur, quod sicut nihil obstat esse relationem realem, quæ solum sit relatio secundum dici, & ramen rationis vt patet in exemplis positis. Verba sunt Sancti Thomæ, de potentia, quæstio. 7. artic. 10. ad. 11. ¶ Ad secundum ergo principale argumentum conceditur, quod comparatio dicit actum intellectus, nihilominus, ad aliquid, dicit habitudinem rerum quæ est in illis seclusa operatione intellectus. Et illæ dicuntur relationes reales quæ solæ ponuntur in hoc prædicamento tam vt sæpe dictum est, solum eus reale distinguitur in decem prædicamenta.

Triplex relatio rationis.

Ratio ratiocinans, &c.

¶ CIRCA tertium principale, notandū ex quinto Metaphy. tex. 20. triplex esse genus relationis realis secundum triplicem naturam fundamenti (quæ sit tertia diuisio relationis.) Relatio primi generis est relatio quæ fundatur super quantitatem, vt duplum, maius, æquale, &c. Relatio secudi generis est, quę fūdatur super

Triplex genus relationis realis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actionem & passionem, vt pater & filius, combustiuum, & combustibile, &c. Relatio tertij generis, est relatio quæ fundatur super rationem mensuræ, vt relatio scientiæ ad scibile. Mensuræ inquam, non quantitatis, nã hæc pertinet ad primum genus, sed mensuræ quæ est veritatis ad esse rei: ab eo enim, quod res est, vel nõ est, propositio est vera, vel falsa. Ob id q; veritas enũciationis cõsistit in adæquatione propositionis ad rem, id est, in hoc quod propositio significat rem ita esse sicut est. Et hoc est scibile esse mensurã scientiæ, & ideo relatio scientiæ ad scibile, est mensurabilis ad mensurã. Et hinc palam fit quomodo scientia sit relatiuũ secundum dici: nam quamuis scientia mensuretur per scibile, tamẽ nomẽ scientiæ non significat illam relationem: & ideo scientia est de prædicamento qualitatis, sed mensurabile est de prædicamento relationis. ¶ Quod si quis arguat contra sufficientiam huius diuisionis, quod calidius est relatio quæ fundatur in qualitate, & simile & dissimile. Respondet illic Sanct. Tho. ex mente Aristo. quod nulla relatio fundatur in qualitate, nisi in quantum qualitas habet rationem actionis, aut quantitatis: similitudo enim fundatur in vnitate qualitatis: illa enim sunt similia quæ habent vnam qualitatem, & illud est calidius, q̃ habet excessum quoddammodo quantitatis in qualitate. Et ad hoc propositum dicit illic Aristo. quod vnitas substantiæ facit idem, vnitas vero quantitatis facit æquale, sed vnitas qualitatis facit simile. ¶ Ex hac tertia diuisione relationis subsequitur quarta. Est nam q; relatio duplex, scilicet, mutua, & non mutua. Quam diuisionem explicat S. Tho. prima parte, quæst. 13. arti. 7. Relatio realis mutua est illa, quæ est realis ex vtroq; extremo, id est, quæ ex vtraque parte habet fundamentum reale. Relatio vero non mutua est quæ ex altero tantũ extremo est realis, & ex altero rationis. Verbi gratia, simile dicit relationem realẽ, quia sicut vnum simile realiter refertur ad primum eodem modo duplum ratione quantitatis refertur ad subduplum, & subduplum etiam ratione quantitatis ad duplum, quamuis sint disquiparantia. Et ideo istæ sunt relationes mutuæ, sed tamen scientia, vt est expressa sententia Aristotel. loco modo citato, realiter refertur ad scibile: scibile vero sola ratione refertur ad scientiam. Quod est dicere, scientia, quia est realis effectus scibilis, ex sua natura habet & mensuretur ab obiecto, & ideo realiter refertur ad ipsum: scibile vero non est effectus realis scientiæ, & ideo nõ dicitur mensura scientiæ per aliquã realem rationẽ quæ sit in illo, sed per hoc quod scientia referatur ad ipsum, id est, realiter adequatur ipsi, & ideo est relatio mutua, quia in scientia est relatio realis, & in scibili relatio rationis, quod adhuc in solutione septimi argumẽti euidentius fit. Eodem modo concedit illic S. Thomas, quod relatio Dei ad creaturam qualis est relatio domini, est relatio rationis, licet seruitus in nobis sit relatio realis, quia cum Deus non ordinetur realiter ad nos, sed nos ad ipsum, Deus non refertur realiter ad creaturam, sed creatura ad Deum. Hoc tamen non est præsentis speculationis. ¶ Hinc rursus sequitur aliam esse quintam diuisionem relationis in relationem æquiparantiæ, & disquiparantiæ. Relatio enim æquiparantiæ, est relatio eiusdem denominationis in vtroq; extremo, vt simile, æquale, &c. Relatio vero disquiparantiæ, est relatio quæ non est eiusdem denominationis in vtroq; extremo, vt pater, filius, dominus, seruus, duplum, subduplum. Quare stat vt relatio mutua sit disquiparantiæ. ¶ Igitur vt ad responsionem argumenti tertij principalis redeamus, non eo negat Aristoteles ad relationẽ esse per se motum, quia negat esse accidens reale, nisi quia relatio per se non producitur, sed cõproducitur ad productionem sui fundamenti. Est enim tantum triplex motus præter generationem quæ est mutatio substantiæ in substantiam, scilicet augmentatio, quæ est motus ad quantitatem, quam consequitur æqualitas & inæqualitas, duplum, subduplum, &c. Et alteratio quæ est motus ad qualitatem, quam consequitur simile & dissimile, & motus localis, qui est motus ad vbi, quod consequitur propinquum, remotum, &c.

¶ AT vero Scotus dictum hoc Aristotelis limitare contendit, excogitans vnam nouam diuisionem relationis, in relationem intrinsecus aduenientem, & relationem extrinsecus aduenientem, vt est videre apud ipsum, in tertio distinctio. 1. quæst. 1. & in quarto distin. 15. quæstio. 1. & quodlibet. 11. Cuius opinio consistit in tribus propositionibus. ¶ Prima est. Relatio intrinsecus adueniens, est relatio necessario consequens fundamentum intrinsecum, puta quantitatem quam sequitur æqualitas, qualitatem quã sequitur similitudo, &c. aut est relatio quæ necessario consequitur fundamento & termino in actu positis. Relatio vero extrinsecus aduenies est illa, quæ non sequitur aliquod fundamentum intrinsecum, vel quæ non necessario consequitur ambobus extremis positis. Ponit duplex exemplum extrinsecus aduenientis. Primum de vnione: si enim (inquit) materia & forma ligni essent in eodem loco, quomodo sunt non vnitæ, & postea vnirentur, illa vnione consequitur aliquam rationem fundandi alisolutã, puta quãtitatem, aut qualitatẽ: & ideo stabit ambo extrema esse scilicet, materiam & formam, & tamen quod non esset vnio. Idem dicit de vnione humanitatis ad verbũ: stat enim, inquit, ambo extrema esse, quod non sit vnio. Secundum exemplum ponit, de vbi, quam putat esse relationem extrinsecus aduenientem. Tertium exemplum addunt aliqui de propinquitate quam opinãtur esse relationem extrinsecus aduenientem: quia stat me esse & columnam esse cui ego sum propinquus, & tamen quod non sit propinquitas, vt si hinc discedam. ¶ Secũda eius propositio est. Quod ad relationem extrinsecus aduenientem est per se motus: quod primo enim per motum ego acquiro est, esse in hoc loco: quod (secundum eum) dicit solum talem respectum ad cẽtrum terræ, vel ad orientem, &c. vt in capite de quantitate exposuimus. ¶ Tertia propositio eius est. Quod sex vltima prædicamenta sunt relationes extrinsecus aduenientes.

¶ Et quia hoc est præcipuum punctum in sex vltimis prædicamentis, necessarium est hæc intelligere & examinare. In primis hæc distinctio nullibi ante Scotum inter philosophos reperitur. Et arguit, quod nulla sit relatio extrinsecus aduenies. Primo, quia Aristoteles. 5. Metaphysi. tex. 20. sufficienter existimauit diuisisse omne genus relationis in tria: quia, inquit, omnis relatio, aut consequitur quantitatem, aut qualitatem, aut actionem, quare omnis relatio consequitur aliquod intrinsecum fundamentum. ¶ Et secundo arguitur in suis exẽplis. Vnio materiæ ad formam consequitur aliquod intrinsecus fundamentum, scilicet, actionem, qua forma vnitur materiæ: sicut enim posita in me albedine, sum similis alteri albo: ita posita ratione qua forma vnitur materiæ, consequitur vnio. Et eodem modo vnio humanitatis ad verbum consequitur actionem, qua humanitas assumitur: vnde fit vt sint relationes intrinsecus aduenientes. ¶ At vero de vbi manifestissimum est apud Aristo. non esse vere relatiuum, puta relatiuũ secũdum esse: nam. 5. Physicorũ, tex. 10. postquam dixerat quod ad

Relatio mutua, & non mutua.

Relatio intrinsec. & extrinsec. aduenies.

Relatio æquiparã. & disquipa.

Vnio.

ad relationem non est motus, & ad substantiam non est nisi mutatio (scilicet generatio) subiungit quod est motus ad quantitatem, & ad qualitatem, & ad vbi: vnde apud Aristo. non magis, vbi est relatio, quam quantitas, aut qualitas. Imo sequitur bene, ad nullam relationem est motus, ad vbi est motus, ergo vbi non est relatio. Quocirca pro libito limitatur maior ad certas relationes, cum sit vniuersalis. ¶ Et confirmatur, quia me esse hic, quãuis non possit explicari, nisi per respectum ad centrũ, vel ad orientem: tamẽ esse hic non significat illũ respectũ. sed esse in hoc loco, dato per impossibile quod nullus esset respectus. Et ideo solum est relatiuum secundum dici: & propterea facit speciale prædicamentum, quia non est relatiuum. ¶ Quod si dicat quis, Scotum idem intelligere per relationem extrinsecus aduenientem, quod nos appellamus relatiuum secundum dici: id nõ potest stare cum suis exẽplis: nã certe vnio materiæ ad formam, humanitatis ad verbum, est relatio secundum esse: quia tota quidditas huius quod est vniri, est esse ad aliud. Et propinquitas (de qua alij ponunt exemplũ) eadem ratione est relatiuum secũdum esse. ¶ Et per hoc impugnatur secũda definitio relationis extrinsecus aduenientis, scilicet, q̃ sit illa relatio: quam stat ambobus extremis positis non poni: nam vel intelligit de fundamentis remotis, & tunc etiam similitudo esset extrinsecus aduenies: quia stat me esse, & Paulum esse quando non sit similitudo albedinis, quæ modo est inter nos, vt puta si alter efficiatur niger. Si vero intelligat de fundamento proximo, falsum est quod stet fundamentum proximum vnionis esse, puta actionem qua forma vnitur materiæ quin sit vnio. Sed in hoc saluae eius authoritate, deuiauit Scotus, quod nullum credit esse fundamentum proximum vnionis præter res vnitas. ¶ Per hæc manifeste impugnatur secunda propositio eius, scilicet, quod ad relationem sit per se motus: nam motus seu actio qua forma ligni vnitur materiæ non terminatur ad relationem, sed ad substantiam: actio enim qua vnirentur, esset generatio, & ideo terminaretur ad esse lignum. Et eadem ratione actio qua humanitas vnitur verbo non terminatur ad solam vnionem quæ sit relatio: sed ad hoc quod est Christum esse hominem, quod est prædicatum substantiale: sicut vnio qua accidens vnitur subiecto est alteratio, & per consequẽs non terminaretur ad relationem: sed ad calidum, aut ad album, &c. Itaque vnio, si dicat motum, præcedit natura informationem qua forma informat materiam, seu accidens subiectum: sed vt dicit relationem, sequitur informationem, & illa est proxima ratio fundandi relationem. Eo enim quod per informationẽ fit lignũ, consequitur relatio vnionis partiũ: & ex eo quod Christus est homo, consequitur relatio vnionis humanitatis: & ex eo quod ego sum albus, consequitur relatio vnionis accidentis. Et motus localis quamuis terminatur ad vbi: tamen vbi non est relatio secundum esse, sed secundum dici. ¶ Et per hoc fit manifestum quomodo propinquitas sit relatio intrinsecus aduenies, quæ consequitur actionem qua ego sum in hoc loco: non enim stat me esse hic, & te esse ist hic, quin simus proximi: & me esse hic est fundamentum propinquum illius relationis. ¶ Hinc demum sequitur, quod sex vltima prædicamenta nullatenus sunt relationes extrinsecus aduenientes, sed res absolutæ extrinsecus adiacentes est quia neque sunt vere relatiua, sed solum relatiua secundum dici, vt illic latius videbimus.

¶ AD quartum principale respondetur, quod primam proprietatem non attigauit Arist. ex propria sententia: sed tanquam inconueniens quod sequebatur ex opinione antiquorum: nam contrarietas, vt dictum est cap. de substantia, solum conuenit rebus ratione quatuor primarum qualitatum: ex quibus qualitates secundæ constant: relationes vero nec sunt primæ qualitates, neque ex illis compositæ. Sed relatiua secundum dici, vt virtus & vitium contrariantur, non in quantum relatiua, sed in quantum qualitates. Vnum quod Ammonius & alij antiqui adnotarunt non intelligitur, quod virtus sit opposita illi ad quod refertur: refertur namq; ad subiectum, virtus enim est studiosi virtus: sicut vitium vitiosi vitium, & tamen inter se opponuntur, virtus vitio, quia habentem ad contraria disponunt fines, puta ad bene & male agendum. Sicuti scientia refertur ad scibile: opponitur vero ignorantiæ. Ignorantiæ quidem puræ negationis, opponitur priuatiue: sed ignorantiæ prauæ dispositionis, id est, errori, opponitur contrarie. ¶ Ad replicã vero respondetur quod æquale & inæquale, simile & dissimile non opponuntur simpliciter, quando quidem simpliciter possunt conuenire eidem, vtpote respectu diuersorum. Sed opponuntur secundum quid, vt si dicas simile & dissimile respectu eiusdem. ¶ Ad quintum principale respondetur, quod licet relatio in quantum relatio non recipit contrarium, ita neque recipit magis & minus: sed sicuti comproducitur (vt ait Aristoteles quinto Physicorum) ad productionem fundamenti, ita intenditur & remittitur ad intensionem & remissionem eius: vt sicuti alio acquirente albedinem, quam ego antea habebam, incipio ego esse similis illi: ita intensa eius albedine efficior magis similis. ¶ Sed de æqualitate est dubiũ quomodo intenditur: nam id maximè fieret, si ego sum septupedalis, & alius qui erat quinquepedalis incipiat augeri, tunc enim efficimur magis æquales, sed tamen arguitur sic: Quantitas quæ est fundamentum relationis non intenditur: ergo neque æqualitas. Respondetur, quod aliqui textus secundum translationem Boetij in hac secunda proprietate non habent æquale, sed solum inæquale, propterea quod cum æqualitas consistat in indiuisibili, puta in vnitate quantitatis: vbi nullus est excessus (vt sentit Aristoteles loco citato in argumento) non potest recipere magis & minus. Nihilominus in textu Græco habetur æquale, & ideo æquale nõ accipitur hic proprie, sed abusiuè, vt vbi est minor excessus, appelletur maior æqualitas: sicuti etiam simile simpliciter dicit eundem gradum qualitatis, sed abusiuè dicuntur similia nõ obstante aliquo excessu intensionis. Vnde ad replicam respondetur, quod quamuis quantitas non intendatur, tamen ratione eius augmenti æqualitas abusiuè, & secundum vulgares dicitur intendi. ¶ Qui putant relationem esse rẽ distinctã à fundamento, discrucient se, an illa relatio, quæ est similitudo sit accidens intensibile. Nos vero non credimus distingui similitudinem ab albedine: & ideo intentio non fit nisi per intensionem albedinis, aut per remissionẽ: nam si ego & Petrus sumus æqualiter albi, per intensionem albedinis in altero nostrũ, altero manente inuariato, remittitur intẽsio. ¶ Ad sextum principale respondetur, quod illa tertia proprietas est generalis omnibus relatiuis secundum esse, & secundum dici: & per consequens extenditur ad omnia denominatiua, vt pater ex ipsa litera Aristotel. Sicut enim caput est, capitati caput est: & si capitatũ est, capite capitatum est: eodem modo color est colorati color: & coloratum colore coloratũ: & ita in cæteris. Nisi quod color non significat intrinsece illam habitudinẽ ad subiectum: & ideo non est relatiuum nisi secundum

Propinquitas.

Recipere contraria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici, & id quidem largo modo: nam quidditas albedinis explicari posset sine ordine ad subiectum: si haberemus nomé proprię differentiæ contrahétis colorem ad esse albedinis. ¶ Propter septimũ argumentũ, Ammonius & Philoponus exponentes dicunt, q̃ si scibile & scientia accipiãtur vtrunq; in actu, aut vtrunq; in potentia sunt simul natura: nam scibile in actu est, cuius actu habetur scientia: sicut dicit Aristo. 3. de anima, tex. 8. quod quãdo recipiuntur species intelligibiles in intellectu, per eas obiectũ fit intelligibile in actu, & potentia intellectus in actu: sed prius sicut obiectum solũ erat intelligibile in potentia, ita & intellectus habebat scientiam in potẽtia. ¶ At vero restat dubiũ duplex apud Arist. Primũ, quare de aliquibus relatiuis, nempe duplum & subduplũ tanquã notum reliquit quod sint simul natura, & id dubitauit de scientia & scibili. Et secundũ, quod videtur sophisticũ fecisse argumentum probando, quod scibile in potentia sit prius quã scientia in actu: quia de illo nulla erat difficultas. ¶ Sed ad vtrũque respondet egregie S. Tho. prima parte. q. 13. ar. 7. ad sextũ argumentum. vbi ait, quod ad cognoscendũ quomodo relatiua sint simul natura, non debemus respicere ad res significatas (nam res quæ est pater, præcedit rem quæ est filius) sed respiciendũ est ad significationes. Est tamẽ differẽtia inter relattiua secundũ esse, & relatiua secundũ dici. Quod relatiua secundũ esse omnia se actu includunt in significatione: non enim est pater, nisi actu habeat filium: nec duplum, nisi actu habeat subduplum: & è conuerso. Relatiua vero secũdum dici aliqua quidem actu se mutuo includunt. vt non est capitatũ, nisi actu habeat caput: nec est caput, nisi actu sit capitatum: nã abscissum caput nó est caput vnuoce. Aliqua vero sunt, quorũ vnum simpliciter includit aliud in actu, sed tantũ aliud simpliciter solũ includit primũ in potentia, vt sciẽtia nõ est simpliciter scientia, nisi actu sit, id est, actualiter habitus sit in intellectu, & si hoc modo scientia est, scibile actu, id est, illud obiectũ quod fuit causa illius habitus actu est, quãdo producit habitũ: & ideo scientia dicit relationẽ realem ad scibile, quia est effectus realis eius. At vero vt scibile sit simpliciter scibile, non exigit actu scientiam, quia nomina ita bile, solũ dicũt potẽtiam. Dicitur enim simpliciter scibile, quia potest de illo esse scientia, & propterea solum dicit relationẽ rationis ad scientiam, quã alij vocant aptitudinalem. Hac de causa egregie dicit Aristoteles, quod scibile simpliciter loquendo est prius scientia: nam quadratura circuli simpliciter est scibilis per hoc quod possit esse scientia de illa, sed tamen simpliciter non est scientia, quia non est inuentus talis habitus, cum quo stat quod scibile in actu sit simul natura cum scientia, & quod scientia in potentia sit simul natura cum scibili. ¶ Octauum argumẽtum petit illam difficultatem, vtrũm vnum relatiuum debeat definiri per reliquum. Et id quidem non hic asserit expresse Aristoteles: sed solum ait, quod qui scierit naturam vnius relatiui, scit naturam alterius, vnde solum sequitur, quod definitio vnius non potest intelligi, nisi intellecta definitione alterius. Sed tamen. 6. Topicorum, cap. 3. cum docuisset definitionem debere dari per notiora & priora dehinc (quia datur innotescendi causa) statim excipit relatiuè opposita, quod videlicet vnum definiatur per aliud vt duplum, inquit, est quod bis continet dimidium: & dimidium quod bis continetur à duplo. Et inde Porphyrius capi. de specie desumpsit, quod vnum relatiuum ponitur in definitione alterius. ¶ Et ergo concluso, quod hoc est proprium relatiuorum secundum esse, vt vnum definiatur per reliquum. Vnde Arist. hoc tanquam corollariũ definitionis relatiuorum secundum esse intulit, q̃ vnũ cognoscitur in ordine ad aliud: nã si quidditas huius quod est esse patré, nihil aliud est, quam genuisse filium: certè definitio quidditatiua non potest dari nisi per ordiné ad filium: & si esse filiũ nihil aliud est quam esse genitum ab alio, in definitione filij ponetur pater. Enimuero sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci, ob idque sicut sunt simul natura, ita sunt simul cognitione. ¶ Ait veruntamen hic albertus, quod aliud est vnum relatiuum definiri per alterum. Aliud vero est vnum definiri in ordine ad alterum. Primum enim est verum, & secundum falsum. Nam li, per, dicit causam: & ideo patrem definiri per filium, designat cognitionem filij esse causam cognitionis patris, & tunc eadem ratione cognitio patris esset causa cognitionis filij. Quod quidem non est verum, tum quia esset circulus in eodem genere causæ, tum quia sicut esse patrem non est causa huius quod est esse filium, nec è conuerso, ita neque cognitio vnius potest esse causa cognitionis alterius. Sed tamen ly ad, solum dicit ordinem, & sic pater cognoscitur in ordine ad filium, & filius in ordine ad patrem. Addiderim tamen, quod non est necesse vnum relatiuum formaliter semper poni in definitione alterius: satis enim est si ponatur eius subiectum, vt si dicas, pater in creaturis est animal, quod genuit aliud est: talliter fibi simile, & filius est animal quod ab alio sibi simili genitum est. ¶ Igitur ad argumentũ conceditur, quod in definitione vnius relatiui debet poni reliquum, negatur tamen inde sequi, quod idem sit notius & ignotius (in quo plurimi gratis torquentur) non enim vnum relatiuũ ponitur in definitione alterius tanquã notius, aut prius notũ: sed tanquã æque notum & simul cognoscibile: hæc enim est propria natura relatiuorum, vt sint simul cognitione. ¶ Quod si quis forte replicuerit ex Aristotele. 2. Topi. ca. 2. vbi ait, quod loco nominis positi in definitione licet ponere eius definitionem: vt si homo est animal rationale, loco de ly animal possumus dicere, homo est corpus sensibile rationale: vnde formet quis hoc argumentum. Si duplum est id quod bis continet subduplum, tunc loco de li subduplum, possumus dicere: duplum est quod bis cõtinet illud, quod bis continetur à duplo: & per consequens idẽ definiretur per idem. Respondetur, quod nó est eadem ratio in relatiuis & in absolutis: in definitione enim relatiui non ponitur aliud tanquam principale relatiuum: sed tanquam terminus relationis illius quæ definitur: si tamen loco illius termini ponas eius definitionem, explicatur tunc, non tanquam terminus, sed tanquam principale relatiuum, cuius terminus est fundamentum prioris relationis: & ideo fit circulus, qui non contingit si loco nominis absoluti positi in definitione, ponas eius definitionem. Et ideo loco relatiui in definitione non licet ponere eius definitionem.

Simul natura.

Scibile & scientia.

Relatiuum desi. per reliqui.

Quæstio secunda.

Vtrùm relatio distinguatur realiter à suo fundamento.

PRO parte affirmatiua arguitur primo ex ipsa quidditate relatiui. Quidditas & ratio essentialis relatiui plus differt à quidditate substantiæ, quam quidditas accidentis absoluti, puta quantitatis, aut qualitatis: nã quidditas relatiui est esse ad aliud, vt hic docet

docet Aristoteles. Quidditas vero absoluti est esse in se, id est, non ad aliud: sed accidentia absoluta realiter distinguuntur à substantia, ergo & accidens relatiuum. ¶ Secundo principaliter arguitur ex Aristotele. 5. Metaphysicorum, tex. 20. vbi asserit omne genus relationis consequi accidens absolutum, & 5. Physicorum. vt dictum est, dicit, quod motus non terminatur ad relationem, sed ad aliud accidens absolutum quod consequitur relatio: in quibus locis videtur ponere differentiam inter relatiuum, accidens, & absolutum. ¶ Tertio principaliter arguitur. Prædicamenta (vt sæpe hactenus dictum est, ex Aristotel. 5. Metaphysi. tex. 14.) sunt entia realia: ergo omnia prædicamenta realiter inter se distinguuntur. Patet consequentia, quia idem est decem esse entia realia, quod decem esse realiter distincta: si enim non distinguerentur realiter, nó essent decẽ realiter. ¶ Quarto principaliter arguitur, vt arguit Sanctus Thomas, 1. par. quæstio. 13. articul. 7. & 28. artic. 1. & de potentia, quæstio. 7. arti. 9. & alibi sæpe: & Scotus in. 2. distinct. 1. quæst. 5. & in multis aliis locis. Sunt aliquæ relationes quæ dicunt perfectiones reales, vt ordo vniuersi, vsio materiæ & formæ, subsentia accidentis ad subiectum, relatio causæ ad effectum realem, esse patrem, &c. quæ omnes relationes dicunt perfectiones ex natura rei sic dictæ operatione intellectus: ergo illæ sunt relationes reales, quod si sint reales, realiter distinguuntur. Propter hoc argumentum ait illic Scotus, quod negare relationes distingui, est negare totum ordinem vniuersi. ¶ Quinto principaliter arguitur ex mẽte Scoti, in. 3. distinct. 1. quæstio. 1. Stat aliquando quodcunque accidens absolutum, quod prius erat in Petro manere, destructa eius relatione, ergo relatio Petri realiter distinguitur à quocunque absoluto quod sit in illo. Probatur antecedens. Petrus albus est similis aliis albis, destruantur alia alba: Petrus desinit esse similis, nullo accidente absoluto corrupto in Petro ergo similitudo Petri distinguebatur ab albedine: alias cum albedo maneat, & similitudo non maneat: si albedo erat similitudo, eadem res manet, & non manet. ¶ Et confirmatur argumentum simili modo. Stat similitudinem Petri intendi, nullo eius accidente absoluto intenso, ergo relatio distinguitur ab illo, vt si Petrus sit albus vt sex, Paulus vero vt quatuor, tunc sunt aliquo modo similes, sed si postmodum albedo Petri remittatur ad quatuor, fit magis similis paulo, ergo similitudo Petri intenditur ab albedine eius remissa. ¶ Eodem modo arguit, quod possunt multiplicari similitudines in Petro, si plures homines generantur albi, albedine tamen Petri non multiplicata: ergo relationes illæ distinguuntur ab albedine. ¶ Sed quia ad hoc quintum argumentum posset responderi, quod omnes istæ variationes in Petro sunt propter mutationes aliorum extremorum. ¶ Sexto principaliter arguitur argumento Occham, in. 1. distinct. 8. quæst. 1. Impossibile est contradictoria verificari de eodem successiue, nisi aut mutato loco, aut tempore, aut re nouæ productæ, aut destructa: sed posito, verbi gratia, quod materia & forma ligni sint in eodem loco penetratiue, & non vnite, tunc possunt esse vnitæ à Deo, nec tempore, nec loco mutatis, nec reliqua destructa: ergo ligneum erat vnitæ, & modo sunt vnitæ est propter propositionẽ nouæ rei quæ est vnio. Simile argumentũ facit in. 3. q. 1. ad probandum, quod vnio humanitatis ad verbum sit relatio distincta. Plura congerit tactus alia argumẽta, vt est videre apud Gregorium primo sentẽ. d. 3. q. 2. sed omnia sunt velut cateni, quos si vnus annullum infringat, tota dissoluitur. ¶ In contrarium est authoritas Aristo. 5. Physicorum, tex. 20. vbi ait ad relationem non esse per se motum, quia stans, inquit, alterato, alterum immutatum relatione affert, id est, stat aliquem sine noua re acquisitione realiter referri, qualiter antea non referebatur.

¶ QVÆSTIO. I. Omittes inter Dialẽticos huius temporis maioris forsan momẽti est, quam fuisset apud antiquos sed quia tantum in contrũ non est solum opinionẽ recitare, aut aliquam pertinacius sequi, quam ratio conuincerit, ad quæstionẽ duabus conclusionibus respondemus. Prima est. Nulla prorsus est relatio à fundamento realiter distincta quam res noua, vt videlicet sint duæ res, sicut ignis & calor. Et primum omnium nemo ante Suarum (quod ego viderim) ita expresse sub istis terminis concessit, quod relatio distinguatur realiter à fundamento, sed ille concessit primus, qui. 3. sent. dist. 1. triplex, inquit, est relatio. Alia cui repugnat esse sine eius termino, vt relatio creaturæ ad Deum, & hæc, inquit, nõ distinguitur à creatura. Alia vero est, cuius fundamentum potest esse sine tali relatione, vt æqualitas, similitudo, &c. (nam potest homo manere albus sine relatione, si alia alba corrumpantur) & hæc, inquit, omnis distinguitur à fundamento, siue sit intrinsecus, siue extrinsecus aduenticus. ¶ At S. Tho. nusquam hoc formaliter asserit: sed eius discipuli illud verbum adiecerũt. Vnde Paulus Sõcinas solertissimus scrutator S. Tho. 5. Metaphy. q. 18. arti. quod circa hanc quæstionem nullibi expresse habetur quid senserit Philosophus, aut commentator, aut Sanct. Thom. aut alij Peripatetici, & ideo tantores varia senserunt. Vnde ipse tenet partem negatiuam, licet Capreo. in primo dist. 30. & alij Thomistæ teneant affirmatiuam. Addiderim ego quod Sanct. Thomas potius fuerit opinionis negatiuæ, & primo si opusculum illud quadragesimum octauum de prædicamentis sit Sancti. Tho. (vt non ab re credimus) expresse illud tenet in tractatu de prædicamento, ad aliquid, capit. 2. vbi ait, quod similitudo Socratis in albedine ad Platonẽ non est alia res distincta ab albedine: sed solum ipsa albedo, vt se habet ad albedinem Platonis. Et subdit: Si enim similitudo adderet supra albedinem aliquã rem, nullo modo posset aliquis fieri alicui similis, sine sui mutatione, quod est falsum. Nam si quis, inquit, in India fieret modo albus, haberem ego similis illi nulla in me facta mutatione. Hæc ille. Et quinto Physic. le. 3. expenẽs illud. Ad relattionem non est per se motus, dicit quod cũ ego habeo quantitatem, per eam conuenit mihi, vt sim æqualis omnibus illis qui eandem habent. Et ideo cum quis de nouo accipit illam, nihil de nouo mihi aduenit, per quam sim similis illi. ¶ Et re vera id expresse asserit Aristo. in illo textu. Cuius verba sunt. Neque motus est in aliquid: altero enim subeunte mutationem non subeuntem vere dici potest, id est, per hoc quod alter mutatur, me immutato, incipio esse similis, aut æqualis, quam etiam hoc explicat definitio, ad aliquid, scilicet, hoc ipsum quod sunt, alterum sunt: nempe quod nullũ aliud esse habent, nisi esse ad aliud, vt patet per hoc solum formaliter est pater, quia habet filium & dominus, quia habet seruum. Itaque quando denominatio est formaliter in patre, denominatur tamen à filio. Vnde Sanctus Thomas tertia, quæst. 16. artt. sexto, ad secundum, & alibi frequenter concedit, quod relatio conuenit alicui sine sui mutatione. Idem dicit Augustinus quinto de Trinitate. c. vltimo. Et Anis in anonym. ca. 25. & omnes fere vniuersum philosophi. ¶ Scio reponendum esse reuentũ contrariam opinionẽ & quamuis quis incipit esse similis, aut æqualis non mutetur mutatione per accidens absoluta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

istum, nihilominus mutatur mutatione accidentis respectiui. At vero cum vniuersaliter Arist. dicat nullam esse necessariam mutationem in eo, qui incipit esse ad aliquid, voluntaria est istorum restrictio. ¶ Attamẽ conclusionem non teneo solùm propter authoritatem Aristo. aut S. Tho. Imo certior est mihi conclusio, quam q fuerit opinio ipsorum. Et potissimũ mihi argumentũ est id quod modo faciebamus. Quis enim credet per hoc, quod aliquis incipiat in India esse albus oriri in me aliquam rem, quam prius non habebam, cum secundum istos deberent pullulare innumeræ entitates: nam incipio esse illi distinctus, similis, maior, &c. Et quando Petro nascitur filius, nescio quomodo accrescat illi aliqua entitas, magis quã si esset mortuus antequam filius animam reciperet: tũ tamen authores huius opinionis concedant, quod quotiescunque res aliqua producitur, pulsatur in omni creatura mũdi in cælo & in terra noua entitas, quæ formaliter est ab ista distincta. Quin etiã quotiescunque res aliqua mouetur localiter, in quocunque instanti motus & in re illa, & in omni corpore mundi, sunt nouæ entitates: nam in quocunque instanti res illa respectu omnium corporum mundi fit magis, aut minus propinqua: quod ille credat, qui capere potest. ¶ Secundum argumentum ad conclusionem est. Si relatio esset res distincta à fundamento, posset Deus illam separare manẽte fundamẽto, & termino: vt si ego sum similis Petro in albedine entitate distincta ab albedine, me & Petro manentibus albis potest eam Deus corrumpere, sed tũc adhuc erimus formaliter similes sine illa entitate, ergo illa est superuacanea. Probatur maior: quia postquam nec fundamentum est de essentia illius relationis, nec è conuerso, certe nulla est repugnantia, quominus possit Deus fundamenta seruare sine illis entitatibus. Scio Scotum in quarto distinct. 12. quæst. 1. & Capreolum in primo distinctione. 30. hanc maiorem negare: quia naturaliter sequitur, positis duobus albis in vtroq; esse similitudinem. At vero si intelligant naturaliter sequi illa esse similia, verum est quin etiam nec supernaturaliter posset fieri: vt non essent similia. Si vero intelligant subsequi naturaliter entitatem distinctam, quæ est similitudo tunc est argumentum, quod nihilominus potest Deus illam naturalem sequelã impedire, vel illam entitatem productam separare. Nec valet responsio, quod sicut non potest Deus facere album sine albedine, ita nec simile sine similitudine distincta. Non inquã valet, quia primum non potest intellectus capere sed tamẽ positis duobus albis seclusa quacunq; entitate sunt similia. ¶ Quod si quis respõdeat, quod quãuis supra naturaliter posint esse similia sine albedine distincta nihilominus naturaliter est necessaria illa similitudo, sicut diximus de quantitate, quod naturaliter substantia per quantitatem habet partes extensas, quamuis supernaturaliter Deus possit illas extensas seruare sine quantitate. Contra hoc replicatur, quod sit longe aliter de quantitate nam de quãtitate fecimus alias nouas rationes ad probandum quod sit distincta. Et præterea quia data substantia sine quantitate, non haberet quicquid haberet per quãtitatem: quia nec posset Deus tũc facere, quod illa occuparet locum, vt non posset aliud esse illic corpus: sed tamen duo alba circumscripta quacunque alia entitate tam similia omnino essent, ac si haberent illam. ¶ Simile argumentum potest fieri per oppositũ, quod si paternitas est noua entitas in patre, posset Deus illam seruare mortuo filio, quandoquidẽ neutrum est de essentia alterius: & per consequens, tunc pater denominaretur patet ab illa relatione, cum tamen non haberet filium. ¶ Tertium argumentum est simile illi quod faciebamus de numero ternario & quaternario. Sequeretur enim quod duplicitas qua quaternarius quatuor hominum est duplus binarij, esset entitas distincta à quaternario: & per consequens, quod vnũ simplex accidens esset subiectiue in quatuor distinctis subiectis, quod est creditu difficile. ¶ Gregorius Arimin. primo distinctio. 18. quæstio. 2. viginti fere congerit argumenta in confirmationem huius conclusionis, sed illis re vera, qui hæc facta deuorauerint, frustra aliud quodpiam obijcietur. Præsertim quod qui huiusmodi entia multiplicant, ipsi tenentur probare: qui vero negant, inde suam abunde sententiam afferunt, si argumentis obiectis respondeant. Nec tanta cura esse debuisset scholasticis huiusmodi distinctiones sustinere, quas intellectus tam fert moleste, dum tamen neque locutio sit tam auribus dissona, vt simpliciter & formaliter concedatur, quod substantia, aut qualitas, aut quantitas est relatio postquam habet distinctam rationem & definitionem. ¶ Secunda conclusio. Relatio formaliter distinguitur ab eius fundamento: atque adeo à cæteris omnibus prædicamentis, tanquam ratio specialissentis. Conclusio hæc capite superiori satis fuit (opinor) & exposita, & confirmata. Vnde quamuis secundum primam conclusionem concedendum sit, quod eadem res quæ est quãtitas, est æqualitas: & eadem res quæ est albedo, est similitudo: & eadem res quæ est potentia generandi, est paternitas: nihilominus tamen negandum est, quod simpliciter quantitas sit æqualitas, aut quod albedo est similitudo: nam istæ propositiones faciunt sensum formalem, puta quod quantitas in quantum quantitatis, aut albedo in quantum albedo sint relationes, id est, quod ratio & definitio quantitatis, aut qualitatis sit ratio & definitio relationis, quod falsum est.

¶ IGITVR ad primum argumentum concesso antecedenti, scilicet, quod quidditas relationis quę exprimitur per diffinitionem, plus differat à substantia quam quidditas relationis absolute: negatur tamé consequentia cum infertur, quod si absolutum accidens est alia res à substantia, & relatio sit alia res: imo propterea quod quidditas relationis, nihil aliud dicit quam esse ad aliud: sequitur, vt nõ ponat nouam rem præter eius fundamentum. ¶ Ad secundum respondetur, quod authoritates Aristotelis potius pugnant pro nobis, quam contra nos, vt in argumento, sed contra, & inter probandam primam conclusionem ostensum est. ¶ Ad tertium respondetur, quod decem prædicamenta sunt decem entia realia, vt docet Aristoteles. Inde tamen non sequitur, quod sint decem res realiter distinctæ, sicut ignis & calor: sed quod sint decem distinctæ rationes entis seclusa operatione intellectus primo diuersæ, quia habent distinctas quidditatiuas definitiones ratione cuius nullus eorum de alio affirmatur in sensu formali, vt conclusione secunda expositum est. ¶ Ad quartum principale respondetur, quod solùm probat ordinem vniuersi ordine partium, vnionem partium substantialium inhærentia accidentis ad subiectum, reliquaque id genus relationes, esse relationes reales: quod nos ingenue fatemur, cum conueniant rebus ex natura sua seclusa operatione intellectus: non tamen probat, quod sint res distinctę à suis fundamentis. Nec quisquam negat, negat cõpositionẽ orbis, vt Scotus censet. Quinimo cũ inter res alias posuisset distinctionẽ formalem ex natura rei quæ tamẽ non est realis, vt inter attributa diuina, & inter proprietates entis, vbi minus erat apparẽtiæ, vt in prædicabilibus capitulo de proprio, & in hoc lib. ca. 4. disputa-

Secundum argumẽtũ.

Tertiũ argumẽtum.

Secũda conclusio.

disputatum est, multo eam melius statuisse: inter fundamentum, & relationem, & sex alia prædicamenta. ¶ Ad quintum principale respõdetur, quod si sensus maioris sit, quod stat rem illam quæ est relatio corrumpi, quocunque alio absoluto manente inuariato falsum est: res enim quæ est similitudo est albedo ipsa. Si vero sit sensus formalis, scilicet, quod stat rem illam desinere esse relationem quando non desinat esse res absoluta, conceditur: sed inde nihil sequitur contra conclusionẽ. Cũ enim Petrus desinit esse albus, nulla in me res corrumpitur, sed albedo mea desinit esse similitudo. Et eodem modo concedimus, quod stat albedinem in quãtum est albedo remitti, & in quantum est similitudo intendi, & in quantum est albedo non multiplicari, & in quantum est similitudo multiplicari, numero alborum crescente, quibus ego sum similis. Sed est notandum, quod ego nõ simpliciter denominor similis à sola albedine, sed ab albedine simul & termino relationis: sicut homo non denominatur pater à potentia tantummodo generandi, sed à termino, quia habet filium. ¶ Ad sextum Occham respondetur concesso, quod nunquam contradictoria successiuè verificantur de aliquo, nisi aliqua mutatio fiat, aut in illo, aut in alio, aut in tempore, aut in alia quacunque re: quod Gregorius loco citato late tractat. Et in particulari casu argumenti respondetur, quod si nũc materia & forma non sunt vnitæ, & postea sunt vnitæ, ambæ sunt mutatæ per actionẽ qua sunt vnitæ, per quã incipit esse compositum, quod nõ erat: & si nunc humanitas non est vnita verbo, & postea est vnita, est quia ipsa est mutata per actionem qua est assumpta, per quam factum est, vt Deus sit homo? & argumentum peccat in hoc quod supponit per vnionem quæ est relatio immediate vniti partes, & tamen non vniuntur nisi per vnionẽ, vt dicit actionem, quã præsupponit vnio quę est relatio: neq; homo nominũ alias obseruãtissimus debuisset tã facili argumento distinctionem cocedere relationis.

De quali, & qualitate.

CAP. VIII.

QVALITATEM verò dico, qua quales quidem dicũtur. Est autem qualitas ex hisce, quæ multis modis dicũtur. Atque vna quidem species qualitatis, habitus dispositioque vocetur. ¶ Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atque diuturnior est. Tales sunt ipsæ scientiæ & virtutes. Scientia namque ex eorum numero videtur esse quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiam si quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio, vel à morbo, vel à re quapiam aliqua simili fiat: similiter & virtus, vt iustitia, temperantia, & quæcunque tales, haud facilè dimoueri, mutarive videntur. Dispositiones autem eæ sunt, quæ faciliter dimoueri, mutarique possunt, vt caliditas, frigiditas, morbus, & quæ sunt hisce similia. Nam his ipsis homo aliquo modo disponitur, & facilè quoque mutatur, ex calido frigidũ subiens, & ex valetudine morbum, & in cæteris etiam simili modo. Nisi harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem versa iam in naturam sit, dimoueri que nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit: quam quidem hac ratione quisq; habitum iam nuncupauerit. ¶ Patet autem, eos homines habitus dicere velle, quæ sunt diuturniora, neq; dimoueri facilè possunt: eos enim qui scientias non admodũ tenent, sed eas amittere facilè possunt, habitum habere non dicũt: ea licèt scientia aliquo modo deterius melioúe dispositos videant. Itaque sic à dispositione habitus differt, vt illa facilè dimoueri possit, habitus autem diuturnior sit, & cum difficultate moueatur. ¶ Sunt autem habitus quidem dispositiones: dispositiones verò haud necessario habitus sunt. Qui namque habent habitus, ij aliquo modo etiam disponuntur: at qui disponuntur, ij non omnino & habitus habent. Textus. ij. ¶ Aliud autem qualitatis genus est, quo ad luctam aliquos, aut ad cursum, aut ad sanitatem, aut ad morbum aptos esse dicimus: & simpliciter ea, quæ per potentiam naturalem impotentiamve dicuntur. Non enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo disponitur modo: sed quia naturalem potẽtiam habet, vt facilè quippiam, aut faciat, aut nõ patiatur. Vt ad pugilatum cursumve apti dicuntur ideò, non quasi rerũ earum facultatem iam aliquam teneant, sed tantum quia naturalẽ, aut vim, aut imbecillitatẽ facilè aliquid faciendi habent: sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facilè obnoxiã: morbidi contra, quia obnoxiam facilè, seu quia vi non facilè obnoxia careant, dicuntur. Eiusdem generis est & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet, vt non facilè diuidatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam.

Textus. iij. ¶ Tertium qualitatis est genus, qualitates passiuæ ac passiones, quæ quidem talia sunt: vt dulcedo, amaritudo, & ea quæ sunt generis similis caliditas præterea, frigiditasque, & albedo, atque nigredo. ¶ Has igitur qualitates quidem esse, perspicuum esse videtur. Ea namque quæ hæc susceperunt, qualia sanè dicuntur: vt mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit: & corpus etiam album, quia suscepit albedinem: similiter & in cæteris res se habere videtur. ¶ Qualitates autem passiuæ dicuntur, non ideo quod ea quæ susceperũt, passa aliquid sunt, neq; eũ mel ex eo, quia passum aliquid est, dulce dicitur: neq; cæterorum talium quicquam: similiter & caliditas &

Universidad de Deusto
Biblioteca

frigiditas,non ex eo passiuæ qualitates dicuntur, quia ea quæ susceperūt aliquid passa sunt: sed quia quęque qualitas dicta,passionis in seu sibus est efficax. Dulcedo namque passionem quandam in gustu facit, & caliditas in tactu, cæteræque simili modo. Albedo autem & nigredo,cæteriq; colores, non eodē modo qualitates passiuę dicuntur,sed quia à passione sunt factę.¶Nam quod per passionem mutationes complures colorū fiant,certū est. Puduit enim quempiam atque erubuit, & timuit quispiam atque palluit.Quare si quispiā etiam natura talium passionū, incursuumve aliquid subijt, similem colorem verisimile est illū habere.Quæ namq; nunc dum pudet dispositio circa corp⁹ emersit, eadem & in naturali constitutione dispositio fieri potest, vt & color natura similis frat. ¶ Quæcunque igitur affectionum talium initium ab aliquibus sumpserunt passionibus, quæ permanent, cum difficultatęque dimouētur, passiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in naturali cōstitutione pallor, aut nigredo sit orta, qualitas dicitur: nam circa eadem quoque dicimur quales: siue ob diuturnum morbum, aut calorem hæc eadem acciderint, modo non facilē dissoluantur, aut per vitam permaneant, qualitates sane passiuæ & ipsæ dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur. Quæ vero ab hisce fiunt,quæ facilē dissoluūtur, passiones dicuntur,nō qualitates:non enim per hasce quales dicūtur:neq; enim erubescens,ob verecundiā rubeus, neq; pallens, ob timorem pallidus appellatur:sed aliquid passius potius dicitur esse,quare passiones hæ res,& non qualitates dicuntur.¶Similiter & in anima qualitates passiuæ,passionesq; dicuntur. Quæ enim in generatione continuo à passionibus quibusdā, ipsaq; sine difficultate dimoueri non possunt,sunt orta,qualitates dicuntur:vt insania, iracundia, & quæ sunt similis generis: quales enim ob hæc ipsa dicūtur,vt iracundi,atq; insani.Similiter& quæcūq; mentis egressiones nō naturales, sed à quibusdā alijs causis factę sunt,quæ aut sine difficultate dimoueri nō possunt, aut omnino immobiles sunt, qualitates itidem & hæ dicuntur:quippe cum hisce quales dicantur.Quæ vero ab hisce fiunt quę facilē dissoluuntur, atque expirant,passiones dicuntur,veluti si turbatus quispiā, iracundior fuerit:non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracūdior est: sed potius aliquid passus dicitur esse:quare passiones talia non qualitates dicuntur.

Textus.iiij. ¶Quartum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa vnumquodque est forma: & insuper rectitudo & curuitas, & quicquid est hisce simile: horum enim vnoquoque quale quippiam dicitur. Ex eo namque quia triangulus, aut quadratum quippiam est,quale quid dicitur: & quia rectum identidem est, aut curuum, forma etiā quodque dicitur quale.Rarum autem & densum, & asperum atque lene, quale quidem significare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuisione remota esse videntur:partium enim potius positionem videntur quandam significare. Etenim densum quidem ex eo quippiam est, quia partes ipsius sibi ipsis propinquæ sunt: rarum autem ex eo, quia à se distant: lene etiam est ex eo, quia rectè partes sunt sitæ: asperum verò ex eo, quia quædam partium eminentes, quædam humiles sunt. Atque forsitan quidem, & alius quispiam qualitatis modus videbitur esse:qui tamē maximè dici solent,tot ferè sunt.Ea igitur quę diximus,sunt qualitates,vt patet.

Text.v.¶Qualia verò sunt ea, quæ denominatiuè ab ipsis, aut aliquo modo dicuntur. In plerisque igitur, quin potius ferè in omnibus, denominatiuè dicuntur: vt ab albedine albus, à musica musicus, & à iustitia dicitur iustus, & in cęteris simili modo. ¶Sed in quibusdam ex eo, quia nō sunt nomina qualitatib⁹ posita,nō fit vt ab ipsis denominatiuè dicātur, vt apt⁹ ad luctā,aut ad cursum,qui quidē naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiuè. Potētijs enim hisce quibus hi quales dicuntur,non posita nomina,sicut artibus,quibus militares aut cursores ob dispositionē dicuntur, sunt. Militaris enim dicitur ars,& cursoria,atque ab ijs qui disponuntur,denominatiuè dicuntur. ¶ Interdum etiam est positū & qualitati nomē, non tamen id quod ipsa quale dicitur,nomine illius denominatiuè dicitur. A virtute namq; honestus quispiā dicitur, ex eo sanè, quia virtutē habet,sed nō denominatiuè dicitur à virtute.Nō tamē in multis idipsum fit.Ea igitur qualia dicūtur,quę à dictis qualitatibus denominatiuè, aut aliquo alio modo dicūtur.Text.vj.¶Atqui contrarietas in qualitate esse videtur:iustitiæ namq; contrariū est iniustitia,& albedini nigredo,& cætera eodē modo.Ea etiam quę ab ipsis qualia dicuntur,contraria esse videntur:vt iniustum iusto, & nigrū albo. Non tamen in omnibus hoc esse videtur. Flauo enim, aut fusco, aut talibus coloribus: quæ quidem sunt qualia nihil est contrarium. ¶Ad hæc,si contrariorum alterum qualitas est, & reliquū omnino qualitas erit. Hoc autem ita esse patet ex singulis prædicamentis:nam si iustitia contrarium est iniustitiæ, atque iustitia qualitas est, est & iniustitia. Nā cæterorum prædicamentorum, neque quantum,neque ad aliquid,neque vbi, neque aliorum quicquam omnino, nisi qualitas iniustitiæ accommodatur. Eadem & in cæteris,quæ sunt in qualitate, contrarijs dici possunt. Textus.vij. At vero qualia ipla gradus suscipiunt, ac magis talia minusve dicuntur, album enim aliud alio magis minusve dicitur, & iustum alio magis minusve.Et ipsa etiam intensionem suscipiunt: fit enim, vt album albius se euadat. Non tamen omnia, sed plurima conditionem hanc subire videntur. ¶ Nam dubitauerit quispiam, si magis minusve iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam cæteris simili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt: iustitiam namq; aut iustitia, aut sanitatem sanitate magis minusve dici debere, haud omnino dicunt. Sed aliud sanitatem, iustitiamve, aut grammaticen, aut id genus dispositionem magis,aliud minus habere, concedunt admodum.Attamen ea quę hisce qualia dicūtur, gradus sine cōtrouersia suscipiūt magisque talia atque minus dicuntur. Iustior enim & sanior alius alio dicitur, & in cæteris simili modo. ¶Triangulus autem & quadratum, cæteræque figuræ, non videntur talem conditionem subire nam ea quidem quę triāguli rationem circulique suscipiunt, trianguli similiter aut circuli sunt omnia. Eorum vero quæ rationem hanc non suscipiunt, nihil alio magis minusue tale dicetur:nō enim quadratum magis quam altera ex parte longius, circulus est. quippe cum neutrum circuli subeat rationem: atque simpliciter, si non subeant propositi rationem, alterum altero magis tale minusve minime dicetur. Non ergo omnia qualia gradus suscipiunt, vt magis talia minusve dicantur. Text. viij. ¶ Eorum igitur quæ dicta sunt neutrum proprium⁹ qualitatis esse videtur, similia autem dissimiliaque per qualitates solas dicuntur.Simile enim quippiam cuipiam nulla alia profecto ratione esse videtur,quam ea,quaquale est.Quare propiū qualitatis erit hoc ipso simile atq; dissimile dici. Textus.ix. ¶ Non autē perturbari oportet, si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eorum quæ sunt ad aliquid cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habitus enim & dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidem ad aliquid esse dicuntur, singularium vero nihil. Scientia namque quæ quidem est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdam enim scientia dicitur: singularum vero scientiarum nulla idipsum quod est alicuius dicitur esse: vt grammatica, non dicitur alicuius grammatica, neque musica cuiuspiam musica, nisi generis ratione ad aliquid & ipsæ dicantur. Grammatica enim alicuius scientia dicitur, non alicuius grammatica: & musica eiusdam scientia, non cuiuspiam musica. Quare singulæ non sunt, vt patet ad aliquid: at quales singulis his dicimur:quippe cum & has ipsas habeamus.Sciētes enim ex eo dicimur, quia singularum aliquas scientiarum habemus. Quare singulæ erunt qualitates, quibus & quales qui eas habent dicuntur: At hæ non sunt ad aliquid,vti diximus.Præterea si quid idem,& quale & ad aliquid sit,in vtrisque ipsum generibus collocari enumerarique,haud absurdum erit.

QVOD prædicamentum hoc qualitatis, prædicamento ad aliquid fuisset præferendum id merito supra in dubium reuocatum est:at cur post prædicamentum ad aliquid ante sex vltima prędicamenta collocetur,nulla est ambigendi causa. Cū enim series prędicamentorum ex ordine ad substantiam sumatur, & qualitas sit accidens inhærens substantiæ: sex vero vltima prędicamenta sint res extrinsecus illi adiacentes, vt esse in loco aut in tempore. &c. manifestum est qualitatem priorem esse illis. ¶ Et præterea, quia substantia corporea suapte natura est primum ens mouens & mobile. Prima autem conditio mouentis & mobilis est quantitas:vt enim capit. de quantitate dictum est,substantia sine quantitate nec agere quicquam potest naturaliter nec pati:ac quam primū sit quanta, est mouens & mobile, quod est esse ad aliquid: motus vero ad formam non est nisi per qualitatem.Et hac ratione quatuor hæc prædicamenta hunc ordinem prædicandi de substantia seruant. Sed quia motus fit per actionem & passionem, tempore & loco, &c. post hæc sequuntur sex vltima. ¶ Quatuor sunt huius capitis membra. Primum est de qualitate in abstracto: alterum vero de quali in concreto (inscribitur namq; hoc prædicamentum vt notauit Alex.) de qualitate & quali: sed tertium mēbrum est de proprietatibus qualitatis, atque adeo in postremo determinatur dubitatio quædam. In primo membro secundum numerum specierum qualitatis sunt quatuor textus: in secundo vnus, in tertio iuxta numerum proprietatum sunt tres: & in quarto vnicus. Vnde totum caput continet textus nouem.

¶ IN primo textu descriptione qualitatis præmissa, exponitur prima eius species. Ait ergo, qualitatē vero dico qua quales quidā dicūtur, Boetius vertit, Secundum quam quales esse dicimur. In quo verbo primæ personæ Albertus censet esse mysterium, vt dicimur, dicatur de hominibus in quibus sunt qualitates tam corporeæ quam spirituales. Sed tamen neque in Græco est nisi tertia persona: vt vertit Agyropylus:ne que Aristot. mysterium aliud cogitauit: nisi quod qualitas sit forma qua res dicuntur quales ad differentiam substantiæ, qua res dicuntur quid: & quantitatis qua res dicuntur quantæ: & relationis, qua dicuntur ad aliquid. Et iy qua, designat genus causæ formalis. Descriptio qualitatis.
¶ Sed dabitum est apud Boetium, quod si qualitas definitatur per quale, eadem ratione quale definietur per qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualitatem, vt infra patebit. Si enim quærenti quid est qualitas, respondetur esse id quo res est qualis: eadem ratione quærenti quid est quale, respondebitur esse id quod habet qualitatem: & sic erit circulus in definitione, quod est vitium. 6. Topico. capit. 3. condemnatum. ¶ Boetius tamen ipse respondet, quod hæc definitio non est quidditatiua & propriat: am generalissima, vt supra dictum est non habent huiusmodi definitiones: sed est descriptio quædam, quæ datur per notiora quo ad nos: nam vt ait Commentator. 1. Physico. commento. 3. Compositum notius est quam forma, & ideo notius est nobis album, quod videm⁹ per se subsistere, quam albedo, quam non experimur quomodo distinguatur ab albore & in spiritualibus notior est nobis sapiens, cuius opera conspicimus, quam sapiétia, cuius entitatem solo intellectu attingimus. Et ideo infra describitur quale per qualitatem: quæ est notior quo ad naturam. ¶ Quod si quis arguat, quod quantitatem quinto Metaphysi. non definiuit Aristotel. per ordinem ad subiectum: sed per ordinem ad effectum, qui est, secundum quantitatem res diuidi, ergo pariter debuisset qualitatem definire. Respondetur, quod nullus est alius generalis effectus omnium qualitatū, quam afficere substātiam & denominare eam qualem. ¶ Secundo notandum est circa nomen qualitatis, quod quale vt Aristo. docet. 5. Metaphysi. text. 19. multipliciter dicitur. Vno modo, omnis differentia tam substantiæ quam aliorum quorumcunque prædicamentorum dicitur qualitas: quia per eam respondetur ad quæstionem factā per, quale. Et est qualitas respectu generis quod contrahit tanquam materia ad esse speciei vt in prædicabilibus expositum est. Imo vniuersalia prædicamenti substantiæ sunt quodammodo qualitates respectu primæ substantiæ, quia significant quale quid, vt capit. de substantia dictum est. At vero illæ nō sunt simpliciter qualitates, sed secundum quid: nam vniuersalia significant quale quid: & differentiæ significant qualitatem substantialem. Secundo modo adhuc accipitur quale, vt distinguatur contra essentiale. Et isto modo conuenit omni prædicamento accidentis, respectu substantiæ, de qua nouem prædicamenta prædicantur in quale, sed iste modus est generalis & nō proprius qualitatis. Tertio ergo modo accipitur qualitas vt distinguitur contra alia accidentia: & est affectio substantiæ speciale constituens prædicamentum: quod nō habet aliud peculiare nomen quam qualitas, & isto modo accipitur quale in definitione, vt sit sensus, Qualitas est qua res simpliciter & propriè dicuntur quales. ¶ Tertio notandum est, quod nominales definitionē hanc intelligunt non solum primæ intentionaliter de rebus: sed etiam secundæ intentionaliter de terminis. Sed tamen contextus definitionis non potest terminis adaptari, non enim est terminus album est forma qua dicimur quales, sed certè res quæ est albedo. Nec species qualitatis possunt adaptari terminis, quis enim dicat, quod hoc nomen scientia, est habitus, aut quod hoc nomē calor sit passibilis qualitas: aut qđ hoc nomē intellectus sit potentia? aut quod hoc nomen triangulus, sit figura? igitur quamuis negari non possit, quia termini ponuntur in prædicamento: tamen definitiones qualitatis & specierū eius manifestè intelligit Aristotel. de rebus. Termini vero sunt in prædicamento tanquam nomina & signa qualitatum. ¶ Præmissa descriptione qualitatis, iuxta diuisionē eius in suas species dicens, quod qualitas multipliciter dicitur. Non tamen, multipliciter, idem est quod æquiuocè, sed id-

Qualitas multipliciter.

No omnes.

quod generice, vt enim capit. 4. expositum est in genere quodammodo latere æquiuocationem: eo quod continet species inæqualiter perfectas. Sensus ergo est, quod qualitas non est species specialissima, sed est genus cum enim qualitas dicitur de vniuersali in prædicamento substantiæ & de differentia substantiæ & de quarto prædicamento, tunc dicitur æquiuoce: sed de suis speciebus dicitur tanquam genus. Et prima eius species est habitus & dispositio. ¶ Et differt (inquit) habitus a dispositione, quod habitus magis permanet & est diuturnior quam dispositio. Hæc est secunda particula huius textus (nam quatuor habet particulas) in qua explicat differentiam inter habitum & dispositionem, quæ solū attenditur ex hoc quod habitus est difficile mobilis, dispositio vero facilè mobilis. Et id primo explicat exemplis. Scientia inquit & virtutes sunt habitus: eo quòd sunt difficile mobiles, scientiæ enim postquam mediocriter acquisitæ sunt, cum difficultate dimouentur, nisi morbo aliquis forte mania⁹, aut amentiā aut aliam id genus obliuionem scientiarum incurrat. Cum ait scientiæ aut virtutes, loquitur formaliter de scientia in esse scientiæ & virtute in esse virtutis, nā propter duos aut tres actus nullus dicitur scientialiter simpliciter aut studiosus, sed solum dispositus ad scientiā, vt habetur primo Eth. hic. capit. 7. sed ille dicitur sciens aut studiosus qui habet habitum & facilitatem ad operandum. Dispositiones autem sunt vt calor & frigus, inter quæ facilis est transmutatio: nisi forsan ob diuturnitatem huiusmodi qualitas versa sit quodammodo in naturam, vt in hecticis quibus consuetudo caloris & febris fere naturalis facta est, & in paralyticis, vbi frigiditas magna etiam cum difficultate dimouetur. Cur posuerit exemplum de calore & frigore, quæ ad tertiam potius speciē pertinere videntur, statim in quæstione videbitur. Errore forsan chalcographi deest in Argyropylo inter exēpla dispositionum, sanitas, quod est Græce & in versione Boetij, addatur ergo textui. ¶ In tertia particula quæ incipit, Patet autem, confirmat differentiam hanc ex vsu loquendi hominum, nam ea homines habitus dicere solēt quæ diuturniora sunt, ea vero appellant dispositiones, quæ facilè mutantur, & trāsmutantur. ¶ In quarta particula quę incipit, Sūt autē, addit q̄ habitus est dispositio, nō tamē cōuertit. In quo videtur sibi ipsi ex traderе, nā hactenus dispositionem ex æquo diuidebat, contra habitum, nulla vero est contradictio, quia dispositio vno modo est nomen generis ad omnem qualitatem qua homo bene vel male disponitur, siue facile fit, siue difficilè mobilis: & hoc modo accipitur hic. Sed alio modo specialius accipitur vt distinguitur contra habitum, & isto modo acceperat prius. Inopia enim nominum est in causa vt nomen generis propriè accommodetur speciei. Sicut spiritus sanctus, quod conuenit omnibus personis diuinis, accommodatur tertiæ. ¶ In textu secundo qui incipit, Aliud autem, subditur secunda species qualitatis quæ est naturalis potentia vel impotentia. Nec puteт quis mysterio quopiam vocata esse priorem, speciem, & hoc genus, quia hæc omnia sunt genera subalterna habentia sub se alias species, & ideo indifferenter possunt vocari, aut species aut genera. In hac specie ponuntur intellectus, voluntas, &c. & aptitudo naturalis ad lactam, vel ad cursum, vel ad sanitatem, vel ad morbum. Boetius vertit per nomina simplicia, vt pugilatores, cursores, &c. Vbi adnotandum quòd pugil, aut cursor potest quis dici aut ab arte quam exercitatione & industria acquisiuit, & hoc pertinet ad primam speciem

Habitus & dispositio.

Naturalis potentia.

ciem qualitatis: sed potest etiam quis esse cursor aut pugil propter naturales vires & agilitatē & membrorum compaginem, & hæc pertinet ad hanc speciem. Et hoc est quod dicit Aristo. quod apros hic vocat non propter facultatem aut habitum acquisitum, sed propter naturale aut vim aut imbecillitatē. Sūt enim aliqui suapte natura apti aut inepti ad aliquid agendum vel patiendum. Et vt Boetius tradit differentia hæc sumitur ex victoria formæ super materiam aut econuerso vbi enim forma bene dominatur materiæ, complexio & compago corporis fit apta ad exercitia corporea & ad resistendum morborum causis, qui homines dicuntur salubres vt vertit Boetius, sed quia hoc nomen non est tam latinum in hac significatione, Argyropylus per periphrasim vocat aptos ad sanitatem: nam sanus aut infirmus nec dicit habitum nec naturalem potentiam, sed dispositionem primę speciei. Si vero forma nō plene dominetur materiæ, sed aliqua causa corporali impediatur homines nascuntur debiles & morbidi ægre resistentes morborum causis, & hæc dicitur naturalis impotentia. Explicat hoc alio exemplo, vt durum dicit naturalem potentiam resistentem diuisioni & corruptioni, molle autem dicit naturalem impotentiam. Vbi adnotato facilem potentiam passiuam potius esse impotentiam vt molle respectu diuisionis, & sic cum respectu caloris, sed difficultas patiendi censetur naturalis potentia, vt durum. Quemadmodum ferrum aut Adamas naturalem potentiam habet resistendi. Posuit Aristotel. exemplum in potentijs corporalibus, tum quia magis sensibiles, tum etiam quia in spiritualibus non ita occurrit exemplum naturalis impotentiæ. Nihilominus sunt etiam potentiæ spirituales in hac specie, vt intellectus & voluntas. ¶ In tertio textu qui incipit. Tertium qualitatis, subiungitur tertia species qualitatis quæ est passio vel passibilis qualitas, in quo textu sunt particulæ sex, in prima ponit exempla huius speciei. In obiecto gustus scilicet dulcedo & amaritudo (in Græco est etiā acerbitas seu austeritas vt vertit Boetius qui est medius sapor) In obiecto tactus caliditas & frigiditas. In obiecto visus albedo & nigredo. Odorem & sonum quæ sunt obiecta odoratus & auditus, credo non alio mysterio prætermisit, nisi vel quia hæc sufficiebant, vt statim videbimus, ad explicandas passibiles qualitates, vel quia odor & sonus non sunt nobis qualitates adeo notæ, aut forsan quia odor vt ait Aristote. secundo de anima, text. 93. eisdem differentias & nomina sortitur quæ sapor. Dicitur enim odor dulcis & amarus, & pariter sonus. ¶ In secunda particula quæ incipit, Has igitur, reddit rationem nominis quare istæ dicuntur passibiles qualitates, & primo quod dicuntur qualitates, probat ex definitione qualitatis supra posita hoc modo, Qualitas est secundum quam quales dicimur: sed his accidentibus dicimur quales (nam quærenti quale est mel, respondetur esse dulce, & qualis est nix, respondetur esse albam) ergo hæc accidentia sunt qualitates. ¶ At quod dicuntur passibiles seu passiuę, probat statim in tertia particula quę incipit, Qualitates autem. Ad cuius intelligentiam (quæ longa est & subobscurior) notandum est primo, quod passibile dicitur a passione, sicut combustibile a combustione. Nam passio secundum propriam significationem (quia est nomen verbale) dicit, motum, vt ait Aristotel. 3. Physicorum. tex. 19. sed passibile dicit ordinem ad passionem. At passio vt significat motum est duplex, scilicet, vel corporalis vel spiritualis. Et vtraque est triplex. Generaliter enim passio idem est quod receptio alicuius sine perficientis subiectum siue disponētis ad corruptionem, & hoc modo illuminatio aeris, & acquisitio scientiæ dicitur passio vt habetur 3. de anima. text. 12. Propriè vero passio est transmutatio cū abiectione contrarij, sicut calefieri quæ disponit aquā ad corruptionem. Sed metaphorice motus appetitus, vt ira & gaudium, dicitur passio, vel quia est motus animæ quam consequitur aliqua mutatio corporalis, vel quia non semper est in nostra potestate, sed voluntas per has passiones quodāmodo patitur violentiā. Attamen quarto modo accepit hic passio ab Arist. quādo distinguit inter passionem & passibilem qualitatem, non enim accipitur pro motu, sed pro qualitate quæ est terminus motus, facile tamen transit, vt est rubor ex verecundia. ¶ Secundo notandum est, quod passibile et passione dicitur quadrupliciter. Primo modo passibile est subiectum, quod patitur: sicut lignū est combustibile. Secundo modo accidens ipsum potest dici passibile inquantum est forma qua subiectum patitur. Tertio modo accipitur actiuè, vt accidens dicatur passibile, quia est causa passionis. Et quarto modo quia est effectus passionis. In præsentiarum passibilis qualitas nō dicitur primo modo, & quia illud est manifestum, silentio prætermissus est primus modus ab Aristote. Perspicuum enim est dulcedinem mellis non dici passibilem qualitatem eo quod aliquid patiatur. Sed secundo modo posset esse dubium, vtrum dicatur passibilis, quia est forma qua mel patitur, & dicit Aristo. quod non est illa causa. Non negat quin recipiens dulcedinem aut albedinem aut calorē verè patiatur, sed hic solum intendit quod non est hæc ratio vt dicatur passibilis qualitas: quia mel non efficitur dulce per passionem propriè dictam, cum non corrumpatur mel per dulcedinem, sed potius hæc sit natura & perfectio mellis, & eadem ratione neque ignis dicitur calidus, quia patitur calorem, neque homo risibilis, quia patitur risibilitatem, imo perficitur sicut aer per lumen. Restat ergo vt dicatur qualitas passibilis tertio, aut quarto modo, & vtrūque asserit Aristo. Dulcedo enim & caliditas dicūtur passibiles qualitates tertio modo, quia scilicet, sunt causa passionis in sensibus, vt dulcedo in gustu & caliditas in tactu, sed tamen albedo & nigredo dicuntur passibiles qualitates quarto modo, quia, scilicet, qualitates resultantes ex actione primarum qualitatum, & per consequens sunt effectus passionum. ¶ In quarta particula quæ incipit. Nam quod, &c. ostenditur, quo modo colores sint effectus passionum tam colores naturales, quam illi qui ex subita passione fiunt. Imo per hos secundos tanquam per notiores nobis manifestat priores. Ratio stat in hoc. Sicut experimur in mortibus subitis hominum, ita credendum est fieri in naturalibus, sed ex motu subito verecundiæ experimur rubōrem fieri in facie propter sanguinem, qui decorde profertur ad faciem, & ex metu conspicimus pallorem relinqui in facie ex absentia sanguinis qui confugit ad cor: ergo & naturalis rubor, qui est in homine sit etiā ex simili causa naturaliter puta, quia copia sanguinis ad nutritiam fuit in facie: & alij pariter colores fiunt ex alteratione primarum qualitatum. ¶ Sed restat hic dubium ad maiorem intelligentiam tertiæ particulæ: Color est causa passionis in viu, sicut dulcedo in gustu, & caliditas in tactu: ergo color est passibilis qualitas tertio modo, sicut dulcedo & caliditas. Item sapor est effectus primarum qualitatum sicut color: ergo etiā dulcedo est passibilis qualitas quarto modo sicut albedo, & per consequens male posita est differentia inter sa-

Passio & passi. qualitas.

Passio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pores & colores. Respondetur quòd quamuis sapor sit effectus passionis primarum qualitatum, nihilominus tamen quia etiam est causa passionis in gustu: & ratio causæ est dignior quam ratio effectus, dicitur passibilis qualitas per ordinem ad sensum. colores vero, quia non sunt in visu causa passionis propriè dictę (nam visus non alicitur colore per alterationem corruptiuam sicut gustus & tactus) ideo colores non dicuntur passibiles qualitates tanquam causæ passionis, sed tanquã earum effectus. ¶ Et hac de causa non posuit Aristot. nisi tria exempla passibilis qualitatis, scilicet: calliditas & sapor, quarum vna est qualitas prima: & alia qualitas secunda, & ambæ facient, passionem propriè dictam in sensu: & item color qui non facit propriè passionem in sensu. Odor enim eodem modo se habet ad odoratum, sicut sapor ad gustum (quia etiam calefacit) sonus verò eodem modo se habet ad auditum, sicut color ad visum: quia non inficit, sed perficit sensum.

¶ Ex quo sequitur quòd quamuis omne obiectum sensus sit passibilis qualitas huius speciei, tamẽ non omne dicitur passibilis qualitas per ordinem ad sensum: sed solum obiecta tactus & gustus & odoratus: alia vero duo dicuntur passibiles qualitates: quia sunt effectus passionum. In quinta particula quæ incipit, Quæcunque igitur. &c. reuertitur Aristot. ad propositum huius text. dicens q illæ qualitates quę sunt effectus passionum, si sunt difficile mobiles, dicuntur passibiles qualitates: siue fiant ex passionibus naturalibus à nativitate (vt nigredo Aethiopis & pallor cholerici) siue ex morbo diuturno id accidat: vt hutex diuturna febre manſit perpetuo pallidus. Si vero sunt qualitates facile tranieuntes (vt in illo qui erubescit) dicuntur passiones. Vocat passionem, qualitatem, quæ est effectus passionis: quia non habet aliud nomen quo illam distinguat à passibilis qualitate: & solemus nomẽ causę attribuere effectui, sicut combustam domum vocamus, combustionem. Probat hanc differentiam: quia quamuis tam istæ quã illæ sint passibiles, ideſt, effectus passionum: tamen illæ sunt simpliciter qualitates, hæ vero non: nam ab illis dicimur quales non tamen ab istis: non enim propter ruborem verecundiæ dicitur inuenis simpliciter rubens, sed passus ruborem, tamen propter diuturnum, & perpetuũ ruborem, dicitur quis simpliciter rubens: & per consequens simpliciter qualis. ¶ In sexta particula quæ incipit. Similiter & anima, subiungit exemplum secundum in qualitatibus spiritus sibus: vel quod illæ quę sunt difficile mobiles aut quia sunt naturales aut ex infirmitate tactæ perpetuæ. illæ quidem sunt passibiles qualitates, vt insanus vel furiosus, vel à natiuitate vel ex infirmitate perpetuas: quia illi simpliciter dicuntur tales. Si vero ut passio fuit transiens, illa non est passibilis qualitas, sed passio: vt si quis aliqua causa tractetur, non dicitur simpliciter iracundus, sed passus motum iræ. sit accipitur hic passio, vt notandum est, metaphorice. ¶ In text. quarto qui incipit. Quantum qualitatis, subiequitur quarta & vltima species qualitatis, quæ est figura vel forma, vt rectum, curuum, triangulare, quadrangulus. &c. est enim qualitas conueniens solí substantiæ corpoream quantitatis. Translatio boetij habet, forma & circa aliquid constans figura. Vnde aliquibus ambiguam est, vtrum constans, sit nominatiuus adiectiuus de ly figura, ideſt, figura constans, an accusatiu⁹ adiectiu⁹ de ly aliquid. vt dicit sensus. Figura aliculus constantis & permanentis terminum suarum partium, vt iunt sicca & dura, ad differentiam liquidorum quæ non habent propriam figuram: sed alienam continentis vasis. At vero litera Græca tollit hanc æquiuocationem est enim hyparchousa, adiectiuum fœminini de ly forma (nam in Græco figura ponitur primo loco & forma in secundo) & est participium à sum, es, fui, quare non opus est transferre, constans, sed fiat aliquo participio, vt vertit Argyropylus, & sit sensus. Quartum genus est figura, & illa quæ est vniuscuiusque rei forma. Nam quod Boetius transiert, circa aliquid. Græce est circa singula, aut, circa vnumquodque. Quomodo figura & forma differunt: item, an rarum & densum, & asperum & leue ad hoc pertineant prædicamentum: & an Quale. sint plures qualitatis species quæ omnia in hoc textu tanguntur, disputatione quæstionis elucidabimus.

¶ IN textu quinto qui incipit. Qualia vero sunt, sequitur secundum membrum huius capitis, vbi describitur quale. Sed dubium est quare cum in cæteris prædicamentis non tractauerit Aristo. seorsum de abstracto & concreto, id fecerit proprie in hoc prædicamento. Respondetur id parum referre, sed forte id fecit (vt colligitur ex Alexan.) quia qualitas cómodius describi non potuit quã per ordinem ad quale: & ideo tanquam relatiua secundum dici describit alterum per alterum, vt qualitas describeretur per quale, quod est notius nobis & quale per quantitatem, quæ est notior natura. Relatio vero definitur per ordinem ad terminum: & quantitas per ordinem ad diuisionem: & ideo nó opus fuit illic tractare de abstracto & concreto seorsum. Vel forte causa fuit, quod quamuis omne accidens denominatiue prædicetur de subiecto, tamen id perspicacius est in hoc prædicamento: nam in prædicamento quantitatis non solum substantia dicitur quanta à quãtitate, sed ipsamet quãtitas, vt puta linęe & superficies, sunt quantæ per se. ¶ Atquitres sunt particulæ in hoc textu, in prima enim ponit descriptionem, & in cæteris explicat illam. Ait enim quod qualia sunt quæ secundum has qualitates denominatiue dicuntur: aut quoliber aliter ab his. Tunc res denominatur ab aliquo accidente (vt ex ante prædicamentis constat) quando abstractum & concretum conueniunt nomine in principio, & differunt in fine. Et ideo subiungit Aristo. quòd in pluribus quidem & fere in omnibus, qualia denominatiue dicuntur à qualitate, vt à candore candidus: & à grammatica grammaticus, à iustitia iustus. &c. in aliquibus vero non est propria denominatio. Cuius causa potest esse duarum altera. Aut quia nullum est nomen impositum talis qualitatis: aut quia licet nomen impositum qualitati, non tamen habet proprium denominatiuum. In secunda particula text. explicat. 2. modum in secunda specie qualitatis. Enimuero naturalis potẽtia pugilandi aut currendi non habet nomen impositum: nam pugilatores aut cursores non dicuntur naturali potentia, sed ab arte quæ acquiritur in palæstra, quæ pertinet ad primam speciem qualitatis sed propter inopiam nominum explicamus etiam secundã speciem per nomina primæ speciei. Non negat quin sint aliqua nomina aliquarum potentiarum vt intellectus, à quo quis dicitur intellectiuus: & sensus, à quo dicitur, sensitiuus. ¶ In tertia particula quæ incipit, interdum autem &c. addit secundum exemplum de virtute & studioso: quamuis enim virtus sit propriũ nomen qualitatis, non tamen habet proprium denominatiuum quia non conuenit in principio nominis. Eodem modo à grammatica scientia, non dicitur mulier grammatica denominatiue, sed æquiuoce: quia est in totum similitudo vocis, & ideo concludit, quod qua

Figura & forma.

qualia dicuntur à qualitatibus aut denominatiue, aut alio quouis modo, scilicet vel æquiuoce, non secundũ omnes conditiones denominatiui. ¶ IN textu sexto qui incipit. Atqui contrarietas. &c. incipit tertium membrum, vbi ascribũtur qualitati tres proprietates: & prima explicatur in hoc textu: qui habet duas particulas. In prima ponitur proprietas, scilicet, propriũ est qualitati habere contrarium: vt albedo opponitur nigredini: & iustitiæ iniustitia. Et ratione formarũ conuenit qualibus ipsis: vt albo contrariatur nigrum & iusto iniustum. Subiungit tamen quòd hoc non est proprium quarto modo quia licet conueniat soli nó tamen omnino nam flauo inquit aut fusco nihil est contrarium. Rationem huius inquestione explicauimus: quia contrarietas est maxima oppositio inter ea quæ maxime distant, vt inter album & nigrum, quæ sunt extremi colores. ¶ In secunda particula quæ incipit. Ad hęc &c. subdit, non nouam proprietatem (vt in quorundã opinione) sed appendicẽ potius prioris. Et est quod si vnum ex contrarijs est in prædicamento qualitatis, & reliquũ erit in eodẽ & nó in aliquo alio: vt si iustitia & iustum sunt in prædicamento qualitatis, iniustitia & iniustum sunt in eodem prædicamento. ¶ In textu septimo qui incipit. At vero. &c. subditur secunda proprietas quæ est suscipere magis & minus. Ambæ enim istæ proprietates vbicunque sunt germanæ, vt eui ad est vna, ad sit & alia: & cui vna abest, alteram necesse sit abesse, quia remisso ex mixione fit contrariorum & intensio fit, eo quod vnum altero deputatur. Et probat dupliciter, quòd album suscipiat magis & minus, tum quia cõtingit vnum album esse magis album alio: tum etiam quia fieri potest vt idem succesiue sit seipso magis aut minus album. ¶ Subiungit tamen quòd hęc proprietas, sicuti superior, licet conueniat soli non tamen omni. Est verumtamen de aliquibus dubium & de alijs certum quòd non recipiunt intensionem. Ait ergo in secunda particula text. quòd quamuis qualia suscipiant magis & minus, dubium tamen est apud quosdam an accidẽtia in abstracto susciptat, quòd quãis aliquis sit magis aut minus iustus, aut magis aut minus sanus: quia magis aut minus participat iustitiam aut sanitatem: tamen iustitia & sanitas non suscipiunt magis & minus: cum tamen vna iustitia non est magis iustitia quam alia, aut vna sanitas magis sanitas. ¶ In tertia parte tex. qui incipit. Triangulus autẽ, subdit q de aliquibus qualitatibus, puta quæ pertinent ad quartam speciem, nulla est dubitatio: sed certum est quod non suscipiunt magis & minus. Et manifestat hoc dupliciter: primo in formis specificis, & secundo in genericis. Ait enim quòd quæcunque suscipiunt definitionem trianguli aut circuli ideſt, duorum quorumcunq; triangulorũ, aut circulorum, neuter est magis triangulus quam alter aut magis circulus, vt triangulus inæqualium angulorum tam triangulus est, quam triangulus æquilaterus: & circulus minor tam circulus est quam circulus maior, & pariter inter diuersas figuras ideſtur quadrangulum altera parte longius, tam figura est, & tam quadrangulũ quam quadratum æquilaterum. ¶ In text. octauo qui incipit. Eorum igitur concluditur tertia proprietas qualitatis, vel quod proprium est qualitati secundum eã similia aut dissimilia dici vt duo alba sunt similia secundum albedinem, duo trianguli secundum figuram. &c. Et ait quod cum proprietates superiores non sunt propria quarto modo, quia non conueniunt omnibus hoc tamen est proprium simpliciter quarto modo.

Contrarietas.

Magis & minus.

¶ IN nono & postremo textu qui incipit. Non autem pertimbari mouetur, & terminatur vna dubitatio quæ ex supra dictis oritur. Cum enim in prædicamento ad aliquid collocauerat habitum & dispositionem: hic vero constituit illa tanquam primam speciem qualitatis, videtur Aristotel. eandem rem in diuersis prædicamentis reponere contra eius doctrinam primo poste. text. 21. vbi ait prædicamenta debere esse impermixta. Ad quod dubium respondet dupliciter. Primo respondet quod quamuis genus habitus, sit ad aliquid, tamen species sunt qualitates. Exempli gratia. Scientia quæ est genus habitus refertur ad scibile tanquam mensurabile ad mensuram, vt dictum est, tamen grammatica non refertur ad scibile in quã tum grammatica, sed solum in quantum scientia. Quod est dicere, grammatica non mensuratur scibili: sed in quantum est quædam veritas quæ consistit in adæquatione ad obiectum: & ideo scientia in communi refertur ad scibile: est enim scientia scibilis: scientia: & scibile, scientia scibile, non tamen dicimus, quòd grammatica est grammaticabilis grammatica. Eodem modo non dicimus, quod theologia est theologicabilis theologia, quia solum in quantum scientia (cuius veritas consistit in adæquatione ad obiectum) mensuratur ab obiecto. Non negamus quin scientiæ distinguantur specie ex distinctione obiectorum, vt quæstione tertia procemiali monstratum est, sed dicimus, quod in quantum scientię particulares non dicuntur relationem ad obiectum tanquam mensurabilis ad mensuram. Vnde concludit Aristot. quod ex eo habitus & dispositio posita sunt in prædicamento ad aliquid, quia in genere dicuntur relatiue: sed ideo posita sunt in prædicamento qualitatis, quia in specie non dicuntur relatiue.

¶ Secunda solutio est in calce text. quod non est inconueniens quod habitus & dispositio pertineant ad duo prædicamenta: quia dicunt & relationem & qualitatem. Sed ne iterum huc reuertamur arguitur contra ambas solutiones. Contra primam. Species quidditatiue continetur sub genere: ergo non potest genus pertinere ad vnum prædicamentum & species ad aliud. Et contra secundam arguitur, quia vt supra dictum est, respiciendum est ad significatum formale nominis & ad rationẽ formalem rei: & secundum illam ponenda est res in vnico prædicamento.

AD vtramque respondetur quod relatiuum secundum esse, quod vere est relatiuum non potest esse quidditatiue genus respectu qualitatis aut rei alterius prædicamenti: sicut enim quantitas non potest esse genus substantiæ, ita nec ad aliquid, genus qualitatis: ar scientia non est relationũ secundum esse, sed secundum dici: & ideo vere non est in prædicamento ad aliquid. Sed quod determinat hic Aristoteles, id solum est, quòd stat genus dicere respectum quem non dicit species. non quod ille respectus sit de quidditate generis: alias esset etiam de quidditate speciei. Et ad hunc sensum dicit in secunda solutione, quod non inconuenit idem esse in diuersis prædicamentis: in vno quidem vere secundum esse: & in alio quodammodo extrinsece: & ita scientia secundum esse est in prædicamento qualitatis: licet eius quidditas exprimatur per respectum qui pertinet ad prædicamentum relationis.

Quæst-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio vnica.

Vtrùm text. de qualitate sit verus.

PARTE negatiua arguitur primo contra sufficientiam specierum qualitatis. Dispositio est generale nomen conuenies omni qualitati: nã omnis qualitas disponit subiectum: quæ si sit diuturnior habitus & dispositio non faciunt singularem speciem. Et secundo modo. Omnis qualitas cuiuscunq; speciei est actiua: nam aliquis habitus est actiuus, & calor, qui pertinet ad tertiam speciẽ, & figura aliqua est apta ad motũ: vt figura circularis velocius mouetur quam angularis: ergo omnis qualitas est potentia, & per consequẽs potentia nõ facit singularẽ speciẽ. Et tertio. Omnis qualitas est terminus passionis: nam omnis de se producitur per alterationem: ergo passio vel passibilis qualitas non est particularis species. Et quarto. Omnis qualitas est forma subiecti, ergo forma nõ facit singularem speciẽ. Et confir. Aristo. in fine quartę speciei insinuat esse alios plures modos, & species qualitatis quã isti quatuor ergo numerus est insufficiens. ¶ Secundo principaliter arguitur. Habitus dicitur ab habendo: habere vero non solum pertinet ad qualitatem, sed ad alia etiã prædicamenta: ilicitmus enim habere quantitatẽ, vestẽ, amicum, &c. ergo habitus nõ est prima species qualitatis. ¶ Et confir. habitus & dispositio solũ differũt penes difficile & facile remoueri: sed hæc sunt accidentales differentiæ quæ non mutant speciem: ergo non debuisset Aristo. in duo membra dividere ad modum duarum specierũ. ¶ Tertio principaliter arguitur contra secundam speciem. Vel secunda species differt à prima in hoc quod qualitas secundæ speciei est actiua: & qualitas primæ speciei non est actiua: & hoc non quia sunt multi habitus actiui vt scientia & virtutes, aut in hoc quod qualitas secundæ speciei est qualitas à natura, sed qualitas primæ speciei est acquisita: & hoc nõ, quia multæ sunt qualitates primæ speciei etiam naturales vt sanitas & pulchritudo: & econuerso aliqua est potentia aduentitia: vt character sacramentalis quem S. Tho. 3. par. q. 63. art. 2. reducit ad secundã speciẽ qualitatis. Aut differunt penes subiectum, & hoc non: quia vtriusq; speciei qualitates sunt & in anima & in corpore, vt habetur in litera: ergo secũda species nullo modo differt à prima. ¶ Et cõfir. primo Arist. 5. Meta. tex. 19. vbi tractat de qualitate, solas alias tres species posuit prætermissa secunda, ergo non debuisset hicillã interponere. ¶ Et confir. secundo. Impotentia solũ dicit privationem potentiæ: ergo potentia & impotẽtia nõ sunt duæ qualitates differentes specie, & per consequens non debuit explicari duobus nominibus: nam priuatio vt cæcitas non ponitur in prædicamento de per se: sed reductiue vbi ponitur vitus. ¶ Quarto principaliter arguitur contra tertiam speciem. Caliditas, & frigiditas ponuntur ab Aristote. in prima specie: ergo nulla fuit ratio, vt propter has qualitates sensibiles constitueretur tertia species. ¶ Et confir. Passio & passibilis qualitas non differunt specie, sed solum secundum esse remissum, & intensum: ergo illa species non est bimembris. Quinto principaliter arguitur contra quartam speciem. Aut forma accipitur illic generaliter: & sic non est propria species qualitatis, cum omnis qualitas sit formata: aut accipitur specialiter pro figura quãtitatis: & tũc nulla est differẽtia inter figurã & formã: & per consequẽs species illa nõ habet duas partes. ¶ Et cõfir. Asperũ & lene dicũt figurã: ergo male excludũtur ab Arist. ab illa specie qualitatis. Probatur antecedẽs quia sicut curuũ est id cuius medium exit ab extremis, & rectum cuius medium non exit ab extremis: ita asperũ est cuius partes superficiales inequaliter prominẽt aliæ alijs: & lene est cuius partes æquali superficie terminãtur: vnde sicut rectũ & curuũ pertinent adhãc speciẽ, ita asperũ & lene. Rarum vero & densum videtur pertinere ad secundã speciem: sicut molle: & durum. ¶ Quod ad secundũ membrũ tex. attinet, contra primã proprietatẽ sexto principaliter arguitur. Contrarietas nõ conuenit omni qualitati. vt Arist. ipse cõfitetur: nec conuenit soli: ergo nullo modo est propriũ qualitatis. Probatur secunda pars antecedentis. Aut contrarietas accipitur large vt includat priuatiue & relatiue oppositas: & has manifestũ est conuenire differentijs substantialibus vt rationale & irrationale, & relatiuis, vt sursum deorsum. Aut accipitur proprie pro illis accidentibus quæ se circa idem subiectũ expellunt: & hæc solum conuenit duabus primis qualitatibus scilicet calliditati & frigiditati: quare male positum est exemplum de albedine & nigredine, quæ cum non sint qualitates actiuæ non proprie contrariantur, aut si contrariãtur, eadem ratione flauũ & fuscum contrariãtur, quia medij colores nõ possunt esse in eodem subiecto sicut nec extremi. ¶ Septimo contra secundã proprietatẽ arguitur, Aut intensio fit per additionẽ gradus ad gradũ ad modum nominaliũ, aut per maiorẽ radicationẽ in subiecto. Si primũ nulla esset vna qualitas quæ intenderetur vt infert Budęus, nam gradus præexistens nunquã est maior: sed aggregatũ ex illo & superueniente, si secundũ, tunc argu. sic generale est omnibus accidẽtibus inesse subiecto, ergo generale est omnibus magis aut minus radicari in subiecto: & per cõsequens nõ est hoc proprium qualitatis, sed conuenit etiam quãtitati & relationi. ¶ Et cõfir. Subiectũ recipit magis & minus ratione qualitatis: ergo à fortiori si cõcretum recipit magis & minus, & abstractũ recipit magis & minus, quod est contra determinationem Arist. Octauo tandẽ arguitur cõtra vltimam proprietatem. Non solũ qualitati conuenit secundum eam res esse similes aut dissimiles, ergo non est hoc proprium quarto modo, vt Aristo. intendit, nam substantiæ eiusdem speciei sunt similes in specie secundum rationem substantiæ, imo propterea generatio aliqua dicitur vniuoca, quia substãtia geniti est similis substantiæ generantis. Item duæ paternitates sunt similes, & paternitas & filiatio dissimiles in genere relationis, & duæ calefactiones sunt similes, & calefactio & frigefactio dissimiles in genere actionis. Imo in deo, vbi nulla est qualitas, filius est similis patri. ¶ Ad quæstionem velut ad superiores affirmatiue respondetur. Et ideo in primo articulo quæstionis respondebimus ad quinque argumẽta contra species qualitatis, & in secũdo articulo ad alia tria cõtra tres eius proprietates. Circa materiam primi argumenti Boetius propter authoritatem Aristot. adductam in confirmatione censet alias esse plures species qualitatis, sed quia Aristo. introductionis modo hic rem tractauit non enumerauit omnes, vt nos animatos relinqueret ad alias perserutãdas.

Ad primũ.

Nihilominus vt Ammonius & alij dicunt, credendum non est Aristotelem qui vbique copiosus est, speciem aliquam prætermisisse. Nominales vti solẽt distinguũt quatuor istas species per connotationes nominũ. Aiũt enim q quatuor istę species nihil aliud sunt quã quatuor binarij hominũ nõ cõtẽdẽtes in sua significatione, vt hi termini habitus dispositus &c. At manifestissimũ est Arist. nõ loqui hic de nominibus vt pater ex sufficienti exẽpla litercę. Nomẽ enim habitus, non est difficile mobilis, sed res quę est habitus, nec naturalis potentia est nomen, sed aptitudo naturalis nec passibilis qualitas est nomen sed accidens immutatiuũ, sensus itẽ quia nomina solum ponuntur in prædicamento tanquam signa rerum. Perte ergo argumentum vndesumatur sufficientia quatuor specierum qualitatis, vt nec plures sint nec pauciores. Quã S. Tho. prima secũdę. q. 59. art. 2. impugnata opinione Simplicij, egregie deducit hoc modo. Ratio qualitatis est esse modũ substãtiæ, & modus secundũ Aug. super Genesim est mẽsura rei, id est terminatio alicuius potẽtię rei. Vnde quia potentia materię terminatur per formam, differentia subsãtialis quæ sumitur à forma dicitur qualitas substantialis rei. Et eadẽ ratione modus accidentalis terminans aliquam potentiã subiecti appellatur qualitas. Modus autem iste potest sumi vel in ordine ad naturã subiecti, vel in ordine ad eius actionem, vel in ordine ad eius quantitatem. Si sit modus rei inde habitus vel dispositio est qualitas perficiens subiectum secundum suam propriam naturã. Exempli gratia. Propria natura & perfectio animalis consistit in vita, sanitas ergo (puta debita proportio humorum) quæ perficit rem ad illum finem pertinet ad primam speciẽ qualitatis, Itẽ propria natura animæ in quantũ rationalis est vita secundum rationẽ: habitus ergo tam intellectus quam voluntatis: quæ perficit animã ad istum finem, pertinet ad primam speciem qualitatis. Et ad eandem pertinent eorum contraria, scilicet ægritudo & iniustitia & reliqua id genus. Vnde Aristotel. 7. Physic. text. 17. habitus inquit est dispositio perfecti ad optimum, ideſt, qualitas disponens quæ habet esse naturale ad optimum eius finẽ. Si vero sit modus seu determinatio subiecti secundum actionem & passionem, tunc si pertinet ad principium operationis, est naturalis potentia vel impotentia pertinens ad secundã speciẽ: quod si sit terminus actionis pertinet ad tertiam speciem: est enim passibilis qualitas id quod per alterationem producitur. Attamen si modus sit determinatio subiecti quantum ad quantitatem, tunc est figura vel forma. ¶ Hinc sequitur ratio ordinis harum specierum. Et enim quia natura subiecti præsupponit actionem & passionem & quãtitatem, accidens quod est modus rei quo ad eius naturam constituit primam speciem: & modus dicens principium actionis constituit secundam: & quæ dicit terminum actionis constituit tertiam: & tandem modus quantitatis constituit quartam. ¶ Ad primum ergo argumentum respondetur quod quamuis omnis qualitas cuiuscunque speciei sit dispositio subiecti, tamen dispositio, vt pertinet ad primam speciem dicit dispositionem subiecti in ordine immediate ad propriam naturam. Figura autem de se non dicit conuenientiam aut disconuenientiam ad naturam: impertinens enim est quantitati vt habeat figurã triangularem aut quadrangularem: & pariter color quæ est tertiæ speciei de se non dicit conuenientiam aut disconuenientiam naturæ rei. Si tamen figuram aut colorem accipiamus in quantum conueniunt naturæ rei, pertinent ad primam speciem vt pulchritudo quæ dicit debitam appositionem membrorum & colorum secundum naturam huius aut illius speciei animalis pertinet ad primam speciem & pariter deformitas. Neque potentia vel impotentia dicunt mediatum ordinem ad bene vel male esse naturæ: sed ad agendum vel patiendum simpliciter: eodem modo respondetur ad alias, duas partes argumenti: quãuis enim omnis qualitas sit actiua tamen prima vel secunda vel tertia species nõ dicunt de se ordinem ad actionem, sed solum secunda species: & quamuis omnes qualitates producerentur per aliquam actionem, tamen solum tertia species dicit formaliter, quòd sit causa vel terminus passionis. Sed ad vltimum membrum respondetur quod forma quæ constituit quartam speciem nõ accipitur generaliter, vt quodlibet accidens dicitur forma subiecti: sed specialiter, vt est terminus quantitatis. ¶ Ad confirmatio. respondetur, quod illa verba Aristotel. non insinuant plures esse species qualitatis, sed authoritas eius & grauitas & similia verba in fine cuiuscunque tractatus adijcere: aesit rem non ab solutam prætitulet. ¶ Ad secundũ principale respondet Sanct. Thom. 1. 2. quæstio. 49. artic. 1, quòd quamuis habitus dicatur ab habere, potest tamen dici tripliciter: & est ad literam distinctio Aristotel. 5. Metaphysic. text. 18. Nam vno modo habere idem est quòd habito, qua vna res habet aliam inter quas nihil mediat nisi sola relatio, aut possessionis aut quæuis alia vt habere seruum, habere pecuniã & hoc non constituit prædicamentum speciale: sed est conditio cõmunis quæ facit vltimum post prædicamẽtum. Secundo modo est habitio, qua vna res habet aliam inter quas mediat aliquid, quasi per modum actionis aut passionis. licet nõ sit vera actio: sicut esse vestitum, calceatum, armatum, nam esse vestitum nõ dicitur simpliciter habere vestẽ primo modo, sed habere illam vestitam. Et hoc est vltimum prædicamentũ. Tertio modo accipitur habitus pro qualitate qua res aliqualiter se habet in seipsa, vel in ordine ad aliud conuenienter ad naturam suam, & hæc pertinet ad primã speciem qualitatis. ¶ Ad confirmatio, respondet Sanct. Thom. loco modo citato ad tertium argumentum dicens, quod dispositio vno modo accipitur generaliter, vt notauimus in expositione primi textus pro dispositione quacunque siue facile siue difficile sit removibilis: & hic est genus ad habitum. Ait enim Aristo. 5. Meta. tex. 25. q habitus est dispositio qua quis male vel bene disponitur. Alio modo accipitur specialiter, vt dividitur contra habitum Boetius vero & antiqui omnes nullam aliã constituunt differentiã inter habitũ & dispositionem, nisi illã quæ est inter perfectum & imperfectũ in eadẽ specie: vt eadem qualitas sub esse remisso sit dispositio, & sub esse intenso sit habitus, secundũ quos habitus & dispositio nũ differũt specie. At S. Thomas illic oculatus litera Arist. contẽplatus dicit, q differunt specie, vt habitus sit illa qualitas quę ex genere suo est difficile mobilis: quia ex genere suo nõ habet faciles causas corruptionis: vt sunt habitus intellectus & appetitus: quorum exempla ponit Aristot. Scientia, enim, loquit ex genere suo non habet contrarium quod facile ipsam corrumpat, nisi vehementer aut diuturno morbo quis incidat in amentiã. ¶ Vbi animaduertendum est, q Aristo. non vtitur hic nomine scientię genera liter: sed propriè vt distinguitur cõtra opinionem. nec scientia dicitur difficile mobilis solum propter intensionẽ, sed quia scientia generator per demonstrationẽ, quę vnico actu cõuincit intellectum & generat habitũ vt no-

Sufficientia specierum.

Ad secũdũ

Habitus & dispositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt notat S.Thn.prima secundæ quæst.51.articul.3.& ideo non habet causas corruptionis contrarias: sed solum per obliuionem. Vnde opinio quantumcunque sit intensissima, non est ex genere suo difficile mobilis neque est habitus: quia ratione probabili corrumpitur. Verum est tamen quod quamuis sciétia vnico actu generetur quantũ ad vsum intellectus, tamẽ vt hæreat memoriæ, indiget (vt dicit illic. S. Tho) aliqua assiduitate, & hoc est quod dicit hic Arist. ꝙ si quispiã mediocriter scientiam acquirat, tunc est difficile mobilis: & idem est de virtutibus moralibus nã virtus ex genere suo dicit connexionẽ cum prudentia & sedatas passiones: & ideo ex genere suo non habet contrarias causas corruptionis in eodem subiecto: sed tamen calor febri lis aut frigiditas ex genere suo facili corrũpitur à contrario nisi ob diuturnitatẽ efficiatur quodãmodo naturalis: sicut hectica quæ est calor cõfirmatus: & paralysis quæ est confirmata frigiditas: & pariter sanitas ex genere suo est dispositio. Quo fit vt scientia & virtus quæ ex genere suo dicit habitũ difficile mobilẽ, de per accidẽs in principio acquisitionis habeat modũ dispositionis: & ecõuerso calor & frigus, & sanitas quę ex genere suo dicunt dispositionem, per accidens efficiũtur habitus. ¶ Rationem horum nominum possumus assignare, quia cum habitus dicatur ab habere: & res non habeatur, nisi firmiter teneatur dispositio non habet nomen habitus quoadusque firmiter teneatur, aut vix teneat. Nam in bonis & conuenientibus nos tenemus habitum: in malis vero & disconuenientibus, ipse nos habet, vt habetur. 5.Met. tex. 18. Et hæc ad cõfirmationem. ¶ Circa tertium principale notandum est: quod inter primam & secundam speciem non est hæc differentia, quod sola qualitas secundæ speciei sit actiua, & qualitas primæ non sit actiua licet ex ante dictis quis in hoc posit falli: eo quòd qualitas primæ speciei dicit ordinem solum ad naturam & bene esse rei: qualitas vero secundæ speciei dicit potentiam & virtutem agendi aut patiendi. Non enim inquam hæc est differentia, vt ait Sanct. Thom. loco citato articul. 3. nam quamuis habitus immediate disponat rem ad bene esse dupliciter tamen conuenit habitui vt sit actiuus. Vno modo mediate: quia quod disponit rem ad bene esse disponit mediate ad bene operari: sicut sanitas disponens ad esse, mediate disponit ad robuste agere. Secũdo modo habitus potest esse actiuus ratione subiecti. Exempli gratia. Habitus qui est in potentia, puta intellectu aut voluntate, eo quod disponat potẽtiam ad bene esse, & bene esse potentiæ per se est bene operari, est operatiuus ratione subiecti. ¶ Neque differunt secũdo modo dicto in argumento, vt argumentum probat: tamet si Simplicius ita crediderit. propterea quòd Arist. secundam speciem ꝓpellat qualitatem naturalem, non tamen primam, licet enim huius appellationis fuit: tom quia non potuit illam significantius discernere à prima: apud eum enim luctãdi primæ & secũdę speciei non differt, nisi quia illa est ab arte, & hæc à natura, tũ etiam quia apud Aristotelem nulla est qualitas secundæ speciei nisi naturalis aut factam naturaliter: in prima vero sunt & naturales & acquisitæ. ¶ Nec differunt tertio modo, vt opinatus est Alexander, qui credebat in prima specie solas esse qualitates spirituales & in secũda corporeas: eo quod Arist. posuit exemplum de sanitate & ægritudine, non quod pertinant ad primam speciem, sed per modum exempli: quòd sicut ægritudo & sanitas sunt facile mobiles, ita se habet dispositio ad scientiam. Sed re vera vt Sanct. Thom. 1.2. quæstio. 50. articul. 1. meminit, negari non potest quin sanitas & ægritudo sint qualitates primæ speciei, nam eodem modo posuit Aristoteles exemplum de illis sicut de scientijs. ¶ Differentia igitur formalis sumenda est inter primam & secundam speciem ex definitione habitus. 5. Metaphysi. text. 25. Vbi ait Aristotel. quod habitus est dispositio qua aliquid bene vel male disponitur. Itaque potentia solum dicit principium operandi, vt abstrahit à bene vel male: & conuenienter & disconuenienter: sed habitus vel dispositio dicit bene vel male. Vt enim ait S. Thom. 1.2. quæst. 49. artic. 2. & in sola prima specie qualitatis reperitur hæc differentia, bene vel male: eo quod bonum vel malum dicit conuenientiam vel disconuenientiam naturæ rei, quam sola prima species qualitatis significat. Exempli gratia. Intellectus, de se non dicit nisi solum principium intelligendi, siue bene, siue male: sed scientia, quæ pertinet ad primam speciem est habitus bene & facile operandi, & error, est habitus male operãdi: & similiter virtus & vitium. ¶ Ad confirmationem autem respondet ille S. Tho. & Commentator, quod Aristotel. 5. metaphysicorum, nõ meminit potentiæ inter species qualitatis, eo quod parum ante text. 15. tractauerat de illa sub proprio nomine potentiæ: hic autem connumerat inter species qualitatis, quia secundum potentiam etiam dicimur quales. Quærenti enim qualis est homo, congrue respondetur, quod sit aptus aut ineptus ad luctam, robustus aut imbecillis, aut quod lapis sit durus aut mollis. ¶ Hinc fit, vt quemadmodũ in prima specie subalterna habitus & dispositio sunt ex genere suo species distinctæ, ita & in hac naturalis potentia & impotentia. Neque impotentia solum dicit priuationem sed positiuam qualitatem: vt ægrotatiuum & molle. ¶ Restat tamen dubium circa tertium membrum argumentiuidetur enim, quod habitus nullus sit in anima, sed omnis habitus debeat esse in subiecto diuisibili, nã Arist. 5. Meta. text. 24. ante quam diuisset quod habitus est dispositio, præmiserat, quod dispositio est ordo habentis partes. Vnde fit vt habitus nõ sit nisi in subiecto habente partes. ¶ Locus est in hac materia subobscurus. Ipse tamen se exponit si recte intelligatur, Ait enim quod dispositio est ordo habẽtis partes, aut in ordine ad locum: & hæc pertinet ad prædicamentum situs: aut secundum potentiam & hic est habitus corporalis: vt sanitas quæ est proportio humorum quos vocat partes tant secundum speciem: & hic est habitus operatiuus animæ. Vocat enim partes animæ potentias eius per quas ex sua natura indifferens est ad plura, & ad bene vel male operandum. Atqui sensus est quòd res non indigens habitu operatiuo quando suapte natura determinata est ad vnum, vt calor ignis non est habitus, quia ignis à natura determinatur ad vnico modo operandum: sed tamen scientia & virtus sunt habitus determinantes potentias quæ sunt partes animæ de se indifferentes: determinantes (inquam) ad bene vel male operandum. ¶ Ad quartum principale respondet S. Tho. quæstione citata art. 1. ad primum argumentum: ꝙ si calor & frigus accipiantur absolute vt solum dicunt ordinẽ ad passionẽ cuius sunt causa aut effectus: tũc pertinent ad tertiam speciẽ. Si vero accipiantur tanquã conuenientia, aut disconuenientia naturę subiecti, tũc pertinent ad primã speciem. Exempli gratia. Calor & frigus vt sunt obiecta sensus sunt passibiles qualitates: sed febris quæ est calor disconueniens naturæ, pertinet ad primã speciem, vt ephimera & tertiana quæ facile est tranmutabilis est dispositio: hectica vero est habitus

Differẽtia inter primã & secundã speciem.

Dispositio est ordo.

Ad quartũ.

Ad tertiũ.

habitus. Eodem modo frigus disponens ad paralysim est dispositio, sed paralysis confirmata est habitus. Quemadmodum paulo ante diximus, quod quamuis figura simpliciter & color sunt in quarta & tertia specie: tamen pulchritudo quæ dicit proportionem conuenientem naturæ est in prima specie. ¶ Ad confir. respondetur, quòd in hac tertia specie forsan non est differentia specifica ex genere inter passionẽ & passibilem qualitatem: rubor, enim ex verecundia aut naturalis nõ videtur ex genere differre specie (quãuis oppositum non sit omnino improbabile) fuit tamẽ necessarium diuidere in duo membra: quia differunt aut ex parte causæ, aut ex parte subiecti penes facile & difficile mobile. Rubor enim qui est ex motu verecundię, aut pallor ex metu nunquã possunt esse passibiles qualitates: quia ratione causæ habẽt vt facile trãseant. Calor vero in igne & frigiditas in aqua ratione subiecti habent, quod sint passibiles qualitates: nam sunt naturales subiecto à quo non remouentur nisi per corruptionem subiecti. Vnde S. Tho. 1.2.q.49. artic.1. dicit quòd in tribus prioribus speciebus inuenitur hæc differentia, scilicet, facile & difficile mobile: eo quod huiusmodi qualitates aut sunt principia aut terminationum. In quarta vero non inuenitur: quia figura est terminus quantitatis, quę de se nõ est actiua: & ideo figura nec acquiritur nec deperditur per se, nisi ex mutatione quantitatis. ¶ Ad quorum varij sunt modi respondendi. Expositores huius tẽpestatis fere dicũt formam & figuram differe ꝙ forma sit modus quãtitatis discretæ: vt par & impar. Figura vero est terminus quãtitatis cõtinuę vt triangulus. Hęc tamẽ expositio nullũ habet fundamentum, neq; in significatione nominum (qua forma de se non magis significat modum quantitatis discretæ quã continuæ) neque in Aristo. cuius verba sunt. Quartum genus est figura & vnicuiuslibet, vel forma: vbi insinuat ꝙ forma est qualitas rei continuæ. Boet. dicit quod forma accipitur hic pro qualitate à qua homines dicuntur formosi: ita vt forma sit decor superadditus figuræ sed certe hoc est falsum: nam pulchritudo, & deformitas pertinent ad primã speciẽ vt dictum est, cum dicant rei conuenientia. Albertus dicit, quod solum differunt ratione, vt forma dicatur figura rei in quantum conuenit speciei & formę substantiali, figura vero dicatur in quantũ est terminus quantitatis. Sed hoc etiam videtur falsum: nã figura in quantũ conuenit speciei, pertinet ad pulchritudinem. ¶ Vt ergo ex phrasi Aristo. conijcere possum, figura & forma differunt: quod figura dicit superficiem lineis certis & angulis vel circulo terminatam: vt abilitabit ab hac & abilla materia, scilicet, vt cadit sub consideratione mathematica: vt triangulus quadrãgulus, circulus. &c. nã figura secundum Euclidẽ est quæ termino vel terminis clauditur. Et ita Aristo. 5. meta. text. 19. hanc speciem qualitatis appellat immobilia mathematica, idest, figura vt abilitabit ab ente naturali mobili: puta ferro, ligno, &c. Forma vero dicit figuram rerum naturalium aut artificialium: vt domus, turris, statua, etsi dicentur simplicia nomina significantia naturales figuras. Et ideo subdit Aristo. quòd etiam rectum & curuum pertinent ad hanc speciẽ, scilicet, tanqua tertium membrũ, quia rectum & curuum cum non dicat aliquid lineis terminatum, non dicit figuram, neque perfectam formã, sed sunt formæ imperfectæ seu partes formarum vt arcus sunt circuli. Et para circuli. Item conuexum &c. Verum est quod aliquando & figuras appellamus formas, & formas figuras. ¶ Ad conar. respondetur, quòd de aspero & lenitate autor sex principiorum in prædicamento situs videtur contradicere Aristo. affirmant, quòd hæc sunt qualitates. Et Albertus illic concordat sententias dicens, ꝙ asperum & lene, accipitur vno modo vt dicit solam positionẽ partium, in æqualiter, vel æqualiter & sic pertinet ad situm partium vel in ordine ad locum, vel inter se ipsas, sicut dicit Arist. in prædicamento quòrita tis, ꝙ partes quæritatis habent positionem secundũ sursum & deorsum. Secundo modo accipiuntur, vt dicunt figuram ipsam imperfectam sicut rectum & curuum: & sic sunt in hac quarta specie qualitatis. Et tertio modo adhuc possunt comparari in ordine ad tactũ, in quo asperum facit austeritatem, & lene, dulcedinem: & sic pertinent ad tertiam speciem. Nec propterea idem secundum eãdem significationem ponitur in diuersis prædicamentis: sed penuria nominum est in causa, vt vnum nomen possit accipi secundum diuersas connotationes.

Ad quintũ.

Asperum.

¶ NVMERVS rerum & nominum huius prædicamẽti multo copiosior est quam vt ponit ob oculos ponit: sed per differentias quæ inter has species consistũt sunt de singulis iudicandum est. Atque adeo qualitates supernaturales quamuis non comprehendãtur sub rationibus naturalibus, reducuntur tamen ad prædicamenta: vt gratia ponitur in prima specie qualitatis tanquam habitus non quidem immediate operatiuus: quia non subiectatur in potentia, sed in essentia dans animæ esse supernaturale: & ideo est sicut sanitas supernaturalis. Vel potẽt considerari tanquam lumen, vt pertinet ad tertiam speciem: nam lumen in astris, vbi habet esse permanens, & sicut passibilis qualitas: in aere vero, sicut passio. Et ita lumen gloriæ in beatis est sicut passibilis qualitas: in paulo vero in raptu, sicut passio. Vel consideretur ratione subiecti, vt est virtus intellectus ad videndũ Deum, in beatis est sicut habitus, & in Paulo sicut dispositio. Habitus vero sursũ vt fides, charitas. &c. omnes sunt habitus operatiui primæ speciei. ¶ In secunda vero specie ponitur character sacramẽtalis, vt citatum est ex Sanct. Tho. in tertio argumento: quia character Baptismi solum dicit potentiam ad suscipienda sacramenta, & character ordinis ad ea ministranda, siue bene, siue male: nam malus Christianus vere suscipit, & malus episcopus vere confert sacramentum. ¶ Ad hanc speciem reducuntur omnia instrumenta, vt gladius, serra, malleus. &c. hæc enim de se non dicunt formam, sed virtutem agendi: quamuis hoc faciant per formam. Et quamuis calor & frigus absolute sunt in tertia specie, tamen calor ignis & frigus aquæ, si considerentur vt virtutes naturales agendi, sunt in secunda specie. ¶ In tertia specie sunt omnia obiecta sensuũ vt si dicas acutum & graue in sono aut in tactu. Et in quarta omnia nomina figurarum & formarum, vt expositum est. ¶ At vero de distinctione qualitatis à substantia nõ existimauimus necessarium esse quæstionẽ disputare. Conuenit enim inter omnes, primam & tertiam speciem qualitatis distingui à substantia. Vnde nominales dicunt solum prædicamentum & dimidium realiter distingui: puta substantiam & duas species qualitatis. Ni hilominus in prædicabilibus, capite de proprio, mõstratum est secundam etiam speciem distingui. De quarta vero specie quamuis id non sit euidens, verisimilius tamen est: quod figura distinguatur à re figurata, maximè quantitas distinguatur à re quãta. Dum tamen figura vnius rei continuæ, vt statuam vnius lapidis, dicamus simpliciter esse vnam rem: figura tamen pluriũ

Gratia in. 2. specie qualitatis.

Character sacramẽtalis ad secundam speciẽ pertinet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum, vt figuram domus, quæ constat ex plurib⁹ lapidibus & lignis, non affirmemus esse simpliciter vnam: sed compositam ex figuris partium. Et hæc de primo articulo.

¶ IN secundo articulo dicendum est de propriis tatibus qualitatis. Vnde ad sextum argumentum respondetur, quod contrarietas, vt est proprium qualitatis, arcipitur proprie vt distinguitur contra priuatiue & relatiue opposita, vt, scilicet sunt accidentia mutuo sese expellentia circa idem subiectum.

Contraria.

¶ Sed est notandum, quod contrarietas per se primo reperitur in tertia specie qualitatis, vbi sunt quatuor primæ qualitates elementorum scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: quarum duæ primę sunt principaliter actiuæ & duæ secundæ passiuæ. Et ratione istarum contrariantur quęcunque res sunt contrariæ. Vt in prædicamento substantiæ ignis contrariatur aquæ ratione caloris, & in prædicamento actionis calefactio & frigefactio contrariantur ratione terminorum qui sunt qualitates contrariæ. Et generaliter, vt notat Aristotel. non solum abstracta, sed concreta ipsa sunt contraria ratione abstractorum, vt album nigro, calidum frigido, &c. Secundo reperitur contrarietas in qualitatibus secundis quæ fiunt ex istis, vt inter albedinem & nigredinem, amarum & dulce, &c.

¶ Sed est Secundo notandum, quod contrarietas est maxima distantia quia est perfecta oppositio: & ideo simpliciter non reperitur nisi inter duo extrema, vt sunt albedo, & nigredo, dulcedo & amaritudo. Medij vero colores non contrariantur perse nisi ratione extremorum, vt rubeum non contrariatur viridi, nisi quatenus vnus color participat de albedine, & alius de nigredine. Vnde illi colores qui magis accedunt ad istos extremos magis contrariantur. ¶ In spiritualibus autem est contrarietas per se & propriè non ratione primarum qualitatum, sed ad similitudinem illarum: nam causæ productiuæ falsi habitus intellectus corrumpunt habitum verum contrarium: & passiones intemperantiæ corrumpunt habitum temperantiæ: & quæ corrumpunt habitum iustitiæ, generant habitum iniustitiæ. Intemperantia enim & iniustitia non dicunt priuationes, sed habitus positiuos. Hinc perspicuum est corollarium Aristotel. quod si vnum contrariorum est in prædicamento qualitatis, reliquum est in eodem. Loquitur enim de contrarietate proprie dicta, quæ non est nisi inter positiuas qualitates. Tamen si o priuatiue oppositis quodammodo verum habeat: nam licet priuatio per se non sit in prædicamento (cum non dicat verum ens) tamen reducitur ad genus sui positi: vt cæcitas reducitur ad secundum speciem qualitatis, vbi est visus: & tenebræ ad tertiam, vbi est lumen. ¶ Ad septimum principale respondetur, quod modo non est locus disputandi quomodo fiat intensio: sed pronunc respondemus, quod fit per maiorem radicationem in subiecto. ¶ Notandum est tamen, quod quamuis omne accidens insit subiecto, tamen quia quantitas & relatio per se non sunt accidentia actiua, non radicantur magis & minus. Qualitatibus vero aut actionis, aut secundis quæ ex illis fiunt, propriū est per actionem magis & minus radicari in subiecto. Vnde eadem est ratio vt proprium sit huius prædicamenti habere contraria, & recipere magis & minus puta ratio actionis & passionis quæ conuenit qualitatibus primis. Et per hoc soluitur argumentum. ¶ Sed pro

Ad septimum.

solutione confirmationis & pro intelligentia textus sciendum notandū est hic, quid est aliquid suscipere magis & min⁹ vt intelligatur quomodo concretū suscipit magis & min⁹: abstractum vero, minime. Enimuero recipere magis & minus formaliter non est esse magis aut minus intensum (vt multi falso existimant) alias abstractum potius reciperet magis & minus quam concretum: albedo enim magis aut minus intenditur in subiecto. Sed suscipere magis aut minus est quod nomen accidentis prædicetur cum magis & minus aut cum comparatiuo. Vnde fit manifestum quomodo concretum suscipit magis & minus: sed abstractum non item. Calidum enim est calidius alio aut minus calidum: sed tamen calor, non est magis calor, bene tamen intensior, sed non magis aut minus calor. Item albedo est magis aut minus albedo, sed tamen albedo non est magis aut minus albedo. Hinc palam fit quomodo in alijs prędicamentis non est magis aut minus: quia propria denominatio quantitatis, non suscipit cōparationem: nihil enim est magis aut minus quantum, lineatum, aut superficiatum, &c. sed in relatione est magis aut minus simile ratione qualitatis. Et est hic insignis locus Aristotel. ad confirmandum intensionem non fieri per additionem: sed per radicationem in subiecto: nam si intensio fieret per hoc quod albedo reciperet nouos gradus albedinis, certe sicut albedo dicitur magis intensa, ita diceretur magis albedo: sed quia intensio non fit nisi per hoc quod albedo magis actuat & perficit subiectum, illud dicitur magis album, albedo vero non dicitur magis albedo. ¶ Ad octauum argumentum respondetur, quod hoc est proprissimum qualitatis, vt secundum eam res dicantur similes, aut dissimiles, sicut est proprissimum quantitatis, vt secundum eam res dicantur æquales vel inæquales. Vnde sicut nihil dicitur æquale vel inæquale nisi quatenus participat aliquam rationem quantitatis ita nihil dicitur simile aut dissimile nisi quatenus participat rationem qualitatis. Exempli gratia. Duo homines dicuntur æquales in perfectione, quia est vnus gradus perfectionis in illis, & vnum est ratio quantitatis, sed dicuntur similes in specie, quia species habet se vt qualitas substantialis individui. Et eodem modo duo patres sunt similes in paternitate: quia paternitas in quantum accidens habet se vt forma & qualitas subiecti: & duæ calefactiones sunt similes quia producunt similes qualitates. Et in summa sicut duo alba æqualiter intensa dicuntur æqualia in albedine eo quod habent vnitatem gradus (quæ vnitas est ratio quantitatis) ita per oppositum duo quanta æqualia, dicuntur similia: quia habent eandem quantitatem, quæ in quantum accidēs, est sicut forma & qualitas subiecti. Et hoc est quod dicit Aristotel. 5. Metaphy. tex. 20. vnitas in substantia facit idem, in quantitate vero facit æquale: sed vnitas in quantitate facit simile.

Suscipere magis & minus.

De actione & passione. Cap. IX.

SVscipit & ipsum agere pative contrarietatē. Calefacere nāque & frigefacere & calefieri & frigefieri, & voluptate ac dolore affici, cōtraria sunt: quare cōtrarietatē suscipiūt. Gradus quoque

que suscipiunt, vt magis atq; minus dicantur. Fit em vt magis quippiā minusue calefaciat, & itidē calefiat, & doleat magis minusue: quare agere pati vt gradus suscipiunt, vti diximus. De his igitur tota nobis sint dicta. Dictum est autē & de situ esse, in hisce quæ diximus de ijs quæ sunt ad aliquid, denominatiū ipsum à positionibus dici. De cęteris vero vt de quando, de vbi, & de habere: quia sunt manifesta, nihil aliud dicitur quam ea quæ in principio diximus habere quidem inductum atque armatum esse significare: vbi vero, in Lycæo esse & cętera quęcunque de ipsis sunt dicta de generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta sufficiunt.

SEX vltima prędicamenta Aristoteles summa brevitate perstrinxit. Duas enim tantū enumerat proprietates actionis & passionis, reliqua vero quatuor sub silentio prætermittit (vt inquit) quōd & facillima sunt cognitu, & non adeo ad vsum necessaria. Nihilominus Cilbertus Porretanus supplementum huic capitulo adiecit quod libellus sex principiorum inscribitur. Vnde, & ipse autor sex principiorum appellatur. Græce scripsit, cuius præter veterem existit elegātissima translatio Hermolai Barbari. Et Albertus in commento illius inquirit, cur appellentur sex principia & non potius sex genera: cum Aristotel. decem prædicamenta appellat genera. Non tamen existimo hoc disputatione dignum: omnia, enim decem dicuntur, & genera & principia. Genera quidem quia sunt prima prædicata quidditatiua: in quæ sit vltima resolutio definitionis, ex parte generis, est enim homo animal rationale, & animal corpus sensibile: & corpus substantia. Et eadem ratione dicuntur prima principia: nam principium est ex quo componitur substantia & definitio rei & in quod fit vltima resolutio. Itaque quodcunque generalissimum est genus, quia est totum continens sub se species: & est principium formale vnde res dimanant. Differunt tamen ista sex genera à præcedentibus quatuor: quia reliqua aut sunt sustantia aut formaliter in substantia: hæc vero sunt extrinseca quæ circunstant substantiam, vt esse in loco, esse in tempore, esse vestitum. &c. ¶ Prima & potissima quæstio est hic. An sex vltima prædicamenta sint relationes: quam partim septimo capite disputauimus. Et quidem ante Scotum nullus dixit quod essent relationes: sed ipse excogitauit relationem intrinsecus aduenientem in locis, quæ illic citauimus: quia opinatus est aliquis esse relationes quæ non habent relationem fundandi distinctam à subiecto: quod illic satis pro captu dialecticorum impugnauimus. Modo vero ostendere restat quomodo sex prædicamenta non sunt relationes extrinsecus aduenientes: quia quod non sint extrinsecus aduenientes Scotus concēdit. Aut per relationes extrinsecus aduenientes intelliguntur relationes secundum dici: & hoc non quia hæc nō sunt vere relatiua vt supra expositū est: relationes vero extrinsecus aduenientes quarū ipse ponit exemplum, scilicet, vnio materiæ ad formam, aut accidentis ad subiectum, aut humanitatis ad verbum sunt relationes secundum esse nam esse vnitum, nihil aliud est quam esse ad aliud. Si autem relatio extrinsecus aduenies sit relatio secūdum esse, tunc sequitur quōd sit in tertio prædicamento: nam quōd accidens sit ab intrinseco, vel veniat ab extrinseco, non variat formam prædicamenti (sanitas, enim est in prima specie qualitatis siue sit à natura siue à medicina, & forma est in quarta: siue sit naturalis siue artificialis) quod si relatio extrinsecus aduenies est in tertio prædicamento, superflua sunt sex vltima: nam prædicamenta, sunt impermista. ¶ Et confir. Relatiua vt habetur. 10. Metaphys. text. 14. sunt primo diuersa: ergo sicut hęc apud Aristotel. substantia est relatio, est immediate falsū, ita & hæc relatio est vbi, aut situs, &c. ¶ Secūdo arguitur. Relatio secundū Arist. 5. Meta. 10. fundatur super actionem, & passionem: sed vna relatio non fundatur super aliā (nā sufficienter numerauit Arist. fundamenta relationis quantitatem & actionem & mensurā) ergo actio & passio non sunt relationes. ¶ Et cōfir. quia expresse dicit Aristo. 3. Physi. text. 19. q actio est motus: motus autem non est relatio. ¶ Et tertio eandem arguitur. Vbi est esse, in hoc loco, & quando est esse, hodie: & habitus, est esse vestitum, hæc autem ex sua significatione non dicunt relationem: esse, enim, duplū nihil aliud dicit, quā esse ad aliud: sed esse hic significat vere rem absolutam puta hunc locum: & esse vestitum, habere vestem circa corpus. ¶ Est ergo conclusio, & sex vltima prædicamenta sunt relatiua secundum dici: quæ non sunt vere relatiuum sed res absolutæ, quæ tamen explicari non possunt nisi per respectū ad res à quibus dependent. Conclusio hæc manifestatur ex his quæ cap. 4. adnotauimus. Vbi prædicamenta tria primum partiti sumus. Cū enim substantia omnium sit fundamentum, tria in rebus est considerari, scilicet aut id quod est substantia, aut accidens quod formaliter est in substantia, aut res qua extrinsecus sunt circa substantiam, Res primi generis sunt in prædicamento substantiæ. Res secundi generis sunt in tribus proximis prædicamentis: si enim accidens quōd forma liter est in substātia est absolutum, aut est quātitas aut qualitas: & si relatiuum, est ad aliquid, res tertij generis pertinent ad sex vltima prædicamenta. ¶ Ecce ergo differentiam duplicem inter tria & sex vltima prędicamenta. Prima est quōd relatio formaliter est in subiecto quōd ab illa denominatur; vt paternitas est in patre qua refertur ad filiū, siue fit accidens distinctū, siue non: sed esse in gymnasio (quōd est prædicamentū vbi) non significat formaliter aliquam relationem quæ sit in Petro existente hic sed illa denominatio fit ab extrinseco puta ab isto gymnasio. Et esse vestitū, nō significat formaliter relationem quæ est in homine, sed vestem taliter se habentem circa hominem. Itaque sicut homo non dicitur albus ab aliqua relatione quæ sit inter ipsum & albedinem, sed ab albedine: ita non dicitur vestitus ab aliqua relatione, sed extrinsecus à veste. Et inde forsan in mentē venit Scoto vocare relationes extrinsecas, cum tamen non sint nisi absoluta extrinseca. ¶ Secunda differentia sequitur ex prima, quod esse relationis puta esse patrem aut esse duplū, nihil aliud est quā esse ad aliud: sed tamen esse vestitum, non est esse ad aliud sed est habere taliter vestem: sicut esse album non est esse ad albedinem, sed habere in se albedinem. Hoc est hic attente considerandum: per quod rem vix intellectam, existimo clare esse expositam.

Sex prædicamenta non sunt relationes.

Duæ differētię, sex vltimi. & tri. prędic.

¶ Hinc sequitur corollarium etiam obseruandū, quod quærenti quid est esse vestitū, vtrum sit relatio, respondendum est quod non est relatio: sed est esse vestitum,

Corollarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut habere vestem, aut quod est habitus. Nec vltra te nemur respondere. Ad hoc enim inuenta est ars prædi camentorum, vt cum peruentum fuerit ad generalissi mum, illic cesset interrogatio. Vt si quæratur quid est dialectica? respondetur, est scientia: quid est scientia? est habitus: quid est habitus? est qualitas: & qualitas est qua quales esse dicimur. Sed si vlterius quæras an qualitas sit substantia vel quantitas vel relatio? respon detur quod nec hoc nec illud: sed est qualitas, quę facit per se prædicamentum. Eodem modo si quæratur quid est calefactio? Respondetur quod est actio & actio est motus vt ab alio procedens. Ita quod actio non est magis relatio quam qualitas sit quantitas. Et ita vestitum esse est habitus. Nec Aristoteles audiret inter rogantem vltertius quid est habitus, cum sit generalis simum, sed responderet per suas species est vestitum esse, vel armatum esse, &c. & vbi, est esse in gymna sio, vel esse in foro. &c. Et ex iconsideratione huius corollarij homines inciderunt in modum illum inc ptum loquendi. Quamuis enim relatio nō sit distincta a substantia, cum tamen quæritur quid est paternitas, respondendum est quod est relatio: & cum quæritur quid est linea, respondendum est quod est quantitas: sed cum postea quæritur an relatio vel quātitas sit sub stantia, vtrunq; negandum est: sed relatio est relatio & quantitas est quantitas.

Ratio seu forma.

¶ HIS prælibatis facillimæ intelliguntur sex vlti ma prædicamenta. Quorum tractatum Gilbertus ex orditur à definitione huius, quod est ratio seu for ma: nam prædicamenta dicunt rationes & formas distinctas. Ait ergo. Ratio siue forma est id quod si peruenit composito simplici, constans & inuariabili essentia. Forma dicitur simplex & inuariabilis: primo quia quidditas formæ cōsistit in indiuisibili: sicut quid ditas numeri cui addas aut demas vnitatem, mutatur forma & species, & præterea quia adueniens composi tio non facit maius: si enim aquæ aquam apponas, fit maior: sed si ex albo fiat nigrum non est necesse vt fiat maius. ¶ Descendens subinde ad singulorum definitiones. Actio, inquit, vel facitio, est ratio seu forma per quam in materiam subiectam denominamur agere vel facere. Passio verò est effectus agentis. ¶ Ad intelligentiam huius definitionis notādum est quomodo differunt actio & passio & motus: hæc enim tria, materialiter sunt eadem res, formaliter autem differunt; & pertinent ad diuersa prædicamenta: nam motus nec est de prædicamento actionis: neque de prædicamento passio nis: sed est inter postprædicamenta: & reductiue ponitur in prædicamento termini motus secundum Aristotelem. 5. Physicor. vt augmentatio reducitur ad prædicamentum quantitatis: & alteratio, ad prædicamentum qualitatis. Exempli gratia, Cum ignis calefacit aquam, motus alterationis, qui pronunc claritatis causa supponitur esse calor qui recipitur in aqua motus in quam ille, id est, calor qui producitur est actio & est passio, & ad motus diuersis relationibus. Et quia ista sunt relatiua secundum dici, non possunt explicari nisi per respectus. Calor ergo ille consideratus in ordine ad finem, scilicet in quantum est in fluxu & fieri & est via ad calorem, est motus: nam illa ratione est actus entis in potentia, quia non in acto & infacto esse. Considerat us vero in ordine ad agens, scilicet in quantum est aliquid per quod agens immutat aquā superando & vincendo illā est actionā est forma & ratio (vt inquit) Gilbertus) a qua ignis dicitur agens. Itaq; sicut ego di cor vestitus ab extrinseco, puta a veste, ita ignis dici-

Actio & passio.

tur agens, non a relatione quæ est in illo, sed ab esse, ctu quo mouet passum. Sed idem calor consideratus in ordine ad subiectum, scilicet vt recipitur in aqua tanquam id per quod aqua mutatur & vincitur ab agē te, dicitur passio. Ecce quomodo actio & passio de se non significāt relationes, & ideo non sunt relatiua secundum esse: sed quia exprimuntur per relationes, sunt relatiua secūdum dici. Non nego quin relatio effectus ad causam sit relatio realis sed dico, quod actio non significat illam relationem. ¶ Eodem modo sunt explicanda quatuor reliqua prædicamenta. Quādo, se cundum Gilbertum, est id quod ex adiacentia temporis relinquitur, vt esse hodie, esse heri. &c. Itaque vt ho mo dicitur vestitus à veste, ita esse nunc, denominatur homo ab hoc tempore in quo est. Et ideo, quando, nec est tempus quod est de prædicamento quantitatis, nec est relatio hominis ad tempus: sed est esse in tempore: sicut esse vestitum neque est vestis neque relatio, sed habere vestem. Hoc modo facile intelliges omnia si re curras ad album: esse enim albū nec est albedo nec re latio, sed habere albedinem inhærentem. Ita esse in tēpore, est contineri (vt sic dicam) in tali tempore. Pa rimodo. Vbi (vt ait Gilbertus) est circunscriptio cor poris ex circunscriptione loci prouenies. Quod nec est relatio nec locus de prædicamento quantitatis: sed contineri in tali loco, scilicet esse in gymnasio, aut in foro, aut Romæ, &c. quod non potest explicari nisi per respectum. Vbi meminisse opus est illius quod diximus in prædicamento quantitatis. Differt enim locus vt est illius prædicamenti, & vbi est huius, quod locus, vt dicit quantitatem, non connotat esse Parisijs, aut Salmanticæ, aut in Gymnasio, &c. sed solum vltimam superficiem continentis mensurantisque locatum, vt habetur. 4. physic. sed vbi significat esse in hoc aut illo loco: quod explicari non potest nisi in ordine ad aliquod punctum fixum, puta, quod sit, in tali altitudine respectu centri terræ (altior enim est acr quam aqua) & in tali longitudine respectu orientis: respectu cuius maiorem longitudinem habet Salmantica quam Roma, aut in tali latitudine respectu poli: propinquior est enim polo Lutetia quam Roma. Sed tamen, vbi, non significat talem respectum: quamuis enim per impossibile nullum esset contrarium nec orient, ego essem Salmanticę & alius Romę. Itaque distare taliter ab oriente, hoc est vere relatiuum secundum esse: sed tamen esse Salmanticæ non est relatiuum, quamuis explicetur per talem distantiam. ¶ Eodem modo tempus vt est de prædicamento quantitatis solum dicit mensurā durationis pu ta durare per mensem aut per annum, sed prædicamen tum quando, est tali die natum fuisse, tali die fuisse mor tuum. &c. ¶ Et ideo hæc prædicamenta non appellantur tempus & locus: sed explicantur per interrogatiua temporis & loci. ¶ Est postremo notandū quod in loco proprie non sunt nisi corpora ratione quantitatis, quæ sunt in loco circunscriptiue, id est, commensuratiue indiuisibilia vero sunt solum definitiue & non proprie sunt in loco. Et ideo Gilbertus dixit vbi, esse circūscri ptionem corporis quæ prouenit ex circunscriptione loci, id est, est circunscriptio passiua quæ est in locato, prouenies à loco circunscribente actiue. Ex quo pa tet quomodo homo denominatur esse hic non à relatione, sed extrinsece à loco circunscribente. Quid au tem sit esse in loco circunscriptiue aut definitiue, in. 4. physicorum explicatur. Eadem ratione in tempore non sunt nisi illa quorum esse cōsistit in successione, qua lia sunt cuncta corporea quæ sub orbe lunę cōtinentur, quæ

Quando.

Vbi.

Situs.

quæ motui cœli subduntur. Sed hic non est locus dis putandi quid sit tempus, vsque ad quartum physico rum. ¶ Positio vero est quidam partium situs & ge nerationis ordinatio: positio enim accipitur vno mo do pro ordinatione partium inter se, quod est de prædicamento quantitatis: vt caput in homine est supra pectus & pectus supra ventrem. Et alio modo accipitur pro ordinatione partium in ordine ad locum, & hæc peculiariter dicitur situs, vt sedere, stare, iacere. At vero prima positio non potest explicari nisi per secundam, non enim caput est sursum respectu pedis nisi quia est in superiori loco. Est verumtamen si tus aliquis non à natura, sed ex appetitu animalis, vt iacere & sedere, alius est naturalis prouenies à genera tione: vt alium situm & positionem habent partes hominis, & alium partes cæterorum animalium, in il lis enim caput non est supra pectus nec pectus supra ventrem sicut in homine. Dico, supra, in ordine ad lo cum: quia in ordine ad se, caput etiam bruti est supra ventrem: nam in animali illa pars est sursum, qua sumit alimentū, vt docet Aristoteles. 2. de cœlo. textu sexto, & ita in arbore radix est sursum: sed quia hic est sermo de situ in ordine ad locum, propterea dicit Gilbertus, quod positio est quædam generationis ordinatio, lo quens de generatione naturali, ratione cuius alia est positio naturalis partium hominis in ordine ad locum, & alia partium brutorum. Et per naturalem explica tur illa quę est voluntaria, aut ex appetitu animalis face tis aut stantis. ¶ Habitus denique (authore Gilberto) est corporum, & eorum quæ circa corpus sunt ad facentia, vt vestitum esse, armatum esse, &c. quod tam expositum est. Non enim adiacentia, dicit rela tionem sed habere adiacentem vestem, quod est quā si passio. Capite enim supra proximo diximus, quod habitus, vt est vltimum prædicamentum, est quo dammodo medium inter primam speciem qualitatis, & vltimum postprædicamentum. Habitus enim pri mæ speciei qualitatis est id, per quod res aliqualiter se habet in se passiue per qualitatem sibi in hęrentem, habere autem, vt est postprædicamentum, est habe re rem taliter vt inter habentem & rem habitam sit sola relatio, vt habere seruum, amicum &c. sed ta men hoc prædicamentum est habere rem non sim pliciter per modum passionis, sed quasi. Habet se e nim vestis in ordine ad hominem vestitum quasi for ma, & homo qui vestitur se habet quasi patiens ab illa.

Habitus.

¶ QVODLIBET horū sex prædicamētorū diuidit Gilbertus per species & cuicunq; attribuit suas proprietates, vt actio habet genera subalterna quæ sunt factio corporalis transiens, & actio spiritualis immanens. Et vtrunque habet inferiores species, vt factionis species sunt naturales quidem, calefacere, comburere, &c. artificiales vero, scribere, pingere. &c. Actionis autem species sunt intellectio & volitio & sensatio. &c. ¶ Prædicamento actionis attribuit quatuor proprietates, duas, quas elicit ex de finitione, & duas, quas ponit Aristoteles. Prima pro prietas est, quod in quocunq; motu est actio & in quacunque actione est quodammodo motus. Nam, vtræ positum est eadem res diuersis rationibus est motus & actio. ¶ Secunda proprietas est, Proprium est actio ni passionem inferre, quæ potest intelligi dupliciter. Primo, vt ly inferre, accipiatur secundæ intentiona liter, vt sit sensus si actio est, passio est. Secundo modo, vt ly inferre dicat causam realem. & hoc est ma gis ad mentē Gilberti, nam dictū est, quod passio esse

Proprietates actionis

2. Proprietas.

tus actionis est. Effectus inquā non ita propriè sicut ca lor est effectus ignis, ignis enim est verè causa caloris, sed tamē actio vt dictum est, nō significat causam, sed effectū vt procedit à causa. Nihilominus tamen in calore qui producitur prius natura est esse ab agente, quam recipi in subiecto, & ideo idem motus prius natura est actio quam passio. Vnde passio dicitur relatio actionis, a ctio vero non est illatio passionis. ¶ Tertia proprie tas est quam ponit Aristoteles primā putā agere & pa ti suscipiunt contrarietatem, vt calefactio contraria tur frigefactioni quia sunt motus tendentes in termi nos contrarios, vt superiori capite expositum est.

3. Proprietas.

¶ Quarta denique proprietas est quam Aristoteles ponit secundā, scilicet, quod actio & passio suscipiunt magis & minus. Quod itidem conuenit illis ratione termini ad quem. Illud enim magis calefacit, quod velocius calefacit, id est, quod in tempore æquali plus formæ producit, & illud magis calefit, quod in tempore æquali plus formæ recipit. Qua de causa ma gis calefacit ignitum ferrum, quam ca bo, & magis calefit lignum siccum quam viride. ¶ Proprietates de quando sunt tres, quarum duæ, & communes sunt quatuor vltimis prædicamentis, & impropriè sunt pro prietates, cum potius sint negationes proprietatum, puta nec recipere contraria, nec magis & minus. Esse enim heri non contrariatur huic quod est esse hodie aut esse cras, nam quamuis idem non possit esse simul heri & cras, hoc non est propter contrarietatem, sed propter successionem temporis. Et eodem modo nul lus est magis heri aut magis hodie quam alius, quam uis possit magis durare quam alius. Eadem ratione esse hic, & esse Romæ, non sunt contraria, quia licet repugnet naturaliter mihi esse hic & esse Romæ, hoc non est propter contrarietatem locorum, sed quia rei finitæ repugnat esse in duobus locis discontinuis. Et sursum & deorsum, non sunt contraria, sed relatiue opposita. Neque esse in gymnasio aut in foro recipit magis & minus quamuis vnus possit in gym nasio occupare maiorem aut digniorem locum quam alius. Eodem modo nec sedere aut iacere habet con trarium, nam quamuis idem non possit simul iacere & stare naturaliter, hoc non est propter contrarieta tem, quia iacere & stare non sunt qualitates actiuæ nec fluunt ex actionis: & eadem ratione esse vestitum & armatum non habent contraria. Nec suscipiunt ma gis & minus. Nullus enim magis, aut minus sedet aut iacet quam alius, licet potest esse quod aliquis quiete magis sedeat quam alius, & alius non perfectè iaceat sed accumbat. ¶ At vero asperum & leue, re cipiunt magis & minus, & rarum & densum licet quodammodo sint in hoc prædicamento, sed tamen non recipiunt magis & minus, nisi in quantum habent rationem qualitatum. ¶ Tertia proprietas propria de, quando, est quod solæres quæ incipiunt, & desi nunt esse sunt in quando, nam res æternæ, vt Deus, quia non mensurantur successione temporis, non sunt in hoc prædicamento. Et tertiam pariter proprieta tem possumus attribuere prædicamento, vbi, quod in hoc prædicamento solum propriè sunt corpora quan ta, nam angeli proprie non sunt alicubi. Et eadem ſubinde erit proprietas situs & positionis, nam indi uisibilia nec habent situm nec positionem. Et ea dem etiā erit proprietas habitus, qua habi tus, vt est vltimum prædicamentum, solū cōuenit corporibus & præser tim animalibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Oppositis. capit. X.

DE Oppositis autem quot modis opponi soleant deinceps dicendum esse videtur. Opposita nanque modis quatuor opponi dicuntur, aut vt ea quæ sunt ad aliquid, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt affirmatio atq; negatio. Atque vt in summa dicã, duplũ & dimidiũ, vt ea quę sunt ad aliquid: bonũ & malũ, vti contraria: cæcitas atq; visus, vt habitus & priuatio: sedere & non sedere, vt affirmatio atque negatio, opponuntur.

Textus. ij. ¶ Quę igitur vt ea quæ sunt ad aliquid opponũtur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicũtur: vt duplũ dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplũ: & sciẽtia scibili eodẽ opponitur modo, atq; ipsa id quod est, scibilis dicitur esse: & scibile etiã id quod est, ad oppositũ ipsam inquã scientiã, dicitur: scibile nanq; aliquod id scientia, dicitur scibile. Quæ igitur vt ea quæ sunt ad aliquid opponũtur, ipsa id quod sunt aliorũ esse, aut aliquo alio modo vicissim dicũtur. Ea vero quę vt cõtraria opponũtur, nullo pacto lege hanc subeũt: neq; enim bonũ mali dicitur bonũ, sed cõtrariũ, neq; albũ nigri dicit albũ sed cõtrariũ, quare oppositiones hę differũt.

Textus. iij. ¶ Atqui contraria quidem quę talia sunt, vt ipsorum alterum necessario rebus ijs insit, in quibus aptum est fieri, aut de quibus prædicatur, ea nullũ prorsus mediũ habent, quorũ autem alterum inesse nõ necesse est inter hæc aliquid omniño medium cadit: velut sanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, atque alterum insit animalis in corpore, sanitas inquã aut morbus, necesse est: & de numero par atq; impar prædicatur, & alterum par aut impar insit numero necesse est: atque nullũ inter hæc, aut inter par & impar, aut inter sanitatem ac morbum, mediũ cadit. At quorum alterum inesse non est, horũ medium est aliquid: vt albũ & nigrum in corpore aptum est fieri, & non necesse est in corpore alterum horum inesse: non enim omne corpus aut albũ aut nigrum est. Vitiosum quoque, studiosumque, de homine quidem cæterisque compluribus prædicatur: at nõ necesse est alterum illis inesse, de quibus hæc prædicari possunt: nõ enim omnia aut vitiosa sunt, aut studiosa: atque est inter hoc medium sane, fuscum quidẽ & flauũ, cęteriq; tales colores, inter albũ & nigrum: id autem quod neq; vitiosum est, neque studiosum: inter vitiosum ac studiosum. In quibusdam igitur media nomen habent, vt fulcum, pallidũ, rubrum, cęteriq; tales colores qui medij sunt inter albũ & nigrum: in quibusdam verò nomine quidem non est facile medium assignare, vtriusque tamen extremorum negatione ipsum medium definitur: vt id quod neque bonum est neque malum, neque iustum, neque iniustum.

Text. iiij. Priuatio autem atque habitus dicitur quidem circa quippiam idem: vt visus & cæcitas, circa oculum: vt simpliciter autem dicã in quo solet habitus fieri, circa id vtrũq; ipsorũ dicitur. Atque priuatũ esse dicimus vnũquodque eorum, quę susceptiua sunt habitus, cum est habitus, non quouis modo, sed in eo vel in quo consueuit esse, vel quando illud cõsueuit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cęcum itidem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet cum est aptus habere: sunt em, quę orta nõ cõtinuo visum dentesque habent: at nõ edentula aut cæca dicũtur. Priuatum autẽ esse, habitumq; habere, nõ est priuatio atque habitus: nam visus quidem est habitus, cæcitas vero priuatio. At habere visum non est visus, neque cæcum esse cæcitas est: etenim cæcitas, est priuatio quædã: cæcũ autẽ esse est priuatũ esse, & nõ priuatio. Præterea si cæcitas idẽ esset ac cæcũ esse: vtraq; profecto de eode prædicarẽtur: at homo dicitur quidem cæcus: cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatũ inquã esse, habitũque habere, perinde vt priuatio atque habitus opponi videtur: modus enim oppositionis idẽ est. Nam vt cæcitas & visus, sic & cæcum esse ac habere habitum opponuntur.

Textus. v. At enim neque etiam id quod sub affirmatione negatione que est affirmatio est atque negatio. Affirmationem nanque negationemque orationem esse constat: alteram affirmatiuã, alteram negatiuã: at nihil eorum quæ sub affirmationem negationem ve cadunt, oratio est, vt patet. Dicuntur tamen & hæc ipsa perinde opinio atque affirmatio negatioq; opponuntur: & in his enim idẽ oppositionis est modus. Nam vt affirmatio velut sedet, negationi, cęco nõ sedet, opponitur: sic & res quæ sub vtrunq; cadunt, sedere inquã & non sedere, sibi mutuo aduersantur.

Textus. vj. At vero priuationem ac habitum nõ esse oppositas sic, vt ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse: visus enim non est cæcitatis visus, neque vllo alio ad illam dicitur modo: similiter neque cæcitas visus cæcitas diceretur: sed cæcitas ipsa priuatio quidem dicitur visus, cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cæcitatis. Præterea vniuersa quæ

quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur quæ conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset quę sunt ad aliquid & illud ad quod ipsa dicitur, profecto conuerteretur: at non conuertitur, nõ enim visus cæcitatis dicitur visus.

Textus septimus. Atqui neque perinde atque contraria priuationem ac habitum oppositionem subire ex eo perspicuum fore videtur quòd contrariorum quæ medio vacant, alterũ in his quibus apta sunt esse, aut de quibus prædicãtur inesse semper necesse est, inter eũ ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum inesse susceptiuo necesse est: vt in sanitate ac morbo, in pari ac impari, intueri licet. Quorum autem est aliquid medium, nunquam horum alterum omni inest necessario. Neque enim album aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse omne quod horum susceptiuum sit, necesse est: nam vt inter hæc medium aliquod cadat, nihil sanè prohibere videtur. Et insuper ea diximus medium habere, quorum alterum non necesse est esse in susceptiuo, nisi in hisce in quibus vnũ ineſt natura: vt igni caliditas ineſt, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non vt vtrunuis susceptiuo inesse necesse est. Non enim aut ignem frigidum aut niuem esse nigram cõtingit. Itaque non omni susceptiuo inesse alterum, contingit, sed illis tãtum, quibus vnum natura ineſt, atque vnum definitè, non vtrunuis. In priuatione autem atque habitu neutrum dictorum est verum: neque enim alterum ipsorum semper ineſſe necesse est: quod enim nõdum aptum est visum habere id neque cæcum dicitur, neque visum habere: quare non ex ijs erũt cõtrarijs, quæ medijs vacãt: sed nec ex ijs, quæ medium habent: quoniam omni susceptiuo, ipsorum alterum insit necesse est, cùm enim est aptum visum habere, tunc aut cæcum aut visum habere dicetur: atq; horũ alterum non definitè sanè, sed vtrũuis sine discrimine vllo dicetur: at in hisce contrarijs quæ medio non vacant, nunquam sit vt alterum insit omni, sed quibusdam: atq; hisce alterum definitè & non vtrunuis. Quare patet, neutro modo priuationem & habitum, perinde atque contraria oppositionem subire.

Præterea inter contraria quidem, sit modo quod ipsa recipere possit, fieri commutatio potest, nisi vnum ipsorum natura ægrotationem subire, & frigidum calidum, & albũ effici nigrum, ex studioso quoque vitiosus, & e vitioso studiosus euadere potest. Vitiosus enim si moribus præstabilioribus præceptisque instituatur, aliquid saltem in probitate, incrementi suscipiet. Quòd si parum licet incrementi semel susceperit, patet aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendam ipsam virtutem sumpto parum etiã incremento sit: quare verisimile est maiora quoque illum incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deduceretur, nisi tempore fortasse excludatur. In habitu vero priuationeve fieri nõ potest, vt commutatio vnquam efficiatur: ex habitu nanque quanquam ad priuationẽ mutatio fit, ad habitum certè ex priuatione fieri nequit, non enim quisquã cæcus factus visum vnquam recuperauit, neque caluus factus comam, neq; edentulus vllus dentes emisit.

Textus octauus. Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioque opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, semper alterum verum alterũ falsum vt sit. Sanitas enim ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est aut falsum: similiter & duplum & dimidium relatiuè quidẽ opponuntur, neutrũ tamen verum est aut falsum: cæcitas etiam atque visus, habitus quidem & priuatio sunt: vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorum, quæ nulla cũ complexione dicuntur, verum est, aut falsum.

¶ At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Et quidem idipsum in hisce contrarijs maxime accidere videbitur, quæ cũ complexione dicuntur: valere enim socratem & ægrotare Socratem, contraria sunt. At neque in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si vero non existat, ambo falsa erunt vt patet. Si enim Socrates omnino non sit, neutrum erit verum, neque ægrotare ipsum, neque valere. In priuatione quoque ac habitu si Socrates omnino non sit, neutrum verum erit: sin sit, non semper alterum erit verum alterum falsum. Visum enim habere Socratem, & cæcum Socratem esse, vt habitus atque priuatio opponuntur: & si sit Socrates, non necesse est alterum verum, alterum falsum esse. Quo enim tempore nondum est aptus habere, vtrunq; est falsum. Sin omninò nõ sit falsum etiam erit vtrunque, & visum ipsum habere, & cæcum esse. In affirmatione verò negatione ve semper siue sit siue non sit alterũ erit falsum, alterum verum. Horum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue sit siue non sit Socrates, alterum verum, alterum falsum esse patet. Si enim nõ sit, ęgrotare illum est falsum, nõ ęgrotare verum: quare hisce solis hoc competit, alterum inquã ipsorum verum esse alterum falsum, quæ vt affirmatio atque negatio opponuntur.

Textus nonus. At vero malum quidem bono necessariò contrarium est: quod quidem esse, patet inductione. Morbus enim sanitati, & iustitię iniustitia, & fortitudini timiditas aduersatur, & in cæteris simili modo. At malo interdum bonum, interdum malum contrarium est: defectui enim, qui quidem est malũ, exuperatio, quę quidẽ & ipsa malum est cõtrarium est: similiter & mediocritas, quæ quidem est bonum, vtrique aduersatur, vt patet. In paucis tamen idipsum esse videtur, sed in plurimis malo bonum semper contrarium est. Prætereà nõ necessarium est si contrariorum alterum sit, & reliquũ esse. Nam si omnes sunt sani, sanitas quidem erit: morbus verò non erit: similiter si sint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò nõ erit. Prætereà si Socratem valere contrarium est huic Socratem ægrotare (fieri verò nõ potest vt ambo simul eidẽ insint) impossibile est si cõtrarium alterũ sit, & reliquum etiam esse. Nam si stat valere Socratẽ, ægrotare Socratẽ stare nõ potest. Patet etiam, & circa idem aut specie aut genere contraria fieri solere, vt morbum quidem & sanitatem in animalis corpore, albedinem autẽ & nigredinem in corpore absolutè, iustitiam verò & iniustitiam in hominis anima. Contraria insuper omnia, aut eodem in genere, aut cõtrarijs in generibus esse, aut ipsa genera esse necesse est: nam album quidem & nigrũ eodẽ in genere sunt: calor enim ipsorum est genus: iustitia verò ac iniustitia, sub generibus cõtrarijs collocãtur: alterius enim virtus, alterius vitiũ est genus, vt patet, at bonum & malũ non sunt in genere, sed aliquorũ ipsa genera sunt.

Postprædicamẽtum.

IN hoc decimo capite incipit tertia pars principalis huius libri quæ est postprædicamentorũ. Enimuero quemadmodum ante prædicamenta sunt præambula illa, ad notitiam prędicamentorum præuia, ita postprędicamentum est proprietas & conditio quæ aut omnibus aut quibusdam prædicamentis comperit. Et inde dictur postprædicamentum quia consequitur naturam prædicamenti. Tametsi Andronicus vt Boetius refert) negauerit postpręd. prædicamenta hæc composita ostendit etiãdẽ esse authoris postprædicamenta, cuius sunt prædicamenta atque adeo totũ librum esse Aristotelis aput. Atqui postprædicamẽta sunt numero quinque puta oppositio, prius, simul, motus, & habere. Quorũ tria priora generales sunt conditiones omniũ prędicamentorũ, nam & inter se omnia oppositione habent cũ sint primo diuersa: & itẽ ordiné naturę est enim substãtia prior quãtitate & quãtitas prior alijs, &c. sed omnia sunt simul tẽpore. Et præterea in singulis est oppositio priuatiua inter differẽtias diuisiua generis: vt corporeũ & incorporeũ, in substãtia continuum & discretum, in quantitate. Atque in tertio prædicamento est oppositio relatiua: & in quarto oppositio cõtraria, & in singulis, genus est prius natura quam species: & sunt simul tempore. Motus vero si proprie accipiatur consequitur tria tantum prædicamenta (authore Aristote. 5. Physi.) scilicet quantitatem, qualitatem & vbi. Mutatio vero, scilicet generatio consequitur substantiã. Consequitur in quã, id est, est conditio: vt proprio loco explicabitur: Sed habere proprie conuenit substantiæ, vt habere seruum, habere quantitatem, habere animam.

Quatuor genera oppositionũ.

CAPVT hoc decimum quod est primum postprædicamentorum diuiditur in tria principalia membra. In primo proponit prius quatuor esse oppositionum genera: & mox singulorum exempla subiungit. Quo circa primum membrum quinque habet textus. In secundo membro comparat inuicem quatuor hæc genera oppositionum: quod secundum tres comparationes tres continet textus. In tertio qui vnicus est textus, specialiter exponit naturam contrariorum. Vnde totum caput per nouem textus distributum est. ¶ Opposita inquit modis quatuor opponi dicuntur, scilicet, aut relatiue, aut contrarie, aut priuatiue, aut contradictorie, vt duplum & subduplum bonũ & malum, cæcitas & visus, sedere & non sedere. ¶ Sufficientia huius diuisionis hinc sumitur. Oppositio aut est inter ens & simpliciter non ens, & illa est cõtradictio, aut inter ens & non ens in subiecto apto nato, & illa est priuatiua oppositio, aut inter ens & ens, quæ mutuo se expellunt, & illa est contraria: aut inter ens & ens, quæ mutuo se respiciunt, & illa est relatiua oppositio. ¶ Quo fit vt si ordo consideretur in ratione non entis & oppositionis, tunc maxima oppositio est cõtradictio: quia vnum extremum ex ratione sua nihil participat de ente: proxima est priuatio, quæ parum participat de ente, scilicet, aptitudinem in subiecto: tertia est contrarietas, quæ est inter qualitates positiuas eiusdem generis simpliciter se expellentes: & vltima est relatiua, cuius extrema respectu diuersorum conueniunt eidem: vt duplum & subduplum. Si autem considerentur secundum quod participant magis de entitate & minus de oppositione, tunc habent se ordine conuerso vt ordinantur ab Aristotel. ¶ An vero oppositio equiuoce dicatur de his quatuor generibus, parum refert. Creiderim tamen, quod saltem de primis tribus generibus vniuoce dicitur, nam oppositio id solum dicit quod impossibilitas simul existendi in eodem subiecto; quod certe vniuoce conuenit omnibus. Relatiue vero opposita nõ sunt simpliciter relatiua: sed secundum quid, id est, respectu ejusdem. Est etenim idem duplum & subduplum respectu diuersorum. ¶ In secundo textu qui incipit. Quæ igitur, sequitur exemplum relatiuæ oppositionis. Ait enim ea relatiuè opponi, quæ id ipsum quod sunt, oppositorum dicuntur: & ponit vnum exemplum de relatiuis secundum esse, vt duplum quod est subdupli duplum, & alterum de relatiuo secundum dici, vt scientia quæ est rei subiectibilis scientia. Et ad maiorem explicationem subiungit, quod contrarię opposita non habent eandem legem, etenim non bonum, dicitur mali bonum, sed mali contrarium, nec album dicitur nigri album, sed nigri contrarium. ¶ Hic tamen est dubium

Relatio opposita.

dubium: primum, quia hic non videtur definire Aristoteles quid est oppositio relatiua, sed quid est relationẽ: illa est explicatio definitionis relationum, vt supra dictum est. Et præterea quia hic videtur insinuare, quod relatiuum opponitur alteri correlatiuo ad quod refertur: & tamen supra capit. 7. dixit, quod est contrarietas in relatiuis: non tamen inter relatiuum & correlatiuũ: sed inter relatiuum & oppositam qualitatem: puta inter scientiam & ignorantiam, & inter virtutem & vitiũ. Et tertio, quia simile refertur ad simile, & tamen non habet oppositionem ad simile, sed ad dissimile: & propinquum, non opponitur propinquo, ad quod refertur, sed distanti. ¶ Ad secundum vnde alia pendent: respondetur, quod relatiua secundum dici, possunt considerari secundum naturam suam, vt scilicet, puta in quantum sunt qualitates, & illo modo vere contrariantur: non quidem sub correlatiuis, sed qualitatibus contrarijs. Et hoc docuit Aristoteles cap. 7. Alio modo considerantur in quantum relatiua, & illo modo opponuntur relatiue illis ad quæ referuntur. Ratio enim oppositionis relatiuæ est contra se ponitco enim quod pater est filij pater, non potest idem esse pater & filius respectu ejusdẽ. Et ideo Aristoteles exprimendo naturam relatiuorum, expressit eorum oppositionem. Est enim differentia relatiuorum & contrariorum (vt ait Aristoteles) quod relatiuum ad idem refertur sub proprio nomine, & in ratione oppositionis, vt duplum est duplum ad subduplũ, & oppositum ad subduplum nimo idem est. Contrarium vero non refertur ad idem cui opponitur, est namque album nigri contrarium, sed non nigri albũ. Et per hoc soluuntur secundum & primum argumentum. ¶ Ad tertium vero respondetur, quod propriè oppositio relatiua est in relatiuis disqualparantię, vt duplum, subduplũ, maius minus, &c. In relatiuis vero æquiparantiæ vt simile, propinquum, &c. non est adeo manifesta oppositio relatiua: simile enim & dissimile, aut propinquum & distans, non sunt relatiue opposita: quia simile nõ est dissimili simile, sed simili simile, at vero sunt quodammodo contrariè oppolita. ¶ In. 3. tex. qui incipit: Atqui contraria, & habet duas particulas, ponit exemplum duplicis generis contrariorum. Etenim, quia hic non tractat de contrarijs physicè, vt. 10. Metaphysicæ, text. 13. sed solum dialecticè, non ponit exactam definitionem contrariorum quam illic ponit (est enim contrarietas maxima distantia inter duo extrema quæ circa idẽ subiectum motuo se expellunt) sed exemplis explicat hic naturam contrariorum. Ait enim quod illa contraria quorum alterum necessario inest cuicunque proprio subiecto illa, inquit, sunt cõtraria inter quæ nullum est medium: sed illa quorum non est necesse vt alterum insit sunt contraria, inter quæ est aliquod medium. Ponit exemplum vnum in naturalibus, & aliud in mathematicis. Animal enim (quod est proprium subiectũ sanitatis) necesse est, aut sanitatem inesse, aut ægritudinem: quia inter sanitatem & ægritudinem non est medium. Et eadem ratione numerus omnis, aut par est, aut impar: quia nullum est medium. At vero corpori (quod est proprium subiectum albedinis) non est necesse, aut albedinem inesse, aut nigredinem, quia potest habere medium colorem. Eodem modo vitiosum atq; studiosum, quod dicitur de homine & de alijs multis (alludit ad intelligentias, quæ sunt studiosæ: & ad dæmones, quorum secundum Platonicos erant aliqui prauí.) Eorum (inquit) nõ est necesse alterum inesse: nam est medium inter studiosum & vitiosum. Enimuero studiosus non dicitur quia propter actum virtutis, nec prauus, propter

Contrarie opposita.

solum actum malum: sed vtrunque dicit habitum, & potest esse aliquis in quo nondum genitus est habitus, aut virtutis, aut vitij, vt paulo post visum rationis: non ante visum rationis neutrius est homo capax. Ad intelligentiã huius considerãdum est, quod tamen dicitur hic ex contrarijs inter quæ non est medium alterum de necessitate inesse, intelligitur in subiecto proprio: nam Angeli, aut cæli, nec sunt calidi, nec frigidi, quia subiectũ huius accidentis est corpus corruptibile. Et item lapis, nec est sanus formaliter, nec infirmus: quia proprium subiectum sanitatis est animal. ¶ In secunda particula textus subungit. quod in quibusdam media nomen habent, vt inter album & nigrum, est fuscum, pallidum, rubrum, &c. In alijs vero non est facile nomen assignare, sed medium exprimitur per negationem vtriusque extremi, vt medium inter album & inissũ sit illud, quod neque habet habitum iustitiæ, neque habitum iniustitiæ. Et rationem huius possumus assignare, quia in aliquibus medium est aliquid positiuum participans naturam vtriusque extremi, vt pallidũ dicimus qualitatem participantem naturam albedinis, & naturam nigredinis & tepidum participat naturam caloris & frigoris. Et hæc habent nomina: sed tantum inter ista quibus & prauum, non est medius habitus positiuus, sed est negatio vtriusque, & ideo non habet nomen. ¶ In tex. 4. quinincipit: Priuatio autem (& continet etiam duas particulas) explicantur priuatiuè opposita. Ait enim, quod priuatio & habitus sunt circa quippiam idem. In versione Boetij habetur, circa idem ordine. Attamen Græcè non est illa particula ordine. ¶ Vbi notandum est, quod priuatio vt habetur. 5. Metaphysic. text. 27. accipitur tribus modis, impropriè, & quarto modo proprie. Primo modo est carentia illius quod natum est haberi: sed non in tali subiecto, vt planta impropriè dicitur cæca. Secũdo modo est carentia alicuius, quod natum est haberi in tali subiecto secundum genus, non tamen secundum speciem, vt talpa simpliciter non est cæcus: quia visus quãlis potest esse in animali, quod genꝰ est talpæ, nõ tamen in illa specie. Et ideo dicitur animal cæcum. Tertio modo est carentia alicuius quod natum est haberi in tali subiecto secundum speciem, non tamen secundum talem circunstantiam. Videlicet secundum tempus, canis ante nonum diem non dicitur proprijssime cæcus, quia licet sit aptus videre, non tamen in tali tempore. Secundum locum, quia nox proprie non est tenebræ in cauernis: nox enim est carentia luminis solis in hemisphærio nato recipere illud: & cauerna nõ est locus aptꝰ recipere lumen. Aut secundum partem, quia homo non dicitur edentulus eo quod in manu non habeat dentes. Aut in ordine ad aliud, quia homo non dicitur paruus, licet non sit tam magnus sicut mons: sed si non habet tantam staturam hominis. ¶ Quarto ergo modo accipitur proprie pro carentia alicuius in subiecto apto nato secundum omnes dictas circunstantias, puta tempore, & loco, &c. Et hoc est quod subdit Aristoteles in litera. ¶ In secunda vero particula quæ incipit: Priuatum autem dicit quod priuatum esse, non est priuatio, sicut habitum habere nõ est habitus. Quod probat dupliciter. Primo, quia vnum est concretum, & aliud abstractum. Et præterea, quia non verificantur de eodem: homo enim (inquit) est cæcus, sed tantum homo non est cæcitas, quia homo est priuatus visu, sed non est priuatio. Hoc attente considerandum esset ab illis qui passim concedant abstracta verificari de concretis, dicentes, quod cæcitas est homo, & tenebræ est aer carens lumine, & sedens est sessio, & alia id genus quæ Philosophi

Priuatiue opposita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nion audirent. Concludit tandem Philosophus, quod quemadmodum abstracta, puta visus & cæcitas opponuntur priuatiuè, ita & concreta, scilicet, cæcus & videns. ¶ In. 5. text. qui incipit: At enim, ponit exemplum de oppositione contradictoria, de qua duo affirmat. Primũ, quod affirmatio & negatio solum dicitur de signis, puta in voce, scripto, aut mente: significatum autem propositionis, vt sedere, vel non sedere à parte rei, nõ sunt affirmationes, aut negationes; quia affirmatio est oratio, & res ipsa nõ est oratio. Quod nos ita affirmauimus & exposuimus in principio huius libri: vbi diximus, quod quamuis res prædicentur tanquam obiecta conceptuum, tamẽ res non sunt propositiones. Secundo dicit Aristoteles, quod sicut affirmatio & negatio, quæ sunt orationes opponuntur contradictoriè, ita & significata earum, puta Petrum sedere, & Petrum non sedere. Et propterea contradictio dicitur inter ens, & non ens: quia etiam Petro non existente, verum est Petrum non sedere.

Prima comparatio.

¶ IN textu sexto, qui incipit: At vero, incipit secundum membrum principale huius capituli, in quo fiunt tres comparationes inter ista genera oppositionũ. Vbi considerandum est, quod quatuor extrema comparationis sex modis possunt comparari, scilicet, primum, ad secundum, & ad tertium, & ad quartum: & præterea secundum, ad tertium, & ad quartum: & tandem tertium ad quartum. Sed tamen prima comparatio iam facta est superius inter relatiue opposita, & contrarie opposita: & ideo sequitur hic secunda inter relatiue opposita, & priuatiue opposita. Ait enim quod priuatiue opposita non sunt relatiue opposita. Quod probat dupliciter. Primo, quia esse visus non est ad cæcitatẽ, est enim semper obseruandum, quod esse vnius referri ad aliud est, quod propria denominatio exprimatur eũ obliquo alterius, vt pater est filij pater. Visus autem non est cæcitatis visus, neque cæcitas est visus ẽquitas, sed visus priuatio. Ad tollendam amphibologiam de ly visus, quod est nominatiuus & genitiuus. Boetius vertit visio, & visionis, quamuis visio non sit nomen potentiæ. Translatio Argyropyli quæ modo venit à Germania corripatur, vt sic habetur, text. enim habet cæcitas, loco de ly cæcitatis. At quia dixerat Aristote. cæcitatem esse visionis priuationem: ne quis suspicaretur idem esse visionis esse priuationẽ, & visionis esse cæcitatem, & per consequens cæcitatem dici relatiue, subiungit secundam rationem ad probandum, quod ẽquitas non dicitur relatiue ad visum, alias enim visus etiam ẽ conuersio diceretur relatiue ad cæcitatem, quod tamen est falsum, quia visus non est cæcitatis visus. ¶ In tex. 7. qui incipit: At qui nec perinde, comparat priuatiue opposita ad contrariè opposita, dicens, quod neque priuatiue opposita, sunt contrarie opposita. Quod probat dupliciter. Et prima probatio stat in hoc. Duo genera contrariorum supra distincta sunt. Alia enim sunt contraria, quorum nullam est medium, in quibus subinde necesse est alterum extremum inesse proprio subiecto, vt sanitas & ægritudo: alia vero sunt, quorum est aliquod medium, vt album & nigrum, quorum non est necesse alterũ inesse. At vero contingit nunc secundum genus, dicens, quod eorum quæ medium habent, non necessarium est alterum inesse, nisi forsan alterum sit accidens, proprium, & naturale, vt calor inest igni, & niui albedo. Et ẽ dauim* hic textum Argyropyli modo vulgatum: qui vti debebat habere. Et insuper ea diximus medium habere translatum. Medio vacare, id est, carere. Quæ litera contradicebat, & vertati, & textui præcedenti: eorum enim quæ

Priuatiue opposita.

Secũda cõparatio.

medio carent, necesse est alterum inesse. Qui error fuit forsan emanauit, quod in Græco habetur, anameson, quod si esset vnicum nomen compositum, idem esset quod absque medio: sed vbi sunt duæ partes, idem est quod secundum medium. Argyropylus forte legit primo modo, cum tamen lecturus esset secundo modo. Ad propositum ergo vt redeamus: priuatiue oppositorũ (ait Aristoteles) non est semper necesse alterum inesse: nam catulus ante nonũ diem nec est videns, nec cæcus, vt paulo ante dicebamus: ergo non sunt contraria primi generis, puta inter quæ non est medium. Rursus homini necesse est alterum inesse: & id non prouenit eo quod visus sit necessariam accidens hominis, neque cæcitas (quia homo est indifferens ad vtrumlibet) ergo nõ sunt contraria secũdi generis, vel quorum est medium. ¶ In secunda particula quæ incipit: Præterea affert secundã rationem. In contrarijs, inquit, possibile est, fieri mutationem indifferenter ab vno ad aliud, & ẽ conuerso (nisi vnum sit accidens proprium, quod non corrumpitur nisi corrupto subiecto) sed in priuatiue oppositis, licet ab habitu in priuationẽ possibilis sit transitus, tamen à priuatione in habitum naturaliter impossibilis est regressus: fit enim ex vidente cæcus, non tamen ex cæco videns. ¶ Rationem huius, scire exponit Sanctus Thomas. 8. metap. lect. 4. supra text. 14. vbi hoc tractat Aristoteles. Ait namque, quod cum ly ex, dicat ordinem, sunt quidem naturales ordines, qui naturaliter peruerti non possunt. Atqui naturalis ordo priuationis, quę dicit naturalem corruptionem est, vt ex perfecto fiat corruptio: tamen ex corruptione non fiat perfectum immediatè, nisi certis transmutationibus medijs. Exẽpli gratia. Vinum corrumpitur in acetum, sed acetum non potest reuerti in vinum, nisi forsan fundatur prope vitem, cuius humor actione naturali digeratur in vuas. Item ex homine fit cadauer, sed tũ ex cadauere nũquã fiet homo, nisi resolutũ in terram conuertatur in fructus, quibus homo pastus generet semen, & inde alium hominẽ. Cum ergo cæcitas sit corruptio visus, non potest ex cæcitate fieri visus, sicut ex frigido calidũ, & ex calido frigidum. Tenebræ vero licet sint priuatio luminis, habẽt tamen immediatum ordinem ad aerem, sicut lumen. Potest enim tenebra esse vbi non præcesserit lumẽ. Et ideo mutuus est transitus, & à lumine in tenebras, & à tenebris in lumen. Dixerim cæcitatem non esse nisi priuationem visus præcedentis: intelligo, aut præcedentis in re, aut qui naturaliter debuisset præcedere, vt est in cæco à Natiuitate. ¶ In text. 8. qui incipit: Atqui patet, comparantur contradictorie opposita ad tres præcedentes oppositiones. Ait enim hoc esse proprium huius oppositionis, quod in vniuersum de quocunque, siue sit, siue non sit, necesse est aut affirmationem veram esse, aut negationem: quod nullis aliorum oppositorum competit. Et id quidem primo probat si accipiantur incomplexe. Sanitas enim, aut ægritudo, aut visus, aut cæcitas, aut duplum, aut dimidium cum sint incõplexa, nec vera, nec falsa sunt. Secundo id probat si accipiantur complexe, vbi maior erat apparentia. Ait enim quod horum contrariorum quæ complexa sunt, puta Socratem esse sanum, & Socratem languere, Socrate quidem existente alterum inest, sed Socrate non existente neutrum est verum. Et idem est de his, Socratem habere visum, Socratem esse cæcum. Sed tamen si dicas Socratem esse sanũ, & Socratem non esse sanum, de necessitate alterum est verum, etiam si Socrates non sit. Et hac de causa affirmatio & negatio de eodem habetur, tanquam primũ principium per se notum. ¶ In text. 9. qui incipit: At vero malum

malum, &c. Sequitur tertium membrum huius capitis peculiare de contrarijs: quod in aliquibus codicibus Græcis habetur tanquam caput distinctũ: in quo quinque ponuntur conditiones proprie contrariorum. Prima est, Bono ex necessitate contrariatur malum: malo autem non solum bonum, sed etiam malum contrariatur. Non est sensus prioris partis, quod omne bonũ habet contrarium: nam cæcum non habet contrarium, nec proprie lumen quod est qualitas eius. Necesse sensus quod ex duobus contrarijs si vnum est bonum, alterum non est bonum: nam calor est bonum ignis, & frigus bonum aquæ. Sed sensus est, quod si bono sub ratione boni aliquid contrariatur, contrarium eius necessario habet rationem mali respectu illius cuius est bonum. Calor enim & frigus simpliciter loquendo, nec habent rationem boni, nec mali: sed si calor accipiatur in quantũ conueniens igni, tunc frigus est malum ignis: & si calor conuenit saluti hominis, frigus contrarium est malum eius. Et vtrumque extremum virtutis ea est malũ, quia virtus cui contrariatur est bona: Sed tamen prodigalitas contrariatur auaritiæ, & vtrumque est malum. Et ratio huius est, quia bonum constat ex integra causa, malum autem ex quocunque defectu. ¶ Quod si hinc infertas idem contrariari duobus diuersis: vt prodigalitatem liberalitati, & auaritiæ: quod est contra Aristotelẽ. 10. Metaphysicorum, text. 14. vbi ait, quod vnum tantum vni contrariatur. Respondetur, quod illud intelligitur de perfecta contrarietate: vnum tamen extremũ imperfectè contrariatur medio, in quantum participat aliud extremum: vt album contrariatur rubro, in quantum participat aliquid nigri. ¶ Secunda conditio contrariorum est, quod non est necesse, si vnum sit reliquum esse: non enim sequitur, si album est, nigrum est: quia possunt omnia esse alba. Intelligitur de consequentia logica, quia naturaliter si elementũ ignis est, & contrarium elementum est, puta aqua: vt. 2. de cælo, texeu 18. enuntiat Aristoteles. ¶ Tertia conditio est, quod duo contraria non possunt esse simul in eodem subiecto. ¶ Et quarta est, quod contraria semper sunt circa idem subiectum: idem (inquam) specie, aut genere, vt si proprium subiectum sanitatis est animal, idem est etiã proprium subiectum ægritudinis: lapis enim quia non potest esse sanus, nec potest esse infirmus. Etsi calor non potest esse nisi in corpore corruptibili, nec frigus esse potest nisi in corpore corruptibili. ¶ Quinta & postrema conditio est. Omnia cõtraria, aut sunt sub eodẽ genere, vt albũ & nigrum sub genere coloris, aut sub contrarijs generibus, vt iustitia & iniustitia, quorum primum est sub genere virtutis, & alterum sub genere vitij: aut sunt ipsa contraria genera, vt bonum & malum: quæ dicuntur genera impropriè tanquam transcendentia vniuersalia omnibus contrarijs: nam omnis contrariorum alterum habet rationem boni respectu alicuius subiecti, respectu cuius alterum habet rationem mali.

De Modis prioris, Cap. XI.

PRIVS quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidem & proprijssime tempore, quo pacto quippiam antiquius aliquo & vetustius dici solet: quia namque plus est temporis, & ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secundo vero, id quod non conuertitur essendi consequentia: quo pacto vnum duobus est prius: nam si sint duo, & vnum continuum sequitur esse: at si vnum sit, non necessario sequitur duo esse. Quare hoc posito, non conuertitur consequentia, vt illud sit. Prius autẽ id esse videtur, quod essendi consequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodam dicitur prius, vt in scientijs, atque orationibus intueri licet. In demonstratiuis enim scientijs, prius est nimirum atque posterius ordine: elementa namque designationibus ordine priora sunt, quippe cum principia priora sint ordine conclusionibus contemplandis: & in grammatica syllabis priora sint elementa, in orationibus etiam exordium simili modo narrationem ordine antecedit. Præterea id quod est præstabilius, honorabiliusve, prius natura esse videtur. Vulgus etiam eos qui sunt honorabiliores, quosque magis amant, vocare priores cõsueuerunt, quanquam hic modus penè omnium alienissimus esse videtur. Tot igitur ferè sunt modi prioris, qui dici solẽt. ¶ Videbitur autem & vltra iam dictos, alius quidã esse prioris modus: eorum enim quę essendi consequẽtia conuertuntur, alterum quod est causa quouis modo vt alterum sit, prius natura non incõgruè dici potest: atque esse quædam illa, patet. Esse enim hominem, ad orationem de ipso veram, essendi consequentia sanè conuertitur: nam si sit homo, vera est ea oratio, qua homo dicitur esse: & ẽ cõtra homo profectò est, si vera est ea oratio: quia hominem dicimus esse. Atque oratio quidem vera, vt res sint nullo pacto est causa: res tamen aliqua ex parte vt sit oratio vera, causa esse videtur. Ex eo namque quia res est, aut non est, oratio vera dicitur, aut falsa: quare fit, vt quinque modis ipsum prius dicatur, vt patet.

De Modis simul, Cap. XII.

SIMVL autem ea simpliciter proprijssimeque dicuntur, quorũ generatio est tempore in eodem: neutrum enim ipsorum prius, aut posterius est. Atque hæc tempore simul dicuntur: natura vero ea dicuntur simul, quæ essendi quidem consequentia cum conuertantur, neutrum tamen vt sit alterum causa est: vt in duplo, dimidioque intueri licet: hæc enim conuertuntur. Nam si duplum est, dimidium est: & si dimidium est, duplum est: neutrum tamẽ est causa vt alterum sit. Ea præterea quæ eiusdẽ

generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autem eiusdem generis diuisione opposita sibi quæ in eadē sunt diuisione: qualia sunt, volatile, grefsibile, atque in aquis degens: hæc enim sub eodem genere contra se sunt diuisa: quippe cū animal in hæc, vt patet, distribuatur, nihilque horum, aut posterius, aut prius sit, sed natura talia simul esse videātur. Diuidi etiam vnumquodque talium in species rursus potest, vt volatile, terrestre, aquaticum: quæ quidem & ipsa simul natura erunt: quæ sub eodem genere collocata, in eadē sunt diuisione. Genus tantum specie prius est semper: non enim in consequentia fit ab illo conuersio. Nam si volatile est, animal est: at si animal est, non necesse est volatile esse: simul igitur dicuntur natura ea, quæ in essendi quidem consequentia conuertuntur: nullo tantū pacto alterum causa est, vt alterū sit: & ea quæ sub eodem genere collocata, contra se se sunt diuisa. Absolutè autem simul sunt ea, quorum generatio eodem in tempore est, vt prius est dictum.

CAPVT vndecimum est de modis prioris, caputque duodecimum de modis simul, atqui prius inquit alterum altero quatuor dicitur modis. Modos eos solùm intelligit, quæ sunt vulgares & manifesti. Vt prius tempore est id, cuius generatio fuit in tempore præcedenti: & prius subsistentia id quod non dicitur subsistēdi consequētia, id est, id quod infertur ab alio, sed nō infert aliud, vt vnum prius est duobus: nam duo fiunt per diuisionem vnius. Et tertio modo dicitur aliquid prius ordine. Et quarto modo prius dignitate. ¶ At vero præter quatuor illos vulgatos modos, addit quinrum modum prioris natura. Ait enim, quod id dicitur prius natura alio, quod licet conuertatur essendi consequētia est nihilominus causa alterius, vt esse hominem, prius natura est. quam quod oratio sit vera. ¶ Definitio hæc, oculatissime est consideranda, quippe ex cuius inconsideratione multa in Philosophia, & in Theologia commenta fingantur & sustineantur. Hoc inquam accurate animaduertendum est, quod prioritas naturæ non est prioritas in quo. Quod est dicere, non est explicanda per ly in, sed per ly quia. Exépli gratia. Sol est prius natura lumine suo, quod est coæuum illi: sed si quis inde inferat, quod in aliquo priori est sol, in quo non est lumen fallacia est. Ait enim Aristoteles, quod prius natura subsistendi, consequentia dicitur cum posteriori. Et sic non datur quod sit in aliquo priori in quo non sit aliud, sed nihil aliud est solem esse priorem natura, quā hanc causalem esse veram, quia sol est, lumen est, & non è conuerso: sicut prius natura est hominem esse, quam esse risibilem: & tamen in nullo priori est homo: in quo non sit risibilis: conceditur verum tamē quod est prius natura propter causalē: nam quia homo est, risibile est: & non quia risibile est, homo est. Accommodatissimum exemplum est Aristotelis. Si in eodem instanti quo creatus est Adā, esset creata propositio, homo est, prius natura fuisset Adam esse, quam veritas propositionis: nam eo veritas est, quia significatum est, & tamen nulla fuisset prioritas in quo. ¶ Et à fortiori prioritas originis in diuinis non dicit proprietatem in quo. In nullo enim priori intelligitur pater, in quo non intelligatur filius, nec inter patrē & filium est prioritas naturæ: nā pater non est causa filij, sed pater eo solùm dicitur prior origine, quia filius est à patre, & nō è conuerso, quæ proinde vocatur prioritas à quo.

Nota,

¶ IN capite duodecimo subduntur tres modi simul. Ea enim sunt simul tempore, quorum generatio est in eodem tempore adæquata, vt subiectum & propria eius accidentia. Simul natura sunt, quæ conuertuntur essendi consequentia, & neutrum est alterius causa, vt relationes dupli, & subdupli: patris & filij, &c. Nam quamuis res quæ est pater sit causa rei quæ est filius, tamē vesse patrem, non est prius quam alium esse filium, nec est causa. Et quamuis vnitas sit prior binario, tamē vnum non prius subduplum, quam binarius sit duplus. Tertio modo aliqua dicuntur simul, quæ ex æquo immediate diuidunt idem genus, vt terrestre, aquatile, volatile, diuidētia genus animalis sunt simul natura: quia nullum est causa aliorum. Distinxit istum modum à secundo, eo quod in priori exemplo nullum est nobilius alio, vt relatio dupli non est nobilior relatione subduplitia his vero vnū est præstantius alio, vt terrestre præstantius est alijs: & ideo posset quis credere, quod non sint simul natura postquam non est æqualitas dignitatis: cum cap. 11. dixisset illud esse prius quarto modo, quod est nobilius. Dicit ergo modo, quod non obstat quin differentiæ diuidētes genus simpliciter sint simul: quia esse nobilius non sufficit, vt simpliciter dicatur prius. Genus vero est prius specie postquam non conuertitur subsistendi consequentia. Sequitur enim, si homo est, animal est, & non è conuerso, vnde genus est prius specie, sicut vnitas est prior binario. Reliqua de priori, & simul, latius disserit Aristoteles quinto Metaphysicorum, text. 16.

De Speciebus motus, Cap. XIII.

MOTVS species sunt sex: generatio, corruptio: accretio, decretio: alteratio, & ea mutatio quæ loco accommodatur. Atque cęteri quidem motus, vt patet, diuersi sunt: nō enim corruptio est generatio, neque accretio est decretio: neque ea mutatio, quæ loco accommodatur, cæterique motus similiter: de alteratione vero dubitatio quędam existit, ne forsitan necessarium sit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autem verum non est. Fere enim omnibus in passionibus, aut plurimis, nos accidit alterari: nullo motuū cæterorum communicante, neque enim incrementa, neque decrementa suscipere necesse est id quod passione mouetur. Et simili in cæteris modo: quare alteratio diuersus est à cæteris motus: nam si esset idem, continuo id quod alteratur crescere, aut decrescere, aut aliquo alio moueri cęterorum motuum oporteret: at non est

est profecto necessarium. Similiter & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oporteret: at sunt quędam quæ augentur, nō alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumpositio crescit quidem, at non est alteratum. Similiter & in cæteris rebus huiusce modi fit. Quare diuersi sunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter autem motus quidem contrarius quieti est: singulis autem singuli aduersantur, generationi quidem corruptio, accretioni vero decretio, & mutationi accommodatæ loco quies in loco: & maxime vt videtur ea mutatio, qua contrarium ad locū itur, vt ei motui quo sursum ituris motus, quo deorsum itur & è conuerso opponitur. At reliquo assignatorum motuum quid nam contrarium sit, nō est facile assignare: nihil autem ipsi contrariū esse videtur, nisi quispiam & in hoc quietē in qualitate dicat opponi ei mutationi quæ ad qualitatem est, mutationemque eam quę est ad qualitatem contrariam, perinde atque in mutatione loco accommodata: quietem in loco, & mutationem qua ad contrarium locum itur, contraria diximus esse. Alterationem namq; mutationem esse in qualitate constat: quare motui in qualitate, quies in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatem contrariam itur: quo pacto album quippiam fieri, & nigrū quippiam fieri, inter se opponuntur. Alterantur enim hæc, atque in qualitatis contrarios terminos mutatio fit.

De Modis habere, Cap. xiiij.

HABERE pluribus modis, aut vt habitum, dispositionemque, vel aliquam aliam qualitatē dicitur: scientiam enim habere aliquam dicimur, & virtutem, aut vt quantum, velut eam quam quispiā magnitudinem habet: nam cubitorum trium, vel quatuor habere magnitudinem dicitur, aut vt ea quæ circa corpus ponuntur: vt vestem, tunicam, & gladium, & similia: aut in parte, velut in manu annulum, aut vt partem, vt manum vel pedem: aut in vase, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum: hæc enim habere vt in vase dicuntur: aut possessionem, habere enim dicimur domum, fundumve. Dicitur & vir vxorē, & vxor virum habere: quiquidem remotissimus omnium habendi modus esse videtur: nihil enim aliud dicendo virum habere vxorem significamus, quam virum vna cum vxore habitare. Forsitan & alij quidam habēdi modi esse videbuntur, sed qui dici solent, omnes fere sunt nunc à nobis enumerarj.

Sex species motus.

IN capite decimo tertio enarrantur sex species motus. Sunt enim quatuor termini motus, scilicet, substantia, cuius est generatio & corruptio. Tametsi generatio non sit proprie motus, cum inductio formæ substantialis non fiat successiue: sed est mutatio quædam, vt habetur tertio & quinto Physicorū. Et prēterea quātitas, ad quam est augmentatio & diminutio. Et est qualitas, ad quam est alteratio: & vbi, ad quod est motus localis. Disputat mox Aristoteles dubitatiunculam, an alteratio sit motus distinctus ab alijs: sicut generatio distinguitur à corruptione, & augmentatio, à diminutione, & motus localis ab vtrisque. Neque hoc quærit, quia res sit dubia: potuisset enim id statim probare ratione termini motus, qui vt modo dicebamus, alius est in alteratione quam in alijs motibus. Sed quærit hoc propter aliquos antiquos, qui putabant alterationem non esse motum distinctum: propterea quod videbant: generationem & augmentationem viuentium nō fieri, nisi per alterationem. Quo circa solùm vtimur aduersus eos experientia: quia stia (inquit) frequenter aliquid alterari, quando non moueatur alia specie motus. Vt fere in omnibus, inquit, passionibus, aut plurimis contingit: tam animæ vt in amore, odio, & concupiscentia, quam corporis: quia stat aliquem calefieri & nō frescere ad solem, quando non alio motu moueatur. Ait tamen, in plurimis: quia si istæ passiones multum crescant, subsequuntur alij motus. Vt in metu mouetur sanguis ad cor, & in verecundia mouetur ad faciem. Et in corporalibus per calefactionem rarefit cera, & per nutritionem augetur viuens. At quia posset quis dubitare, quod saltem omnis augmentatio sit alteratio: quia viuentia non augentur nisi per alterationem cibi, & cera, per calefactionē. Respondet, quod aliquid potest augeri sine alteratione. Et ponit solùm exemplum in mathematicis, quæ abstrahunt à motu: nam in naturalibus nō potest esse augmentatio sine alteratione. Et est exemplum de quadrato, cui si addas gnomonē, augetur sine mutatione figuræ. Gnomō est supplementū q̄ additur costis quadrati, taliter, vt figura quadrati nō varietur, sed maneat æqui laterū sicut antea. ¶ In secunda parte textus docet Aristoteles, quod omnis motus habet duo contraria. Generaliter enim omni motui cōtrariatur quies: & præterea peculiariter quicumq; motus contrariatur oppositæ sibi formæ. Exempli gratia. Motus localis cœlis naturalis cōtrariatur quieti in loco suo naturali: sed & motus sursum, contrariatur motui deorsum. Item generatio contrariatur huic quod est, generatum esse, quod est terminus motus: & prēterea cōtrariatur corruptioni. Et augmentatio contrariatur huic quod est augmentatū esse, & deinde diminutioni. Atque adeo calefactio contrariatur huic quod est calefactum esse: & rursus frigefactioni. Attamen inter motum & suam quietem non proprie est contrarietas, sed priuatiua oppositio. Quies enim se habet positiue, vt habitus, vt motus, vt priuatio: motus namque quia est via ad terminum, quodammodo est priuatio termini. Et hac de causa motus per se nō ponitur in prædicamento, quia quamuis non sit tam diminutum ens, quam ens rationis: tamen neque omnino dicit perfectam formam, sed viam ad formam. Et ideo reponitur inter postprædicamenta: & motus quisq; reducitur ad prædicamentum sui termini: vt generatio, ad substantiam: augmentatio, ad quantitatem: alteratio,

Gnomon.

Dubium.

Omnis motus habet duo contraria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio, ad qualitatem, & motus localis, ad prædicamentum, vbi.

¶ CAPVT denique quartumdecimum & postremum explicat plures modos huius, quod est habere. Atque vt in prædicamento qualitatis, & in prædicamento vbi, annotauimus ex Arist. 5. meta. text. 25. habitus vno modo accipitur pro qualitate inhærente qua quis aliqualiter se habet, & hæc est spes qualitatis. Et aliomodo pro re adiacente aliter per modũ quasi actionis, aut passionis: & hoc est vnũ ex sex vltimis prædicamentis. Et tertio modo accipitur generalissime pro eo, q̃ est habere: siue per inhærentiã, siue per adiacentiã, siue per solam relationem. ¶ Et modos vniuersos eodẽ 5. Metaphy. text. 28. reducit Aristo. ad quatuor. Primo, vnã res dicitur habere aliam, quã trahit ad suam dispositionem & naturam: vt febris habet infirmum, & tyrannus ciuitatem, & homo vestem, quæ conformatur ad figuram habentis. Secundo modo res habet aliam sicut subiectum formam: vt substantia habet quãtitatem, vel qualitatem. Et tertio modo sicut continens habet contentum, vt dolium habet vinum: & quarto modo sicut aliquid per violentiam tenet aliud ne moueatur suo motu naturali, aut libero: sicut columnæ habent trabem quam sustinent, & vincula habent hominem. Quintum modum addit hic Aristo. quem vocat remotissimũ omnium. Sicut homo dicitur habere amicum, aut vxorem per solam relationem, quia habitant simul, aut quacunque alia relatione, quia habeat aliam rem, & dicitur iste modus remotissimus habendi: quia non magis vnus amicus habet alium, quam alius primum. Dicimur denique habere Deum, habere legem, habere gratiam, habere merita, habere felicitatem æternam.

Modi habere.

Finis libri Prædicamentorum.

Commentarij Fratris Dominici Soto Segouiensis, ordinis Prædicatorum, artium, ac sacræ Theologiæ Professoris, in libros Posteriorum Aristotelis.

DIALECTICAM (vt is constat circa intellectus opera versari. Vnde rationalis dicitur, non solùm vti reliquæ artes, eo quod à ratione proficiscitur, sed peculiariter ab obiecto. Veluti morales scientiæ nuncupantur, quæ moribus nos instituunt: & naturales, quæ rerum perscrutantur naturas. Atqui intellectus, quatenus intellectus est, duplex est operatio, vt. 3. de anima text. 21. Aristoteles author est: nempe & simplicissima apprehensio, & ex his compositio atque diuisio. At vero quatenus ratio est, tertiã sortitur operationem, quam prosunde ratiocinationem appellant. De priori in prædicamentis fecimus habitus est. Secundum tradit Aristoteles in libris Perihermenias, quorum commentarios non admodum duximus necessarios: eo quod in Summularum tractatibus abundè res illa à nobis versata est. Quod si Aristotelis ad literam expositionem desideras, extat S. Thomæ luculentissima. Tertiam demum operationem libris quatuor pertractauit Aristoteles. Enimuero syllogismus instar compositi naturalis ex duplici principio constat, scilicet formali, qđ est illationis dispositio in modo & figura: & materiali, quæ sunt propositiones, ex quib⁹ extruitur. De principio formali disseruit in libris Priorũ: quorum expositionem eo missam nos facimus, quod in quinto libro Summularum de arte syllogistica satis superque diximus. At vero materialia principia in triplici sunt differentia. Id namque quod in operibus experimur naturæ, in operibus etiam rationis vsu venire comperium est (quod Sanctus Thomas in hoc Proœmio adnotauit.) Quædam enim sunt quæ ex necessitate agũtur, sta vt deficere non possint: quales sunt cœlestes orbes, qui à motu cessare nequeunt. Alia vero sunt, quæ vt plurimum quidem regulariter & secundam naturam operantur, deficiunt tamen nonnunquam: vt viuentium semina quæ frequentius perfectos, naturalesque partus edunt: quandoque tamen pariunt monstra. Hũc ad modum in operibus rationis sunt aliqua principia necessaria, quæ ex necessitate gignunt scientiam: quædam vero probabilia quæ vt plurimum vera generant indicia: sed alia sunt sophismata, quæ cum sint vero similia, in errorem tamen nos inducunt. De principijs primi generis est huius libri tractatio, de secundis extant libri Topicorum: atque adeo de tertijs libri Elenchorum. Quo fit, vt inter libros vniuersos dialecticæ iste sit materia & obiecto dignissimus: nam simplicium apprehensio, atque enuntiatio ad syllogismum ordinatur, & inter syllogismos ille, qui generat scientiam præstantissimus est: quia intellectus nulla alia cognitione quiescit, quo ad scientiam adipiscatur, quæ est certum & euidens rei iudicium. At vero, vt est omnium finis, ita est omnium abditissimus & obscurissimus. Enimuero Aristoteles, cũ ab alijs plerisque, tum præsertim in hoc opere (quod & Themistius confitetur) consulto visus est obscuritatem affectasse: adeo, vt cum in hunc vsum editum fuerit, vt ad alias scientias viam sterneret atque pararet, inuium ipsum ac propemodum inaccessibile habeatur. Quo factum est, vt huius ætatis dialectici, literã intentionemque Aristotelis post habentes, materiam potius notitiarum huc accersant, quam libros posteriorum exponãt. Dabimus ergo (Deo dante) operam pro viribus & ingenio nostro, vt opus quod & longum est, & obscurum, sed tamen cognitu perneccssarium, neque prorsus inexplicatum maneat, neque rursus ad fastidium vsque procedat.

Tria opera intellect⁹.

Principia syllogism.

Hic liber finis est dialecticæ.

¶ TITVLVS libri sic habet Græce Analytica hysteta. Quod ad literã, Latine sonat, Resolutiua posteriora. Vt suppleatur (substantiuum biblia, id est libri nã Græce, biblia est plurale neutrum: sicut volumina Latine. Mos namque Græcorum est denominationem libri facere ab eius materia: & libri Topici, id est, locales dicuntur, quia tractant de locis: & libri Ethici, id est morales, quia tractant de moribus. Et ita libri Analytici, id est resolutiui, aut resolutorij, quia tractant de resolutione. Quapropter Latini (potius ad sensum, quam ad verbum) transtulerunt de resolutione posteriori, seu resolutiuum posteriorum libri. ¶ Vbi aduertendum est, quod proprie resolutio est examinatio, qua iudicium submittur de aliqua re, an legitima sit, & perfecta secundum suam naturam. Et dicitur resolutio, quia talis examinatio non fit nisi resoluendo rem vsque ad prima principia, ex quibus composita est. Atqui vt syllogismus sit legitimus & perfectus, necessarioque & euidenter concludens, duo habere debet legitima principia, scilicet, & illationis formam euidentem & materiam, scilicet, præmissas necessarias, & itidem euidentes. Et quia forma dignior est, & prius sese oculis ostendit quam materia: primaria resolutio est ratione formæ, scilicet iudicare, an habeat dispositionem figuræ necessario concludentem: quo semel constituto, secunda examinatio est perpendere necessitatem præmissarum. De priori resolutione differunt libri duo priorum: nempe qui docent quemuis datum syllogismum imperfectum, aut inuidentem ad aliquem illorum quatuor euidentium primæ figuræ resoluere: qui immediate regulatur per prima principia quæ sunt, dici de omni, & dici de nullo, vt lib. 5. Summa. latissime est inuenti. De secunda in posteriori resolutione tractant duo isti libri, qui nobis in manibus sunt. ¶ Vbi adnotandum est, quod natura cuiusque rei, quæ definitione quidditatiua exponitur, causa est omnium passionum, quę de tali re sunt demõstrabiles: est tamen causa ordine quodã, vt priores passiones sint posteriorum causæ. Et quia vt hic rex. 5. meminit Aristoteles, scire est causas rei cognoscere, non prius scimus aliquam conclusionem, quam seriem causarum illius cognoscamus vsque ad definitionem, quæ est omnium prima radix. Exempli gratia: quia homo est animal rationale, id est, discursiuum: statim sequitur quod non simul cognoscat omnia, sed prius effectũ quam causam, & inde secundo sequitur, quod sit admi-

Titulus li.

Resolutio.

ratiuus:

tuus (nam admiratio prouenit eo quod quis ignoret causam alicuius effectus) & inde tertio subsequitur, quod sit risibilis. Si ergo fiat hæc demonstratio: Omne animal admirationum est risibile, omnis homo est animal, admirationum ergo omnis homo est risibilis, est quidem necessaria & euidens ratione formæ: sed est inconueniens ratione materiæ, quia nec demonstrat causam admirationis, quam maior significat: nec cur homo sit admirationis, quæ est minor. Intentio ergo Aristot. in hoc libro, est docere quomodo resoluatur vtraque in suam causam, scilicet minor sic, omne animal quod prius cognoscit effectum, quam causam est admirationum: omnis homo est tale animal: ergo. Et rursus hæc minor sic per definitionem, omne animal rationale prius cognoscit effectum quam causam: omnis homo est animal rationale ergo. Et maior resoluitur sic, omne animal cui potest esse repentinum gaudium est risibile: sed omni animali admiratiuo offertur repentinum gaudium (nã illud est repentinum cuius causa ignoratur) ergo omne tale est risibile. Quod si forte demonstratio procedat à causa remota, tunc applicãda est illa per causas intermedias ad conclusionẽ. Et id vocat interius Aristo. quoniam illius est causa. Vt data hac demonstratione, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: quia esse animal rationale non est immediata causa risibilitatis, sed esse admirationum: debet ergo prius ex definitione demõstrari admiratiuũ, & inde risibile. ¶ Ex his quæ dicta sunt, sequuntur corollaria quæ ré perspicacius elucidant. Sequitur enim primo, quod resoluere non est solum rẽ in partes diuidere & soluere: sed compositionem vsque ad prima eius elementa dissoluere, vt eius natura manifeste perpendatur. Quemadmodũ actione naturali compositum resoluitur vsque ad materiam primam: & Aristoteles. 1. Priorum dicit, terminum esse in quem resolutur propositio, nam intentio dialectici in subiecto & prædicato sistit, sed tamen grammatici orationem in dictiones resoluunt, & dictiones in syllabas: ac demum syllabas in literas, quæ sunt prima elementa. ¶ Secundo sequitur, quod non est idem syllogismus demonstratiuus (quem Græci apodicticum, appellãt) & resolatorius, quem vocant, Analyticon: nam syllogismus demonstratiuus est quicunque procedit euidenter ex duabus præmissis necessarijs: sed resolatorius est ille, qui resoluit principia, scilicet, consequentiam, vel præmissas in sua prima principia. Vt cum syllogismus imperfectus iuxta artem traditam, 5. libro Summul. reducitur ad perfectum inferẽdo ex præmissis imperfectis præmissas perfecti, & inde propriam conclusionem: ex qua rursus infertur conclusio imperfecti, totus ille discursus dicitur syllogismus resolutiuus priori resolutione. Atque syllogismus, quẽ paulo ante faciebamus resoluentes præmissas in alias priores vsque ad definitionem, appellatur resolutiuus posteriori resolutione. ¶ Tertio sequitur, quodnam sit subiectum huius libri: Dubitari enim potest, vtrũne syllogismus resolutiuus, an vero demõstratio, an potius scientia. Apparet tamẽ ex dictis quod proximum subiectum huius libri est syllogismus resolutiuus. Constat namque ex titulo libri, sane qui est de resolutione: sed quia resolutio ordinatur ad examinandam & docendam naturam demonstrationis, parum refert si dicamus demõstrationem esse subiectum. Scientia vero potius est finis libri quam subiectum: est enim proprius finis & effectus demonstrationis generare scientiam. ¶ Quarto sequitur, quænam fuerit huius artis necessitas. Animus enim noster, cum natura hominis, quia est rationalis, sit res nonfrustra

Intentio.

Resoluere.

Syllogism⁹ reso. & demonſ.

Subiectum libri.

Neceſsitas

mul, sed successiue cognoscere, necessaria fuit illa ars, qua causas rei ignotas per prius nota inuestigaret. Quoniam, vt Angelus, qui cũ sit immateria separatus, rem quam cunque & omnes eius causas simul, & sine discursu cognoscit, arte hac resolutoria non indigeat, neque in naturalium cognitione errare potest. ¶ Atqui vt hoc obiter dixerim, hæc causa est cur philosophis huius temporis ars hæc posterioristica pene ignota sit: quia ars exercitio & comparatur, & custoditur: hac tamen ætate minima philosophis cura est rerum causas perquisitare: suas proinde doctrinas claras & faciles existimãtes, quæ res in superficie tractantes causas non perscrutantur: vbi vt ratio sciendi, ita & difficultas, & labor consistit. Atq; adeo propterea S. Tho. obscuritatis redarguunt, quod intelligens, scire esse rem per causas cognoscere, vniuersa contendit ad primas causas reuocare. ¶ Quinto demum colligitur ordo huius libri ad reliquos Dialecticæ. Sequitur enim libros Prædicamentorum & Perihermenias qui tractant de partibus syllogismi, & libros Priorum: præcedit tamen libros Topicorum & Elenchorum, vt patet in codice Græco. Et ratio huius ordinis est non solum dignitas obiecti, quia demonstratio generans scientiam dignior est syllogismo generante, aut opinionem, aut errorem, sed etiam quia doctrina posteristica est iudicatiua. Iudicium enim non sumimus de re, nisi per rationes necessarias: nam quemadmodũ architectus, vt Philoponus ait, vtitur amussi, & perpendiculo ad indicandum, an lapis rectus sit, & paries directus, ita dialecticus, & quicunq; philosophus vtitur posteristica resolutione, & posteristica ad indicandũ de aliis quibuscunque argumentationibus. Qua de causa Stoici solos dialecticos appellabant sapientes, id est, de rerum vniuersitate iudicantes. ¶ Modus procedẽdi huius libri doctrinalis est: procedit enim definitio quid sit demonstratio, & ostendendo ex quibus principijs cõstet, quousque habeat effectus per comparationem ad alios modos sciendi. ¶ Sed solet hic esse dubium, vtrum hic liber demonstratiue procedat: nam cum doceat facere omnem demonstrationem, id docere non potest per aliam demonstrationem, alias tam esset illa demonstratio antequam doceretur quid esset demonstratio, vel illa esset docenda per aliam: & sic iretur in infinitũ. ¶ Respondetur tamen, quod definitione & exẽplis, scilicet, constituendo demonstrationem docet Aristoteles quid est demonstratio de qua postea demonstrat, quod generat scientiam. Quemadmodum de syllogismo dialectico demonstrat, quod generat opinionem: & de sophistico demonstrat, quod facit apparentiam. Est enim dialectica quo ad omnes suas partes verescientia, vt secunda quæstione prœmiali monstratum est.

Ordo.

Modus procedẽdi.

De præcognitis, Cap. I.

OMNIS doctrina, omnisq; disciplina, intellectiua præexistente à cognitione fit. Id, si omnes quotiant pacto consideremus, manifestum profecto fiet. Mathematicæ namq; scientiæ illo comparantur modo, cæterarumque artium vnaquæque. Sane circa orationes quoq; siue illæ per ratiocinationes, siue per inductionem fiunt, seruari modus idem solet: in vtrisq; namque per antea nota doctrina nimirum sit: quippe

quippe cum in altera tanquam à cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singulare iam notum ipsum vniuersale ostendatur. Simili profecto modo & oratoriæ orationes suadent: aut enim exemplis, quod est inductio: aut enthymematibus, quod quidem ratiocinatio est, facultas ipsa solet oratoria suadere.

Contrarie.

Textus.ij. ¶ Dupliciter autem prænosse necesse est: quædam enim esse, quædam quid dictu significent, quædam vtroque modo antea percipiamus oportet, veluti de quouis quidem affirmationem, aut negationem dici vt rũ esse: triangulum autem hoc significare, vnitatem vtroque modo, & quid significet, & etiam esse: non enim vnum quodque istorum simili nobis modo manifestum est.

Textus.iij. ¶ Fit autem, vt quæ cognoscim⁹, eorum quædam prius etiam cognouerimus. Quorundam vero cognitionem simul accipiamus, veluti quæcunque sunt sub vniuersali, quorum quidem habetur cognitio: nam omnem triangulum tres duabus rectis æquos habere, antea sciuimus: at id quod est in hexedra.

Magis & minus.

triangulũ esse, simul vt eo inducti sumus agnouimus. Hoc enim pacto nõnullas distinximus rerum, & non per medium extremum cognoscimus, scilicet, quæcunque singulares rerum formæ sunt, & de subiecto nullo dicuntur.

Textus.iiij. ¶ Antea vero quam facta inductio, vel ratiocinatio sit, partim fortasse nos scire, partim nescire dicendum est: quod enim nõ scinit an esset simpliciter, id modo aliquo nempe duobus rectis æquales habere, scire simpliciter licet: at patet, quod hoc quidem pacto scit: scit enim vniuersaliter, simpliciter vero non scit, quod quidem ni ita sit ea profecto, quæ in Menone hæsitatio est, vsu veniet: antea enim nihil quisquam disceret, aut ea quæ scit disceret.

¶ Non enim ita respondendum est, qualiter soluere quidem nituntur: omnem ne dualitatem parem esse scis? annuenti vero dualitatem ei quandam offert, quam quidem esse non putabat: ita neque parem esse putabat: soluunt enim non omnem se scire; dicentes esse parem dualitatem: sed eam, quam esse dualitatem sciunt. Et tamen sciunt quidem id, cuius demonstrationem tenent, ceperuntque: at non eius omnis quod ipsi, aut triangulum, aut numerum esse sciunt, sed trianguli, & numeri simpliciter omnis demonstrationem ceperunt. Nulla enim huiusce modi propositi sumitur, quem tu scis numerum, aut quam tu scis rectilineam figuram, sed absolute quodlibet sumitur. Sed nihil, vt arbitror, obstat, si id quod dicit quid, partim quidem norit, partim vero ignoret. Non enim absurdum est hoc, id quod tenet, addiscat aliquo modo: sed si hoc pacto, eaque ratione qua discit, eodem modo teneat.

Diuisio.

LIBER iste Græcè in duos diuisus est partiales libros. In priori namque agitur de demonstratione & principijs eius intrinsecis, & de eius passionibus. Et in secundo agitur de medio demonstrationis, quod est definitio: & de extrinsecis principijs, quæ sunt principia prima & per se nota. At vero neuter liber subdiuiditur, aut in capita, aut in textus, aut quauis alia partitione: sed perpetuo sermonis contexta scriptus est. Quæ confusio (vt Themistius ait) ad libri obscuritatem accedit. Traductores autem sunt, qui per capita eos partiuntur. Sed quia commentator Auer. ex commentarios suos per textus distinxit, in vsum abijt textus à commentis denominare. Vt dicatur textus commenti primi, aut secundi. Tametsi non opus est nominare commentum: sed satis est vt solemus, citare textum primum, textum secundum, &c. Continet ergo liber hic primus capita viginti septem, textus vero quadraginta quatuor. ¶ Et quia diuisiones illic & subdiuisiones Sancti Thomæ, vsque ad minima (quanquam textus profecto lucis plurimum afferant) tam modo non sunt adeo gratæ, in sex principalia membra visus nobis est primus liber distribuendus. In primo enim capitulo, quod quatuor textus habet, traditur primum fundamentum, scilicet, scientiam omnem fieri ex alijs præcognitis. In duobus sequentibus, quæ singulos habent textus, explicatur quid sit scire, & quid demonstratio. In octo sequentibus capitulis, viginti quinque textus continẽtibus (nempe vsque ad vndecimum caput inclusiue) agitur de principijs intrinsecis demonstrationis, qualia esse oporteat. In tribus sequentibus, vsque ad quartum decimum, in quibus tantum sunt duo textus inseritur sermo de ignorantia, quæ scientiæ contraria est. In quinque sequentibus capitulis, vsque ad decimum nonum, quæ quinque textus comprehendunt, ostenditur quod demonstrationis resolutio non procedit in infinitum. In reliquis vero octo vsque ad finem, in quibus sex textus habentur, fit comparatio inter demonstrationes, mox inter scientias, & deinde inter scientiam, & alios habitus.

¶ AD euidentiam primi capitis notandum est primo, quod cum materia huius libri sit demonstratio, necessarium fuit primum omnium præsupponere demonstrationem esse: duæ namque sunt quæstiones de re aliqua incomplexe significata, vt videbimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

te secundo huius, scilicet, an est, & quid est: & prima est an est. ¶ Secundo notandum est, quod ante Aristotelem duo fuerunt extremi errores negantium necessariã esse demonstrationem. Cum enim demonstratio sit propter scientiam, & necessitas medij sumatur ex necessitate huius: sit vt necessitate scientiæ necessitatem venemur de monstrationis. Heraclytus ergo & Cratylus, quorũ meminit Aristot. 4. Metaphy. li. text. 12. negãtes scientiam haberi posse de rebus, tollebant subinde necessitatem demonstrationis. Heraclyt. & Plato.

Plato vero oppositum extremum asserebat quidem esse scientiam: tamen negabat eam de nouo acquiri. Erat enim in eius opinione ideas separatas esse, & principia essendi rerum, & principia cognoscendi vtrum alibi sæpe, tum expresse. 1. Metaphy. text. 44. & infra meminit Aristoteles. Exempli gratia. (Homo secũdum Platonem) cum generat hominem, solum disponit materiam: sed idea hominis inducit formam plenam omnibus speciebus intelligibilibus ad omnes scientias: ad modum quo S. Thom. dicit angelos creatos esse cum omnibus speciebus rerum quas possunt naturaliter cognoscere, quia illas nequeunt à rebus accipere. At quia anima infunditur in materiam, non potest agere in actum, nisi per exercitium tollãtur impedimenta. Vnde colligebat nostrum discere nihil aliud esse, quam quoddam reminisci. ¶ Sunt quidam neoterici qui aliter explicant opinionem Platonis: nempe quod fuerit in illa deceptione Pythagoræ de migratione animæ, à corpore in corpus, scilicet, quod anima exuta corpore iterum reuertitur in aliud corpus. Arqui cum separata est à corpore, multa addiscit: quæ immersa postea cor pori, quodammodo obliuiscitur, quorum per exercitiũ recordatur. ¶ At re vera hæc nunquam fuit opinio Platonis. Imo in Menone (quem dialogum ipse citant) refert illam opinionem tanquam Pindari & aliorũ Poetarum. Et opinionem Platonis fuisse, quod ideæ sunt principia cognitionis, sicut sunt principia rerum modo quo exposuimus, est compertissimum apud Aristotelem libro citato. text. 48. & alibi frequentissime. Et apud S. Thom. 1. quæst. 84. artic. 4. Imo idea hoc sonat, quod forma & exemplar faciendi & cognoscendi res: vt ait Augustinus lib. 83. quæstionum, & Sanctus Thomas. 1. part. quæst. 15. ¶ Aristoteles ergo more suo statim primo verbo, velut agens naturale, euellit duos istos extremos errores, vt propriam sententiam inferat. Asserit enim & scientiam esse aduersus Heraclytum, & eam de nouo gigni aduersus Platonem. Et ideo proponit: Omnis doctrina, & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione. Itaque sicut esse rerum non fit ab idea, vt dicebat Plato: neque ex nihilo, sed ex virtute seminali: ita scientia fit ex aliquo prius cognito, quod se habet vt semen scientiæ. ¶ At vero non dicit tantum particulariter. Omnis scientia, sed ab vniuersalioribus inchoans. Omnis doctrina & disciplina, id est, omne iudicium intellectuũ ex præexistenti fit cognitione. Neque vero ait, omnem cognitionem ex præexistenti doctrina fieri neque omnem cognitionem ex præexistenti cognitione, alias abire esset in infinitum, aut in doctrinis, aut in cognitionibus: quod constat esse falsum, cum exterior sensatio ex nulla priori fiat. Sed ait, quod omnis doctrina fit ex priori cognitione. ¶ Vbi notandum est, quod doctrina & disciplina (vt Philoponus & Sanctus Thomas aiunt:) ijdem habitus sunt sola ratione differentes. Vt enim motus idem vt procedit ab agente, est actio: & vt recipitur in passo, est passio: ita idem habitus quatenus à doctore gignitur, est doctrina: in quantũ vero à discipulo suscipitur, est disciplina. Nec denique ait, quod omnis doctrina fiat ex præexistenti cognitione naturali, aut acquisita: sed generaliter, aut ex hac, aut ex illa.

Doctrina & disciplina.

¶ Sensus igitur is est. Omne iudicium intellectiuum, aut industria inuentum, aut doctore acquisitum, fit ex priori cognitione: siue illa prior sit doctrina acquisita, siue aliud iudicium naturaliter insitum. ¶ Probat Aristoteles conclusionem tribus exemplis; nam tres sunt gradus certitudinis. Primus est scientiarum mathematicarum quę euidenter demonstrant: & in his præsupponuntur aliquæ propositiones lumine naturali notæ: videlicet, à quolibet puncto in quodlibet punctum lineã duci: quod sensu percipitur, cui adijcitur alia, scilicet, super lineam datam triangulum constitui: & ita paulatim tanquam ex naturaliter notis, quæ sunt velut semina naturalia: acquitur scientia, quam vocat Aristoteles doctrinam. ¶ Secundus gradus est in discursibus dialecticis, quæ hic vocãtur orationes. Procedit enim dialecticus, aut syllogismo, aut inductione. Ad cuius euidentiam notandum est, quod syllogismus dialecticus est ille, qui non est demõstratiuus, sed ex probabilibus generat opinionẽ. Et ideo dialecticus non resoluit præmissas in prima principia per se nota: sed supponit aliquas præmissas, quas respondens quia credit esse veras, admittit: & ideo dicit Aristoteles, quod in altera, scilicet, in ratiocinatione dialectica ostenditur conclusio ex propositionibus, quæ tanquã à cognoscẽtibus accipiuntur, id est, quas arguentes accipiunt à respondentibus, quas respondentes dant, ac si essent sibi iam demonstratæ, cum tamẽ non sint. Boetius vertit, quod hæ, scilicet, ratiocinationes dialecticæ sunt incipientes ranquam à notis, quæ litera non consonat Græcę sicut litera Argyropyli. Exempli gratia. Rusticus putat pisces respirare, propterea quod videntur aquam immittere & emittere. Volens ergo probare, quod non respirant, supponillam, quod sola animantia habentia pulmonem respirãt. Ille nescit hoc esse verum, sed authoritate mea vel aliqua facili persuasione admittit. Illud admittere est, dare mihi quasi gratis, quia nõ est conuictus demõstratione. Illam ego accipiens, formo syllogismum dialecticum. Omne animal quod respirat habet pulmonẽ, pisces non habet pulmonem, ergo non respirat. Si vero negetur minor em, tunc inductione id probo ad sensum. Hic pisces non habet pulmonem, & hic non habet pulmonẽ, & hic, &c. ergo nullus habet pulmonẽ. Et hoc est quod subiungitur in textu, in altera, scilicet, in inductione ex cognitione singularium concluditur vniuersale. ¶ Vbi id quod secũdo libro Summularum diximus hic adnotandum est, videlicet, quod inductio non est consequentia euidenter concludens. Et ideo non est necesse subsumere, & sic de singulis, vel isti pisces sunt omnes pisces: alias profecto esset petitio principij, & tamen tum esset antecedens, sicut consequens. Sed inductio est quando ex singularibus quæ experimur, concludimus vniuersale, eo quod eadem videatur esse ratio de omnibus. Quæ de causa non ponitur hic ab Aristotele in primo grada certitudinis, sed inter orationes dialecticas quæ faciunt probabilitatem. ¶ Infimus gradus certitudinis est in rhetoricis suasionibus, quæ non faciunt semper certam opinionem, sed solum coniecturam & persuasionem. Quæ etiam ex præcognitis procedunt ad conclusiones. Et sicut dialecticus vtitur syllogismo & inductione, ita rhetor vtitur enthymemate & exẽplo. Enthymema enim dicitur ab enthymo, id est, in animo, quasi q̃ in animo reseruetur maior præmissa: vt hæc mulier ornat se præter volũtatẽ mariti, ergo est adultera. Et in hoc differt à syllogismis, quia syllogismus exprimeret

Tres gradus certitudinis.

Syllogismus

Inductio.

Enthymema.

ret maiorem, scilicet, omnis mulier quæ ornat se præter voluntatem mariti, est adultera. Et ideo dicit Aristoteles, quod enthymema est ratiocinatio, vel (vt Græcè habetur) est syllogismus. Boetius vertit vere est syllogismus, cum tamen Græcè non sit particula vere. ¶ Solicitati sunt hic etiã antiqui expositores, quomodo enthymema sit syllogismus. Themistius enim ait, quod est quodãmodo, id est, imperfecte syllogismus: & S. Tho. quod est truncatus syllogismus: & Paulus Venetus ait, quod enthymema est syllogismus solum causaliter, quia ex enthymemate fit syllogismus additamaiore. Attamẽ videtur Aristoteli nihil aliud intendere, nisi quod idem est apud rhetores enthymema, quod apud dialecticos est syllogismus. Veluti quod apud dialecticos est inductio, apud rhetores est exemplum. Itaque neq; enthymema simpliciter est syllogismus, sed syllogismus rhetoricus, neque exemplũ simpliciter est inductio, sed quodãmodo inductio rhetorica. ¶ Vnde exemplũ in hoc differt ab inductione, quod inductio ex singularibus omnib⁹, quæ sentimus numeratis infert probabiliter vniuersalem. Exemplum vero non infert vniuersale, sed ex vno singulari, aut pluribus infert illud singulare, de quo est quæstio. Vt si quis arguat: Iudas, quia loculos habebat per auaritiam, vendidit Christum: ergo hic sacerdos pecunię cupidus periculũ est, ne spiritualia vẽdat. Et ideo rhetor non generat scientiam, quia tantũ intendit persuadere conclusionem singularem. Demonstrator vero & dialectic⁹ concludũt in vniuersali. ¶ Potuisset Aristoteles conclusionem in artibus etiam mœchanicis ostendere. Exempli gratia. Faber ferrarius sine arte naturali ter scit quod ferrum potest scindere corium, lignum, & lapidem: sed ex illa præuia cognitione inuenit, vel addiscit artem faciendi ferram ad secãdum lignum, & cultrum ad secandum corium, & excusorium ad dolandum lapidem. Item faber lignarius sine arte scit, quod serra secat lignum: sed per artem discit secare apte ad faciendam aream vel scamnum. ¶ In textu secundo (dupliciter autem) postquam dictum est scientiam fieri ex præcognitis, pergit Arist. explicare quæ sunt illa, quæ opus est præcognoscere ante notitiã conclusionis: & de quibus oportet illa præcognoscere. Ait enim duo esse, quæ præmisse oportet, scilicet, an res sit, & quid nomen significet. Tria tamen sunt, de quibus aliquod istorum debemus præcognoscere. De principio enim oportet præcognoscere an sit, id est, quod verum sit de passione vero, quid significet: sed de subiecto vtroque scilicet, & illud esse, & quid sit. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum est primo, quod subiectum demonstrationis est, id de quo passio demõstratur: quod in prima figura est minor extremitas. Passio vero est, quæ de subiecto demonstratur, quæ est illic maior extremitas: principium autẽ est vtraque præmissa. Exempli gratia in hac demonstratione. Omne animal rationale est risile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis: homo est subiectum, & risibile est passio: & vtraque præmissa est principium. ¶ Notandum est secundo circa exemplum Aristotelis, quod vna inter alias causas obscuritatis huius libri est, quod exẽpla, quæ deberent esse velut splendor doctrinæ, sunt apud eum obscura, eo quod sunt ex mathematicis accersita. Quod factũ est, quia proprijssimæ & certissimæ demonstrationes, de quibus hic agitur, in solis mathematicis reperiuntur. Nomine vnitatis intelligit hic subiectum, & nomine: sanguli intelligit passionem: & per affirmationem, aut negationem de quolibet dicit, intelligit principium. Quæ exempla non posuit, intendens quod vna demonstratio posset conficl ex his terminis (quod nõnullos id putantes confundit) sed quia figura est passio quantitatis: & triangulus est prima figura, nomine trianguli generaliter intelligit quamcunque passionem. Et quia subiectum est, id quod ponitur in definitione passionis: (aquilitas enim est nasi curuitas) & vnitas est id, per quod definitur omnis species quantitatis) ternarius enim est numerus ex tribus vnitatibus compositus: & triangulus figura trium linearum, aut angulorum: & quadrangulus figura quatuor linearum, &c. Ita ratione nominis vnitatis (quæ est primum subiectum in mathematicis) intelligit generaliter quodcunque subiectum: & quia primum principium per se notum est quodlibet esse, vel non esse, per hoc significauit generaliter quodcunq; principiũ. Vtamur ergo nos alio clariori exemplo de homine & risibili. ¶ Tertio notandum est, quod vt in principio secundi libri ait Aristoteles, cum interrogare sit propter scire, tor sunt scita de aliqua re, quot sunt interrogationes; quæ sunt numero quatuor. Ea enim quæ interrogamus, aut sunt incomplexa, aut complexa. De incõplexo interrogam⁹ an sit, & quid sit, scilicet, an sit, & quid sit homo. De cõplexo vero, an hoc sit illud, pura an homo sit risibilis: & propter quid sit illud, scilicet, qua de causa sit risibilis. Et quia scientias cõmodius denominare nõ possumus, quam nominibus interrogationũ: prima scientia appellatur, an est: secunda, quod est: tertia, quia est, id est, quod hoc est illud: (quæstio enim quia, non quærit causam: sed an hoc sit illud.) Et quarta propter quid est, id est, propter quid, hoc est illud. ¶ Quarto notandũ est, quod demonstratio duo istorum vltima demõstrat, scilicet, hoc esse illud, & propter quid, hoc est illud: si sit demonstratio à priori. In hac enim demonstratione, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, demõstratur & quod homo est risibilis, & quod est risibilis propter hoc q. est animal rationale. Et hinc colligitur, vtralia duo scita præsupponãtur: nõ enim demõstramus hominẽ esse, aut quid homo sit: imo id supponimus. Et hoc est quod dicit Arist. quod de vnitate, scilicet, de subiecto: præsupponimus, an sit, & quid sit. At vero de passione non supponimus, an sit: quia esse passionis est inesse subiecto: & hoc est quod demõstramus. Nec proprie de illa supponimus quid sit, quia passio non habet proprie definitionem quidditatiuam: cum nõ definiatur per aliquid intrinsecum, sed per suum subiectum. Quinetiam nullum accidens proprie habet definitionem quidditatiuam: vt habetur. 7. Metaphy. text. 12. & 15. Præsupponendum tamen est quid nominis illius, id est, quid significet: si enim nescirem quid risibile significaret non interrogarem an homo sit risibilis. Et hoc est quod dicit Aristoteles, quod de triangulo oportet præscire quid est quod dicitur. Præmissa vero, quia est aliquid complexum, non habet proprie definitionem, nec quid rei, nec quid nominis: & ideo de præmissa non præsupponitur quid sit, sed præsupponitur veram esse. Et hoc est præsupponere de principio an sit. Sicut enim an sit subiectum, est scire, quod est, ita an sit principium est scire, quod est verum. Proportionabiliter potuisset Aristot. exempla ponere suo modo in syllogismo dialectico, & persuasione rhetorica, sed quia intento huius libri est solum de demonstratione ab alijs supersedit. ¶ Quod si quis arguat. Inter præcognita vnam esse præmissa bonitatẽ consequentiæ: & per consequens, sunt plura præcognita. Respondetur, quod hæc præcognitio pertinet ad libros priores: hic tamẽ solum est sermo de præcognitis posterioribus, quæ pertinent ad principia naturalia.

Text. 2.

Text. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita,scilicet ad præmissas. ¶ In tertio textu: (Fit autem) postquam dixerat Aristoteles,quę sunt necessario prę-cognita,subdit quo ordine prænoscantur. Et inter prę-cognitiones subiecti & passionis nullum constituit or-dinem (impertinens enim est,quod illorum cognoscа-tur prius)sed inter præcognitiones præmissarum. Cum enim dixerat de principio prænosse oportere verũ esse, & principia sint duo, si maior propositio & minor, & prioritas,vt dictũ est in postprædicamentis,alia sit tem-poris,alia naturæ, dicit quod maior propositio vniuer-salis potest prius tempore cognosci quam conclusio,mi-nor vero cognita maiori,non potest cognosci prius tem-pore,sed solum prius natura, quam conclusio. Exempli gratia,quod omnis triangulus habet tres angulos equa-les duobus rectis, potest quis cognoscere per annũ, an-tequam cognoscat hunc triangulum habere tres, &c. Attamẽ si cognita illa maiori, quis cognoscat hunc triã-gulum,esse triangulum; nõ stat,quin simul tempore co-gnoscat hunc habere tres angulos æquales duobus re-ctis:cognoscitur tamen minor prius natura,quam con-clusio,postquam est causa conclusionis. In Græco habe tur sic. Triangulus qui est in semicirculo est triãgulus, vt vertit Boetius. Argyropylus tamen vertit,Trianguлus,qui est in hexedra. Idẽ tamen pollet: nã hexedra est sella triũ pedum ad modum semicirculi concava ad mo uendũ dorsum: vt est intueri in figura textus,si eã consi deres esse planum sedis in quo sedetur. Quæ sella olim studentibus,modo tonsoribus est in vsu. Et forsan allu-dit ad triangulum descriptum in sede absconditũ á se-dente(vt ait Comm.)quẽ respondens non viderat. Vel forte Aristote.nihil cogitauit de hexedra, sed more ma thematico posuit exemplum in triangulo semicirculi.

Regula'po-steriorisli-ca.

¶ Ex hoc textu elicitur illa regula posterioristica. Co-gnita maiori & minori simul tempore cognoscitur con clusio. Addit in calce textus, quod nonnullas res,id est, singularia quæ continentur sub aliquo vniuersali, hoc modo cognoscimus,& non per aliud medium extremũ, quod est dicere. Cognito aliquo prædicato conuenire subiecto vniuersali, statim cognoscimus cõuenire cui-cunque singulari subsumpto sub illo, sine aliquo alio medio. ¶ In textu quarto. (Antea vero) postquã dixerat aliqua esse prænoscenda ante notitiam cõclusionis,ad-dit quod & ipsam etiam conclusionem antequam demõ stretur quodammodo cognoscimus:non simpliciter & in particulari,sed secũdum quid,& in vniuersali. ¶ Sed quia textus est subobscurus notandum est, quod Plato in Menone: qui est dialogus nuncupatus ab vna perso-na dialogi,quæ ita appellabatur, vbi tractat de virtute & scientia:vtrum doctrina & exercitio acquirantur, an vero sit naturalis.In illo inquam dialogo explicat men-tem suam, quod nostrum scire est quoddam reminisci. Et introducit Menonem dubitantem, quod homo ne-que inquirit id quod scit, quia illius nulla inquisitione opus est,neque id quod nescit:nam illud licet inueniat, non cognoscet. In vanum enim quis quærit hominem, (quod est exemplum Commẽtoris)quem de facie nõ nouit:nam licet fuerit illi obuius non cognoscet eum. Et hæc appellatur lite ab Aristotele Menonis hæsitatio, seu ambiguitas:vt Boetius transfert. Ad quam dubita-tionem Plato introducit Socratem respondẽrem, quod homo inquirit id quod scit,cuius fuerat oblitus. Et quia locus celebris est: neque tamen hic vnquam exposi tus, citra tædium paucis sententiam referam, quæ illic mul tis & intricatis verbis habetur. Probat Socrates quod nostrum scire sit quoddam reminisci alio exemplo, sed hoc est facilius. Ostendo. Verbi gratia,rustico qua-

Text.4.

Menonis ambigui-tas.



dratum hoc æquilaterũ. A.cuius quælibet costa sit pedalis,atq; adeo tota pe-risphæria quadrupedalis. Interrogo ru sticum, si aliæ quatuor lineæ duplæ ad istas describantur in quadratum,quam proportionem illud habebit ad istud. Profecto ignarus Geometriæ respondebit, quod si co-stæ erunt duplæ,quadratũ subinde erit tantũ modo du-plũ. Tunc rursus proferã quadratũ.B.cuius exteriores costæ sunt duplæ,& interrogabo, quælibet exterior co starũ.B.quam proportionẽ habet ad costã quadrati. A. respondebit duplũ. Rursus in-feram,ergo tota perisphæria quadrati. B.quæ est octo pedũ, est dupla ad perisphæriã quadrati. A. Quod itidẽ conceder. Tũc diuiso quadrato. B.ad mo dũ crucis in quatuor æqualia quadrata, interrogabo de quo libet illorũ an sit æquale qua-drato. A. Et id pariter conceder: quia ad oculũ est mani festũ. Mox interrogabo quã proportionem ergo habet quadratũ.B.ad quadratũ. A. Respõdebit,q̃ est quadru-plum:atq; adeo,q̃ ex costis duplis sit quadratũ quadru plũ,cõtra illud quod antea dixerat. Cũ ergo ille rustі-cus qui prius responderat falsum: paulatim postea sine aliquo doctore respõdendo ad interrogata,tandem re-spondit veritatẽ:signũ est (inquit Socrates) quod id an-tea naturaliter sciebat,sed fuerat oblitus. ¶ Huic ambi guitati intẽdit hic Arist. aliter respõdere, scilicet,q̃ nõ inquirimus,nec addiscimus id quod simpliciter scie-bamus,nec id quod nullo modo sciebam⁹:sed id quod sim pliciter nesciebamus,sciebamus tũ in vniuersali, & tan quã in virtute. Itaq; ille rusticus scіẽs naturaliter quid est costã esse duplã, & quadratũ esse quadruplũ,sciebat in vniuersali, & in virtute quod ex costis duplis sit qua druplũ:sed id simpliciter nõ sciebat. Et eodẽ modo qui scit hãc vniuersalẽ. Omnis triangulus habet tres angu-los æquales duobus rectis,scit in vniuersali quemcunq; singularẽ triangulum habere tres. Et hoc quod dicit: q̃ nisi per hanc distinctionẽ respondeamus,cõtinget me-nonis ambiguitas,scilicet,quod inquirimus ea quæ scie bamus,aut ea quæ nullo modo sciebamus. Itaque quod Aristo. nouit in rebus naturalibus,id & in scіẽtijs docuit contingere: Anaxagoras enim dicebat nullam formam rerum naturalium de nouo generari, sed omnes prius latitare in materia. Et idem sensit Plato de scіẽtijs Aris tote.vero intellexit formas de nouo generari:sed prę-existere solũ in potentia materiæ, & in virtute seminali agẽtis:sicut rosa in hyeme est in virtute agẽtis,& in ve re in re. Et idẽ astruit de scientijs, videlicet, quod ante exercitiũ & doctrinã sunt quędã dignitates naturaliter cognitæ, tanquã lumina & semina scientiarũ: vnde po-stea per doctrinã generantur scientiæ. Et eodem modo in conclusionibus vniuersalibus virtualiter sciuntur sin gularia. In secunda particula textus. (Non enim ita re-spondendum est) excludit modum, quo alij philosophi respondebãt ad dubitationẽ Menonis. Respondebant enim quod inquirimus ea, quæ nullo modo sciebamus. Aduersus quos Platonis discipuli replicabãt,interrogã do,an scirent omnem dualitatem esse numerum parem. Quod illi concedebant, tanquam naturaliter notum. Quibus mox ostendebant duo minuta pugno clausa: interrogãtes,an scirẽt illud quod in pugno latebat esse dualitatẽ parem. Respondebant illud se nescire. Tunc Platonici arguebant. Scitis omnem dualitatem esse parem,

Anaxagoras.

parem, dualitas pugillo clausa est dualitas: ergo scitis hanc dualitatem esse parem. Negabant maiorem dicen tes, quod nemo scit simpliciter omnem dualitatem esse parem:sed omnem dualitatem quam scit esse dualitatẽ. Hanc ergo responsionem impugnat hic Aristo. probãs, quod illa vniuersalis simpliciter est scita. Ea enim (in-quit)scimus quorum demõstrationem habemus: atqui in demonstratione non subsummus cum aliqua limita tione,sed simpliciter. Verbi gratia,omnis numerus di-uisibilis in duo æqualia est par:omnis dualitas est nu-merus diuisibilis in duo æqualia: ergo omnis dualitas est par. Concludit ergo tandem Aristoteles, quod nihil inconuenit respondere ad ambiguitatẽ Menonis,quod inquirimus & dicimus id quod non sciebamus simpli-citer,sed in vniuersali: esset tamẽ inconueniens dicere quod inquirimus & addiscimus, id quod nullo modo sciebamus, nec in re,nec virtute: nam tunc doctrina & disciplina non fieret ex præexistenti cognitione. Sicut absurdum esset dicere in lumine naturali, quod formæ naturales fiunt ex nihilo. Et ita artificiose virtualiter intendit concludere in calce capituli conclusionem, quam in fronte proposuerat.

Quæstio Prima.

Vtrùm quatuor omnes textus huius capitis verum habeãt.

DVERSVS partem affir mattuam arguitur primo. Scіẽ tia intelligentiarũ, scilicet an-gelorum, nõ fit ex præexistẽti cognitione(nã de essentia Dei, id est manifestissimũ, cum scіẽ tia in illo sit eius essentia) ergo non omnis cognitio fit ex præ-existenti cognitione. Probatur antecedẽs. Angeli cum non sint rationales,non discurrũt ex notis ignota inue-stigantes. Et id confir. de Prophetis & Apostolis,qui re-uelationes immediate suscepерunt:& de Adã qui in sua creatione fuit scientijs plenus. Et tamẽ omnes istæ scіẽ-tiæ possunt appellari doctrinæ: nã angeli inferiores il-luminãtur & docẽtur á superioribus,vt author est Dio-nysius in de cælesti Hierarchia: & Adam, & Propheтæ, & Apostoli edocti sunt in Deo: ergo non omnis doctri-na fit ex præexistenti cognitione. ¶ Secundò arguitur. Doctrina,vt dictum est,est iudicium inuentione,aut do ctore acquisitum. Tunc autem nomine cognitionis in-telligitur generaliter, quæcunq; notitia tã iudicatiua, quam apprehensiua,& hoc nominã ly ex,in conclusione Aristo.dicit genus causæ efficientis (sicuti assensus præ missarum generant assensum conclusionis)& tamẽ noti tia apprehensiua isto modo non generat assensum con-clusionis, sed solum in genere causæ materialis intrat eius compositionem. Aut nomine cognitionis intelligi tur solum habitus iudicatiuus, vt est mens philosophi, & tunc sequeretur,quod esset processus in infinitum:nã omnis habitus iudicatiuus, etiam naturalis est doctri-na,quã natura magistra docti sumus: ergo quocunq; iu dicio dato ille debet fieri ex alio priori: quod etiã esset doctrina quę deberet fieri ex alia,& per cõsequens esset processus in infinitum. ¶ Et confir. primo. Si omnis do-ctrina fit ex præexistenti cognitione,& non solum vera scientia, vt ait Aristo.sed etiam fides & opinio,quæ ge-

nerantur ex authoritate, aut syllogismo dialectico, aut exemplo rhetorico, sequitur quod opinio debet gene-rari ex alia priori opinione,& illa ex alia. Tunc quæro primũ opinio an generatur ex iudicio naturali per se no to:& hoc non, quia iudicium euidens non potest gene-rare opinionem,aut generatur ex alia opinione,& sic il la non erat prima, sed erit processus in infinitum in opi nionũ generatione. Et idem arguitur de fide,quia iudi-cium euidens non potest generare fidem ineuidentem: & per consequens,omnis fides generatur ex alia priori; & sic in infinitum. Verbi gratia, si habeo fidem dictis Petri est, quia credo eum esse veracem:quod autem cre do eum esse veracẽ, est ex alia priori fide,& sic in infini-tum. ¶ Et confirma.secundo. Doctrina & disciplina nõ potest esse nisi in intellectu:ergo superflue additum est intellectiua. ¶ Tertio contra secundum textum argui-tur. Quando Aristoteles dicit, quod de subiecto opor-tet prænosse quid sit,aut intelligit solum de definitione quid nominis,aut de definitione quid rei:non primum, quia manifestum est in demonstratione á priori mediũ esse definitionem quid rei, & per consequens illam esse vnum de præcognitis. Aut intelligit de definitione quid rei:& tũc sic arguitur. Sequeretur inde,quod om-nis scientia deberet præsupponere de suo subiecto quid est:consequens est contra ipsummet Aristotel: nã scien tia huius libri est de demonstratione, & tamen hic defi-nit quid sit demonstratio. ¶ Et confirm. primo,quod de subiecto non oporteat prænosse quid sit. Scientiæ,vt dic tum est quæst. 1. de vniuersalibus, sunt de rebus in vni uersali abstrahentes ab hic & nunc: & ideo vt infra vi-debimus, dicuntur esse de rebus perpetuis:ergo scien tia non supponit de subiecto quid sit,imo est scientia de rosa in hyeme, quando rosa non est. ¶ Et confirm.secun do. Tota scientia quæ est de vno subiecto,non præ supponit de omnibus principijs q̃ sunt vera: ergo cõclusio Aristot. non habet vniuersaliter verũ. Probatur antece dens. Scientia de homine nõ præsupponit veritatẽ ho-rũ principiorũ. Omne animal rationale est risibile, om-nis homo est animal rationale:imo demõstrat illa:ergo. ¶ Quarto principaliter arguitur contra tertiũ textum. Quemadmodũ stat scire maiorẽ prius tempore quam conclusionẽ,ita stat scire minorẽ: ergo male Aristo. di-xit,quod nõ stat scire minorẽ prius tempore. Probatur antecedens,quia stat doctorẽ prius docere minorẽ,quã maiorẽ, videlicet, in semicirculo posse fieri triangulũ, quam omnem triangulum habere tres, &c. Quod si di-cas Aristo.non negare quin possit minor sciri ante con-clusionem, quando scitur ante maiorem:sed solum do-cere,quod non stat ambas simul præmissas sciri,quin si-mul tempore sciatur conclusio. Arguitur sic aliter. In-tellectus humanus qui agit per conuersionem ad phan-tasma corporale, & per consequens successiuè non po-test in eodem instanti formare omnes tres propositiones: ergo habitus assensibus præmissarum tranibit aliquod tempus, antequã formetur propositio apprehensiua con-clusionis: & per consequens antequã producatur iudi-cium. ¶ Et confir. Intellectus saltem in via S. Tho. non potest simul plura intelligere, vt patet prima parte.q. 85.articul.4.ergo non stat simul assentire præmissis & conclusioni. Quinto principaliter arguitur. Intellectus omnis creatus est finitæ actiuitatis. Detur ergo quod possit tamũ habere,verbi gratia,decẽ notitias & aliun-de habeat alias,ita vt notitiæ apprehensiuæ & iudica-tiuæ præmissarum compleant denarium numerum, tũc cognita maiori & minori, nullatenus cognoscetur con-clusio,q̃ intellectus nõ est potẽs formare nouũ iudiciũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

(Supponatur enim causas cõseruatiuas aliarum notitia quam ad producendum iudicium conclusionis) ergo conclusio Arist. non est vbique vera. ¶ Sexto principaliter arguitur idem. Detur casus quo quis habeat erroneum dissensum huius conclusionis; omnis triangulus habet tres angulos æquales, duobus rectis, & adducatur demonstratio, ita vt in hoc tustanti incipiat assentire præmissis & consequentiæ: in eodem instanti, non assentit conclusioni, ergo regula falsa. Probatur antecedés. Assensus conclusionis nõ stat simul cũ contrario eius dissensu, nec in instãti potuit corrũpi dissensus, quippe qui aliquo modo resisteret contrario corrumpẽti: ergo stat assensus præmissarũ & consequentiæ cum dissensu conclusionis. ¶ Et confirm. Sit casus quo Geometra hanc sciens vniuersalem, quæcunq; sunt æqualia vni tertio: sunt aqualia inter se, cõspiciat tria corpora. a. b. c. quorum. b. est maius quã. a. &. c. minus quã. b. ita vt excessus inter. b. & a. & inter. c. &. b. non sit perceptibilis sensu: excessus vero inter. a. &. c. sit sensibilis, & aduerterit autẽ has solas propositiones. Quæcunque sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se. a. &. c. sunt æqualia vni tertio, puta. b. quarũ maior cognoscit intellectu, & minor sensu: & incipiat nũc aduertere ad cõclusionẽ a. & c. sunt æqualia inter se. Tũc iste habet assẽsum maioris & minoris, & nõ conclusionis, quia ad sensum videt. a. & c. nõ esse æqualia: ergo cõclusio Arist. falsa. ¶ Septimo principaliter arguitur. Si cognitis principijs statim cognoscerẽtur cõclusio, sequeretur, quod homo naturaliter nãe aliquo doctore posset acquirere oẽs scientias, per hoc solum ꝙ animaduerteret ad principia naturalia: verbi gratia, cognito ꝙ à quolibet puncto in quodlibet punctũ ducitur linea, statim cognosceret, ꝙ super quãlibet lineã posset triangulus constitui, & ita per applicationẽ posset cognoscere omnes cõclusiones Euclidis, quarum secunda sequitur ex prima, & tertia ex secunda, & ita consequenter: quod esset incidere in opinionẽ Platonis, scilicet, nostrum scire esse quoddam reminisci, vt paulo ante monstrauimus in tullio rustico. Et confirma. quod saltem quicunque scit aliquam vniuersalẽ, non solum virtualiter, sed simpliciter, scit etiã quamcũque singularem contra quartum textum. Sequitur bene. Scio omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, sed triangulus semicirculi est triangulus ergo scio triangulum semicirculi esse triangulum. Et idem probabitur de quocunque alio triangulo, quẽ nunquam noui. ¶ In contrarium pro parte affirmativa, sufficit authoritas Aristotelis.

¶ QVEMADMODVM in prædicabilibus & prædicamẽtis, ita & hic intendimus post expositionẽ litere maiora dubia per quæstiones disputare. Dubia itaque, ea tantũmodo quæ ad rẽ pertinent, vt singula argumenta, singulas intelligas esse quæstiũculas. Congerunt enim hoc doctores huius tẽporis de notitijs multa, quæ partim ex libro terminorum accersita sunt, partim vero ad librum de anima potius pertinẽt, præter alia quæ de Theologia mala submouẽtur, à quibus proinde abstinendum nobis est. Tantũ abest, vt mentionẽ de intricatissimis sophismatibus, & commentis quæ hic indigne commiscentur, faciamus. Prima vero hæc quæstio nõ potest esse longa: cuius finẽ pone qua operis materia aperitur. Vnde ad primum argumentũ, ergo affirmatiua est respondẽda: scientiam angelorum fieri præexistenti cognitionis, ea quod intueantur à superioribus illuminantur, falsum tamen & falsum est, & præter intentionem Aristot. Nulla enim cur doctrinæ & disciplinæ nostræ fiant ex præexistẽti cognitione est (vt in prologo dictũ est) propria natura nostra, qui cũ simus rationales nõ possumꝰ res, nisi successiue & discursu quodam cognoscere, & ideo ex notis ad ignota procedimus. Angeli vero quantum ad cognitionẽ naturalem nõ indigent discursu, & ideo simul recipiũt totam cognitionẽ cuiuscunque rei. Vnde in prima sui creatione creati sunt cum omnibus speciebus eorum quæ naturaliter cognoscere possunt. Itaque sicut nec esse receperunt ex alio, sed à Deo per creationẽ: ita nec cognitionem acquirũt ex alia cognitione, sed ab auctore naturæ. Reuelationes vero supernaturales inferiores angeli recipiunt à superioribus. At neque illã recipiunt ex præexistenti cognitione quę sit in recipiẽte sed immediate recipiũt illã à superiori angelo. Eadẽ ratione prophetæ & apostoli non receperũt cognitionẽ & fidem ex præexistenti cognitione, sed immediate à Deo. Pariter Adã quãdo creatus est. Arist. ergo solũm loquitur de cognitionibus naturalibus hominũ pro isto statu. At vero si ex reuelata cognitione ratiocinemur ad alias conclusiones, illa erit scientia. Veluti Theologia procedẽs ex fide reuelata tãquã ex principijs, est vera scientia. vt ait S. Tho. 1. q. 1. art. 2. Quemadmodum Adam ex scientijs infusis postea potuit nouas cognitiones acquirere, iuuante experientia.

Ad secundum multiplex notitia.

¶ CIRCA secundum argumentum notandũ est primo, duplicem esse notitiam, vt partim primo libro Summularum, & latius in libris de anima est videre, scilicet, sensitiuam & intellectiuã. Atqui sensitiua alia est exterior alicuius quinq; sensuũ exteriorum, & alia est interior in sensu communi: qui cum sit velut exteriorũ centrum, formar notitias quasi rerum præsentiũ, vt patet in somniantibus. Alia vero est notitia intellectiua, quam intellectus possibilis formar in seipso, informatus prius speciebus intelligibilibus, quæ virtute intellectus agentis abstractæ sunt à phantasmatibus, & receptæ in intellectu possibili. Rursus notitia intellectiua alia est apprehensiua, & alia iudicatiua. Et apprehẽsiua alia simplex, & alia cõplexa. Exempli gratia. Prius intellectus apprehendit res simplicibus notitijs, quales sunt, ly homo, & ly risibile: ex quibus postmodũ format propositionem, qua apprehendit hominem esse risibilẽ, deinde formar iudicium quo iudicat hoc esse verum. Quod quidẽ iudicũ est simplex qualitas, præsupponẽs notitiã apprehensiuã. Et solum iudicũ est actus scientiæ, aut fidei, aut opinionis, & ex illo solo generatur habitus, qui est scientia, aut fides, aut opinio: propositionãque apprehensiua non dicitur scientia, fides, neq; opinio. Nec locus est hic pluribus hęc verbis tractãdi. ¶ Ad rẽ ergo descendendo, ordo cognitionis in nobis est, vt prima omniũ notitia sit sensitiua exterior: nã cognitio nostra pro isto statu incipit à sensu, mox sequitur notitia sensitiua interior, deinde generantur simplices apprehensiones intellectiuæ, ex quibus statim cõponitur propositio apprehensiua, quam demũ subsequitur iudicium. At vero quamuis hic ordo verus sit, tamẽ nihil spectat ad intentionem Aristot. in hoc loco. Non enim dixit, quod omnis cognitio fiat ex priori cognitione, aut quod omnis doctrina fieret ex priori doctrina, aut quod omne iudicium fieret ex priori iudicio, esset enim tuae processus in infinitum, vt in textu notauimus: sed solũm dixit, quod omnis doctrina & disciplina fit ex præexistẽti cognitione. ¶ Sunt verũtamen qui nomine cognitionis intelligũt quãcunq; notitiam, siue iudicatiua, siue apprehentiuã. Et tunc distinguunt, ꝙ ly ex, capitur quadrupliciter, vt est videre apud Paulum Venetum. Vno modo dicit terminũ à quo, alio modo dicit habitudinem

Ordo cognoscendi.

Cognitio.

partis componentis, & tertio modo dicit causam efficientem. Et his tribus modis (vt aiunt) conclusio fit ex præexistenti cognitione, nam fit ex præmissis, id est, post cognitionem præmissarum, vt dies fit ex nocte, & conclusio componitur ex notitijs apprehẽsis, & assensus conclusionis generatur effectiue ex assensu præmissarum. Quarto modo, ly ex, dicit habitudinem subiecti, sicut ex ferro fit forma gladij, & isto modo scientia non fit ex præexistenti cognitione, quia non recipitur vna cognitio in alia. ¶ Attamen quicquid sit de istis modi acceptionibus huius propositionis ex, tamẽ Aristo. nullo modo accepit nisi in genere causæ efficientis. Quod enim ait, omnem doctrinam fieri ex præexistenti cognitione exponit in subsequentibus per hoc quod assensus conclusionis sit ex assentibus præmissarum, & assensus præmissarum ex alijs assentibus vsque ad propositiones per se notas. At manifestum est assensum, seu iudicium non fieri ex priori assensu, nisi in genere causæ efficientis, vnde secundo Physico. text. 89 præmissis respectu conclusionis reducit ad genus causæ efficiẽtis. ¶ Ex quo sequitur, non prorsus rem attingere, qui dicunt assensus præmissarum tantum concurrere, tanquam dispositiones in genere causæ materialis, & solum intellectum producere assensum conclusionis. Quinimo sicut calor est virtus ignis ad calefaciendum, ita assensus præmissarũ sunt, virtus & lumen intellectus, quibus ipse tanquã causa principalis producit assensum conclusionis. Et secundo arguitur, quod ly est, nõ possit hic dicere circumstantiam termini à quo: nam terminus à quo secundum Aristo. est priuatio illius quod generatur, aut contrarij eiusdem sicut homo fit ex non homine, aut album ex nigro, & dies ex nocte. Itaq; termi⁹ à quo non stat cum termino ad quem. Præmissa autem stant simul cum conclusione, & omnis cognitio ex qua fit alia, stat simul cum ipsa: sed potius hoc modo dicendum esset, quod doctrina fit ex ignorãtia. ¶ Et tertio arguitur, quod nec dicat habitudinem partis componentis. Doctrina & disciplina non dicit propositionem apprehensiuam, sed iudicatiuam: iudicatiua vero non componitur ex notitijs apprehensiuis. ¶ Igitur pro solutione argumenti notandũ est secundo, quod nomine doctrinæ & disciplinæ intelligitur omnis habitus verus iudicatiuus acquisitus, vt circa textum expositum est. Dupliciter autem naturaliter acquiritur habitus. Vno modo per inuentionem, sicut homines propter admirationem philosophari cœperunt: vt habetur. 1. Metaphysicorum, capit. 2. Et alio modo doctoris vsu, aut scripturæ quæ locum habet doctoris: quemadmodum enim, natura arte medici adiuta, causa est sanitatis, ita & intellectus ope doctoris directus, generat scientias. Et enim sicut medicina non est quæ principaliter sanat, sed natura: ita nec doctor est qui generat scientiam, sed intellectus. Vnde vt naturæ viribus destitutæ, nihil prodest ars medici: ita vbi non est ingenium, superuacanea est doctoris opera. ¶ Ægidius putat nomine doctrinæ intelligi habitum inuentione acquisitũ: pempe quo homo potest docere alios: nomine vero disciplinæ intelligi habitum à doctore productum. At vero doctrina certe non debet accipi actiue: sed passiue pro habitu qui est in discipulo à doctore. Et ideo dicendum est, aut quod vtroque nomine eundem habitum intelligit Aristoteles diuersis respectibus, vt circa textum diximus: aut quod nomen disciplinæ accipiatur latius quam nomen doctrinæ, scilicet, pro omni habitu quocunque acquisito, siue à doctore, siue per inuentionem. Nomine vero cognitionis intelligit, non notitiam apprehensiuam: sed solum iudicium aut habitum iudicatiuum, siue sit acquisitus, siue naturalis. Et ideo sensus Aristotelis est iste. Omnis habitus iudicatiuus quomodocunque acquisitus, sit in genere causæ efficientis ex alio priori iudicio, aut acquisito, aut naturali. Et illud iudicium naturale non appellat Aristoteles doctrinam aut disciplinam: quapropter nõ opus est fieri ex alia cognitione. Exempli gratia. Hæc iudicia, quodlibet est, vel non est: omne totum est maius sua parte & his similia non fiunt ex præexistenti cognitione, quia nec sunt doctrinæ, sed sunt potius naturalia semina doctrinarum. Enimuero doctrina, vt ait Liuconiensis, non est nisi eorum quæ prius debitabamus, & discurrẽdo cognouimus. ¶ Quod si quis arguat adhuc illos assensus generari ex notitijs apprehensiuis terminorum, vt dicuot. Respondetur: quod apprehensiones terminorum dicuntur producere assensum propositionis per se notæ, solum in genere causæ obiectiuæ, quia faciunt obiectum præsens, sed tamen in genere causæ efficientis proprie solum lumen naturale intellectus est quod producit talem assensum, & illi assensus naturales sunt postea lumen ad alios assensus acquirendos. Et ideo Aristoteles non dicerer, quod talis assensus naturalis fieret proprie ex præexistenti cognitione. ¶ Vnde ad formam argumenti negatur, quod assensus naturales appellentur doctrinæ ab Aristotele. Neque natura est proprie magistra, nisi per metaphoram. Eadem ratione neque cognitiones quæ habentur per sensum: vt hic ignis est calidus, aut Luna eclipsatur sunt scientiæ, nec fiunt ex prioribus. ¶ Hinc sequitur quam sit præter intentionem Aristotelis disputare de notitijs, an omne iudicium fiat ex notitijs apprehensiuis: & omnis intellectiua fiat ex sensitiua, aut sensitiua interior fiat ex exteriori. ¶ De materia primæ confirmationis amplior futurus est sermo, ca. 26. tex. 44. vbi Aristot. ponit differentiam inter scientiam & opinionẽ: sed quantum ad locum attinet præsentem negat, quod in opinionibus sit processus in infinitum: sed perueniendum est ad primã opinionem quæ generatur ex assensu euidenti lumine naturali per consequentiam ineuidentem. Exempli gratia. Per inductionem ex singularibus quæ sentimus, infertur vniuersalis: ineuidenter tamen, scilicet, hic pisces non respirat, & hic pisces nõ respirat: ergo nullus respirat. Et in rhetoricis: iste habet ensem nudum sanguine conspersum prope cadauer: ergo occidit hominem, antecedens est euidens, & consequens est opinio propter ineuidentiam consequentiæ. Item hæc spinæra tangit planũ indiuisibiliter: ergo datur punctũ indiuisibile: & per consequẽs quãtitas diffinitur à rẽ quãtata: vt arguebamus in ca. de quãtitate, antecedẽs est euidẽs, & cõsequens est opinio. Cũ enim ad generandũ scientiã requiratur euidẽtia veritatis principij scilicet, præmissarũ & cõsequẽtiæ, quodcunq; illorũ sit euidẽs, generabitur opinio. ¶ De generatione fidei maior est difficultas, an requiratur priꝰ affectio, quod. c. 26. disputabimꝰ: sed interim proportionabiliter dicimꝰ, vt de opinione, videlicet, ꝙ fides quauis sit assensus ineuidẽs, generatur tñ ex euidẽti. Euidẽs enim est in lumine naturali adhibẽdo esse ndẽ hominẽ lapidẽ, qui nõ leuiter loquitur, quauis non sit euidens verũ esse id quod dicit. Et ita dicemus euidens esse, quod dicta Christi erant credibilia, nihilominus quod essent vera nõ erat euidẽs, & ideo ex hoc assensu euidẽti, hoc est credibile, sequitur hic assentius fidei, hoc quod iste dicit est verũ. Sed de hoc latiꝰ in loco citato. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quod forte nullo alio mysterio additum est ab Aristotele intellectiua, nisi ad exprimendum quomodo

Doctrina dupliciter acquiritur.

Fides & opinio quomodo generãtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intellectiua.

In solo intellectu est proprie doctrina & disciplina: quia potentiæ sensitiuæ non discurrunt, & ideo earum cognitiones nó sunt doctrinæ. Et hæc est solutio Sanct. Tho. Alij nihilominus dicunt, quod ponitur intellectiua ad excludendum cognitionem sensitiuam brutorũ: quæ quodammodo potest esse disciplina: vt ait Arist. lo citato in argumento. Sed profecto melior est prima solutio nam eo modo imperfecto quo iudicia imperfecta brutorum possunt dici disciplinæ, eodem modo etiã fiunt ex præexistenti cognitione naturali bruti: vt patet in his qui docent canes saltare: & ideo in hoc non differt disciplina intellectiua á sensitiua. Potest tertio modo dici, quod cum inrecto Aristotelis solum erat hic tractare de scientia intellectuali, addidit intellectiua, quasi sensitiua cognitio nihil ad propositũ pertineret.

Ad tertiam

¶ CIRCA tertium argumentum notandum est, primo, quod Themistius, cui Ægidius & Paulus, & fere expositores subscribunt, censet Aristot. intẽdere, quod tam de passione, quam de subiecto solum prærequiritur definitio quid nominis. Definitio enim quid nominis, & quid rei differunt, quia definitio quid nominis solum explicat significationes nominis, id est, quid nomẽ significat. Definitio vero quid rei explicat naturam rei significatæ. Dicunt ergo quod ante notitiam conclusionis solum oportet prænosse quid significat, Iy homo & quid Iy risibile. ¶ Hoc tamen si vniuersaliter intelligatur manifeste est falsum: nam in demonstratione propter quid, medium debet esse definitio quidditatiua, & per consequens talis demonstratio præsupponit quid est subiecti. Et confirm. quia talis demonstratio reddit causam conclusionis: vt ratio quare homo est risibilis, est, quia est animal rationale. Vnde S. Tho. prima parte quæst. 1. artic. 7. citat hunc locum ad probandum quod scientia præsupponit quid est de suo subiecto. Et ideo dicendum est, quod Aristoteles causa breuitatis vnico verbo, scilicet, quid est quod dicitur, intelligit quid subiecti & passionis proportionabiliter, quatenus vtrumque habet definitionem. At subiectum habet definitionem quid rei, passio vero non, vt dictum est in expositione textus. ¶ Sed notandum est secundo quod ex hoc textu male intellecto ortum habuit error per aliud extremum: qui fere dialecticos & philosophos huius temporis tenet. Existimant enim quod omnis scientia præsupponit quid est de suo subiecto taliter quod ad nullam scientiam pertinet constituere definitionem quidditatiuã sui subiecti: quod re vera falsum esse probat tertium argumentum. Definit enim hic Aristo. quid demonstratio, quod est subiectum huius libri. Et secundo de anima definit quid est anima. Et mathematici qui tractant de lineis & punctis, &c. definiunt quid est punctum, & quid linea. Et philosophus naturalis definit quid est motus, vt patet in tertio Physicorum. Nec valet solutio si quis dicat, quod philosophus naturalis & mathematicus definit suum subiectum, non in quantũ philosophus, sed in quãtum metaphysicus: eo quod metaphysicus tractat de ratione entis in commuti. Hęc inquam responsio non satisfacit, quia statim Aristoteles capit. sequenti docet aliquas esse dignitates communes omni scientiæ, vt quodlibet est, vel non est: alias vero esse positiones peculiares cuiuscunque scientiæ, inter quas ponit definitionem proprij subiecti. Vbi docet proprium esse cuiuscunq; scientiæ, instituere definitionem proprij subiecti. Et rationi id confirmatur: nam scientia cuiuscunque rei intendit manifestare eius naturam: ergo ad vnamquamque scientiam pertinet definire suum proprium subiectum eo modo quo habere

Definitio quid no. & quid rei.

potest definitionem. Quod ideo addiderim, quod metaphysicæ subiectum, scilicet ens, & subiectum Theologiæ, puta Deus, definitiones non habent quidditatiuas, vt capit. 4. Prædicamentorum ostensum est. Igitur tertio notandum est, quod aliud est loqui de particulari demonstratione, & aliud est loqui de tota scientia vnius subiecti, qualis est scientia de anima, aut Dialectica, aut Geometria, &c. Si loquamur de demonstratione, tũc in demõstratione quia est, puta quæ procedit ab effectu ad causam, vt infra videbimus, nõ præsupponitur definitio subiecti: quia in illa accipitur pro medio effectus subiecti: vt omne illud quod purgat cholerã est calidũ: sed amonea purgat cholerã: ergo. Et ita habem⁹ scié tias multas particulares de altris ignorãtes definitiõe illorum. Scimus enim vnde proueniat eclipsis Lunæ, & quomodo moueat mare, & quomodo Sol sit causa generationũ inferiorũ, ante quam sciamus definitionem Lunæ aut Solis. At vero in demonstratione propter quid præsupponitur de subiecto quid nominis & quid rei, vt omne animal rationale est risibile, &c. Et hoc solum est, quod hic intendit Aristoteles. ¶ Si autem loquamur de tota scientia vnius subiecti, tunc dicendum est, quod scientia supponit quid est subiecti, ad hunc sensum quod non potest demonstrare definitionem: non tamẽ ad hunc sensum, quod ad ipsam non pertineat statuere definitionem quidditatiuam subiecti. Exempli gratia. Geometria habet duas partes, quarum prima præparat principia scientiæ statuendo definitiones lineæ, & puncti, & principia, & dignitates, quæ non demonstrantur. Secũda pars scitẽtię est, quæ per huiusmodi principia demonstrat passiones de subiecto. Et ita scientia de anima non demonstrat suam definitionem, sed supponit illam: nihilominus ad illam pertinet definire quid est anima. Et ita hic Aristo. non demonstrat definitionem demonstrationis, sed constituit & supponit illam. Et per hæc patet solutio tertij argumẽti. Et hoc est quod ait Arist. 1. Topic. cap. 2. scilicet, quod scientia nulla probat sua principia, sed supponit ea. ¶ Ad confirmationẽ respondetur, quod scientia & demonstratio non supponit de subiecto quod sit actualiter, vt probat argumẽtum: sed supponit de suo subiecto quod sit, id est, quod sit verũ ens, puta habens esse in causis naturalibus: nam de chimera non haberur scientia, quia cũ non sit in causis naturalibus, non habet veram quidditatem. Et hac de causa, vt dicturi sumus in secundo libro, quæstio an est, præsupponit quæstionem quid est: nam sola vera entia habent veras quidditates: & vera entia dicuntur, quæ habent esse in causis naturalibus. Et ante creationem rerũ de entibus quę nunc sunt naturalia potuit esse scientia: quia licet non essent tunc acto, erant tamen in potentia naturali nõ quod prima productione possent naturaliter produci, sed quia erant aliquando producibilia per causas naturales. ¶ Hinc sequitur, quod nó bene exponitur de subiecto præcognosci an sit, per hoc quod est subiectũ supponere. Primo, quia nullo homine existẽte est vera demõstratio, & vera scientia de homine. Et præterea quia licet demõstratio instrumentaliter fiat per terminos & propositiones, tamen scientia quæ generatur principaliter est de rebus, vt in toto processu videbimus: & ideo de re significata per subiectum prænosse oportet, quod sit in rerum natura modo exposito. Quod si quis arguat Aristotel. quarto Physicorum, demonstrare aliquas conclusiones de vacuo, licet vacuum non sit in rerum natura. Respondetur primo, quod scientia de vacuo nõ est simpliciter sciẽtia, sed ex suppositiõe, scilicet si esset vacuum. Et secundo, quia per locum repletũ, per

Scientia cõstituit quid est subiecti

An est subiecti.

modum

modum priuationis cognoscimus vacuum. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur quod principiorum scientiæ alia sunt extrinseca & cõmunia, quæ non demonstrantur in scientia, sed supponuntur & de his loquitur Aristot. in textu, vnde ponit exemplũ vt quod libet est, vel non est. Alia vero sunt extrinseca in quibus affirmantur passio de definitione aut definitio de subiecto: & hæc non omnis scientia supponit, sed aliqua demõstrat & alia aliquo modo explicat, vt in subsequentibus videbitur.

Ad quartũ principale.

¶ AD quartum principale bene responsum est, quod Aristoteles non negat quin possit minor aliquãdo cognosci ante conclusionem: nempe quando cognoscitur ante maiorem: imo posset quis formare demonstrationem hoc modo. Triangulus in semicirculo est triangulus, & omnis triangulus habet tres æquales, &c. ergo. Et tunc singularis cognosceretur prius tempore & vniuersalis simul cũ conclusione. Sed regula Aristo. solum est, quod non stat ambas simul præmissas cognoscere quin naturaliter simul tempore cognoscatur conclusio. ¶ At vero ad replicã argumẽti respondetur, qđ neg. vult Arist. quod in eodẽ instanti quo formatur minor, necessario formetur cõclusio, sed intelligit quod si quis habet formatã totã consequentiã ex propositionibus apprehensiuis, & habet assensum consequentiæ, de quo hic non fit mentio: tunc quam primum quis habet assensum maioris & minoris, illi assensus generabunt assensum conclusionis tanquam causæ naturales. At vero assensus producatur in instãti, videbitur in sexto argumẽto. Ex quo sequitur, quod si rusticus ex extremitatibus nescit formare conclusionem, poterit assentire præmissis sine conclusione, quia nescit applicare causam ad effectum. Et eadem ratione si Deus concurrat ad assensum præmissarum, & nolit concurrere ad assensum conclusionis, deficiet regula Aristotel. quæ solum intelligitur naturaliter. ¶ Confirmationem quarti argumenti formauimus, vt ostẽderemus quam gratis doctores huius temporis tot verba multiplicant aduersus

Plura Intelligere.

Sanct. Thom. dicentem quod non possumus plura simul intelligere per modum plurium. Quam sententiã sic ferc neoterici intelligũt: videlicet quod intellectus nullo modo potest habere plures notitias plurium rerum non facientes vnam positionem aut vnũ syllogismum. Itaque possum videre plures homines simul cũ pluribus lignis, & lapidibus, & rebus omnibus, quæ sunt coram me & tamen non possum illa per plures simplices notitias intelligere. Imo sunt Thomistæ qui hoc manibus ambabus tenent. At vero in primis Sanct. Thom. vt est videre loco citato, prima parte quæstio. 85. nihil aliud vult dicere, nisi quod expresse dicit Aristotel. 2. Topic. capit. 4. vbi ait, quod contingit simul plura scire: cogitare vero non nisi vnum. Et præterea nec Aristotel. nec Sanct. Thom. fuerunt tam inopes ingenij, vt negarent nos posse simul habere plures notitias intellectiuas rerum singulariũ quarum habemus sensitiuas, vt isti putant: quod re vera esset negare experientiam. Et ideo non opus est plura verba prodigere ad hoc impugnandum. Sensus ergo & Aristotelis & Sanct. Thom. est manifestissimus: quem nemo negare potest. Scire enim apud Aristotelem non dicit actum, sed habitum: qui enim dormit, sciens est: sed actus sciẽtiæ apud ipsum vocatur intelligere, vel potius considerare aut cogitare. Ait ergo Aristoteles, quod habitus sciẽtiæ, etiam in esse perfecto nihil vetat esse simul plures & diuersos in eodem intellectu: sed tamen actu considerare & cogitare plura per modum plurium, non po-

Ad quintũ principale

Capacitas Intellect⁹.

¶ PER hæc patet via ad respondendum quinto argumẽto principali de capacitate intellectus: de qua multo etiam plura consumunt hic dialectici verba, quã pro rei dignitate est necessarium, an videlicet capacitas intellectus terminetur vel ad numerum notitiarũ, vel ad intensionem, vel ad vtrunque. Ad quod breuiter respondetur, quod capacitas intellectus est limitata quo ad vtrunque. Enimuero, vt est doctrina Sanct. Thom. prima parte quæstione 86. articulo. 2. intellectus noster est tantum infinitus in potentia & non in acto. Quod est dicere, Potest quidem successiue notitias in infinitũ recipere, post aliam, quia est perpetuus: sed tamen simul non potest quemcunque numerum notitiarum habere. Veluti cõtinuum diuisibile est in semper diuisibilia, tamen non possunt esse infinita actu diuisa. Et ratio est, quia potẽtia sequitur essentiã, & ideo cũ solus Deus habeat infinitam essentiã, solus ipse habet infinitã potentiã. Et Confir. experiẽtia. Experimur enim quod quanto ad plura se intellectus diuertit, tanto remissius intelligit singula iuxta illud. Pluribus intentus minor est ad singula sensus, ergo ad tot obiecta potest aduertere, vt ad plura non possit. Quo fit vt terminetur ad numerum.

Aduertẽtia & conatus.

¶ Et hinc sequitur qđ etiã intellectus sit limitatus quo ad intẽsionẽ. Cognitio enim actualis est actualis actio & aduertentia intellectus, sed intellectus: quia est creatura, est finitæ actiuitatis, ergo tam intẽse potest aduertere ad vnum obiectum, vt nihil illam intensionem remittat, non possit ad aliud aduertere. ¶ At vero sunt qui putant se demõstrare, quod virtus intellectus non terminatur quo ad intensionem, hoc argumento. Si terminaretur virtus intellectus quod ad intensionem, maxime esset quia ad maiorem intensionem notitiæ semper requiritur maior aduertentia & maior conatus intellectus, sed stat quod per meliorem applicationem obiecti dato q intellectus nó magis aduertat, intẽdatur notitia, item si obiectum album fiat intensius, intendetur eius notitia sine noua aduertentia intellectus, ergo virtus intellectus non terminatur quo ad intensionẽ postquam mere passiue se habendo potest intendi eius notitia. ¶ Adhoc nihilominus primum omnium dicimus, quod isti mere gratis fingunt sine aliqua authoritate aut ratione, quod aduertentia & conamen intellectus sit quid distinctum á productione notitiæ. Cum tamen certissimum sit, quod nihil aliud est intellectu conari aut aduertere, quam notitiam producere. Et probatur manifeste, quia ante productionem notitiæ nulla est actio notitiæ, & per consequens nulla est applicatio nec conatus. Sicut applicatio aut conatus voluntatis ad vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lendum nihil aliud est quam producere volitionem In corporalibus enim potest homo ligatus optare & conari ad motum, quando non mouetur & potest quis conari mouere magnum lapidem, quando non mouetur eum, quia illud conari est impellere corpus sed tamen intellectus fingi non potest quid sit conari nisi intelligere. Voluntas enim est quæ suo actu mouet & applicat omnes potentias ad agendū, sed potētias rell quas applicatus nihil aliud est conari, quā agere tales actus. Sicut visum applicatū per voluntatē ad obiectū nihil aliud est conari, quā producere visionem. Et ideo dicendū est, quod quanta est intensio notitiæ tanta est conatus & applicatio potentiæ, nec maior nec minor. ¶ Vnde ad argumentum istorum respondetur, quod quotiescunq; obiectum melius applicatur aut illuminatur aut intenditur, intellectus itidem melius applicatur & conatur per hoc quod intentiorem producit notitiam. Et intellectus maioris virtutis ad producendum æqualem notitiā cum intellectu minoris virtutis æque conatur, & ad producendum intentiorem magis conatur. Nec cōsistit maior virtus, vt multi putant in hoc, quòd cum minori conatu æqualem notitiam producat sed in hoc quod plus potest conari, id est, intensiorem notitiā producere. Obidque non est intelligibile quod notitia intendatur sine maiori aduertentia & connine intellectus& per consequens vbi datur summa aduertentia, datur summa intensio notitiæ. Et præterea respondetur, quod quamuis per meliorem applicationem sine noua aduertentia intenderetur notitia, deuenidum tamen esset ad optimam applicationem: atque adeo ad summam intentionem notitiæ. ¶ Sed dubium est quo modo intelligitur ista duplex limitatio intellectus: videtur enim quòd non ster simul terminari ad intensionem & ad numerum. Demus enim summam intensionem omnium notitiarum quas simul potest habere intellectus, esse vt decem: vtrum cum hoc terminetur etiam ad numerum certum notitiarum puta ad decem. Et videtur quod non stent simul. Si enim intellectus potest habere intētionem notitiarum vt decem, habet decem notitias singulas intensas vt vnum: poterit ergo eadem ratione habere viginti notitias singulas vt dimidium, & quadraginta, singulas vt vna quarta: & ita fine termino. ¶ Respondetur, quod ad vtrunque terminatur potentia, & ad intensionem, & ad numerum. Primo, quia quamuis admittatur calculatio modo facta, tandem peruenirētur ad remississimas notitias: & sic non posset crescere numerus. Sed præterea dico, quod adhuc calculatio non procedit: nam maior multo difficultas est aduertere ad viginti obiecta vt dimidium quā ad decem vt vnum: quia virtus vnita fortior est in ipsa disparata: & ideo non sequitur, quod qui potest habere decem notitias singulas vt vnum, potis ch habere plures remissiores. ¶ Concludimus ergo ēdem, quod vtroque modo limitatur potentia scilicet quo ad intēsionem & quoad numerum. ¶ Vnde ad formam quinti principalis argumenti respondetur quod si capacitas per assensus præmissarum est solum completa quo ad intentionem & non quoad numerum, tunc remittentur notitiæ, & aduertentiæ circa alia obiecta & ita quoad numerum, tunc non posset intellectus habere assensum conclusionis, nisi corrumperetur aliqua notitiarum quæ sunt extra illam consequentiam. Nec hoc est contra conclusionem. ¶ Quod si quis replicauerit ex illo quod diximus in confirmatione superioris argumenti: videlicet, quod quando plura intelliguntur

Limitatio.

per modum vnius, illæ intellectiones non se impediūt ergo intellectus assentiens præmissis, sine noua difficultate, & labore assentiet conclusioni. ¶ Respondetur, quod Sanct. Tho. nihil aliud vult dicere nisi quod perfecte possumus intelligere plura per modum vnius (quod ipse appellat per vnam speciem) nihilominus illud vnum tot posset habere partes, vt excederet virtutem intellectus. Si enim ego intelligerem de homine plures eius passiones scilicet, quod est risibilis, flebilis, mortalis, &c. tot possent accumulari, vt non possem plura de homine cognoscere. Et ita est in proposito si capacitas aliunde est completa.

Ad sextum principale.

¶ SEXTVM argumentum petit an assensus aut quæcunque notitia producatur aut corrumpatur in instāti. Quod nec apud Aristotelem nec apud antiquos sub hac forma definitum est. Nihilominus tribus videtur propositionibus respondendum. Prima. Applicatio obiecti ad potentiam, vbi fit per motum, fit successiue. Patet in obiectis sensuum quæ per motum applicantur ad distantiam competentem potentiæ. Et in obiecto intellectus quod pro isto statu non applicatur potentiæ, nisi per abstractionē specierum a phantasmatibus corporalibus. Deus tamen per nouam creationem sine motu posset in instanti applicare obiectum potentiæ. ¶ Secunda propositio, Facta applicatione in instanti producitur actualis notitia simplex, siue sit apprehensiua siue iudicatiua. Dico, simplex, quia notitia prædicari sit post notitiam subiecti: & notitia conclusionis post notitiam præmissarum. In nobis saltem qui discurrendo cognoscimus: nam in angelis aliud est. Probatur propositio. Primo secundum Aristotel. secundo de anima text. 70. lumen non producitur successiue in medio: sed instantanee. Cuius signū est quod non prius illuminatur a sole pars orientalis quam occidentalis. Causa vero est, quia illuminatio fit nullo resistente cōtrario. Eodem modo. 4. Physicorū tex. 64. & infra probat, quod per vacuum non potest esse successio motus: quia nulla est resistentia. ergo eadem ratione cum notitia fit illuminatio & perfectio quædam potentiæ quæ non habet contrarium resistens, fit, vt in instanti producatur. Quod præterea confirmatur ex isto capit. 3. vbi dicitur, quod habito assensu præmissarum & consequētiæ simul habetur assensus conclusionis: quod non esset verū nisi in eodē instāti produceretur assensus minoris & conclusionis. ¶ Secundo probatur, quia species visibiles per medium in instanti producuntur: quod probatur similiter experientia illi quam Aristote. adducit de lumine. ¶ Si enim applicentur duo visibilia, vnum ad decem pedes & aliud ad centū, simul immutant visum: ergo eadem ratione notitia vnius & a fortiori intellectiua producitur in instanti. Cuius indicium est, quod Sol quam primum incipit oriri, videtur. Dicerim species visibiles in instanti produci, eo quod sine mora producuntur, nam species sunt: quippe quæ per motū feruntur, in tempore perueniunt ad auditum. Qua de causa fulgur prius videtur, quam audiatur tonitrus: cū tamē prius saltem natura rumpatur nubes: quæ est causa tonitrui, quam inclusus ille ignis appareat. ¶ Postremo confirmatur propositio experientia. Nullam enim in intelligendis obiectis applicatis experimur successionem, neque in producendis volitionibus. Accedit & authoritas S. Thom. qui in prima parte quæst. 85. articul. 4. ad primum argumentum, non ponit successionem intellectus, nisi solum inter diuersas notitias vel in abstractione specierū a phantasmatibus, vt inquit primo secundo quæst. 113. artic. 7. ad 5. ¶ Colligimus er-

Notitia producitur in instanti.

go, quod in primo instanti non esse motus per quē applicatur obiectum est notitia visiua, & si intellectus aduertat, pariter intellectiua. Neque obstat, quod notitia sit alicuius intensionis: nam produceretur tunc notitia minimæ intensionis, quam talis potentia, & cum tali obiecto, & tali dispositione medij potest producere. ¶ Tertia propositio est quod eadem ratione potest notitia & iudicium actuale, in instanti corrumpi per absentiam causæ conseruantis. Loquuti sumus in his propositionibus de notitijs actualibus: nam habitus succedsiue acquiruntur & corrumpuntur per frequētationem actuū. ¶ Ad sextum ergo principale respondetur, quod positis assensibus præmissarum & consequentiæ in primo instanti quo intellectus aduertit ad conclusionem simul tempore corrumpitur dissensus erroneus & producitur assensus scientiæ. Itaque assensus præmissarum producendo assensum conclusionis corrumpunt dissensum contrarium. Et in genere causæ efficientis pri⁹ natura est productio assensus quam expulsio contrarij: quia per productionem vnius expellitur alius: sed in genere causæ materialis prius natura expellitur contrarium quam intellectus recipiat nouum assensum. Sicuti quando ignis calefacit aquam prius natura in genere causæ efficientis est vnus gradus caloris in aqua, quam similis gradus frigiditatis inde expellatur: quia ignis non expellit frigiditatem nisi producendo calorem: in genere vero causæ materialis prius natura pellitur frigiditas, quam similis gradus caloris recipiatur in aqua. In his enim quæ sunt simul tempore nihil obstat induersis generibus causarum. a. esse prius natura quam. b. & .b. prius quam. a. vt docet Aristot. 5. Metaphysic. text. secundo. Nec mirum si in instanti corrūpatur assensus: nam vbi est demonstratio nullū est resistentia: sed statim cessat causa conseruatiua contrarij. Sic enim lumen eodem instāti corrumpitur quo est absentia luminosi. Secus esset vbi deberet corrumpi assensus opinatiuus per rationem probabilem contrariā: nā nō omnis ratio probabilis, quāuis sufficiat infirmare opinionem sufficit radicitus euellere, nisi rationes plures accumulentur. ¶ Per hæc aperitur via respondendi ad confirmationem: quæ ex sophismatibus Pauli Veneti de scire & dubitare solēt hue afferre noui posterioristici. Ad quam modis multis respondent: cum tamen solutio sit clara. Respondetur ergo, quod in illo casu quo quis habens assensum maioris, quęcunq; sunt æqualia, &c. aduertit ad illa tria corpora, aut pri⁹ cōparat. a. & .c. ad .b. aut prius cōparat. a. & .c. interim. Si secundū, tūc ille assensus negatiu⁹ qui habetur per experientia. a. & .c. nō sunt æqualia inter se impedit assensum minoris. Et ita argumentū reciditur, quia nūquā datur assensus minoris. Quauis em ad sensum nō percipiatur differentia inter. a. & .b. tamen experientia inter. a. & .c. sufficit, nequis assentiat. a. & .c. esse æqualia vni tertio. Si vero vt ponitur in argumento prius comparat. a. & .c. ad .b. tunc conceditur quod ille habebit assensum maioris & minoris, sed in primo instanti aduertentiæ ad conclusionem simul tempore producitur dissensus conclusionis, scilicet. a. & .c. sunt æqualia inter se. & corrumpitur assensus minoris, scilicet sunt æqualia vni tertio, Sensatio enim illa producendo dissensum cōclusionis corrūpit assensum minoris. Hinc sequitur, quod assensus & dissensus contrariæ eiusdem conclusionis, vel duo assensus de arcu contrariorum, in nullo gradu etiam remississimo. possunt esse simul, neque per instans. Secus est de habitibus qui in gradibus remissis se compatiuntur per tempus quo durat generatio vni⁹ & alterius corruptio. ¶ Ad septimum argumentum negatur sequela, scilicet quod sine aliquo doctore posset homo habere omnes scientias: quāuis enim principia vniuersalissima sint naturaliter per se nota, tamē non naturaliter scit quicunque illa applicare per bonas consequentias ad conclusiones particulares. Et ideo sicut semina naturalia non producunt fructus sine agricultura, ita nec principia naturalia possent generare scientias rerū sine doctrina aut exercitio. Ité qā quauis in principijs vniuersalibus virtualiter cōtineantur cōclusiones tamē perspicacis⁹ ingeniū plura illic videt quā ingenium min⁹ perspicax. Et ideo ali⁹ homo plura potest per inuentionē acquirere quā alius. Et eundem librum duo legentes alter altero plura videt: sicut qui est lippus oculis non tot percipit in eadem imagine quot alius acutioris visus. Et ita semper restat differentia inter Aristotelem & Platonem. Plato enim putabat, quod habeamus omnes species omnium rerum infusas sicut angeli. Aristote. vero non nisi, quod habemus aliquas cognitiones naturales vnde per doctrinam aut intentionem elicimus scientias. ¶ Vnde ad confirmationem negatur, quod sciens vniuersale, sciat simpliciter singulare quod nescit contineri sub vniuersali. Et ad argumentum negatur illa consequentia. Scio omnē triangulū habere tres, & c. & hic triāgul⁹ (quē nō vidi) est triāgulus, ergo scio hūc triangulū &c. Nā ex modali cōposita cūvna de ineſſe nō sequit modalis cōposita, vt tertio libro Summularū dictum est. Primo enim variatur appellatio de .ly scio quod in maiori appellat assensum supra totam propositionem, seu supra totum illam significatum quod est omnem triangulum habere tres angulos, &c. & in conclusione appellat supra significatum propositionis singularis. Et ideo terminus modalis compositæ supra quem fertur .ly scio, supponunt immobiliter: atque adeo neque subiectum illius vniuersalis supponit competenter distributiue, vt sub illo possit fieri subsumptio.

Ad septimū principale.

De modis sciendi, & demonstratione.

Capit. II.

SCIRE autem vnam quamq; rem simpliciter, sed non vt sophistę per accidens arbitramur: cum causam ob quā res est, illius causam esse, & fieri nō posse vt res aliter sese habeat, cognoscere arbitramur. Pater igitur ipsum scire tale quid esse: nam & hi qui nesciūt, & ij qui sciūt, illa ita se rem habere putant, hi ita sese etiam habent. Quare cuiusq; simpliciter est scientia, id vt aliter sese habeat fieri omnino non potest. An vero & alius sciendi modus sit, posterius dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem nos scire: demonstrationem autē dico ratiocinationem eam, quæ scientiam efficit: eam verò scientiam efficere dico qua scimus, eam ipsam habendo.

Text. 5.

¶ Si igitur ipsum scire tale est, quale posui-

mus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus necesse est & demonstratiuam sciẽtiam ex veris & primis medioque vacãtibus, & ex notioribus & prioribus ipsa conclusione, cau sisq; eiusdẽ esse. Sic enim erunt & ipsa principia propria eius quod demonstratur: nam ratiocinatio quidem esse sine ijs potest, demonstratio vero non potest: scientiam enim non facit. ¶ Vera igitur esse oportet, quia fieri nequit, vt id quod non est sciatur: veluti diametrum commẽsurabilem esse: oportet autem & ex primis & indemonstrabilibus esse: quia non sciet, qui demõstrationem horum non habet: scire enim non per accidẽs ea quorum est demonstratio, nihil aliud est sane, quã demonstrationem habere. Causæ etiam notioraque ac priora sint oportet: causę quidem, quia tum scimus, cum causam cognoscimus: priora vero siquidem & causæ sunt, & antea cognita, non illi solum modo quodquid significent, sed altero etiam quo quod sint scimus. ¶ Dupliciter autem priora notiorave dicuntur. Non enim idem prius natura, & nostra ex parte prius: neque notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidẽ ad nos priora notiorave dico, quæ propinquiora sensui sunt ea vero simpliciter priora notiorave, quæ à sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidẽ ea, quæ sunt vniuersalia maximè: propinquissima vero, singularia ipsa. Atque hæc inter sese opponuntur. Ex primis autem esse nihil aliud est quam proprijs è principijs esse: idem enim primum atque principium dico. ¶ Est autem demonstrationis principium propositio medio vacans. Ea vero medio vacat, qua nulla est alia prior. Propositio vero altera enuntiationis pars est, vnum de vno complectens. differendi quidem, vt tramuis accipit: demonstrandi vero, quæ definitè alterũ: quod est verum. Enuntiatio contradictionis vt trauis est pars. Contradictio est oppositio, cuius per se medium nullum est. Contradictionis partium ea quidem, qua quippiam cuippiam adiungitur, affirmatio ea vero, qua quippiam à quopiam semouetur, negatio nuncupatur. ¶ Principiorum autem ratiocinandi, vacantium medio, id quidem positio dicitur quod fieri nequit vt demonstretur, quodque nõ necesse est eum habere, qui discere quid instituit: id vero quod omnes habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitas appellatur: sunt enim talia quædam. Atque talibus hoc potissimum nomẽ tribuere solemus. Rursus ea quidem positionum, quæ vtrauis enũtiationis accipit partem, esse inquam quippiã aut non esse statuens: suppositio ea vero, quæ est sine hoc ipso, definitio dicitur: definitio nã que positio quidem est (ponit enim Arithmeticus vnitatem quantitate indiuisibilem esse) sed suppositio sane non est: nam quid sit vnitas, & vnitatem esse eadem non sunt. ¶ Cum autẽ credere scireque rem talem per ratiocinationẽ oporteat, quã demostrationẽ vocamus: hæc vero est, quia sunt ea quibus extruitur ratiocinatio: necesse est non solũ, prima illa, vel omnia vel aliqua prius noscantur: sed etiam magis vt noscantur: semper enim illud est tale magis, ob quod vnum quodque tale est: veluti magis, id est dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus. Quare si ob prima scimus credimus, & illa sane scimus ac credimus magis: quoniam ob illa & ipsa scimꝰ posteriora. Fieri autem non potest, vt ea magis quispiam quæ nescit, & circa quæ nõ melius dispositus est, quam si scierit, quã ea quæ cognoscit, credat atque assentiatur. At euenit id profecto, si non prius cognouerit principia quispiam, quam ea quæ per demonstrationem creduntur. Magis enim principijs aut omnibus, aut quibusdam credere, quam conclusioni, necesse est. Atque ei qui per demonstrationem scientiam habiturus est, non solũ ipsa principia magis nota, magisque credita sint quam idquod ex ipsis ostenditur oportet: sed etiam nihil prorsus eorum quæ principijs ijs opponuntur, vndeque ratiocinatio falsa, veraque contrarie existat, aut credibilius, aut notius principijs ipsis sit oportet: quippe cum eum qui simpliciter est scientiam consequutus, nunquam ab ea, persuasione vlla dimoueri oporteat.

POSTQVAM in superiori capite constitutum est demonstrationem esse, quod respondet quæstioni an est, prosequitur hic Aristotel. determinare quid est demonstratio. Quæ secundum diuisionem supra factam est secunda pars principalis huius libri. Et terminatur duobus capitulis. In hoc enim secũdo definitur, quid est demonstratio. Et tertio excluditur error quidam qui ex definitione posset oriri. Atqui capitulum hoc vnicus est textus apud Commẽtatorem, puta quintus. Visus tamen nobis est in septem particulas diuidẽdus. ¶ Vbi adnotandum est quod vt Aristotel. docet secundo Physi. prima causarum est finis, vnde iudicium rei sumitur: eo enim quod domus sit ad protegendam nos à pluuijs & tempestatibus iudicamus fieri debere ex tali materia, puta lignis & lapidibus, & tali forma. Hac ratione Aristot. ostendit hic primo finem demonstrationis, vnde eliciat definitionem eius materialem. Debet enim demonstratio ex his principijs esse, quæ ad finem maxime conducunt. Finis autem demonstrationis est scientia: & ideo in prima statim particula definitionis accipit partem, quæ est scire: & colligit primã definitionẽ demonstrationis ex parte finis. Proponit igitur: Scire vnãquãque rem, &c. ¶ Secũdo notãdũ est, quod scire cõtingit dupliciter. s. per se & per accidẽs. Scire per se est scireré in se ipsa ideſt, scire propriã causam: vt cũ scio hominẽ esse risibilẽ, quia est rationalis. Scire de per accidẽs est, scire rem in alio: vt cum á longe video venientem quẽ nescio, homo ne sit an brutum scio hominem de per accidens, puta quia video motum, qui accidit homini: & dicitur hic modus sophisticus, quia Sophistæ ita solent arguere, cognosco venientem: veniens est homo: ergo cognosco hominem. Item si videam domum á longe nõ discernendo an sit ex lapidibus aut ex lignis extructa, cognosco quidem ligna de per accidens: quia cognosco domum, & domus est ex lignis, ergo cognosco ligna, quod quidem simpliciter non est cognoscere. Ait ergo Aristotel. quod accipit hic scire solum per se & simpliciter. Vnde scire hoc modo inquit tunc arbitramur, cum causam ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, vt aliter se habeat, cognoscere arbitramur. ¶ Duæ sunt particulæ definitionis: quamuis expositores, translationem Boetij secuti, tres distinguãt. Boetius enim sic habet. Cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est, & quoniam illius est causa, & quod non contingit hoc aliter se habere. Vbi distinguit tanquam duo, cognoscere causam rei, & cognoscere quoniam illius est causa. Sed certe phrasis Græca non distinguit in duo: nam formaliter cognoscere causam est cognoscere causam esse talis rei. Est ergo sensus quod tunc scimus aliquam rem cum id quod est causa illius, cognoscimꝰ esse causam eiꝰ. Si vero pro captu incipientiũ vis distinguere tres particulas vt lucidior sit textus, non inhibeo. Tertia ergo tunc erit, & non contingit aliter se habere. Exempli gratia, vt quis sciat eclipsim lunę nõ sufficit vt videat ipsam eclipsari illa enim est experientia & non scientia, neq; requiritur talis experientia: nam & cæcus potest per Astrologiam eclipsim scire. Sed requiruntur tria: videlicet, quod sciat terram interponi inter Solem & Lunam: & secundo quod sciat illud esse causam eclipsis, alias scies rem quæ est causa, solum virtualiter & in confuso & de per accidens scire eclipsim: sicut dixit supertius Aristotel. quod sciens vniuersale scit secundum quid singulare. Vt enim simpliciter non scitur singulare nisi quando actu subsumitur sub vniuersali: ita nec simpliciter scimus effectum per hoc solum, quod sciamus rem quę est causa: nisi sciamus illã esse illius esse cꝰ causam. Sed tertio requiritur, quod sciamus non posse fieri rem aliter se habere, id est, non posse aliter fieri, nisi quod quotiescunq, ponitur hæc causa, ponitur talis effectus. Vérbi gratia, quamuis ego sciam Petrum esse studiosum: quia consuetudinem habuit cum studiosis, aut quia indutus est habitum religiosi, non simpliciter & certissime rem scio quia potest aliter esse: puta quod ex tali causa non sequatur talis effectus. Et in naturalibus licet sciam pluuiam esse quia flauit Auster, non scio certissime, quia potest aliter esse puta quod flante Austro non pluat: aut quod non flante, pluat. Vnde tertia particula, scilicet, quod non contingit aliter se habere, vt docte notauit Albertus, non debet deferriad necessitatem præmissarum, vel ad necessitatem conclusionis: sed ad necessitatem illationis & consequentiæ, quę prouenit ex hoc, quod talis res necessario sequitur ex tali causa, ¶ Probat Aristore. definitionem ex authoritate omnium in vniuersum tam sapientium quam insipientium. Sapientes enim tunc iudicant se vere scire rem & vere sciunt, quando hoc modo scisunt causas. Et insipientes tunc se etiam arbitrantur scire, cum arbitrantur se scire causam: licet non vere sciant, quia non sciunt veram causam. Quod est dicere, Nullus propterea, quod solum videt eclipsim Lunæ, tunc putat se scire rem: hac enim de causa cœperunt homines causas inquirere effectuũ quos experiebantur: quia non aliter putabãt rem scire: sed quã primũ quis inuenit aliquid, quod arbitrat esse causã, arbitratur etiã rẽ scire, vt si credat quis Lunã eclipsari ꝓpter interpositionẽ nubeculæ inter ipsam & visum nostrum, fallitur quidem, sed tunc putat rem scire. ¶ Hinc pater (vt ait Sanct Tho.) quod hæc non est definitio quid rei, quia non datur ãc finitio scientiæ per genus & differentiam: sed est definitio explicans significationem nominis, scire & ideo probauit eam ex communi modo loquendi: nam vt habetur secundo Topico. Capit. secundo nominibus vtẽdum est vt plures. Quod admonere debent qui rerum definitiones prolibito suo confingunt contra naturam definiendi. Debet enim definitio esse omnibus receptissima de qua nulla sit controuersia. Et ita concludit Aristotel. quod id cuius simpliciter est scientia, necesse est ita se habere, ideſt, vt ex tali causa necessario sequatur talis effectus. An vero, inquit alius sit modus sciendi videbitur inferius Quod nos in quæstione etiam disputabimus. ¶ Est quid nominis huius quod est scire, infert Aristote. dicens Dicimus autem & per demonstrationem nos scire. Quam aliqui putant esse definitionem quid rei per causam huius quod est scire. Et hoc euidentius apparet in verbone Boetij, quæ sic habet: Dicimus quia scire est per demonstrationem intelligere. In Græco tamen non est verbum intelligere, neque habet formam definitionis: sed solum videtur Aristotel. explicare, quod finis demonstrationis est scire eo quod scire est rem per causas cognoscere, & demonstratio propter quid procedit á causa ad effectum. ¶ Vnde colligit primam definitionem demonstrationis quæ datur per finem, scilicet demonstratio est ratiocinatio, seu syllogismus qui facit scire. Veluti si diceres, Serra est instrumentum lignis secandis aptum. Explicat vero definitionem dicens, quod eam ratiocinationem, seu syllogismum dicit sciẽtiam efficere, quod, dum illũ habemus, tunc scimus, & non alias. In aliquibus codicibus Boetij legitur: Demonstrationem autẽ dico syllogismum apodicticon. Illud tamen appositũ est ab aliquo scioꝛ nam Græce non habetur nisi, epistemonicon, id est scientialem, quia apodicticon, idem est quod demostratiuum. Quare perinde esset, ac si diceres, Demonstrationem dico syllogismum demonstratiuum: quod esset nugatio. ¶ Quod si quis obijciat Aristoteli: quod vsus fuerit hic circulo, dum scire definiit per demonstrationem, vt vice versa, demonstrationem per scire. Respondetur, quod illæ non sunt definitiones, sed potius circumloquutiones quibus affirmatur, & scire esse finem demonstrationis, & demonstrationẽ esse medium ordinatum ad scire. ¶ In secunda particula textus (Si igitur ipsum scire, &c.) sequitur secunda definitio demonstrationis quæ est materialis: & cõcluditur ex superiori. Als enim quod si scire est id qđ dictum est, & demonstratio est syllogismus faciens scire colligitur vt demonstratio sit syllogismus procedẽs ex veris & primis medioque vacantibus, notioribus & prioribus ipsa cõclusione, & ex causis eiusdem. Quod perinde est ac si diceres. Si domus est ædificium quod nos á tempestatibus defendat, necesse est vt sit ex lapidibus & lignis. &c. Atqui particulæ definitionis sunt nume

Scire dupliciter.

Tres partículæ definitionis.

Definitio & demonstra.

Definitl. & demõstra. Particul. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero quinque, ideſt, ex veris, & primis, medioque vacantibus, ideſt, carentibus (quod Boetius ait, immediatis) quare primis, & immediatis, non ſunt duæ particulæ (vt aliquit putant, facientes ſex particulas, ſed ſecunda eſt expoſitio prioris. 3 prioribus. 4. notioribus. 5. cauſis. ¶ Reſponder ſtatim Ariſtotel. tacitæ obiectioni. Poſſet enim quis obijcere, quod omiſiſſet præcipuam particulam, ſcilicet proprijs, nam demonſtratio debet reddere propriam cauſam concluſionis. Cui reſpondet, quod ſi principia habeant conditiones poſitas, inde fiet, vt ſint cauſæ propriæ concluſionis. ¶ In tertia particula textus (vera igitur. &c.) explicat ſingulas particulas. Primam probat hoc modo. Concluſio demõſtrationis debet eſſe ſcita: & per conſequens vera: ſed falſum non poteſt eſſe principium & cauſa veritatis: ergo præmiſſæ demonſtrationis debent eſſe veræ. ¶ Quod ſi quis arguat, quod ex falſa poteſt ſequi verum, vt hic: omnis homo eſt Deus, Chriſtus eſt homo: ergo Chriſtus eſt Deus. Reſponderur, quod quamuis ita ſit quod hæc ſit bona conſequentia, tamen præmiſſa falſa non eſt cauſa veritatis concluſionis: non enim quia omnis homo eſt Deus, Chriſtus eſt Deus. Et in demonſtratione non ſolum ex præmiſſis ſequitur concluſio in ſenſu conditionali: ſed etiam in cauſali, ſcilicet, quia præmiſſæ ſunt veræ, concluſio eſt vera, Maiorem, videlicet quod concluſio cuius eſt ſcientia debet eſſe vera, probat: quia quod non eſt, inquit, non ſcitur. Non intelligit, quod non eſt, id eſt, quod non exiſtit: nam habemus ſcientiam de roſa in hyeme quando non eſt. Nominales propterea exponunt ſecundæ intentionaliter, id eſt, falſum non ſcitur. Attamen quamuis hoc ſit verum, tamen Ariſtotel. de rebus loquitur tanquam de obiectis ſcientiæ: & ideo non dixit, quod non eſt verum, non ſcitur, ſed quod non eſt. Senſus ergo eſt, quod id quod rebus ipſis non conuenit, ſciri non poteſt: nam ab eo quod res eſt, propoſitio eſt vera. Et ponit exemplum quod cum diameter non ſit commenſurabilis coſtæ, non poteſt de illo haberi ſcientia. Diametrum non eſſe commenſurabilem coſtæ, non eſt hic locus pluribus verbis explicandi: ſed eſt ſatis quod exceſſus quo diameter excedit coſtam quadrati æquilateri (nam de illo ſolo intelligitur) non eſt aliqua pars aliquota coſtæ, ideſt, nec eſt medietas, nec tertia, nec quarta, nec aliqua pars denominata ab aliquo certo numero: ob id quod diametri ad coſtam nec eſt proportio dupla, nec tripla, nec ſeſquialtera, nec ſeſquitertia, nec aliquo numero denominata: ſed eſt medietas duplæ: quod hic nemo ſit anxius intelligere. ¶ Secunda particula erat (Primis medioq; vacantibus) quã modo exponit per hoc quod eſt (Primis & indemoſtrabilibus) eo namque principium eſt primum, quia medio caret: & eadem ratione eſt indemoſtrabile. ¶ Vbi proinde adnorandum eſt, quod propoſitio immediata (quod nomen à tranſlatione ſtoicꝰ omnes vſurpant) non dicitur propterea quod contineant cauſam proximam concluſionis: puta inter quam & concluſionem non mediet alia cauſa, vt habere pulmoné eſt cauſa immediata reſpirandi: Sed dicitur immediata quia caret medio per quod poſſit demõſtrari: quæ Græci dicitur anameſa. Quod vbique Argyropylus appellat principiũ medio vacãs, ideſt, carens. ¶ Sed eſt ſecundo notandum, quod non eſt neceſſarium omnem demonſtrationem formaliter procedere ex indemoſtrabilibus: alias ſecunda paſſio nunquam demonſtraretur per priorem: cum prior etiam ſit demonſtrabilis per definitionem. Attamen vt ille qui habet demonſtrationem vere ſciat concluſionem, neceſſe eſt quod præmiſſas (ſi quæ ſint demonſtrabiles) vere ſciat reſoluere per alias demonſtrationes vſque ad prima principia. Atque vt ille qui habet decimam demonſtrationem Euclidis, vere ſciat illam concluſionem neceſſe eſt vt ſciat præcedentes omnes demonſtrationes ſaltem habitualiter. Et hoc eſt quod ait Ariſtotel. quia non ſcitur qui demonſtrationem horum, ſcilicet, præmiſſarum, non habet. Cuius rationem ſubdit, quia ſcire non per accidens ea quorum demonſtratio, eſt demonſtrationem habere. Ait, ea quorum eſt demonſtratio: quia dignitates quarum non ſunt demonſtrationes, vere ſine demonſtratione ſcimus. Et ait, non ſecundum accidens, quia illa quorum eſt demonſtratio poſſumus per accidens ſcire ſine demonſtratione, vt ſupra dictum eſt, cum ſcimus hominem per hoc quod ſcimus venientem. Eſt ergo ſenſus Ariſtotel. quod ſi non ſciamus concluſionem niſi ſciamus demonſtrationes præmiſſarum, & demonſtrationes non procedunt in infinitum, ſed deuenitur ad aliqua immediata principia quæ carent medio, neceſſe eſt omnium demonſtrationem aut formaliter aut ſaltem virtualiter procedere ex primis & immediatis. Et hoc eſt quod ait primo. Topico. cap. primo. Demõſtratio eſt ex primis, aut ex his quæ ex primis fidem acceperunt. ¶ Tertia particula erat. (Ex prioribus) ſed quia eſſe priora & notiora conuenit principijs eo quod ſunt cauſæ explicat primo quintã particulam, dicens, q̃ præmiſſæ debent importare cauſam concluſionis: nam vt dictum eſt tunc rem ſcimus cum cauſam eius cognoſcimus. Cum ait demonſtrationem procedere ex cauſis, non ſolum intelligit veras cauſas quæ diſtinguuntur ab effectu: vt interpoſitio terræ eſt cauſa eclipſis Lunæ, & definitio eſt cauſa paſſionis: ſed rationes etiam formales, licet nullo modo diſtinguantur ab illo cuius ſunt rationes, nec propriæ ſint cauſæ, ſicut immutabilitas eſt ratio æternitatis in Deo, vbi proprie nec eſt cauſa nec effectus: & immaterialitas eſt ratio immortalitatis animæ: & in Mathematicis demonſtratio procedit ex cauſis, id eſt, rationibꝰ formalibus. ¶ Et ſubdit quòd ſi præmiſſæ ſunt cauſæ concluſionis, inde fit vt ſint priores quæ erat tertia particula definitionis) nam vt ait in poſtprædicamentis, cap. de Prior. & 5. Metaph. tex. 16. quicquid eſt cauſa alterius, eſt eo prius ſaltem naturæ & per conſequens ſi præmiſſæ ſunt cauſæ cognitionis concluſionis, debent eſſe prius cognitæ quam concluſio, vt ex notis ad ignota procedamus. ¶ Iam exponit dein de quomodo præmiſſæ debent eſſe prius notæ: quia non ſolum debent eſſe notæ quantum ad ſignificationem, ſed quantum ad id quod ſunt, ſcilicet, veræ. ¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd ſicuti ad ſciendum aliquam rem non ſufficit ſcire id quod eſt cauſa, niſi ſciamus illud eſſe cauſam talis rei: ita econuerſo, nec ſufficit ſcire illud eſſe cauſam talis rei, niſi ſciamꝰ illud eſſe verum. Exẽpli gratia. Vt ſciamus eclipſim Lunæ non ſatis eſt ſcire quod terra eſt interpoſibilis inter ſolem & lunam, niſi ſciamus illud eſſe cauſam eclipſis. Sed tamẽ nec rurſus ſufficit, q̃ condition aliter ſciamus, ſi terra interponitur inter ſolem & lunam, eam eclipſari: ſed requiritur quòd ſciamus terram eſſe in rei veritate interponibilẽ: alias eſſet ſcientia ſecundũ quid, puta ex ſuppoſitione. Et hoc eſt qd dicunt Sumuliſtæ, Ad veritatẽ cauſalis non ſatis eſſe bonitatem conſequentiæ (quod ſufficit ad veritatem conditionalis) ſed præterea exigi veritatem antecedentis. Et ideo ſyllogiſmi dialectici non generant propriè ſcientiam, quia procedunt ex admiſſis à reſpondente ſiue ſint vera ſiue non. Et in naturalibus vt quis ſciat in particulari piſces non reſpirare, non ſatis eſt ſcire quod ſi non habent pulmonem non reſpirant: ſed neceſſe eſt ſcire, quòd non habent pulmonem: alias ſolum eſſet ſcire ſecundum quid & in vniuerſali. Et hoc eſt quod dicit hic Ariſtot. quod præmiſſæ ſunt prius notæ quam concluſio: non ſolum quantum ad quid nominis, ſcilicet, quid ſignificãt, ſed quantũ ad quæſtionem an eſt, puta quod ſint veræ: vt eſt ſuperius. text. 2. ¶ In quarta particula textus (Dupliciter autem) quia dixerat principia debere eſſe priora concluſione, diſtinguit dupliciter eſſe aliquid prius alio, vno modo quoad naturam, & altero modo quoad nos. Illa ſunt, inquit priora quo ad nos, quæ ſenſui ſunt propinquiora, vt ſingularia. Illa vero ſunt priora quo ad naturam, quæ ſunt à ſenſibus remotiora, vt vniuerſalia. Et quæ ſunt priora quo ad naturam, ſunt priora ſimpliciter, nam id conuenit alicui ſimpliciter, quod conuenit ſecundum naturam. Priora vero quo ad nos ſint ſecundum quid priora ideſt, vt cadunt in cognitione noſtra. ¶ Sed ſunt hic dubia quatuor. Primo offert ſe ſtatim aduerſus Ariſtotelem qui ſibi ipſe videtur contrarius: nam primo Phyſicorum, text. 2. ait notiora quo ad nos eſſe vniuerſalia & notiora naturæ eſſe ſingularia, hic vero dicit contrariũ. Reſpondetur vt reſponder Sanct. Thom. quod ſingulare vno modo accipitur ſimpliciter pro illo quod cadit ſub ſenſu, vt diſtinguitur cõtra ſimpliciter vniuerſale, quod ſolo intellectu percipitur per abſtractionẽ à conditionibus ſingularibus. Et iſtu modo dicit hic ſingularia eſſe nobis notiora: quia cognitio noſtra pro iſto ſtatu incipit à ſenſu: vniuerſalia vero ſunt notiora naturæ. Nam illa ſunt notiora naturæ, quæ à natura ſunt ſimpliciter intenta (loquitur enim de natura ac ſi ageret per cognitionem, ſicut artifex) artifex autem prius cognoſcit finem ad quem, deinde ordinat media: & ita natura prius intendit ſpeciẽ conſeruare, & ad illũ finẽ producit ſingularia quæ de per accidẽs cadũt in intentione naturæ: ſicut de per accidens cadit ſub intentione artificis hic vel ille lapis ad conſtruendam domum: nam hoc vel illo indifferenter poſſet vti. Nec opus eſt hic accipere naturam pro natura naturante (vt aliqui dicũt) puta pro Deo, qui eſt author naturæ, ſed pro ipſa natura rei ac ſi ipſa cognoſceret & produceret ſe, vt ait Albertus. Alio modo accipitur ſingulare non ſimpliciter, ſed reſpectu magis vniuerſalis: quomodo ſpecies dicitur ſingulare, ſeu particulare reſpectu generis. Et iſto modo dicit primo Phyſicorum, quod magis particulare eſt notius naturæ: & ſimpliciter, quia in intentione naturæ principalior finis eſt ſpecies quam genus, prius enim intendit homine aut equum. &c. quam animal. Sed in cognitione noſtra prius ſunt magis vniuerſalia quæ illic vocat Ariſt. magis confuſa. Nam licet cognitio noſtra incipiat à tenui, & per conſequens prius percipiat res ſingulares vt ſunt in materia ſenſibili, tamen de illis prius formãt ſingulare vagum magis commune, quam minus commune. Itaque ſenſus non percipit niſi hoc animal quod videt, ſed prius cum videt à remotis cognoſcit hoc eſſe ens, mox per motum hoc eſſe animal, deinde per figuram hoc eſſe hominem, & tandem de facie hunc eſſe Socratem. Vnde licet ſenſus non formet notitias, niſi ſingulares in ſupponendo tamen prius formatur ſingularea vagas vniuerſaliores in ſignificando. ¶ Et per hoc ſoluit ſecundum dubium quod eſt hoc. Illic enim dicit innatam nobis eſſe viam à natura vt ex notioribus nobis procedamus: vnde videtur ſequi quòd debemus procedere à ſingularibus ad vniuerſalia: hic vero, vt videbimus ſtatim capit. 4. dicit quod demonſtratio ſimpliciter non eſt niſi ex vniuerſalibus. Reſponderur tamen, quod illic ſolum dicit, quod in acquiſitione ſcientiarum debemus procedere prius ex principijs vniuerſalioribus (ſicut prius de re viſa formamus, hocens, quam hocanimal, aut hic homo) vt prius in genere debemus tractare de ente naturali, & de materia & forma in communi, & de motũ in communi, quæ ſunt notiora, quam de cœlis in particulari, aut de anima, aut de generatione. &c. ſed tamen cum hoc ſtat, quod omnis ſcientia debet tractare de rebus abſtrahẽdo à conditionibus ſingularibus: nam tractat de rebus vt ſunt perpetuæ. Et hoc eſt quod dicit hic, videlicet, quod omnis demonſtratio debet procedere ex vniuerſalibus. Quare ſenſus non facit demonſtrationes nec habet ſcientias: ſed ſolus intellectus cuius eſt abſtrahere à ſingularibus. ¶ At tertium eſt hic maius dubium, Si omnis demonſtratio, vt proxime dixerat Ariſto. debet procedere ex cauſis, vt quid ingerit ſermonem de prioribus quo ad nos? nam priora quo ad nos ſunt effectus: vt eclipſis Lunæ quã nos ſentiamus eſt effectus interpoſitionis terræ: quare ex prioribus quo ad nos nulla poteſt fieri demonſtratio. Reſpondetur, quod hic incipit inſinuare Ariſtotel. diuiſionem demonſtrationis propter quid & quia eſt, quam capit. 10. text. 30. eſt explicaturus. ¶ Vbi adnotandum eſt, quod cauſa duplex eſt. Alia eſt cauſa rei, puta vt res ſit: alia eſt cauſa veritatis, puta cauſa aſſenſus concluſionis. Et differt hoc modo inter demonſtrationem propter quid, & quia eſt, quòd in demonſtratione propter quid cauſæ rei puta cauſa eſſendi, ſunt partes cauſæ cognoſcendi, ſcilicet, cauſa veritatis concluſionis: iuxta illud. 2. Metaphyſicorum, text. 4. eadem eſt cauſa eſſendi & cognoſcẽdi: ſed in demonſtratione, quia, cauſæ cognoſcendi, ſcilicet cauſæ veritatis concluſionis, non ſunt cauſæ rei quo ad eſſe: ſed potius effectus. Et ideo omnis demonſtratio procedit quidem ex prioribus ſcilicet, demonſtratione propter quid, ex prioribus quo ad naturam: & demoſtratio quia eſt, ex prioribus quo ad nos. Item omnis demonſtratio procedit ex cauſis cognoſcẽdi, ideſt, ex cauſis produciuis aſſenſus concluſionis. Sed tamen non omnis procedit ex cauſis eſſendi: ſed ſola demonſtratio propter quid: vt ſi dicas, omne animal reſpirans habet pulmonem: homo eſt animal reſpirans: ergo præmiſſæ ſunt cauſæ aſſenſus concluſionis, ſed tamen reſpirare non eſt cauſa, ſed effectus pulmonis. Quamobrem demonſtratio, quia, non facit ſimpliciter ſcire: quia non reddit cauſam rei quod requiritur ad ſimpliciter cognoſcendum rem. ¶ Hoc poſtea dilatabit infra in Ariſtore. manifeſtans, q̃ demonſtratio propter quid poteſt procedere ex genere cauſæ efficientis formalis & finalis. ¶ Quartum dubium eſt circa id quod ait Ariſtotel. ſcilicet, quod priora quo ad naturam & priora quo ad nos opponuntur. Primo quia non videtur qua oppoſitione opponatur. Et præterea quia commentator. 1. Phyſicorum comm. 1. aſſerit quòd in mathematicis eadem ſunt priora quo ad naturam & priora quo ad nos. ¶ Reſpondetur, quòd priora naturæ & priora nobis in naturalibus opponuntur relatiue: ſicut cauſa efficiẽs & effectus nam effectus ſunt priores nobis, & cauſæ priores naturæ. Sed tamen quia Mathematicæ ſcientiæ abſtrahũt, non ſolum à ſingularibus

Exveris. Particul. 3.

Diameter.

Ex immediatis.

Ex

Ex cauſis.

Ex prioribus.

Priora dupliciter, Quarta particula.

Dubiũ. 1.

Dubiũ. 2.

Dubiũ. 3.

Demõſtra. propter qd & quia.

Dubiũ. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus sicut reliqua scientiæ sed à materia sensibili (in quo differunt à scientijs naturalibus) tractant enim non de triangulo aut circulo lapidis vel argenti vel liguised de triangulo, abstrahendo à quacunque materia vnde sit, vt illis non distinguatur prius quo ad nos, & quo ad naturam (nam priora quo ad nos sunt sensibilia) sed causæ formales per quas demonstrant Mathematici sunt priores naturæ & etiam in cognitione nostra. Prius enim suapte natura intellectu percipimus, à quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducl, deinde lineam rectè cadentem super lineam rectam angulos vtrinque æquales constituere, & ita consequenter ordine ipso naturæ procedit etiam cognitio nostra. ¶ At vero quia principia prima non videntur esse principia priora rei, cum tamen demonstratio debeat procedere ex proprijs, hoc soluat statim Aristo. dicens, quod principium primum est principium proprium. ¶ Sed arguitur hoc esse falsum. Dicimus enim primum principium intrinsecum, demonstrationis illud in quo prima passio affirmat de definitione: vt omne animal rationale est discursiuum: vnde prouenit quod prius cognoscat causam quam effectum & inde quod sit admiratiuum, & inde tandem quod sit risibile. Vbi apparet, quod illud principium, quod est primum immediatum, sit remotum respectu vltimæ passionis, puta risibilitatis, ergo videtur quòd no sit propria causa illius, nam idé videtur esse causa propria, & causa proxima est. Respondet tamen Aristo. quod principium immediatum quamuis sit remotum respectu secundæ vel tertiæ passionis, nihilominus est proprium principium eius, nam vt ipse docet secundo Metaphy. text. 6, quod est primum in vnaquaque re, est posterorum propria causa. Vt in genere calidorum ignis calefacit ferrum & ferrum, aquam: & aqua, manum: calorem ergo manus, ignis est proprium principium, in cuius virtute mediæ causæ agebant. Quare, esse animal rationale, est propria causa omnium passionum quæ homini conueniunt: non obstante ordine, quo per priores passiones est causa posteriorum: nam vt hic inquit Albertus, prima principia licet sint remota appropinquant tamen ad effectum per principia intermedia. Hinc dissoluitur dubium hoc, quod videtur Aristo. per inutilem repetitionem dixisse, ex primis & ex prioribus: nam primum est superlatiuum de ly prius: postquam ergo dictum est, ex primis, negatio est addere, ex prioribus. Quamuis enim alij aliter soluant est tamen manifesta responsio: nam quod dixerat, ex primis, intimauerat generaliter principia quæ formaliter intrant demonstrationem, aut alia in quæ præmissæ demonstrationis resoluuntur. Sed cum alt, ex prioribus, explicat particulariter præmissas formales demonstrationis: quæ omnes debent esse priores conclusione: licet non sit necesse quod sint primæ, sed satis est, quod reducantur ad primas. ¶ In quinta particula huius capitis. (Est autem demonstrationis principium) exacte Aristoteles Definit demonstrationis principia. At occasione illius exponit octo nomina. Primum est ly principium. Principium enim, inquit, est propositio medio vacans (quod Boetius dicit, immediata) ea vero, inquit, medio vacat, qua non est alia prior. Vbi notandum est, quod propositio immediata dupliciter potest intelligi, vt dicit Albertus: vno modo respectu conclusionis: quæ quidem est propositio reddens proximam causam conclusionis: licut esse admiratiuum respectu huius quod est esse risibilem. Et alio modo propositio est immediata, quia non habet aliam

Primum prin.

Prin. immed.

Dubiũ. 5.

Quinta particula.

priorem per quam demonstretur. Albertus videtur in hoc esse ambiguus: sed alij dicunt, quod accipitur hic propositio immediata primo modo: & quod intendit Aristotel. docere quomodo omnis demonstratio debet formaliter procedere ex proximis principijs conclusioni: puta inter quæ & conclusionem non sit medium. ¶ At vero quamuis tradita sit quod demonstratio, vt sit euidens, debet procedere ex proximis causis, tamen Aristot. non vocat propositionem immediatam illam, quæ est conclusioni proxima. Primo, quia propositio proxima conclusioni non semper est prima: nam prima cum sit superlatiuum, dicit negationem prioris: vt expresse hic dicit Aristo. Item quia superius, docens demonstrationem debere procedere ex primis, exposuit se, dicens, quod alias nullus scit conclusionem nisi præmissas sciat reducere in primas & in demonstrabiles: propositio vera proxima conclusioni, sæpissimè est demonstrabilis. ¶ Dicendum est igitur, quod propositio immediata est illa cuius prædicatum inest subiecto per se primo sine aliquo medio: vt illa in qua prima passio prædicatur de definitione aut definitio de specie, vt omne animal rationale est discursiuum (si demus illam esse primam passionem) nam statim sine medio ex hoc quod est rationale, conuenit vt sit discursiuum & hæc, homo est animal rationale, nam definitio per se primo conuenit speciei. Et ideo dicitur immediata seu medio vacans, quam inferius Aristotel. capite 4. vocat per se primo. quia scilicet inter prædicatum & subiectum nullum est medium. Vbi vero passio secunda vel tertia prædicatur de definito: est propositio mediata, vt animal rationale est risibile: quia prædicatum non conuenit subiecto immediate, sed per aliam mediã passionem, scilicet, quia est admiratiuum. Et ideo talis propositio est demonstrabilis per illud medium, scilicet, omne animal admiratiuum est risibile: omne animal rationale est admiratiuum: ergo. Et pariter vbi definitio prædicatur de indiuiduo est mediata: quia Petrus non est animal rationale nisi quia est homo: & ideo, Petrus est animal rationale, demonstratur per medium, homo, scilicet, omnis homo est animal rationale, Petrus est homo, ergo. ¶ Et hoc est hic attente aduertendum pro arte posteriorista, quòd illud medium ratione cuius prædicatum alicui⁹ propositionis inest subiecto, vniuersaliter est medium ad demonstrandum talem propositionem, ꝙ si prædicatum sine medio inest subiecto illa est immediata medio carés: & per consequens est indemonstrabilis. ¶ Quod si quis arguat contra hoc probando, ꝙ nullum principium intrinsecum demonstrationis sit immediatum: quia maxime illud in quo prima passio prædicatur de definitione: sed principia extrinseca per se nota & dignitates (vt quodlibet est vel non est) & similia, sunt priora. Ad hoc respõdebitur satis in parte. 6. & 10. quæst. 2. ¶ At quia in definitione principij ponitur propositio, occasione eius exponit quid est propositio dialectica, quid demonstratiua, quid enuntiatio: quid contradictio, quid affirmatio & quid negatio. ¶ Ad quorum notitiam notandum est, quod Paulus Venetus & alij patant: quòd enuntiatio est disiunctiua ex duabus contradictorijs: qua de causa propositio dicitur hic esse altera pars. (scilicet, categorica) enũtiationis. Sed tamen profecto enuntiatio, de se non dicit esse disiunctiuam aut constantem ex contradictorijs: nam. 1. Perihet. definit Aristotel. quòd enuntiatio est omnis oratio in qua est verum vel falsum: quam deinceps diuidit in affirmatiuam & negatiuam

Propositio immediata.

& hic

& hic est, quòd enuntiatio est contradictionis vtraque pars. Et ideo tam affirmatiua categorica quàm negatiua sorsum est enuntiatio. ¶ Igitur notanda est differẽtia inter quatuor hic nomina. Enuntiatio: Problema, Propositio Conclusio. Enuntiatio est ratio verum vel falsum significans quæ assertiue aut negatiue & per modum sententiæ profertur: vnde & pronuntiare sententiam dicimus. Problema vero vt colligitur ex Aristo. in Topicis capi. 9. est oratio quæ in medium proponitur tanquam dubia, vt disputatione iactetur, probatio enim idem est quod, in medium profero, seu facio. Sed propositio quamuis inter Summulistas pro eodem accipiatur pro quo enuntiatio, est tamen enũtiatio quæ proponitur vel assumitur tanquam præmissa ad inferendum aliud. Conclusio vero est enuntiatio quæ ex alijs infertur. Itaque cum propositio quam conclusio est species enuntiationis, tuo sola ratione differt ab enuntiatione, quia vtraque profertur assertiue vel negatiue: nisi quòd propositio connotat vt sit præmissa, & conclusio quòd probata: sed enuntiatio abstrahit ab vtroque, vnde quomodo est conclusio potest in alio syllogismo esse propositio. Problema vero non est enuntiatio, quia non proponitur assertiue, sed dubitatiue per modum disiunctionis scilicet, vtrum bona corporis sint pars felicitatis, necne. ¶ Propositio vero dialectica (quam Argyropylus appellat propositionem dilirendi: nam dialectica idem est quod diserendi: seu disputandi scientia) & propositionem demonstratiuam, quã appellat propositionem demonstrandi. Propositio dialectica est propositio probabilis siue vera sit, siue falsa, vt habetur primo Topic. ca. 1. id est, quæ plurimis aut sapientibus apparet. Propositio vero demonstratiua est solum propositio vera, imo necessaria. Ait ergo Aristote. quod propositio est altera pars enuntiationis. Pars scilicet subiectiua sicut homo dicitur pars animalis, quia est species eius, idest, est enuntiatio affirmatiua vel negatiua. Addit tamen, vnum de vno complectens idest, significans, ad excludendum propositionem plures ex terminis equiuocis: quæ nocet idonea syllogismo antea quã distinguatur in suas æquiuocationes. Talis propositio (inquit) differendi, Idest, dialectica est quæ vtranuis partem accipit, id est, indifferenter affirmatiuam vel negatiuam, veram vel falsam, dummodo sit probabilis. Demonstratiua vero est illa solũ quę determinate est vera: nã ex duabus cõtradictorijs necesse est alteram esse veram. Non ergo est sensus, quod vnius certi syllogismi dialectici vtraque contradictoriarum sit simul præmissa aut conclusio (illud enim non est possibile) sed ex duabus contradictorijs vtrumque potest esse idonea ad syllogismum dialecticum: vt si dicẽ nauale bellum erit eras, nullum erit nauale bellum eras, quælibet pars est propositio dialecti ca: & neutra est demonstratiua. Sed si dicas, eras orietur Sol, non orietur Sol eras, affirmatiua est naturaliter demonstratiua: sed negatiua, nec est demonstratiua nec dialectica. ¶ Contradictio inquit est oppositio cuius pars est medium nullum est, id est, est oppositio inter duas propositiones inter quas nullum est medium: sed si vna non est vera, alia est vera ad differentiam contrariarum, quarum vtraque est falsa & si vna non est falsa, alia est falsa: ad differentiam subcontrariarum. Imo subtiliter ponitur differentia inter contradictionem & alia genera oppositionum: non inter videns & cæcum priuatiue opposita, licet non sit medium in subiecto proprio puta apto ad videndum, tamen simpliciter est medium in caro ante nonum diem, vel in talpa vel in lapide: quoniam est videns nec cæcus. Et inter duplũ & subduplũ, relatiue opposita est medium ter quia: qui cum sit indiuisibilis, nec est duplus nec subduplus: & inter album & nigrum, quæ sunt contraria, est medius color qui nec est albus nec niger. Et quamuis sint aliqua contraria immediata, quæ scilicet non habent medium in subiecto proprio, vt sanitas & ægritudo in animali, tamen lapis nec est sanus formaliter nec ægrus: & quod in subiecto proprio non habeant medium, est in quantum participant aliquid de contradictione, nam cæcus est qui non videt, & ager qui non habet debitam proportionem in qua est sanitas. Contradictio vero & in quocunque & per se non habet medium. ¶ Postremo definit affirmationem & negationem: quæ definitiones per se lucescunt. ¶ In sexta particula (Principiorum autem) diuidit Aristotel. Prima principia in positiones & dignitates: & rursus positiones in positiones simpliciter, & suppositiones. Ait ergo, quod principiorum medio vacantium idest, quæ sunt prima & indemonstrabilia id quidem positio dicitur quod fieri nequit vt demonstretur, quodque non necesse est cum habere qui discere aliquid instituit: id vero quod omnes habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitates appellamus. In exemplaribus quæ nunc emendantur habentur, hic locos est depravatissimus: ad pro eo quod est, positio habere positionem, & pro eo quod est eam habere qui discere quid instituit, haberat, eam differe quid instituit habere. Quæ propinquad Græcum nos exemplar reuocauimus. Sit ergo sensus Aristote. quòd ex principijs indemonstrabilibus aliqua sunt quæ dicitur positiones, alia vero quæ dicuntur dignitates. Dignitas est principium indemonstrabile, quod naturaliter necesse est cum habere, qui discere vult aliquam scientiã antequam doctorem audeat. Positio vero est principiũ indemonstrabile quod non est necesse naturaliter cum habere, qui vult scientiam aliquam discere, sed illud à doctore illius scientiæ recipit. ¶ Ad cuius euidentiam notandum est, quod quamuis omnis propositio immediata, idest, cuius prædicatum per se primo inest subiecto, quantum est ex natura sua sit per se nota: tamen nõ omnibus talis est per se nota nobis: propterea quod termini illius non sunt omnibus per se noti. Aliæ vero sunt quæ non solum ex natura sua, sed nobis etiam sunt per se notæ: quia termini, idest, extremalitates propositionis sunt omnibus notissimæ: quod enim primo de vnaquaque re cognoscimus est, esse aut non esse, ideo hæc appellatur dignitas quia digno, est cui apprehense omnes statim ex termini assistentiam sine doctore. Et hæc dicitur simpliciter per se nota. Tamen inter dignitates sunt gradus: nam alia est dignitas vniuersalissima vt illa quę modo dicta est, alię vero sunt dignitates particulariter certo facultatis scientes, vt omne totũ est maius sua parte, in mathematicis: corpora naturalia mouentur, in philosophia naturali. At vero illa, anguli recti sunt æquales, quamuis natura sua sit per se nota, tamen æqualitas est de definitione anguli recti (est enim angulus rectus quem facit linea recta cadens super lineam rectam æquales vtrinque angulos constituens) tamen illa non est per se nota nobis: quia rusticus, quantumlibet sit latinus, non naturaliter iudicabit esse veram, nisi geometra eam explicauerit & alt

Demonstratiua.

Contradictio.

Enuntiatio

Dignitas.

Positio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo modo probauerit. Et ratio est, quia definitio auguli recti, non est per se nota nobis. Quo circa nec est demonstrabilis, cum sit immediata, nec rursus est dignitas: sed dicitur positio quam doctor statim proponit & exponit discipulo. Eodem modo in medicina potio est, quod contraria contrarijs curantur, & in philosophia naturali, quod corpora naturalia constant ex contrarijs. Ecce quemadmodum discipulus, dignitates quidem naturaliter per se nouit: positiones vero a doctore recipit. Est autem aliud genus suppositionum non simpliciter, sed secundum quid: nempe quæ in vna scientia supponuntur, sed probantur in alia. Supponit enim geometra a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam duci, quod tamen probat Philosophus naturalis quinto Physicor. textu. 29. eo quod duo puncta non possunt esse immediata, sed inter duo quælibet mediat linea recta. Et musica & perspectiua multa supponunt ex suis subalternatibus, Arithmetica & Geometria.

¶ Subdiuidit mox Aristotel. positionem in eam quæ simpliciter dicitur positio & suppositionem. Ait enim, quod si id quod ponitur a doctore est propositio, siue affirmatiua siue negatiua, appellatur suppositio, vt sunt exempla modo posita: si vero non sit propositio, sed definitio non significans vere vel falsè, est positio, non tamen suppositio. Vt arithmeticus ponit definitionem vnitatis aut puncti. Et ratio est: quia nomen, suppositio, sonat subiectionem subiecti ad prædicatum: & ideo non dicimur supponere, nisi quando supponimus aliquid esse verum vel falsum: quando autem ponimus, quod definitio hominis sit animal rationale, nihil supponimus esse verum: cum definitio non sit propositio: sed explicamus rei quidditatem.

¶ Quod si quis arguat Aristotelem male subdiuidere positionem in definitionem & suppositionem: nam omne principium (vt videtur insinuasse Aristoteles) est propositio: puta propositio immediata: sed propositio est species principij (nam diuiditur principium in positionem & suppositionem) ergo omnis positio est propositio, & definitio nó est propositio ergo nec est positio. Dupliciter & bene respondet Sanct. Tho. Primo, quod no omne principiū debet esse propositio: imo definitio est principium. Et secūdo quāuis omne principiū sit propositio & definitio nō sit propositio tamen habita definitione, statim constituitur principiū immediatum in quo definitio prædicatur de specie.

7. Particul. Ex notioribus. ¶ In septima & postrema particula huius capitis (Cum autem credere. &c.) Aristotel. tandem probat quartam particulam definitionis, ex notioribus. Et artificiose intendit duas probationes: probat enim præmissas esse notiores conclusione: primo, quia sunt causæ: secundo: quia sunt priores. Ait enim, quod si rem, id est, conclusionem scimus propter demonstrationem, hæc vera est: quia sunt ea ex quibus extruitur hoc est. Demonstratio vero eo est scientiam generans, quia præmissæ ex quibus procedit sunt veræ, necesse est, non solum illas præmissas esse notas in veritate, verum esse notiores quam sit conclusio. Nam semper (inquit) illud est magis tale propter quod vnumquodque aliud est tale. Velut si propter Deum diligimus proximum, Deum certe magis diligimus quam proximum. ¶ Secundo illic (fieri autem. &c.) probat præmissas esse notiores conclusione, eo quod sunt prius cognitæ. Et ratio est hæc. Ea quæ homo antea scíuit, necesse est meliùs credat & allentiat quam ea quæ antea non sciuit: sed præmissas antea sciuit quam conclusionem: ergo notiores sunt præmissæ quam conclusio. At quia poterat quis obijcere præmissas non proprie sciri (nam assensus præmissarum non vocatur scientia sed intellectus) ideo, insinuans, quod ille assensus est melior dispositio quam si esset scientia, format sic rationem, fieri non potest vt ea quisque magis credat quæ antea nesciuit, & circa quæ nec habuit scientiam neque intellectum (qualis est conclusio) quam ea quorum habuit scientiam vel intellectum (quales sunt præmissæ. &c.) Et nequis rursus obijceret: quod non omnes præmissas scimus ante conclusionem (nam superiori capite text. 3. diserat quod solum maiorem scimus ante conclusionem minor emvero simul) propterea restringit se videlicet, quod necesse est vel omnes vel saltem aliquam præmissam esse notiorem conclusione: minãs forte quod minor non semper est notior. Scienti nanque omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, non est necesse vt potius sit hunc triangulum esse triangulum, quam eum habere tres angulos. &c. At vero quo modo intelligatur præmissas esse notiores conclusione, quæstione secunda expressius disputabitur. ¶ Concludit demum, quod ei qui per demonstrationem scientiam est habiturus, necesse est non solum præmissas esse magis notas conclusione, verum nihil esse certius quam quod opposita illarum sint falsa: nam qui dubitat de contradictorio alicuius propositionis, nequit de tali propositione esse certus.

Quod non omnium sit demõstratio.

Cap. III.

SVNT autem, quibus propterea quod ipsa quoque principia sciẽtia tenere oportet, non videtur esse scientia: sunt etiam, quibus esse quidem videtur, demonstrationes tamen omnium esse: quorum neutrum sane verum, aut necessarium est. Qui nanque scientia omnino non esse ponunt, ij ascendendum esse in infinitum censent propterea quod posteriora non sciuntur ob ea priora, quorum primo non sunt: recte quidem dicentes. Fieri enim nõ potest, vt in infinita quisquã pertranseat. Quod si statur, ac principia sunt, hęc incognita dicũtur esse, cum ipsorũ non sit demõstratio: quod quidem solũ inquiũt esse scire. Quod si fieri nõ potest, vt prima sciãtur, neq; fieri posse dicunt, vt ea quæ ꝑ sicsũtur ex illis sciant simpliciter, ꝑprieue: sed ex suppositione dũtaxat, nẽpe si illa sint. At secũdi de modo quidẽ sciẽdi cũ sentiunt, per demonstrationẽ enim solum esse scientiã dicũt. verum omnium demonstrationẽ esse nihil inquiunt Tex. vj.

quiunt prohibere. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modo versetur omniaque mutuo demonstrentur. ¶ Nos autẽ dicimus, nec omnẽ scientiã esse demõstratiuã: sed eorũ quę medijs vacant, in demõstrabilẽ esse, quod quidem necessarium esse patet. Nã si necessarium est vt priora sciantur, & ea ex quibus cõficitur demõstratio: statur autẽ tandẽ in hisce quæ vacant medijs, hæc in demonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicim⁹, & non solum scientiã, sed & principium sciẽtiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. ¶ Et etiam patere dicimus, fieri non posse, vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationẽ ex prioribus oportet ac notioribꝰ esse. Fieri enim nequit vt eisdem eadem simul priora sint, atque posteriora, nisi altero modo: veluti si alia nostra ex parte alia simpliciter dicantur quoquidem modo facit inductio notum. Quod si ita sit, non bene est ipsum simpliciter, scire, definitũ sed est sane duplex. An altera demõstratio ex hisce quæ nobis sunt notiora, quæ sit simpliciter, demõstratio nõ est? ¶ Euenit autẽ hisce qui dicũt demonstrationem circulo versari, non solum id quod nunc est dictum: sed etiam nihil aliud vt dicat, quam si hoc est, hoc est, hoc vero pacto facile est omnia demõstrare. Atque patet, id ipsum accidere tribus positis terminis. Siue em per multos, siue per paucos redire dicatur, nihil profecto refert, per pauciores autem quam duos. Nam quando cũ. a. sit, est necessario. b. & b. cum sit, est necessario. c. tunc cum. a. sit, necessario. c. ipsum erit, si igitur cum. a. sit, necesse est. b. & cum. b. sit, necesse est esse. a. hoc enim erat circuli modo versari. Ponatur. a. in loco, quo ipsum est. c. Dicere igitur cum. b. sit. a. ipsum esse nihil aliud est, quam dicere cum. b. sit. c. ipsum esse. Id autem nihil aliud est, quam dicere cũ. a sit. c. ipsum esse. At idem est. c. &. a. quare fit, vt hi qui censent orbis modo demonstrationem versari, nihil aliud dicant, quam cum. a. sit. a. sit ipsum esse. Hoc vero pacto facile demonstrare est omnia. ¶ At vero nec idipsum, fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur qualia sunt ipsa propria. Demõstratum est igitur prius, vno quidem posito nunquam, nec cessario aliquid aliud esse: vno inquã, aut termino, aut positione vnaẽ duabus autẽ positionibus primis, ac minimis fieri posse, siquidem. & ratiocinari contingit: Si igitur. a. &. b. &, c. mutuo se sequantur: sic tantum fieri potest vt ostendantur ex sese mutuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura postulata sunt, vt in libro de syllogismo ostendimus, quo loco etiam patuit ceteris in figuris aut ratiocinatio nẽ hanc nõ fieri, aut hisce quę sunt sumpta nõ fieri. Ea vero, quæ prædicationem non suscipiunt mutuam, fieri non potest vt mutuo demonstrentur. Quare cùm in demonstrationibus pauca talia sint, constat vanum esse ac impossibile, demonstrationem esse censere, atq; ob idipsum potest demonstrationem omnium esse.

IN capite hoc tertio, qui sextus est textus Aristo. extirpat duos errores Philosophorum quos ex definitione demonstrationis concipiebant. Ex illa nanq; determinata veritate quod oportet principia ante cõclusionẽ cognoscere & quod nulla est scientia nisi præmissæ ad prima vsque principia resoluantur, quidem eliciebant nullam esse possibilem scientiam: alij vero cõcedentes possibilem esse scientiam, inferebant contingere circulariter demonstrari. puta. a. conclusionem, per. b. &. b. rursus per. a. Atqui amb⁹ isti errores ex vno communi falloque fundamento pullulabant: videlicet quod nihil contingit scire neque euidenter cognoscere nisi per demonstrationem. ¶ Continet ergo hoc capitulum particulas quinque. In prima explicat errores istorum. Ait enim, quod negantes scientiam esse, hac ratione mouẽtur. Aut principia demonstrationis procedunt in infinitum, ita vt posteriora demonstrẽtur per priora & illa per alia priora. &c. & inde recte colligebant, inquit Aristoteles: nihil posse sciri: nam tunc non daretur aliquod primum principium vnde scientia inciperet: & cum infinita non sit possibile scire, tunc nullum principium sciretur: quia posteriora non sciuntur nisi scitis prioribus. Aut non procedunt in infinitum, sed deuenitur ad prima principia: & tunc si illa sunt prima, non habent priorem demonstrationem: & per consequens non sciuntur, quia nihil putabant sciri posse nisi per demonstrationem. Quod si prima non sciuntur, tunc nec posteriora simpliciter sciuntur: sed scirentur solum ex suppositione. Explicuimus enim superius, quòd licet quis sciat conditionaliter quod si terra interponitur inter Solem & Lunam eclipsatur, non scit simpliciter Lunam eclipsari, nisi cum hoc simpliciter sciat terram posse interponi. Prima particula.

¶ SECVNDI vero philosophi hoc mouebantur paralogismo. Censebant enim, & scientiam esse possibilem, & nihil posse sciri nisi per demonstrationem: vnde interebant ômnium principiorum esse demonstrationem: si enim, a. scitur per b. necesse est scire. b. & per consequens illius esse demonstrationem. At vero, vt processum euitarent in infinitum, dicebant, quod. a. demonstratur per. b. &. b. forsan per. c. sed. c. rursus per. b. &. b. per. a. quod est circulariter demonstrare.

¶ IN secunda particula textus. (Nos autem dicimus) euellit Aristoteles primum fundamentum, videlicet, quod nihil contingit scire nisi per demonstrationem: asserens aliqua esse prima principia immediata & indemonstrabilia. Quare licet præmissæ demonstrabiles resoluantur in alias priores, & illæ forte in alias: standum tamen est in primis quas scimus, non per demonstrationem, sed statim cognitis Secũda particula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminis. Appellat hic Aristote. scientiam generaliter, euidentem cognitionem: siue fiat per demonstrationem (quæ propriè est scientia) siue statim per apprehensionem terminorum (quæ cognitio dicitur intellectus) vt est cognitio huius, quodlibet est vel non est: aut huius, omne totum est maius sua parte. quam dicit Aristo non esse scientiam sed proprium scientiæ, idest, aliquid altius quam scientia. Et hæc inquit cognoscimus eo, quod terminos cognoscimus (quod Boetius vertit, inquantum terminos cognoscimus.) Et ita euitatur processus in infinitum, & saluatur scientiam esse. Et hæc est definitio propositionis per se notæ. Est nanque propositio cuius assensus ex sola notitia terminorum producitur. In tertia particula (Et etiam patere dicimus) incipit reprobare errorem secundum puta quod sit possibilis circularis demonstratio. Et demonstrat hunc esse errorem tribus rationibus: quarum prima sumitur ex eo quod demonstratio procedit ex prioribus ac notioribus conclusione. Ait enim, quod si datur demonstratio circularis: tunc idem esset prius & posterius alio: nam si. a. demonstraretur per. b. b. est prius: & si. b. demonstratur Per. a. b. etiam est posterius. At quia posset quis ex superioribus respondere nō esse inconueniens, vt idem sit prius quo ad nos & posterius quo ad naturā, sicut singularia per quæ fit inductio sunt priora nobis & posteriora naturæ: excludit hāc responsionem, dicens, quod si hæc demonstratio quæ procedit ex prioribus nobis faceret scire, tunc non bene supra definitum esset scire, vbi dictum est scire esse rem per causas cognoscere: nam talis demonstratio non procedit ex causis, sed ex effectu. Quo circa dicendum esset duplex esse scire, scilicet aliud per causam & aliud per effectum: quod tamen est falsum: nam scire ab effectu: non est scire. Cognoscere enim per fumum, quod ignis calefacit non est scientia sed experientia: quia non scitur per definitionem ignis. Concludit ergo, quod demonstratio quæ procedit ex prioribus quo ad nos non est simpliciter demonstratio. Et concluditur interroganter per particulam, an, quæ æquiualet negationi. Loco de ly an, substitue, at, critque contextus perspicacior. Hinc infert Sanct. Thom. quod in syllogismo dialectico nihil vetat quin detur circulus in diuersis generibus causarum: quia syllogismus dialecticus, cum non semper faciat scire, non est necesse vt procedat semper ex cau-

Propositio per se nota. Tertia particula.

Quarta particula.

sis. ¶ In quarta particula. (Euenit autem) formatur secundam rationem. Ait enim perinde esse circulariter demonstrare ac si quis demonstraret idem per idem, scilicet, hoc est, quia hoc est: quo pacto facile, inquit, esset omnia demonstrare. Et hoc inquit patere potest in tribus terminis. Nihil enim refert per plures an per paucos redire dicantur, idest, circulus fiat quod Boetius vertit, reflectere. ¶ Ad intelligentiam huius textus, qui obscurus est, demus circulum fieri, in tribus his terminis. a. b. c. Vt quia. a. est. b, est, & quia. b. est. c. est: vnde directe sequitur de primo ad vltimum. quia. a. est. c. est, vt infert Aristot. ponitur enim in textu, cum, & secundum Boetium, si, pro quia: tunc si datur circularis demonstratio demonstretur circulariter. b per. c. & a per. b, scilicet quia. c. est. b. est, & quia. b. est. a. est. Et de primo ad vltimum circulariter, quia. c. est. a. est. Eadē ratione incipiendo. a. b. sequitur, quia. b. est. c. est, & quia. c. est. a. est. vt modo inferebamus: ergo quia. b. est. a. est. & per consequens primus circulus trium terminorum reductus est ad duos scilicet, quia. a. est. b. est: & quia. b. est. a. est: & hoc est quod dicit Aristotel. ponatur. a. in loco quo ipsum. c. est: idest loco. c. quod est dicere sicut prius inferebatur: quia. b. est. c. est, inferatur. a. b est. a. est Rursus eadē arte sequitur de primo ad vltimum, quia. a. est. b. est, quia. b. est. a. est: ergo quia. a. est. a. est. nam sicut in tribus terminis sequebatur quia. a. est. b. est, & quia. b. est. c. est, ergo quia. a. est. c. est: ita (postquam. a. ponitur loco de ly: c.) pariter sequitur, quia. a. est. b. est, & quia b. est. a. est: ergo quia. a. est. a. est. Atque adeo tandem circulus reducitur ad idem vel idem: quod erat intentum Aristotel. Atqui propterea præmiserat, quod nihil refert siue per multos siue per paucos terminos redire circulus dicatur: etiam per pauciores quam duos: puta per vnum. In versione Boetij habetur, per paucos aut per duos, & quamuis litera Græca vtranque traductionem admittat tamen hæc Argyropyli significatius explicat mentem Aristotel. ¶ In quinta & postrema particula: (At vero) subiungitor tertia ratio, quæ talis est, Admittentes circulum in demonstrationibus eo id opinantur, vt faluent omnia posse demonstrari: & ideo debent consequenter dicere, quòd cuiuscunque demonstrationis ponunt ambæ præmissæ demonstrari per circulum: hoc tamen est falsum: imo solum in primo modo primæ figuræ potest esse circularis demonstratio: & adhuc vbi medium & ambæ extremitates sunt tres termini cōuertibiles: ergo vana est istorum opinio. Ad manifestationem minoris supponit Aristotel. ex libris Priorum quod demonstratio sicut omnis syllogismus, non procedit ex vna sola propositione aut vno solo termino, sed ex tribus terminis duas propositiones coponentibus. Supponit Secūdo (quod. 5. tio. Summa. late monstratum est) quod circularis syllogismus tunc fit, quando ex conclusione & altera præmissarum, aut eius cōuertente, infertur altera præmissa. Vt data ista demonstratione, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis ex conclusione & minore simpliciter cōuersa infertur circulariter maior hoc modo, omnis homo est risibilis omne animal rationale est homo, ergo omne animal rationale est risibile. Et ex maiori simpliciter conuersa & conclusione, inferetur circulariter minor hoc modo: omne risibile est animal rationale, omnis homo est risibilis: ergo omnis homo est animal rationale. Vnde vt in prioribus Aristotelis, in secūda & tertia figura fieri nequit, vt per circulū vtraq; præmissa demōstretur ex sola cōclusione & altera præmissa: quod hic Arist. inquit, ex his quæ sunt sumpta. Et ratio est, quia in secunda figura conclusio & per consequēs altera præmissarum est negatiua ex illis ergo negatiuis non poterit concludi affirmatiua præmissarum ex duabus negatiuis nihil sequitur. Et in tertia figura conclusio semper est particularis, & aliqua talem præmissarum vniuersalis: ob idque præmissa vniuersalis nunquam syllogizabitur ex conclusione particulari: quia a non distributo ad distributum non vasset syllogismus. Et eedem rationes currunt in modis negatiuis & modis particularibus primæ figuræ. Colligitur ergo, & in solo primo modo primæ figuræ potest vtraque præmissa circulariter demonstrari: propterea quod conclusio est vniuersalis affirmatiua. Sed tamen in solis terminis conuertibilibus: alias si minor extremitas esset inferior ad medium, minor vniuersalis nō cōuerteretur simpliciter: quod requiritur ad inferendū maiorem Et si maior extremitas esset superior ad medium, maior non conuerteretur simpliciter: quod requiritur ad inferendum minorem. Vt si præmissæ

Circulus.

Particul. 5.

missæ essent istæ, omne animal est substantia: & omnis homo est animal, minor non infert hanc conuertētem, omne animal est homo: nec maior hanc, omnis substantia est animal. Sequitur ergo falsum esse omnem præmissam cuiusque demonstrationis, posse circulariter demonstrari.

Quæstio secunda.

Vtrum scientia & demonstratio recte sint ab Aristotel. definitæ.

PARTE negatiua arguitur primo cōtra definitionem, scire, positam in. 5. text. Definitio illa non constituitur ex genere & differentia, ergo non est bona. Probatur antecedens. Genus scientiæ est habitus: & non actualis cognitio, habitus enim est à quo homo dicitur scient, etiam si dormiat: assensus vero actualis non dicitur scientia, sed consideratio (vt infra videbimus) ergo dicendum fuisset, scire, seu scientia est habitus, potius quam scire est cognoscere. Item habitus scientiæ differt ab opinione, eo quod est certus, & à fide, eo quòd est clarus & euidens: ergo loco differentiæ deberet poni in definitione quòd esset habitus certus & euidens. ¶ Et confirma. Stat quem piam cognoscere rem aliquam omnesque eius causas sola ratione probabili vel authoritate alterius: & tamen tunc nescier rem illam: sed haberet aut opinionem tantum, aut fidem: ergo non satis est ad scientiam cognoscere rem per causas: cuius contrarium asseuerat Arist. ¶ Secundo principaliter arguitur contra eandem definitionem. Demonstratio alia est propter quid, & alia, quia vt infra text. 30. autor est Arist. sed omnis demonstratio facit scire, vt in prima hic definitione demōstrationis habetur: ergo quod scimus per demonstrationem, quia, simpliciter scimus, illud autem non scimus per causam, sed per effectum: ergo nō tantum id simpliciter scimus cuius causas nouimus: aut Aristote. sibi ipsi repugnat. Et confir. Deus est maxime scibilis: cum sit summa & prima veritas: cuius scientiam saltem habeat beati, secundum illud. 1. Ioann. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus: videbimus enim sicuti est: & tamen Deus sicut non habet causam essendi, ita nec suæ veritatis: ergo non omnis scientia est cognitio rei per causas. ¶ Tertio contra tertiam particulam definitionis arguitur. Scientiæ naturales, rationales, & morales sunt propriè & simpliciter scientiæ, & tamen non vbique procedunt ex causis necessarijs, & immutabiliter eosdem habentibus effectus, ergo tertia particula scilicet, non contingit aliter se habere, non erat necessaria, Maior est à philosophis recepta, & probatur minor. Vere scientia naturalis est, quod homo est bipes, duos habens oculos duasque manus cum decem digitis. &c. tamen quandoque nascuntur monstra aut huiusmodi mē bristrunca aut membris aliter se habētibus. ¶ Quarto principaliter arguitur contra illā, quam quida censent secundam esse definitionem, scire, scilicet. Scire est per demonstrationem intelligere. Deus habet propriissime scientiam omnium rerum, quam tamen non acquisiuit per demonstrationem, quippe qui sua essentia est sua scientia. Item angeli, cum non fiat rationales, non discurrunt nec ad scientias conclusionum per intellectum præmissarum procedunt: sed simplici intellectu intelligunt, & rem & eius causas: ob idque dicuntur substantiæ intellectuales: vt. 1. p. q. 58. artic. 3. aſt. Sanct. Tho. & tamen cognitio eorum est verè scientia, altior multo quam nostra, ergo non omnis scientia fit per demonstationem. ¶ Quinto principaliter arguitur contra id quod ait Aristotel. scilicet. Quod non est, nō scitur. Deus scit ea quæ non sunt: nam vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Ro. 4. ergo saltem à Deo quod non est scitur. Sexto arguitur contra definitionem id est primi principij seu propositionis immediatæ in qua habetur propositionem immediatam esse illam qua non est altera prior. Omnis illa propositio, vt super textum explicuimus, in qua prima propria passio prædicatur de definitione est immediata, cum omnis talis careat medio quo demonstretur: & tamen inter huiusmodi immediatas propositiones vna est prior alia: prior enim est illa quæ est euidentior: & manifestum est quòd hæc, omne totum est maius sua parte, sit euidentior quam quòd omne animal rationale sit disciplinabile: & euidentius est, quodlibet esse vel non esse, quàm omne totum esse maius sua parte: postquam est principium omnium per se notissimum: ergo stat aliquam propositionem esse immediatam, qua tamen sit altera prior. ¶ Et confirm. omnis propositio in qua definitio prædicatur de definito est immediata: quippe cum eius prædicatum sit de intrinseca ratione subiecti: & tamen inter illas vna est alia prior: nam definitio quæ datur per causas materiales demonstratur per illam quæ datur per causam finalem, vt Aristotel. docet lib. 2. texe. 8. ergo idem intentum. ¶ Septimo principaliter arguitur cōtra illud verbum in tertia particula text. 5. scilicet quòd nemo scit conclusioné non habens scientiam præmissarum per resolutioné vsque ad prima principia. Multæ sunt demonstrationes, quæ non possunt resolui vsq; ad prima principia per se nota. Non enim apparet modos quo istæ præmissæ, omne animal rationale est risibile, & omnis homo est animal rationale resoluantur ad illud primum principium, quodlibet est vel non est, ergo aut scientia conclusionis non est possibilis aut sine huiusmodi resolutione potest haberi. ¶ Et confirm. Theologia nostra est scientia, vt author est S. Tho. 1. p. q. 1. art. 2. tamen non resolutur ad prima principia per se nota, procedit enim ex articulis fidei, quos, vt ait Apostolus non clare, sed in ænigmate cognoscimus: ergo vt aliquis habitus sit scientia non necesse habet in per se nota principia resolui. ¶ Octauo principaliter arguitur contra illud dictum in calce. text. 5. scilicet quod oportet magis credere præmissis quam conclusioni. Omnis causa naturalis producit effectum sibi æqualem, cum agat secundum vltimum potentiæ, vt ignis generat ignem: sed assensus præmissarum sunt causæ naturales respectu assensus conclusionis: ergo generant assensum sibi æqualem in certitudine & claritate & per consequens æqualiter cognoscuntur conclusio & præmissæ.

¶ ET confirm. si oporteret magis aut perfectius assentiri præmissis quā conclusioni, id præcipue tim esset propter illam regulam Arist. Propter quod vnū-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodque tale & illud magis: sed illa est falsa, & quæ in quocunque genere causarum patitur instantiam: ergo pariter potest in proposito esse falsa. Probatur minor primo in genere causæ finalis, vbi præcipuam habet apparentia. Non sequitur, sanguis minuitur propter sanitatem: ergo sanitas magis minuitur. Secundo in genere causæ efficientis nō sequitur: Dominicus est homo propter Iudam & propter Paulum (nam sol & homo generant hominem. 2. Physi. tex. 26.) ergo sol, aut Paulus est magis homo. Tertio nec in genere causæ materialis sequitur: Nix est subiectum albedinis propter quantitatem ergo quanitas est magis, aut perfectius subiectum. Nec denique sequitur in genere causæ formalis, Nix est alba propter albedinem: ergo albedo est magis alba. ¶ Nono principaliter arguitur contra definitionem propositionis per se notæ, quæ habetur in text. 6. scilicet, propositio per se nota est quæ solis terminis cognitis cognoscitur. Etenim aut intelligitur de terminis qui sunt notitiæ intuitiuæ, aut de notitijs abstractiuis. Si de intuitiuis, tunc sequitur hæc propositio est, Dominicus dicitur, Petrus scribit, esse per se notas: nam habent notitias intuitiuas mei loquentis: & Petri scribentis sunt manifestæ: quod tamen est falsum, cum prædicata nec conueniant per se subiectis: quia non sunt de tutrinseca rerum ratione. Si vero intelligatur de notitijs abstractiuis, tunc aut intelligitur de notitia cōplexa quale est definitū, aut de definitiua qualis est definitio. Si primum, tunc sequitur quod hæc propositio, homo est rationalis, non est per se nota: cum illa non fiat euidens ex illa notitia subiecti confusa: sed demonstratur per eius definitionem: & tamen quod illa sit per se nota apparet ex eo, quod prædicatum est de tutrinseca ratione subiecti, quod sufficit ad propositionem per se notam, vt tradit Sanct. Tho. 1. p. q. 2. art. 1. Si vero intelligatur de notitijs distinctis qualis est definitio, tunc sequitur quod omnis propositio demōstrabilis est per se nota: quod tamen repugnantiam. Et sequela probatur: nam hæc, omnis homo est disciplinabilis, habita definitione subiecti est per se nota: est enim per se notū omne animal rationale esse disciplinabile, saltem si illa sit prima propria passio. ¶ Dicet modo contra vltimum membrum capitis tertij arguitur, quod detur demonstratio circularis. Primi philosophi ab effectu demonstrarunt causam, vt visa eclipsi lunæ stigarunt causam: cœperunt enim admirari & inde philosophari. 2. Metaphysic. capit. 2. & postmodum inuentis causis tradiderunt scientias contrario modo scilicet, ex causis demonstrando effectus: ergo. Quod si dicatur huiusmodi circuli non esse negatum ab Aristotele, arguitur quod etiam in causis potest esse circularis demonstratio; nam deambulatio est causa efficiens sanitatis, & sanitas causa finalis deambulationis. 2. Physi. text. 30. ergo vtrumque per alterutrū demonstratur. Quod si quis rursus dicat in diuersis generibus causarum non esse prohibitam circularem demonstrationem, arguitur demum quod in eodem genere causæ detur demonstratio circularis. Vapor est materialis causa ex qua generatur pluuia: & pluuia vice versa est causa illius materialis ex qua generatur vapor, vt Aristotel. secundo huius concedit: ergo potest ex illis fieri circularis demonstratio hoc modo, Quotescunque est vaporum abundantia, pluuiæ sunt frequentiores, sed in hyeme est vaporum abundantia, ergo & pluuiæ: & circulariter sumatur in hyeme sunt pluuiæ frequentiores, ergo & vapores. ¶ Propter has rationes quæstionis militat auctoritas Aristo. ¶ Ad quæstionem propter authoritatem Aristotel. affirmatiuè respondetur. Vnde circa materiam primi argumenti notandū est primo, quod quamuis vulgari consuetudine receptum sit (vt lib. 1. retrac. cap. 14. meminit Augustī.) id nos dici scire, quod aliorum testimonio dicimus, licet sola id fide humana aut opinione teneamus, sicut scimus bellum Aphricanum aut Troianum futisse: tamen inter philosophos, qui iuxta nominis proprietatem loquūtur, illud solum dicimur scire, vt illic ipse testatur, quod mentis firma ratione comprehendimus, videlicet quod intellectus manifesta vtitione intuetur. Vt scientia generali nomine idem sit, quod euidentia esse illa habeatur per sensum siue per intellectum. Quo circa non debemus, vt multi faciant, acceptiones scientiæ ad libitum multiplicare. Ac secundum hunc vsum sapientum quatuor modis accipitur scire: seu quatuor sunt gradus scientiæ & euidentiæ secundum quatuor ordines rei scibilis. Scire primo modo accipitur communiter pro experientia rerum mere contingentium quæ in prospectu nostro contingunt: vt dicimur scire homines disputare quos audiuimus: & hominem sedere quem videmus. Et hæc quamuis dicatur quodammodo scientia, quia est euidentia: tamen non propriè, sed communiter est scientia quia est rerum contingentium prorsus variabilium & nullam habentium certitudinem: sed vocatur proprio nomine experientia. Secundo modo accipitur propriè pro cognitione naturalium aut moralium rerum quæ plurimum & regulariter eodem modo se habent: vt dicimur scire, in vere & autumno tonitrua esse, flante Austro pluuia subsequi: & alia id genus multa in medicina & in philosophia morali. Et hæc propriè est scientia licet non sit ita certa nec euidens sicut scientiæ mathematicæ. Tertio modo accipitur scientia magis propriè pro cognitione eorum, quæ cum simpliciter necessaria, semper immutabiliter vno modo se habēt. Hæc autem sunt in duplici differentia, nam alia sunt immediata principia: nempe quæ non habēt prio res causas per quas demonstrentur, vt sunt prima principia: puta, quodlibet est vel non est, omne totum est maius sua parte, omne animal rationale est disciplinabile: quam deinceps supponamus esse primam inter proprias passiones hominis. Alia vero sunt simpliciter necessaria, quæ habent causas ex quibus eorum cognitio procedit. Et hæc cognitio est quarto modo & propriissime scientia vt asserit Arist. Et ratio huius est, quia veritas rei tandem est quod esse rei vnde fiatur res se habet ad esse, ita & ad veritatem. 2. Metaphy. text. 4. & ideo quod est causa alterius, vt sit, est etiam causa, vt verū sit: cum ergo scire sit veritatem rei perfectè cognoscere, non potest res sciri, nisi cognoscantur causæ illius, quæ sunt causæ veritatis. Enimuero sicut non potest quis scire verum no aurum sit, an falsum, nisi cognoscendo an constet ex proprijs principijs aurī, ita in vniuersum nullius rei veritate plenè cognoscimus, quod est scire rem, nisi sciamus illam resolui ad prima principia ex quibus iudicium rei sumitur. Quam ob rem philosophi videntes rerum effectus cœperant causas perscrutari, & inde dicti sunt philosophi, & felices habebantur qui rerum poterant cognoscere causas. ¶ Quo fit vt cognitio principiorum non ponatur in tertio gradu, propterea quod sit inferior cognitio quam quartus gradus, (imo est præstantior disputio, vt habetur in textu) sed ponitur in tertio, qui non vocatur propriissime scientia, sed intellectus. Cognitio enim principiorum, quæ est

Scire. 4. modis.

1. Modo.

2. Modo.

3. Modo.

4. Modo.

1. Passio.

est simplicissimus & primus actus intellectus, sortitur nomen ipsius potentiæ. ¶ Secundo notandū est, quōd Aristote non unaquæque rat præsertim in dialectica, res per definitiones quidditatiuas definire, sed satis habet, quid nominis exemplis vsuque philosophorum explicare. Qua de re sunt qui existimant in descriptione Aristotelis supplenda esse alia verba, vt completa sit definitio scientiæ, scilicet quod sit cognitio complexa, certa, & euidens. Crediderim tamen non opus esse supplemento, sed sola expositione verborum Aristotelis. Etenim idipsum est rem cognoscere per causam, quod rei veritatem certo & euidenter iudicare. Qui enim solum habet notitiam apprehensiuam huius quod est Papam dormire, non dicitur veritatem cognoscere. Et qui opinatur quantitatem distinguī re quanta, aut credit Deum esse Trinum, cognoscit quidem aliquo modo veritatem, non tamen per causam, sed ratione probabili vel authoritate. Cognoscere namque rem per causam est habere iudicium rei ex proprijs principijs, quæ mediante lumine naturali intellectum continentur per resolutionem vsq; ad manifestissima principia. Quod patet in veri o Aristo. vbi ait, quōd non sciet qui non habet horum ideā præmissarum, demonstrationem. Atqui cognoscere non solum dicitur qui actu rem considerat, sed proprius qui habet habitum, nam sapiens, etiam dum nihil considerat, censetur dicitur que res cognoscere. ¶ Colligitur ergo definitio scientiæ, quæ est velut expositio descriptionis Aristo. Scientia est habitus verus, certus & euidens, ex proprijs rei causis genitus. Vbi ponitur, habitus, loco generis, nam assensus actualis non dicitur scientia, sed cōsideratio scientiæ. Dicitur verus, ad differentiam erroris, quia quod non est non scitur. Dicitur certus, ad differentiam opinionis, qui est habitus cum formidine. Dicitur euidens, ad differentiam fidei, quæ est habitus obscurus, & inuidēs. Dicitur deniq, ex causis rei genitus, ad differentiam intellectus principiorum, per se & non ex alijs principijs notorum. ¶ Hinc colligitur primo solutio primi argumenti principalis, nam verbum cognoscere apud Aristotelem intelligitur habitualiter, quod est genus scientiæ, & cum ait, rem per causas cognoscere, infinitas differentias definitionis, scilicet quod cognitio sit certa & euidens. ¶ Et perinde soluitur confirmatio. Negatur enim quōd qui conclusionem eiusque causas sola ratione probabiliter aut authoritate nouerit, conclusionem illam simpliciter ex principijs cognoscat. Cognoscere nāque rem simpliciter ex principijs, est habere iudicium rei, quale eius principia sua prō natura in lumine naturali producunt.

Cognos. p causam.

Definitio scientiæ.

Intellectus scientia & sapientia.

¶ Secundo colligitur differentia inter intellectum, scientiam, & sapientiam. Intellectus enim est habitus principiorum qui ex notitijs terminorum generatur, scientia vero est habitus conclusionum, qui per demonstrationem producitur sed sapientia est habitus quō assentimur & principijs & conclusioni propter principia, vt elicitur ex Aristotel. 1. mag. mora. vbi ait, quod sapientia constat ex intellectu & scientia, & ex Sanct. Thom. 1. 2. q. 57. artic. 2. Tametsi in alia significatione sapientia per excellentiam dicatur illa scientia quæ tractat de altissimis causis, qualis est metaphysica, vt habetur 1. metaphy. 1. & 2. capit. Quemadmodum & theologia merito inter scientias digna est nomine sapientiæ. ¶ Sumitur tamen hinc argumentum aduersus verbum illud textus. 5. quo ait Aristo. melius esse dispositum qui habet intellectum quam qui habet scientiā. Arguitur enim sic, qui habet intellectum principiorū non omnis habet scientiam conclusionis, qui vero habet scientiam conclusionū habet simul intellectum aut sapientiam principiorum, ergo hic est melius dispositus. ¶ Respondetur, quōd Aristotel. non comparauit habentem solum intellectū ad habentem intellectū & scientiam seu sapientiam, manifestum enim est quōd qui habet ambo simul melius est dispositus quam qui habet eorum alterum; sed comparauit habitum seorsum principiorum ad habitum præcisum conclusionum. Quorum princeps est præstantior, quia est cognitio rei per se, scientia vero est cognitio rei per aliud. ¶ At vero dubium restat circa primam acceptionem scientiæ, vbi diximus experientiam veritatum merè contingentium esse scientiam, propterea quod est euidentia. Dubium inquam est quod non videtur eiusmodi assensus esse euidentia. Euidentia quippe est assensus per quem non stat cognoscentem decipi, sed stat Petrum decipi per hoc iudicium (dum Paulus est ei præsens) puta si supra naturaliter seruetur iudicium in absentia Pauli, aut si dæmon in præsentia Petri cadauer Pauli exanimatum moueat ac si esset vinum, ergo tale iudicium non est euidentia. ¶ Iuniores hic multa consumunt verba de euidentia propter Petrum Alia censem, qui in prologo, quæst. 1. distinguit duplicē euidentiam scilicet naturalem & supernaturalem. Naturalis inquit euidentia est assensus quo non stat habentem naturaliter decipit sed stat supernaturaliter. Euidētia vero supernaturalis est assensus, quo non stat habentē decipi nec naturaliter nec supernaturaliter. Exempli gratia. Iudicium quod Paulus est, dum illud existit in mente Petri, est euidentia naturalis: quia naturaliter Petrus non potest decipi per ipsum, potest tamen supernaturaliter, vt argumentum probat. Idem tamen iudicium in mente Pauli est (vt dicunt) euidentia supernaturalis: quia non stat Paulum decipi per ipsum etiā supernaturaliter. Quia vel esset in casu quo Paulus viueret, & tunc iudicium est verum aut casu quo Paulus non viueret, & tunc non habet tale iudicium & per cōsequens non deciperetur. Si vero maneret supernaturaliter in anima separata Pauli, illa deciperet iudicās quōd Paulus est. Vnde inferunt, quod idem iudicium in vno subiecto est euidentia naturalis, in alio vero supernaturalis. ¶ Existimo tamen non opus esse hac distinctione. Sed euidentia idem est, quod clarum & manifestum iudicium productum, aut de notitia intuitiua, aut ex notitijs terminorum immediatè (vt in per se notis) aut mediatè per demonstrationem: hoc enim sonat verbum, videre, vnde nomen euidentia deriuatur: Vt euidentia sit nomen commune ad quatuor illas acceptiones scientiæ supraposītas. Atqui satis est, vt iudicium simpliciter sit euidentia quod suapte natura non sit deceptorium, tametsi supernaturaliter per ipsum possit quis decipi. Nihil enim minus ignis ille erat simpliciter calefactiuus, quando naturaliter non calefaciebat tres pueros in camino ignis. ¶ Et sunt alia præterea argumenta contra istos. Primum quod improprie vocant euidētiam supernaturalem, eo quod per ipsam non stat quenquam naturaliter aut supernaturaliter decipi: nam supernaturalis assensus nō est nisi qui aut supernaturaliter producitur, aut de subiecto est supernaturali. Deinde quia etiā secundum suam definitionem nulla est euidentia supernaturalis: nam licet per illud iudicium, Paulus est, non possit decipi Paulus potest tamen per illud decipi supernaturaliter Petrus, vt ipsi fatentur: quod sufficit vt iudicū simpliciter sit supernaturaliter deceptorū. Quare

Euidētia naturalis & supernaturalis.

Euidentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

male concedunt, quòd illud iudicium in vno intellectu sit naturalis euidentia, & in alio supernaturalis, sed secundum est simpliciter naturalis. ¶ Hinc sequitur quod hoc iudicium hic panis, est quod habemus de hostia ante consecrationem, est simpliter euidens: non ob stante quod gentilis post consecrationem supernaturaliter per ipsum decipitur. Credo nanq; idem iudicium manere in genuflexo de pane post cõsecrationẽ, q̃ erat ante consecrationem: post quam manet eadem notitia in tantua accidentium productiua & conseruatiua eiusdem. In Christiano vero non manet idem: quippe in quo fides corrigit sensum ne decipiatur. ¶ Ad secundum principale Aristotel. ipse respondet in text. 6. vbi ait, quod demonstratio, quia, non facit simpliciter scire: ob idque in textu. 5. vbi ait demonstrationem esse syllogismum qui facit scire, solum definit demonstrationem propter quid, de qua statim subiungit quod procedit ex immediatis principijs & ex causis. Demonstratio vero, quia, solum producit simplex iudicium conclusionis: verbi gratia hæc præmissæ, id quod quotiescunque sumitur vt pluramum expellit cholerã est purgatiuum choleræ, rebarbarum est huiusmodi: solum producunt per experientiam absq; effectu hoc iudicium, quod rebarbarum est purgatiuum cholerę: sed quare sit purgatiuum choleræ, puta à calore an à proprietate: hoc non demonstrant. Et per consequens tale iudicium propriè non sit scientia. Eodem modo cum video ignem calefacere, cognosco ignem esse calefactiuum: an vero sit calidus formaliter an virtualiter, hoc non cognosco: nam similiter calefacit sol: quia est virtualiter calidus sicut ignis. Et ideo cum dicitur demonstratio, quia, ly quia, non accipitur causaliter: sed est communitio, scilicet, demonstratio quod hoc est tale. Quocirca potius appellanda est demonstratio quod est, aut quale est, quam quia. Neque est demonstratio simpliciter, sed secundum quid, postquàm non dicit quare est tale. Et hoc est quod ait: An vero & alius faciendi modus sit, posterius dicemus. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod quamuis in Deo non sit vere causa aliculus attributi quod est in illo, nihilominus est aliquid quod est ratio alterius, quod sufficit ad propriam scientiam: videbunt enim beati quod Deus qui est misericors & iustus, creauit mundum & redemit homines: & quia est purus actus nihil habens de potentia, est immutabilis & æternus: & quia iustus, est remunerator licet ista non distinguantur realiter, quia etiam si passiones in nobis non distinguerentur realiter à subiectis, attamen demonstrarentur de illis. Et ideo visio beatifica est propria scientia licet non sit discursiua. De existentia tamen illius nulla est causa nec ratio alia, quã natura sua: nec enim Dei est existere.

Ad secũdũ argumentũ demonstratio, qa.

Ad confir.

Ad tertiũ. Scientia naturales & mora.

¶ AD tertium argumentum respondeatur tam, quod scientiæ naturales & morales sint propriè & simpliciter scientiæ, licet non sint ita certæ & immutabiles sicut mathematicæ quod maxime debent adnotare dialecti. Existimat enim vulgus dialecticorum hoc tempore nullam esse propriè scientiam præter solas mathematicas, cum tamen apud sapientes philosophia naturalis & moralis sint propriæ scientiæ. Quamuis tota latitudinem propriæ scientiæ sint gradus maioris & minoris euidentiæ & certitudinis. Quis namque dubitat scientias esse ritas naturales, videlicet fructus in vere germinare, & in autumno maturescere propter motum virium solis. Tonitrua esse in autumno tempestates in hyeme: Flatum austrum pluuiam subsequi, aquilonem nubes dispergere, & alia huiusmodi: licet non nonnunquam deficiant. Et in medicina & astrologia sunt multæ similes propriè scientiæ licet non sint certissimæ vt mathematicæ. Vnde ad Aristo. respondetur, quod quando ait scientiam procedere ex causis quæ non contingit aliter se habere, id solum intelligit de scientijs certissimis quales sunt mathematicæ. Vel forte intelligit, quod non contingit aliter se habere suo modo in quocunque gradu scientiæ, puta quod in mathematicis nullatenus contingere potest oppositum: sed tamen in naturalibus non contingit regulariter oppositum, sed rarissimè.

Ad quintũ. Sciẽtia Dei.

¶ Ad quartũ principale posset quis forsan negare scientiam angelorũ esse propriè scientiã quia non est per discursum acquisita vt argumentũ probat. Attamẽ melius est dicere duo nullatenus negandũ est angelos habere propriissimã scientiã: nam quãuis angelus non prius habeat assensum, v.g. huius quod homo est admiratiuus, ex quo postea generetur assensum q̃ est risibilis: nullatenus in obiecto simpliciter assensu cognoscit illud esse causam huius, scilicet quod homo est risibilis, quia est admiratiuus: & admiratiuus quia est animal rationale: & cognoscit terræ nascẽtia gigni propter accessum solis. &c. Itaque cognoscit effectus ex suis cuiusque causis procedere: quod sufficit ad rationem scientiæ. Et hoc manifestè patet in Deo, qui vno omnium consensu conceditur habere omnissimam earum scientiam: quamuis non acquisierit illas per demonstrationem: sed sua essentia est sua scientia. Aristotel. vero solum asserit scientiam fieri per demonstrationem in hominibus eo quod ratiocinatione discurrunt. ¶ Ex quo sequitur, quod si in illa descriptione scire est rem per causas cognoscere, ly per, dicat causam ex parte cognoscentis, vt visus assensus generetur ex alio, illa definitio non conuenit scientiæ Dei nec angelorũ: si vero dicat causam ex parte obiecti, videlicet quod vna res cognoscitur esse effectus alterius, conuenit illis scientijs cœlestium spirituũ. Cum dicimus angelum vnico assensu cognoscere omnia, nõ intelligas, quod vnico assensu intelligit omnes veritates mundi, sed quod vnica species intelligibilis, repræsentans verbigratia speciem humanam, repræsentat simul effectus & causas, nõ prius vnum quam aliud: quod non est in præsentiarum locus pluribus verbis disputandi.

Ad quartũ angelorum scientia.

præsentiam obiecti in aliqua differentia temporis: scientia vero simplicis intelligentiæ, nõ connotat quod obiectum habeat aliam existentiam quam simpliciter cognosci. Nihilominus tamen Deus non scit, id quod non est contra sensum Aristotelis, quia eo modo quo scit illa quæ scit simplici intelligentia: eo inquam modo, illa sunt tam sunt possibilia de potentia Dei absoluta. Chimæra vero aliaque entia imaginaria quæ non sunt in potentia Dei, quia verã non habent quidditates, nec sunt propriè entia, non cadunt sub obiecto intellectus, quod est ens: illa tamen cognitio imaginaria quæ de illis habetur, non concipitur, nisi sub ratione entis: nihil enim de illis cognoscimus, nisi quod singimus essentiã: sed de hoc nihil amplius in præsentiarum.

Ad sextum.

¶ AD sextum principale respondetur per distinctionem prioris, Aristo: scilicet, scilicet, quo ad nos, & quo ad naturam. Etenim quando Aristoteles dicit propositionem illam esse immediatam, qua non est altera prior, intelligit de prioritate simpliciter quo ad naturam: hæc enim præmissa, omne animal rationale est disciplinabile, (si illa sit passio prima) nullam habet naturã priorem, cuia inter subiectum & prædicatum nullũ est medium, per quod prædicatũ demonstretur de subiecto. Nihil tamẽ vetat quominus habeat priorem quo ad nos, id est, notiorem nobis: vtpote quę constat ex terminis nobis notioribus, vt probatum est in argumento. Sed notandum est, quod neque ista, omne totum est maius sua parte, si ab æqualibus æqualia demas, &c. Dicũtur notiores quo ad nos quam ista, omne animal rationale est disciplinabile, propter ea quod illæ conducant aliquid ad probationem huius: sed sunt euidentiores in geometria, quam ista in philosophia naturali. Illa vero quodlibet est, vel non est, quomodo conducat ad omnium scientiarum principia. Text. 20. tangemus. ¶ In solutione confirmationis multi, multa verba consumũt vt defendant quomodo propositio in qua definitio materialis prædicatur de subiecto sit immediata, non obstante quod demõstretur per causam finalem. Existimo tamen non esse pluribus verbis opus ad explicandum mentem Aristotelis. Intelligit enim propositionem immediatam esse illam qua non est altera prior in eodem genere, nihil tamen obstat aliam esse priorem in alio genere causæ. Exempli gratia. Foliavites sunt ampliora, quam folia amygdali ad defendendum vuas à tempestatibus, quæ sunt magis teneri fructus quam amygdalæ: nihilominus tam immediata est ista, vitis est habens folia ampla, quam ista, vitis habet folia protegentia vuas à tempestatibus, sed illa est immediata in genere causæ materialis, & hæc in genere causæ finalis: & ideo non repugnat, quod materialis demonstretur per finalem. Eadem ratione tam immediata est hæc in suo genere, domus est artificium constructum ex lapidibus, lignis, & cæmento, quam hæc, domus est artificium quod nos à tempestatibus tuetur, licet prima demonstretur per secundã. Et hac ratione in expositione text. 5. diximus definitionem demonstrationis materialem demonstrari per finalem. Quod sit hoc modo: Omnis syllogismus faciens scire constat ex veris primis immediatis, sed omnis demonstratio est syllogismus faciens scire, ergo omnis demonstratio constat ex veris, &c.

Propositio immediata

Causa materialis demon. per finalem.

Ad confir.

Ad septimum resolutio necessaria ad scientiam.

¶ AD septimum principale respondetur, quod vt aliquis habeat veram scientiam, satis est ipsi scire resolvere præmissas, vsque ad principia immediata & indemonstrabilia, non tamen semper est necessarium scire eas resoluere vsque ad principia, quæ sunt simpliciter per se nota nobis, saltem vsque ad hoc, quod ipse scit, vel non est. Principium enim immediatum, vt dictũ est, est omnis propositio inter cuius prædicatum & subiectum nihil mediat: tametsi non omnis talis propositio sit simpliciter per se nota nobis. Verum est tamen, quod in mathematicis, quæ sunt scientiæ certissimæ, & de quibus fere in hoc libro semper loquitur Aristoteles, omnes conclusiones reducuntur ad principia per se nota nobis. Vt videre est apud Euclidem qui propositis per se notis principijs, inde sensim nouã prioribus propositionem adsciscens, procedit ad conclusiones obscuriores, ac magis difficiles. Vt ex his principijs, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, & super quodlibet punctum circulum describere: concludit primam conclusionem, scilicet, super datam lineam rectam triangulum æquilaterum constituere. Ex qua (addito alio principio scilicet, si ab æqualibus æqualia demas quæ remanent sunt æqualia) infert secundam, scilicet, à dato puncto, cuilibet lineæ rectæ proponere, æquam lineam rectam ducere: & sic cõsequenter. Quocirca nemo scit conclusionem, nisi vsq; ad hæc prima principia eam resoluat. Quę exempla non est præsentis negotij explicare. Et suo modo in philosophia naturali fit resolutio ad per se nota sensui: & in philosophia morali, ad artissima per consuetudinem. Vt quod corpus non mouetur à se, sed ab anima, probatur, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur. Et hoc rursus, quia non potest eadem res formaliter esse agens & patiens. Quod demum ostenditur. 8. Physicorum per hæc principia. Omne agens agit in quantum est in actu, & omne subiectum passionis, ipsa quantũ est in potentia (nulla enim res calefacit nisi sit actu calida, aut actualem virtutem habeat calefaciendi neque aliqua res calet, nisi careat illo gradu caloris quę recipit) sed repugnat eandem rem hoc modo esse in actu simul & potentia: ergo.

¶ At vero in scientijs metaphysicis non est ita facilis huiusmodi resolutio. Procedunt enim demonstrando proprias passiones de subiecto per definitionẽ: & quia pro isto statu cognitio nostra incipit à sensu, non possumus huiusmodi principia à priori, sed ab effectu vtcunque cognoscere. Cognoscimus enim ab effectu omnem hominem esse risibilem: sed quomodo talis passio ex natura & definitione hominis pullulet, nõ videmus. Quare si hoc non se torqueant dialectici, neque accusent Aristotelem quod non docuerit omnes demonstrationes ad principia per se nota resoluere. Et multi hominum fallantur credentes, quod omnia principia sunt resoluenda formaliter ad hoc principium generale, quodlibet est, vel non est quia hoc vt facer non tarrat formaliter demonstrationem, sed quomodo dicatur principium vniuersale, videbimus supra textum vigesimum sextum.

Ad confir. Theologia est scientia.

¶ CIRCA materiam confirmationis notandum est primo, quod Theologia iuxta nominis proprietatẽ non est habitus articulorum fidei quo assentimur sacræ scripturæ reuelatæ, sed habitus vel assensus quos ex propositionibus reuelatis deducunt Theologi. Et ratio nominis probatur, quia assensus articulorũ fidei proprio nomine dicitur fides, & nullo modo Theologia, alias omnes Christiani credentes articulis dicerentur Theologi. Quare abusiue assensus fidei dicitur Theologia: sed verbi gratia ex illo articulo, Deus est trinus & vnus, inferunt Theologi quasi exponentes illum, quod personæ diuinæ constituuntur & distinguuntur relationibus, & ex illo articulo, quod Deus est homo, inferunt quod verbum diuinum in instanti incarnatus est: quia opus Spiritus sancti non expectat tempus. Isti, & alij id

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus assensus qui sunt velut expositiones sacræ scripturæ sunt Theologia. Itaque nō omnis assensus Theologicus est de fide, sed potest quis oppositum opinari. ¶ Secundo notandum est, quod cum aīt Sanctus Tho. Theologiam esse scientiam, non est intelligendū, quod sit assensus euidens & clarus (vt aliqui Thomistæ mordicus asserere conentur) nec talis assensus potuit in mentem Sanct. Thom. venire. Probatur, quia assensus conclusionis, qui solum est propter præmissas, nō potest esse euidentior quàm sint præmissæ: nam propter quod vnumquodque tale & illud magis: sed assensus Theologicus infertur ex articulis fidei, & adhuc non per consequentiam euidentem (nam qui sequuntur per consequentiā euidentē fidēlē sunt assensus fidei) ergo Theologia nostra non potest esse clarior quam assensus fidei, qui (vt inquit Paulus) est obscurus & ænigmaticus. Sed dicunt aliqui Thomistæ, quod quia conclusio Theologica quam ego habeo est euidens beatis, ab illa euidentia dicitur Theologia nostra euidēs. Hoc tamen est inopinabile, quia vt inquit hic Aristoteles, nemo habet euidentiam conclusionis, nisi euidenter resoluat ad prima principia, nos autem non possumus resoluere Theologiam ita euidenter, quia nō videmus Deum in quo sunt æ veritates lucent. ¶ Et secundo arguitur, quia si Theologia nostra est euidens, quæro quantum habeat gradum euidentiæ, postquam articuli ex quibus inferuntur non sunt euidentes. Si dicatur, quod habent tantam euidentiam, quantam habent beati, hoc est ridiculum. ¶ Et tertio arguitur. Si Theologia nostra nō est euidens, tunc inferam ex conclusione Theologica, articulum fidei (sicut enim ex articulo sequitur conclusio Theologica, ita vice versa) & tunc sequitur, quod ex euidentia Theologiæ fiet euidens articulus fidei, quod est impossibile. Alias rationes fecimus super primam partem, à quibus hic supersedemus. ¶ Tertio ergo notandum est mentem Sancti Thomæ, quod articuli fidei qui nobis sunt obscuri, beatis & maxime Christo sunt euidentes, quia vident illos in verbo, cum ergo Theologia nostra inferatur ex illis, hoc existimat Sanctus Thomas satis esse vt Theologia nostra dicatur quodammodo scientia, licet nobis no sit euidens. Neque id gratis affirmat, sed probat primo autoritate Augustini, qui. 14. de Trinita. cap. 1. vocat simpliciter eam scientiam qua fides salubrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Et secundo ad similitudinem scientiæ subalternatæ. Si enim quis credat aliqua principia geometrica sola authoritate geometræ, & ex illis in musica discurrat ad alias conclusiones, illa musica profecto erit scientia, licet non sit euidentior quam principia quæ sola authoritate sunt credita, ergo eadem ratione si fidem nos recipimus sola authoritate Christi, cuius articuli sunt euidentes: sequitur quod conclusiones quas inde nos deducimus sunt scientia. Et ideo Sanctus Thomas de veritate quæstio. 14. artic. 10. comparat Theologiam scientiæ discipuli credentis principia à magistro. ¶ Quod si quis persistat disputans de nomine, quod non debet vocari scientia, postquam nō est euidens, probatur id demū, quia assensus Theologici non habent quo alio nomine significantius nuncupentur. Non enim dicuntur opinio postquam procedunt ex certissimis principijs. Nec possunt dici fides nam fides est assensus qui habetur immediate sola authoritate, aut qui inde euidenter elicitur, vt Christus est homo, & per consequens, Christus est risibilis. Theologia vero non habetur immediate per authoritatem, sed ex articulis fidei iuuante lumine naturali, ergo sicut in scientijs naturalibus assensus

Theologia non est euidens.

principiorum dicitur intellectus, & assensus conclusionis dicitur scientia, ita & hic assensus principiorum dicitur fides, & Theologia dicitur scientia, non quidē perfectissime, sicut scientiæ euidentes, sed quodammodo imperfectè: nihilominus simpliciter est scientia. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur, quod quando Aristoteles dicit neminem habere scientiam, nisi sciat illam resoluere vsque ad principia per se nota, intelligit de scientia perfectissima quæ est euidentia.

¶ AD octauū principale multiplex est solutio doctorum, quorum profecto vix est qui argumento satisfaciat. Quidam enim exponunt, quod necesse est magis credere præmissas, quam conclusionem intensiue: alij vero magis clare, & alijs certius. Et ad argumentum respondent, quod quamuis causa vniuoca producat effectum sibi æqualem, vt ignis generat ignem & homo, hominem, tamen in causis æquiuocis illud non est necessarium, quia sol non generat solem. Et hac ratione, cum assensus principiorum, qui est intellectus, sit causa æquiuoca respectu scientiæ conclusionis (quia differunt specie) non potest effectum æqualem producere. ¶ At vero contra hanc solutionem, quæ communis est, arguitur primo. Quamuis intellectus principiorum sit causa æquiuoca, solum inde sequitur, quod non potest producere assensum conclusionis qui sit intellectus, velut sol nō potest producere solē: attamē nihil vetat quo minus possit producere assensum, tam intensum quam est ipse. ¶ Secundò, quia si præmissæ deberent esse intensiores semper quam conclusio sequeretur, quod alicuius conclusionis assensus necessario deberet esse remississimus. Hoc ostenditur in mathematicis: exordiūtur enim Euclides ex propositionib⁹ per se notis, & procedit per priores conclusiones, posteriores demonstrando. Si ergo assensus posterior debet semper esse remissior quam præcedens, sequitur quod decimus, aut vigesimus deberet esse remississimus, quod est cōtra experientiam. ¶ Tertio arguitur. Si semper assensus præmissarum debet esse intensior, detur, verbi gratia, quod assensus principiorum sit vt tria, & assensus primæ conclusionis, vt duo, & assensus, verbi gratia, decimæ, aut vigesimæ, vt vnum; tunc remittentur illi assensus vniformiter: & sequitur, quod prius remitteretur totus assensus conclusionis, quā præmissarum, & sic stabit assentire præmissis, & nō conclusioni. ¶ Eadem ferè argumenta fieri possunt de claritate, & de certitudine. Quamuis enim intellectus differat specie à scientia, quia ille producitur ex notitijs terminorum & scientia per demonstrationem, non tamen videtur repugnare quod scientia sit assensus tam certus & tam clarus quam intellectus: alias argumēta facta videtur pariter currere. ¶ Et quarto arguitur sic. Esto intellectus principiorum semper sit intensior, aut certior quam assensus conclusionis, quia est causa æquiuoca, non tamen inde sequitur valuerunt aliter, quod oportet semper assentire magis præmissis quam conclusioni: nam septissime assensus etiam præmissarum sunt scientiæ habitæ per priores demonstrationes: & tunc præmissæ sunt causa vniuoca respectu cōclusionis. ¶ Et postremo hæc omnia confirmantur experientia: nā re vera huius demonstrationis, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, tam intense, tam certo, tam clare assentimur conclusioni quam præmissis. ¶ Sunt qui aliter exponunt dictum Arist. scilicet, quod oportet magis assentire præmissis, id est immediatius: qui per pauciora media assentimur præmissis. Quæ quidem expositio hactenus quousque mihi placuit, tam nunc non adeo satisfacit, nam

Ad octauū. Assentire magis præmissis, &c.

Prima replica.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

nam quamuis ratio quare oporteat magis credere præmissis quam conclusioni, est quia immediatius illis assentimur: tamen hoc quod est immediatius assentire nō est magis scire: nam cum scientia cōsistat in claritate & certitudine, magis assentire est clarius, aut certius, aut firmius adhærere. ¶ Respondetur ergo per quatuor propositiones. Supponimus primum, quod dictum Aristot. intelligitur quando assentimur conclusioni solum propter præmissas, & non aliunde: si enim ego assentiam Deum esse vnum, non solum propter rationes naturales, sed propter authoritatem Christi: certius assentiam conclusioni quam rationibus naturalibus. Et si assentiā lunam eclipsari, non solum propter rationem astrologicam, sed etiam propter experientiam, clarius forsan assentiam conclusioni quam præmissis. ¶ Tunc est prima propositio. De principijs per se notis, vt sunt dignitates, & petitiones, & suppositiones, manifestū est, & certius & clarius assentimur illis quā cōclusionibus. Et de illis præsertim intelligitur dictū Arist. vt patet ex eius cōtextu. (Quod enim per se est tale (vt inquit Albert⁹) magis est tale, quā quod est per aliud: calet ignis, qui per se est calidus, magis est calidus quā aqua, quæ per ignē est calida, sed huiusmodi principia per se sunt nota, id est, ex suis terminis, vt paulo post explicabimus: ergo sunt magis nota quam conclusiones, & per consequens, certius & euidentius illis assentimur. ¶ Secundo id constat ex experientia. Notius enim est & euidentius, à quolibet puncto in quodlibet punctum lineam duci, & super quodlibet punctum circulum describi, quam super rectam lineam angulum æqualem æquilaterum constitui, quæ est prima conclusio apud Euclidem illata ex illis principijssimo inter ipsa principia per se nota, notius & euidentius est, non posse idem simul esse & non esse, quam si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia. ¶ Secunda propositio. Inter ipsas conclusiones clarior est & euidentior prima, quam secunda, & secunda, quam tertia, &c. Hoc patet in mathematicis: nam clarior est, & perspicacior illa modo polita, quod hæc, à dato puncto, cuilibet rectæ lineæ potest æqualis describi, quæ est secunda illata ex illa apud Euclidē. Et hoc quilibet potest experiri. ¶ Tertia propositio. Non semper est perceptibilis ille excessus claritatis & certitudinis. Hoc patet, nam forsan in mathematicis decima iam conclusio, non est perceptibiliter notior quam vndecima: Et id maxime patet in metaphysicis: quia certe non percepimus quod clarius assentiamur, omne animal rationale esse risibile, quam omnem hominem esse risibilem. Et in hoc fere doctores huius temporis decipiuntur, quia enim non percipiant huiusmodi excessus, fingunt nescio quas glossas dicti Aristotelis. ¶ Sed hoc est quod doctores hic etiam discrucient, nempe in quo cōsistit claritas & certitudo, habitus & assensus: & quod vnus sit clarior, aut certior alio. Et quidem certitudo idem est, quod firmitas assensus, à quo homo dimouari nequit, aut difficile dimoueri potest. Sunt enim gradus firmitatum firmius & certius adhærere debet Christianos articulis fidei, licet obscuris, quam conclusionibus demonstratis. Eadem ratione firmius adhæremus principijs per se notis, quam conclusionibus habitis per demonstrationem: quia vel obliuione, vel per aliquā fallaciam facilius dimouemur à conclusione, quam à principijs per se notis. At vero euidentia & claritas assensus non ita facile demoueri potest in quo cōsistat. Non enim consistit in eo quod certitudo: nā difficilius Christianus dimouebitur ab assensu fidei, quam ab assensu scientiæ: tametsi fides sit obscura, scientia vero clara. Vnde omissis multis, quæ hic multi dicunt, existimo quod claritas & euidentia non possunt per alia nomina significantius explicari, quam voces ipsæ sonant. Iudicium enim clarum & euidens idem est quod iudicium, vt ita dicam, intuitiuum, ad quod intellectus ab ipso obiecto conuincitur. Vt enim euidentia sensus idem est quod notitia intuitiua rei singularis præsentis, ita iudicia euidēs intellectus est visio intellectus, quæ fit aut per experientiā (si sit rei singularis) aut, si sit rei vniuersalis, fit ex notitijs terminorum mediatè vel immediatè: vt in solutione ad primum dicebamus. Quo fit vt assensus fidei eo non sit euidens, quod non cōmoueatur intellectus ab obiecto, sed authoritate dicentis, voluntate capiuante intellectum in obsequium Christi, vt inquit Apostolus. 2. Corinth. 10. ¶ At qui ita ratione clarius assentimur principijs per se notis quam conclusionibus: vt pote quæ cum maiori lumine naturali splendeant, stantia sua pte natura sine aliquo negotio assentimur illis, cum tamen conclusiones, non nisi ratiocinando teneamus. ¶ Ac pari ratione clarius assentimur conclusionibus quæ sunt principijs propinquiores, quam illis quæ sunt remotiores & posteriores. ¶ Possumus aliter circunscribere claritatem per hoc quod qui clarius & perspicacius intelligit aliquod principium, plures in eo statim conclusiones intuetur quam alius. Veluti ex duobus eandem imaginem intuentibus, qui perspicacior est visu plura videt in ea quā alius. Et hoc modo qui clarius videt Deum, plures regulariter videt in eo creaturas, quam qui minus clare videt, vt. 2. quæst. 12. artic. 8. testatur Sanctus Thomas. ¶ Quarta propositio. Nō est necesse intenōs assentire principijs quam conclusioni. Hoc patet ex argumentis dictis & ex ratione quam tamen subijciam. ¶ Vnde ad octauum principale respondetur, quod intellectus principiorū formaliter differt à scientia conclusionis in claritate: quippe qui statim ex notitijs terminorum: & ideo claritas eius alterius rationis est à claritate conclusionis quæ habetur per demonstrationem: atque adeo tanquam causa æquiuoca, nunquam attingit ad producendam æqualem claritatē conclusionis. Attamen intensio est eiusdem rationis in principijs & conclusionibus: & ideo nō est necessarium, quod assensus principiorum sint semper intēliores: imo possunt assensum conclusionis æquo intensum producere. ¶ Et per hæc facilis est responsio ad omnes replicas: nempe concedimus earum conclusiones quas autumant intensiones, scilicet, quod non est necesse assensus principiorum esse intensiores: negamus tamen eas quantum ad claritatem: imo est necessarium quod sint clariores & certiores. Et hæc fuit mens expressa Aristotelis: nam quod dixerat, demonstrationem procedere ex notioribus, postea exponit, dicens, quod necesse est magis credere principijs: vbi nulla est mētio de intensione. ¶ Sed specialiter ad quartam repliceam respōdetur, quod etiā vbi præmissæ non sunt per se notæ: sed conclusiones aliàs demonstratæ, adhuc sunt notiores & clariores quā conclusio. Tamen huiusmodi excessus claritatis sæpissime fit imperceptibilis: atque adeo per hoc respondetur ad vltimam replicam. ¶ Sed videtur adhuc trare in suo vigore secunda, tertia replica, videlicet, quod decima, aut vigesima conclusio deberet esse remississima in claritate: item quod si vniformiter remitteretur claritas principiorū, & conclusionum, ante veniret ad non gradum claritatis conclusionis, quam claritas principiorum. Ad hæc verum tamen respondetur, quod excessus isti claritatis non sunt æquales in omnibus conclusionibus, sed si claritas: Verbi gratia, principiorum est vt tria,

Suppo,

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Claritas & certitudo.

Ad replicas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

teris, & claritas conclusionis vt duo, claritas tunc: Verbi gratia, centesimæ conclusionis esset forte vt vnum. Itaq; omnes excessus à prima vsque ad centesimam non faciunt nisi vnam gradum per partes proportionales, & ita sunt imperceptibiles gradus: & ideo si remitteretur claritas omnium non deberent remitti æqualiter: sed proportionabiliter plus remitteretur de clariori, quam de minus clara: & per consequens nunquã deueniretur vt assensus principiorũ esset clarus, & conclusionis, non clarus: quia intrinsecum est principijs claris assensum clarum producere. Sed de his satis. ¶ Ad confirmationẽ oct aui principalis argumenti ferè quot sunt capita, tot sunt responsiones. Et Sanctus Thomas hic prima parte, quæstio. 87. articu. 3. ad tertium: & de veritate quæstio. 10. arti. 9. ad tertium, aliarias limitationes attribuit illi regulæ, propter quod vnumquodque tale, &c. Et Cajetanus egregie vt solet eam hic etiã exponit, licet verbis forsan subobscuris. Existimo tamen regulam sic, & breuissimè, & perspicacissimè explicari. Si aliquod prædicatum conueniat alicui propterea, quod idem alicui quo modo conuenit alteri, magis, aut perfectiori modo conuenit alteri, propter quod conuenit huic. Exempla patent in omnibus generibus causarum. In genere causæ finalis. Minuitio sanguinis, aut amara potio amatur, aut desideratur, aut procuratur: quia sanitas amatur, desideratur, & procuratur, ergo sanitas magis amatur, &c. Illa enim tria prædicata conueniunt, minutioni, aut potioni, quia conueniunt sanitati. Sed non sequitur, sanguis minuitur propter sanitatem: ergo sanitas minuitur, quia illud prædicatum, minuitur, non conuenit sanguini, quia conuenit sanitati. Aliud enim est dicere, sanguis minuitur propter sanitatem, & aliud, sanguis minuitur, quia sanitas minuitur, imo sanguis minuitur, vt sanitas augeatur. In genere causæ efficientis. Aqua est calida, quia ignis applicatus est calidus: ergo ignis est magis calidus. Non tamẽ sequitur, aqua est calida propter solẽ: ergo sol est magis calidus, quia aqua non est calida, eo quod est calidus formaliter, sed quia est calidus virtualiter. Quapropter solu sequitur, quod sol sit calidus altiori modo quam aqua. Et ideo exposita est regula disiunctiuè, scilicet, quod si prædicatum conueniat alicui, propterea quod idem alicui modo conuenit alteri, tunc magis, aut perfectiori modo conuenit priori. Nam si conuenit vtrique formaliter, conuenit priori magis si vero conueniat priori solum virtualiter, tunc conuenit illi perfectius. In Deo est manifestissimum exemplum, qui est eminenter omnia: Angeli enim sunt Angeli, & homines sunt homines, &c. Propter Deum non quia Deus formaliter est talia, sed quia est eminenter talia: sequitur ergo, quod perfectiori modo Deus sit Angelus & homo, &c. quam Angelus sit Angelus, aut homo sit homo. Et in hoc peccat secundũ exemplum confirmationis: nõ enim Dominicus est homo, quia sol est homo: nec est homo, quia Paulus est homo: sed quia genuit ipsum. Et ideo non sequitur, quod Paulus sit magis homo. Sicut ignis genitus non est ignis, quia generatus est ignis: post qua enim genit⁹ est ignis, etiam si generans non sit ignis, manebit ignis genitus. Tameth hic posset addi secunda ratio, quod quia homo, aut ignis nõ suscipit magis & minus, propterea neutri conuenit magis. In genere causæ formalis est exemplum Aristot. 7. Metaphysicorũ, text. 7. Materia est ens, quia forma est ens: ergo forma est magis ens quam materia (ens enim, vt dicit, actum essendi recipit magis & minus) attamen nix quamuis sit alba propter albedinẽ, non tñ est alba, quia albedo est alba: & ideo non sequitur quod albedo sit magis alba. In genere causæ materialis sequitur. Quantitas est subiectum albedinis, quia nix est subiectum, ergo nix est magis seu perfectiori modo subiectum: nam nix est subiectum, quod: & quantitas, subiectum quo. Vnde ad tertium membrum confirmationis quando dicitur. Nix est subiectum albedinis propter quantitatem, si ly propter, designet quod quantitas est subiectum materiale respectu nivis; itaque nix subiectat albedini, quia nix subiectat in quantitate: hoc negatur (imo è conuerso quantitas est subiectum propter niuem) quare non sequitur, quod quantitas est magis subiectum; imo contrarium: si tamen intelligatur q nix est subiectum albedinis, quia est capax quantitatis, aut quia recipit albedinem mediante quantitate, id conceditur: sed nihil sequitur contra regulam. Itaque vt in summa cuncta complectamur non est idem dicere. a. est tale propter. b. & a. est tale, quia. b. est tale. ¶ Descendõ do ad propositum Aristotelis conclusio non scitur, quia prima principia scitantur: sed quia principia altiori modo cognoscuntur, & ideo non sequitur quod principia magis sciuntur, sed quod perfectiori modo cognoscantur: nempe quod intelligantur per assensum qui est intellectus, vt patet in exemplo posito de aqua calida propter solem.

Ad confir. propter vnum quodque tale. &c.

¶ NONVM argumentum petit definitionẽ propositionis per se notæ. De quo tres sunt opiniones: cum eiũ Aristot. dicat propositionem per se notam esse, quã cognoscimus in quantum terminos cognoscimus. Nominales qui non admittunt res prædicari, sed solos terminos, nomine terminorum intelligunt voces, aut notitias ex quibus formaliter cõponitur propositio. Vnde Gregorius primo sententiarum, distinct. secunda quæst. vnica dicit, quod propositio per se nota est illa quæ cuilibet potenti vti ratione potest esse nota absq; indigentia notitiæ alicuius extrinseci. Quod est dicere. Est propositio ex talibus terminis composita, qui in quocunq; intellectu fiat, siue intuitiui, siue abstractiui, per se producunt assensum illius. Vt sunt istæ, quodlibet est, vel non est, omne totum est maius sua parte, seu omne continens est maius contento, per quam illa quodammodo demonstratur. Istæ vero, Dominicus loquitur, Petrus est albus, & reliquæ accidentales non sunt per se notæ, quia isti termini non sufficiunt producere iudicium in quocunque intellecta, pura in habente solum notitias abstractiuas horum terminorum. Neque ista, homo est risibilis, est per se nota, quippe quæ indiget aliis propositionibus quibus demonstretur. ¶ Infert corollaria quædam contra Sanctum Thomam. Primum, quod non omnis propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est per se nota. Hæc namque, Angelus est spiritus, non est per se nota: quia illi termini abstractiui in nobis non generant euidens iudicium: licet prædicatum sit de ratione subiecti, & Angelis sit euidens. Neq; ista Deus est, est per se nota, licet beatis sit euidens: quia nobis non est per se nota. ¶ Scotus vero paulalum diuertit ab hac prima opinione. Ait enim primo sententiarũ, distinct. 2. quæst. 1. quod propositio per se nota, est illa quæ sit nota ex proprijs terminis illius, vt sunt illius. Opinatur namque definitio & definitum, quamuis idẽ significent, tamen censentur distincti termini. Vnde infert quod hæc propositio, omnis homo est risibilis, non est per se nota; hæc tamen omne animal rationale est risibile, est per se nota. Etenim quamuis illa prior fiat nota ex terminis huius secundę (vtpote cuius subiectum est definitio subiecti prioris) talis tamen definitio non est proprius terminus prioris: ob idque, homo est risibilis,

Ad nonum

Propositio per se nota. Grego.

Scotus

lis, non sit euidens ex proprijs terminis: sed ex definitione quæ est quodammodo terminus alienus. Atque adeo infert, quod hæc propositio, Deus est, quam habẽt beati, est per se nota, quia illi cognoscunt Deum distinctè, ac si eum quidditatiuè cognoscerent per definitionem. Sed similis, Deus est, quam nos habemus, non est per se nota. Quam patet esse aliam, quia vna constat ex terminis distinctis, & alia ex notitijs confusis & abstractiuis. Gregorius tamen censet esse eandem: & ideo negat simpliciter esse per se notam, quia nobis non est per se nota. ¶ Conueniunt autem Scotus & Gregorius, etiã contra Sanctum Thomam, (vt videbimus) quod nõ est distinguenda propositio per se nota, in se & quo ad nos: S. Thom. imo omnis, inquiunt, per se nota secundum se, est per se nota quo ad nos, & è conuerso. ¶ At vero opinio Sancti Thomæ cõsistit in sequentibus propositionibus, quę colliguntur ex prima parte, quæst. 2. artic. 1. & alijs locis suæ doctrinæ. Primum eius fundamentum est hoc: quod quando ait Aristoteles, propositionem per se notam esse illam, quam cognoscimus in quãtum terminos cognoscimus, non ine terminorum non intelligit notitias, aut voces, sed res significatas quæ sunt termini, puta subiectum & prædicatum: nã vt in prologo prædicamentorum admonuimus, non solum voces, sed etiã res prædicantur. Et quod ita intelligat Aristoteles, est manifestum ex modo loquendi ipsius (quod contrarij authores debuissent considerare.) Enimuero si per terminos intellexisset notitias non dixisset, in quantum terminos cognoscimus, sed in quantum terminos formamus: non enim cognoscimus notitias, sed res per notitias. ¶ Hinc sequitur prima propositio Sanct. Thom. Dupliciter aliqua propositio est per se nota. Vno modo secundum se, ex natura sua & non quo ad nos, & alio modo secundum se & quo ad nos. Propositio secundum se per se nota est illa, cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti (puta definitio, aut pars eius) vt, homo est animal, homo est rationalis, quæ quidem dicuntur per se notæ, non quia notitiæ eius intuitiuæ, vel abstractiuæ producant eius assensum; sed quia cognita quidditate subiecti per eius definitionem, & quidditate prædicati, statim est euidens hominem esse animal, & esse rationalem, voco subiectum & prædicatum res ipsas significatas. Hæc vero, homo est albus, non est per se nota, quia cognita quidditate subiecti non est euidens hominem esse album. Propositio per se nota secundum se quo ad nos est illa, cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti & termini eius (id est quidditates rerũ significatarũ per extrema) sunt omnibus noti, vt quodlibet est, vel non est, omne totum est maius sua parte. Nullus enim ignorat quid est ens, & quid totum. Quare omnis per se nota quo ad nos, est per se nota secundũ se, & dicitur per se nota simpliciter. Non tamen omnis per se nota secundum se, est per se nota nobis: & ideo dicetur per se nota secundum quid, vt sunt istæ, homo est rationalis, Angelus est spiritus, & similes, in quibus licet prædicatum sit de ratione subiecti, tamen quidditates extremorum non sunt omnibus notissimæ. Quod si termini fuerint noti non omnibus, sed sapientibus, tunc erit per se nota sapientibus, vt ait Boetius in de hebdomadibus de hac propositione. Incorporalia non sunt proprie in loco. ¶ Hinc sequitur, quod hæc, Deus est, est per se nota secundum se, quia de intrinseca ratione Dei est existere; tamen non est per se nota simpliciter, quia non omnibus, sed solis beatis sunt notæ quidditates extremorum. Differentia ergo est inter Scotum & nos, quod ille putat esse duas propositiones, illã, Deus

Prima propositio.

Duplex propositio per se nota.

Per se nota simpliciter

Deus est, est per se nota.

Propositio demonstrabilis.

Contra.

est, quę est in beatis, & illam quæ est in nobis, propterea quia constat ex diuersis notitijs formalibus. Nota autẽ respicientes ad res significatas dicimus esse eandẽ. ¶ Et quod hæc fuerit mens Aristotelis præter argumentum factum ex eius modo loquendi, arguitur secundo. Ait namque dupliciter esse aliqua notiora, scilicet, quo ad naturam, & quo ad nos. Vbi non vocat notiora notitias seu voces, sed res significatas, dicens, causas esse notiores naturæ, & effectus notiores nobis, ergo eadem ratione aliæ erunt per se notæ secundum se, & quo ad naturam, & aliæ per se notæ nobis. ¶ Et tertio præter authoritatem Aristotelis, arguitur ad rem. Propositio per se nota, vt nomen sonat, est cuius connexio inuicem extremorum cuicunque cognoscenti eorum quidditates est nota, sed omnis propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est huiusmodi, ergo omnis talis est per se nota. ¶ Sed est hic notandum, quod non tantum propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est per se nota, sed omnis in vniuersum propositio immediata est per se nota, vt omne animal rationale est disciplinabile, si illa sit prima passio, quia illa inest subiecto non per aliud medium. Probatur, propositio per se nota secundum se opponitur propositioni demonstrabili, itaque idem est per se nota, & indemonstrabilis, & idem est demonstrabilis, & non per se nota, sed propositio in qua prima passio prædicatur de definitione est indemonstrabilis, quia cum prædicatum per se primo inest subiecto, caret medio per quod demonstretur, ergo est per se nota. Sed homo est disciplinabilis, non est per se nota, quia licet prima passio immediatè inire dehnitioni, tamẽ definitio non inest immediatè, sed inest per definitionem quæ est medium, per quod passio demonstratur de definito. Vnde neque illa in qua secunda, vel tertia passio prædicatur de definitione est per se nota, quia est demonstrabilis per primam passionem. In summa tamen valet propositio per se nota, quantum non per aliud medium nota, quod est dicere immediata. Vnde propositiones negatiuæ in quibus vnum generalissimum negatur de alio, vt substantia non est qualitas, censerentur ab Aristotele secundũ se per se notæ. ¶ Contra hanc doctrinam Sanct. Thom. potissima arguméta Scoti sunt hæc. Ista propositio, omnis homo est rationalis, est ex natura sua à priori demõstrabilis: ergo non est per se nota. Consequentia patet, quia per se notum idem, quod non per aliud notum: & antecedens probatur, quia demonstratur per definitionem, scilicet, omne animal est rationale, &c. ¶ Et secũdo arguitur. Si illa, omnis homo est rationalis, est per se nota secundũ se propterea, quod cognita quidditate subiecti & prædicati statim esset nota, eadem ratione hæc, omnis homo est disciplinabilis, est per se nota: nam cognita quidditate subiecti statim est euidens: consequẽs est falsum, quia illa est demonstrabilis per definitionẽ subiecti: ergo definitio propositionis per se notæ est nulla. ¶ Et tertio pro claritate materiæ arguitur. Illa propositio, omne animal rationale est disciplinabile, est per se nota, vt dictum est, & hæc, omnis homo est disciplinabilis, non est per se nota: & solum differunt penes hoc, quod subiectum vnius est definitio, & subiectum alterius est definitum, licet res significata sit eadem, ergo alius terminus est definitio, & alius definiti, alias demõstratio non constaret nisi ex duobus terminis, quia medium nõ differret à minori extremitate, & per consequẽs ad illos respiciendum est ad propositionem esse per se notam. Atque adeo bene dicit Scotus, quod prima propositio est per se nota, quia ex proprijs terminis sit nota & se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& secunda non, quia ex alienis sit nota. ¶ Sed pro solutione istorum notandum est, quod in demonstratione, si ad res significatas respiciamus, non sunt nisi duo termini, scilicet, subiectum & passio: sed subiectum ipsum distincte significatum per definitionem est medium ad demonstrandum passionem de eodem subiecto confuse significato per definitum. Ob idque in definitione nō sunt tres termini secundum res significatas, sed secundum cognitionem, & apprehensionem nostram. ¶ Vnde ad primum argumentum negatur hanc propositionem, omnis homo est rationalis esse ex natura sua secundum rem demonstrabilem: imo est per se nota, quia secundum rem est eadem cum illa, omne animal rationale: sed respectu nostri est demonstrabilis. Et hoc est quod dicit Sanctus Thomas, quod est secundum se per se nota, sed nō quo ad nos, quia nos nō distincte cognoscimꝰ quidditatem subiecti, nisi per definitionem, per quam illa est nobis demonstrabilis. ¶ Et eodem modo respondetur ad secundum, concedimus enim eadem ratione, omnis homo est disciplinabilis, esse per se notam secundum se, sed demonstratur respectu nostri per definitionem. ¶ Vnde ad tertiū argumentum respondetur, quod tam per se nota est hæc secundum se, omnis homo est disciplinabilis, quam hæc, omne animal rationale est disciplinabile, sed respectu nostri illa demonstratur per hanc. Nec secundum se differunt, quia eadem est res significata per subiectum vtriusque, sed differunt secundum cognitionem & apprehensionē nostram. ¶ Et confirmantur solutiones istæ nam in Angelo qui non indiget complexa cognitione, sed simplici notitia distinctissimè cognoscit res: eadem propositio est, homo est disciplinabilis, & animal rationale est disciplinabile, & sine aliqua demonstratione est ei per se nota. ¶ Vnde ad nonum argumentum principale respondetur, quod cū ait Aristoteles propositionem per se notam cognosci in quantum terminos cognoscimus, necintelligit de notitijs intuitiuis nec abstractiuis, sed de rebus significatis, quas vocat terminos, vt expositum est. ¶ Ad decimū argumentum respondetur, quod mens Aristotelis non est negare in vniuersum demonstrationem circularem: sed negare demonstrationem circularem in eodem genere demonstrationis, & eodem genere causæ. Vnde in syllogismis dialecticis nihil prohibet contingere circulum, vt Aristoteles concedit in text. 6. & non ibi exposuimus, quomodo ex conclusione & vna præmissarū sequitur altera, hurusmodi enim syllogismus secundus, non est necesse vt sit demonstratio, puta quod præmissæ sint veræ causæ conclusionis: sed solum sequitur conditionaliter, quod si sequitur, omne.a. est.b. omne.c. est.a. ergo omne.c. est.b. consequenter etiam subsequitur omne.c. est.b. omne.a. est.c. (quæ est conuersa minoris) ergo omne.a. est.b. ¶ Secundo sequitur, quod non inconuenit demonstrare propter quid eclipsim Lunę hoc modo. Quando terra interponitur inter solem & Lunam, Luna eclipsatur: sed quando Sol est in tali puncto ęcliptici, & Luna in tali, tunc terra interponitur: ergo quando sunt in talibus punctis Luna eclipsatur. Et ē conuerso, Quotiescunque Luna eclipsatur, terra interponitur: sed Sole & Luna existentibus in tali aspectu Luna eclipsatur: ergo quādo sunt in tali aspectu terra interponitur. Hoc inquam non est inconueniens, quia in prima consequentia antecedens importat causam realē consequentis quo ad esse: & in secunda, antecedēs solum est signū, per quod cognoscimus consequens. ¶ Neque inconuenit, quod causa finalis demonstretur per efficientē hoc modo: quicunque deambulat post cœnam, acquirit aut conseruat sanitatem: hic deambulat post cœnam, ergo & è conuerso. Quicunque seruat sanitatem, deambulat post cœnam, hic cōseruat sanitatem: ergo. ¶ Sed hoc est quod Aristoteles prætendit, scilicet, quod eodem genere causæ: sicut repugnat quod. a. sit causa. b. & b. causa a. ita repugnat quod. a. demonstretur per. b. & b. per. a. Et ideo ad vltimam replicam quæ directe militat contra hoc: respondetur primo, quod vapor non est adæquata causa materialis, ex qua generatur pluuia: quia potest etiam generari ex aere condensato. Nec pluuia est causa totalis generationis vaporis: quippe quum possit etiam vapor generari ex aere condensato in cauernis terræ. Et secundo respondetur, quod vapor non est materia eiusdem pluuię, ex qua idem vapor genitus est: sed vapor. a. generat. b. pluuiā, & b. pluuia generat vaporem. c. &. c. vapor pluuiam. d. &c. Ob idque nihil prohibet quo minus per vaporem, tanquā per signum demonstretur futura pluuia, & per pluuiam demonstretur futurus alius vapor.

Ad nonum

Ad decimū

Quid de omni, modi per se, & quid vniuersale.

Cap. IIII.

Text. viij.

VM autem fieri nequeat, vt id cuius est absolutè, scientia alter se se habeat id necessariū est profecto quodcunque sciri demonstratiua scientia potest: ea vero dēmonstratiua scientia est, quam demonstrationem habendo habemus: ergo demōstratio ex necessarijs ratiocinatio est.

Textus. viij. ¶ Sumendum est igitur, ex quibus qualibusve demonstrationes conficiuntur. Atque primo quid de omni, quid per se, quid vniuersaliter dicimus, determinemus. Id itaque de omni dicimus, quod nō cuidam inest, cuidam non inest: neque quod interdum competit, interdum nō competit: vt si animal omni de homine dicitur, si verum est hunc dicere hominem, verum est eum & animal dicere: ac si nūc verum est alterū dicere, verū est & alterum dicere: & si in omni linea pūctum inest, similiter. Atque huius signum est, quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cum de omni interrogamus, solemus, si aut de aliquo non dicatur, aut si interdum non insit.

Textus. ix. ¶ Per se autem, in ratione quid est dicente, ea quæ sunt dicimus: vt triangulo linea, & lineæ punctum inest: ex his enim ipsorum substantia constat, & hæc in ratione quid est dicente, insunt. ¶ Et item ea quorum in ratione quæ quid est patefacit, ea ipsa sunt quibus insunt: quo pacto lineæ quidem rectum & curuum inest, numero vero par atque impar, paruum atque compositum: figuræ denique

literum



laterum æqualium, ac altera parte longius. Atq; in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest. Quæ igitur aut illo, aut hoc in sunt modo, per se cuiq; competere dico: quæ vero neutro modo competunt accidentia, qualiter animali musicum, album competit.

¶ Præterea id per se dicimus, quod nō de subiecto alio dicitur vllo: ambulare enim cū aliquid aliud sit quam quod ambulans est: & item album: at substantia & quæcunque hoc aliquid significant, cum nō sit aliud quicquam, id sunt quod sunt. Ea igitur quæ de subiecto non dicūtur per se, ea vero quæ de subiecto dicuntur accidētia voco. ¶ Insuper alio modo, id quidem quod vnicuiq; per se competit, per se dicimus: id autem quod hanc conditionem egreditur accidens: veluti si ambulante quopiam coruscauerit, id accidens dicimus, non enim ob id ipsum coruscauit, quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse: at cum iugularetur quispiā mortem obierit, iugulationemve, id per se dicimus ob id ipsum enim quia iugulabatur mortuus est, sed non accidit, cum iugularetur mortem oppetijsse.

Textus. x. ¶ Quæ igitur in hisce quæ sub scientiam simpliciter cadunt, per se dicuntur, vel eo pacto vt sint in prædicatis subiecta, vel eo rursus vt ipsa sint in subiectis, & per se & necessario sunt. Nam fieri non potest, vt non competant, aut simpliciter hæc, aut eorum opposita, veluti lineæ rectum, aut obliquū, & numero par, aut impar. Est enim contrarium, aut priuatio, aut cōtradictio genere in eodem, ceu par est id, quod est non impar in numeris, vbi sequitur, Quare necesse est affirmare, aut negare est, necesse est & ea quæ per se insunt competere. Id igitur quod de omni, & id quod per se dicimus, hoc sit modo determinatum.

Textus. xj. ¶ Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se, atque hoc plane quo ipsum est. Patet igitur ea necessario in rebus inesse, quæ ipsis vniuersaliter competunt. Atque per se & hoc quo ipsum est eadē esse dico, veluti lineæ per se punctum inest, rectumve, ea namque ratione qua linea est & triangulo, quo triangulus est rectiduo, per se enim triangulus tres duobus rectis æquos. Tunc autem quippiam vniuersaliter inest, cum de quouis & primo ostenditur, velut æquales duobus rectis habere, non vniuersaliter figuræ inest, de figura licet duobus rectis angulos æquos habere, liceat ostendere: at non de quauis figura, nec ostendens figura quauis vtitur: quadratum enim est quidem figura, non tamen tres duobus rectis æquos habet. Is etiam triangulus qui duorum æqualium laterum est, omnis quidem duobus rectis tres æquos habet at non primus: triangulus enim prior. Qui igitur primus his duobus rectis æquos habere, vel quoduis aliud demonstratur, et primo vniuersaliter id competit, & demonstratio per se eius vniuersaliter est: cæterorum vero quodammodo non per se, nec eius vniuersaliter est, qui duorum est æqualium laterum: sed superat, & ad plura se se extendit.

HAEC est tertia pars principalis primi libri, in qua postquam in. 1. cap. constitutum est demonstrationem esse necessariam, & in duobus sequētibus definitum est, quid est scientia, & quid demonstratio: explicatur modo ex qualibus præmissis conficiatur demonstratio. Vt prima quæstio fuerit, an demonstratio sit, secunda, quid sit? & tertia qualis sit. Quæ quidē pars protenditur, vt supra diximus, per octo capita vsque ad vndecimum. Habetque tria membra. In primis enim duobus cap. exponuntur tres termini, quorum notitia necessaria est ad subsequentia, scilicet, quid sit dici de omni, & per se, & vniuersaliter. In quatuor subsequentibus explicitur, ex quibus propositionibus constituatur demonstratio: & in duobus vltimis concluditur duplicem esse demonstrationem, scilicet, propter quid, & quia, atque adeo primam figuram esse demonstrationi aptissimam. Caput hoc quartum, quod totius est artis posterioris theæ basis ac fundamentum, atq; adeo in quo tantisper immorandum nobis est, secundum diuisionem Commentatoris continet textus quinque. In primo, qui est septimus in ordine, præmittit Aristotele: hanc conclusionem, quam fere in hac tertia parte intendit explicare, & probare. Demonstratio est ratiocinatio, seu syllogismus procedens ex necessarijs. Hanc conclusionem ex suprādictis ita concludit. Cum fieri nequeat, vt id alter se habeat, cuius est absolute scientia, sit vt id quod scitur demonstratiua scientia, sit necessarium. Antecedens supponitur ex. c. & consequentia est nota, quia idem est necessarium, quod non potest aliter se habere. Addit in conclusione, quod scitur demonstratiua scientia, ad explicandum quod dixerat in antecedenti, absolute scientia, omnis scientia enim simpliciter est demonstratiua. Rursus. Quicquid scitur, demōstratiua scientia est necessarium, & demonstratiua scientia est illa quam habemus demonstrationem habendo, id est, quam acquirimus solūm per demonstrationem, vt ea. 1. dictum est, ergo omnis demonstratio procedit ex necessarijs. Consequentia est nota, quia conclusio necessaria non concluditur, tanquam ex proprijs causis, nisi ex propositionibus necessarijs. Dixerim, tanquam ex proprijs causis, quia necessarium bene potest syllogizari ex contingentibus, & ex falsis: sequitur namque, Omne animal est nō videns, talpa est animal, ergo talpa est non videns: tamen malo illa exemplum si in aliquo casu esset vera, nō est causa conclusionis: nam quamuis esset falsa, nihilominus consequtio esset vera. ¶ In text. 8. (Sumendū est igitur) explicatur quid sit dici de omni. Vbi adnotandum est primo, quod cum in hac tertia parte intēdat Aristo.

Texr. 7. de monstratio ex necessarijs.

Text. 8.

docere

Universidad de Deusto
Biblioteca

docere demõstrationem procedere ex necessarijs, vult primo docere necessitatem propositionis in his tribus consistere, scilicet, prædicatum respectu subiecti dicatur de omni, per se, & vniuersaliter. ¶ Secundo notandum est, quod duplex est dici de omni, scilicet prioristicum & posteriori cum. Dici de omni prioristicum est prædicatum ita affirmari de subiecto, vt nihil sit sumere subtilo de quo non affirmetur prædicatum, siue talis prædicatio contingens fuerit, siue necessaria. Non dixerim. Dici de omni est propositio vniuersalis affirmativa, vt aliqui dicunt: quia propositio non est id quod dicitur de omni: sed in illa prædicatum dicitur de omni. vt prædicatū huius, omnis homo vigilat, dicitur de omni. Et dicitur prioristicum, quia ad negotium libri Priorū, vbi solum agitur de forma syllogismi, satis est quod præmissæ regulentur per dici de omni hoc modo: aut per dici de nullo. si fuerit syllogism⁹ negatiuus, id est, quod maior extremitas prædicetur de medio in propositione simpliciter affirmatiua, vel simpliciter negatiua, vt quinto libro Summul. expositum est. Hic vero, vbi agitur de materia præmissarum ex quibus constat demonstratio, aliter consideratur dici de omni, quod appellat posterioristicū. Est namq; prædicari de omni supposito, seu individuo subiecti pro qualibet tempore, vt omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale. Et hoc est q. ait Arist. Quod nõ cuidã inest, cuidã nõ inest nec interdũ cõpetit, interdũ non cõpetit. Vt si animal dicitur de omni homine, de quocũque verum est dicere, quod est homo, verum est etiã quod animal: & quicunque tempore verum est, quod est homo, verũ est etiam quod est animal. At cum ait, in omni linea inest punctum (id est, de omni linea prædicatur punctum) nõ intelligas in recto, scilicet, quod omnis linea est punctum, sed in obliquo, scilicet, omnis linea cõtinuatur & terminatur punctis. Et ideo de quocunque vere dicitur, quod est linea, & in quocunque tempore id dicitur, vere etiam dicitur quod cõtinuatur per puncta. Itaque vniuersalitas suppositorum vt notauit Albertus, requiritur propter formã syllogismi: vniuersalitas verò temporis, propter necessitatem materiæ demonstrationis.

2. Corollarium. ¶ Cum audis pro qualibet individuo & tempore intelligitu affirmatiue, si subiectum habet individua, & est in tempore: alias intelligitur proportionabiliter negatiue, id est, quod nullum sit individuū aut subiecti, aut temporis pro quo prædicatum non comperat, quia in Deo nõ sunt plura individua, nec tempora, & tamẽ hæc censetur de omni. Deus est purus actus, & similes quia in æternitate sunt verę. ¶ Ex quo sequitur primo, quod non conuertuntur, dici de omni, & propositio vniuersalis. Primo, quia dici de omni, vt dictum est, non est conditio propositionis, sed prædicati. Secundo, quia in vniuersali falsa prædicatum non dicitur de omni: post quam non vere dicitur de subiecto, licet denotetur dici. Quod sufficit vt sit rapta præmissa in syllogismo dialectico. Et tertio, quia propositio in qua prædicatum dicitur de omni posteriori ritice, non indiget vt sit formaliter vniuersalis, quia in illis indefinita æquipollet vniuersali: tam de omni enim est posteriori stice, homo est animal, quam omnis homo est animal, quamuis gratia doctrinæ indefinitis nobis vtendũ est in demonstrationibus pro vniuersalibus. ¶ Secundo sequitur, quod dici de omni prioristicum est superius ad posteriori sticum. Omne enim prioristicum est posteriori sticum: & non è conuerso. Nec definuit hic dici de nullo sicut in prioribus: quia loquitur de demonstratione potissima qualis est affirmatiua. Potest tamen proportionabiliter definiri dici de nullo. Est enim prædicatum, segrat de subiecto pro qualibet eius supposito, & qualibet tempore, vt nulla substãtia est qualitas, nullus homo est equus. Probat Aristoteles suam definitionem à signo, dicens; quod signum huius, videlicet, quod tale, sit dici de omni, inde sumitur, quod hoc pacto solemus afferre infirmationes, id est, negationes, seu instantias interrogati, an tale prædicatum dicatur de omni. Exempli gratia. Interrogati an in his propositionibus, omnis figura habet tres angulos æquales duobus rectis, omnis homo vigilat, casu quod sit vera, prædictum dicatur de omni vtrunq; negamus, quia in prima non dicitur de quolibet supposito subiecti: & to altera, non dicitur pro quolibet tempore. In textu. 9. (per se autem dicimus) explicat Aristoteles secundam particulam, scilicet, quid sit prædicatũ per se inesse subiecto. Vbi notandum est primo, quod quamuis propositio ipsa dicatur propositio per se, & per accidens, nihilominus nõ potest explicari quæ propositio sit per se, aut per accidens, nisi per ordinem ad res significatas. Intelligi enim nequit, quomodo prædicatũ vocale, aut mentale, per se, aut per accidens conueniat subiecto, nisi quia res significata per se, & nõ per aliam causam, aut per aliud accidẽs conuenit subiecto. Et hoc est animi, quod non solum voces prædicantur, sed res ipsæ, vt in prologo prædicamentorum late discussimus. ¶ Secundo notandum est, quod Aristoteles ponit quatuor modos dicendi per se, in quatuor particulis textus (de quibus etiam meminit. 5. Metaphysicorum, tex. 23.) Qui quidem modi hac ratione distinguuntur. Hæc propositio, per, apud philosophos dicit omnia quatuor genera causarum, quarum duæ sunt intrinsecæ, scilicet, formalis & materialis: & ideirco extrinsecæ, scilicet, efficiens & finalis. Primus ergo & dignissimus modus est, vbi ly per, dicit causam formalem, & quia forma intrinseca rei est eius definitio, sit vt illa propositio sit in primo modo dicendi per se, cuius prædicatum est de intrinseca ratione, id est, definitione subiecti: puta definitio, aut pars eius, vt homo est animal, homo est rationalis, homo est animal rationale. Nõ dixerim, quod primus modus dicendi per se sit propositio, vt quidam dicunt: quia cum propositio non dicatur, id est, prædicetur, sed prædicatum dicatur de subiecto, illa est impropria loquutio, & magis proprie dicitur, quod propositio est in tali modo dicendi per se. Pergit vt solet exempla ponere in mathematicis, triangulo, inquit, inest linea & lineæ punctum. Inesse namque apud Aristotelẽ, idem est quod prædicari: non tamen intelligit quod linea prædicetur de triangulo in recto, sed in obliquo, quemadmodum ponitur in eius definitione. Est enim triangulus figura tribus rectis lineis contenta: & linea est longitudo sine latitudine & profunditate, cuius partes punctis continuantur & terminantur. Et ideo dicit, quod substãtia, id est, definitio lineæ constat ex punctis, quamuis punctum non sit pars lineæ, vt diximus in cap. de quantitate. ¶ In secunda particula textus. Et item, subditur secundus modus. Vnde in secundo modo dicedi per se est illa propositio, cuius subiectum est in definitione prædicati, vt homo est risibilis, & omnis in qua propria passio prædicatur de subiecto. Accidens enim proprium debitur per eius subiectum, vt risibilitas est hominis aptitudo ad ridendum. Et hoc est quod ait, Et, scilicet, prædicata, dicuntur secundo modo per se, in quotum ratione quæ quid est patefaciat, id est, in definitione quidditatiua, sunt ipsa, scilicet, subiecta, quibus insunt alia prædicata. Subiungit exempla mathematica: vt lineæ rectum & curuum ineſt, numero vero par, atque impar. Sunt enim pares numeri, quos linearum rectum & curuum, & passiones numeri par & impar, & simplex & cõpositum. Et ideo subdit Aristoteles, quod in definitione horum, scilicet, par & impar, simplex & compositum, ponitur numerus. Est enim par numerus in duos æquales numeros partibiles: & impar est numerus, qui in duos æquales diuidi non potest. Numerus vero simplex, vt quæstione prima de quantitate dicebamus, est ille qui nullo alio numero mensuratur, sed sola vnitate, vt binarius, ternarius, &c. numerus vero compositus est, qui alio numero mensuratur: vt nouenarius, qui constat ex ter tribus, quasi ex tribus lateribus æqualibus: & sexdenarius, qui constat ex quater quatuor. In definitione autem illorum, scilicet, recti & curui ponitur linea. Rectũ enim est linea cuius medium non exit ab extremis, & curuum, est linea cuius mediũ exit ab extremis. Quocirca huiusmodi propositiones, linea est recta, vel curua, numerus est par, &c. sunt in secundo modo dicendi per se. In vltimo exemplo transfert Boetius in quam passiones figuræ, æquilaterum, isosceles, scalenon, quæ verba nec sunt in Codice Græco, nec punctim exprimunt mentem Aristotelis. Græcè enim non est nisi, isopleuron, id est, æquilaterum, quæ est passio non solius trianguli, sed omnis figuræ rectilineæ, & heteromeces, id est, altera parte longius. quæ est passio quadrati potiusquam trianguli. Et ideo non posuimus exempla in quadratis. Imo vero & numeri ipsi possunt esse æquilateri, vt nouenarius est triangulus æquilaterus, & sexdenarius, quadratus æquilaterus. Sed de speciebus trianguli in capite sequenti. ¶ Vt ergo ad rem reuertamur quantum ex artificio Aristotelis conijcio in isto secundo modo, ly per, dicit causam materialem quę etiam est intrinseca: subiectum enim tanquam causa materialis, in qua recipitur passio intrat eius definitionem, vt patet cum dicimus, aquilitas est nasi curuitas. Vbi curuitas quæ est genus contrahitur per nasum, tanquam per differentiam in genere causæ materialis, ad esse aquilitatis. ¶ Subiungit Aristoteles, quod ea prædicata quæ neutro istorum modorum se habent, scilicet, quod nec prædicatum est de ratione subiecti, nec subiectum de ratione prædicati, conueniant subiecto per accidens, vt animali musicum aut album competit. Neque enim album est de definitione animalis, neque animal de definitione albi. ¶ Hinc patet ratio nominis per se, prædicatum enim dicitur inesse per se subiecto, quia non inest per accidens, vt in subsequentibus perspicietur elucescet. ¶ In tertia particula textus. Præterea id per se, subsequitur tertius modus. Vnde per se tertio modo tantum sonat, quantum solitarie. Vt tantum valeat, quantum res quæ semper per se existit: id est, non in alio. Vbi per se solum excludit concomitantiam subiecti. Quemadmodum Socrates, & quæcunque substantia dicitur ens per se: accidens vero, vt ambulare & albedo, ens in alio. Et hoc insinuant exempla Aristotelis, vbi ait, Ambulare enim cum aliud sit quam quod ambulans est: & item album, scilicet, pro formali, vt albedo, aliud etiam sit quam res quæ est alba, supple, non sunt per se, sed entia in alio: substantia vero, id est, vniuersalia prædicamenti substantiæ & quæcunque hoc aliquid significant, id est, individuæ substantiæ, id sunt quod sunt, id est, entia sunt per se. Vnde cum dicit ea esse per se, quæ de subiecto nullo dicitur, non excludit, dici de subiecto, tanquam vniuersale de suo inferiori, sed tanquam accidens de subiecto: nam vniuersalia substantiæ sunt entia per se, licet quidditatiue dicãtur, de suis inferioribꝰ. ¶ Colligitur hinc quam sit

Dici de omni prioristicum & posterioristicum.

Tex. 9. propositio per se.

Quatuor modi per se.

Secundus modus per se.

Numerus par, impar, simplex, cõpositus.

lata differentia inter tertium modum, & duos præcedentes: nam duo priores sunt modi complexorum, tertius vero est modus incomplexorum. Quod est dicere, duo priores sunt modi prædicandi, scilicet, quibus prædicata in propositione dicuntur de subiecto: sed tertius modus potius est modus essendi rerũ, quam prædicãdi. Petrus enim sine ordine ad propositionem dicitur ens per se & album ens per accidens. ¶ In quarta particula textus. Insuper alio modo subsequitur tandem quartus modus per se. Vnde in quarto modo dicendi per se, est propositio in qua prædicatur effectꝰ de sua propria causa, vt iugulatus interijt. Iugulatio enim per se est causa mortis. Et iste modus opponuntur effectui per accidẽs, id est, qui forte cõtingit cause non per se intendenti talem effectũ, vt cum me ambulãte coruscat: ambulatio enim non est per se causa coruscationis. Aut si dicas, ædificator thesaurũ inuenit, sed ædificator ædificat, est per se. Primi ergo duo modi sunt per se prædicandi: tertius vero, per se essendi, & quartus per se causandi. ¶ Sed est notandum, quod nihil vetat secundum, & tertium modum aliquando coincidere. Subiectum enim per definitionem est causa passionis: ob idque, homo est risibilis, quæ est in secũdo modo, est etiam in quarto, vt insinuat Albertus. Aut, quo vertus dicamus, hæc est in quarto modo, omne animal rationale est risibile, cuius subiectum exprimit causam per se prædicati. ¶ In textu. 10. Quæ igitur to hisce applicat Aristoteles modos per se ad vsum demonstrandi. De quo sunt variæ opiniones. Atqui rem primo obscuram fecit, & variam translatio Boetij quam doctores sequuntur. Quæ sic habet, quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus per se sic sunt, sicut inesse prædicantibus, aut inesse propter ipsa, quæ verba præterquam quod vix sunt intelligibilia, sensum Aristotelis ad verum non referu.t. Sanctus Thomas, glossat hoc modo. In demonstratione vbi passio concluditur de subiecto, quæ conclusiones sunt simpliciter scibiles, conclusio est in secũdo modo per se, & item in quarto, quia subiectum est per se causa passionis. Et ita glossat, aut inesse propter ipsa. Et per consequens existimat quod in simpliciter scibilibus soli secũdus, & quartꝰ modus deseruiunt demonstrationi quantum ad conclusionem. Themistius vero & Simplicius contra censent solos duos primos modos deseruire demonstrationi: eo quod sunt modi prædicandi qui constituunt propositiones intrinsece necessarias, quales requiruntur ad demõstrationem. Albertus, & alij putant omnes modos deseruire demonstrationi, vt late est videre apud Paulũ. ¶ Ac vero ne nos opinionum turba confundat, prima propositio. In demonstratione vbi passio concluditur de subiecto per eius definitionem, conueniunt primus, secundus, & quartus modus dicendi per se. In hac enim demonstratione, omne animal rationale est disciplinabile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est disciplinabilis, conclusio est in secundo modo, & minor in primo, & maior in quarto: nam definitio subiecti est proxima & per se causa passionis. Propositio est Sancti Thomæ, lectio. 13. Et præterea ambæ præmissæ sunt etiam per se causæ conclusionis, quod pertinet ad quartum modum. Attamen Aristoteles vt litera Græca & translatio Argyropyli testatur, solum fecit mentionem de primo & secundo modo, cum ait. Quæ igitur in hisce quæ in scientiam simpliciter cadunt, (id est, vbi passio per definitionem demonstratur de subiecto) per se dicuntur, vel eo pacto vt sint in prædicatis subiecta: id est, vt subiecta sint in definitione prædicati, quod contingit in secundo modo in quo est conclusio,

4. modus.

Text. 10. Applicatio modorum per se ad demonstrationem.

3. modus.

2. Propo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel eo rursus vt ipsa, (scilicet, prædicata) sint in subiectis, id est, in definitione subiectorum, quod cõtingit in primo modo, in quo est minor, hęc inquit, & per se & necessario sunt. ¶ Secunda propositio. Vbi secunda passio demonstratur de subiecto per primam passionem, vt omne admirationem est risibile, omnis homo est admirationem: ergo omnis homo est risibilis: conclusio & minor sunt in secundo modo, maior vero in quarto. ¶ Tertia propositio. Vbi definitio materialis demonstratur de definito, per definitionem formalem, aut per finalem, conclusio & minor sunt in primo modo, & maior est in quarto. Exempli gratia. Quicũque vindictam apperit, accensionem sanguinis patitur circa cor: iratus vindictam appetit, ergo iratus accensionem patitur circa cor. Conclusio & minor sunt in primo modo, quia in conclusione prædicatur definitio materialis, & in minori definitio formalis de subiecto: sed maior est in quarto, quia definitio formalis est causa formalis definitionis materialis. Eodem modo si dicas, omnis syllogismus qui facit scire constat ex veris, & notioribus causis conclusionis: omnis demonstratio est syllogismus faciens scire: ergo omnis demonstratio constat ex veris, &c. vbi demonstratur definitio materialis per finalem. ¶ Hic adnotato, quod quartus modus perfectatis non solum constituitur in causis efficientibus, sed etiam in causis finalibus & formalibus, vt patet in materialibus harum demonstrationum. Imo etiam in causis materialibus: hæc enim est per se quarto modo, ædificium constructum ex parietibus & tecto est pulchrum, vbi subiectum est causa materialis prædicati. ¶ Tertius vero modus dicendi per se, fateor, non video quo seruiat demõstrationi, cum non sit modus prędicandi, sed essendi rerum, vt iocomplexe significantur. At potius est vt numerarentur omnes modi per se. Vel forte ad denotandum, quod omnes demonstrationes quæ fiunt in alijs nouem prædicamentis, quæ sunt entia in alio, reducuntur aut quodammodo sustinentur in rebus prædicamẽti substantiæ, tanquam in primis subiectis quæ sunt per se tertio modo. Probat consequenter Aristoteles, quod huiusmodi propositiones per se sunt necessariæ. Vbi notandũ est, quod propria passio, aut est simplex accidẽs, quod conuertitur cum subiecto, vt risibile cum homine. Et de istis non est dubium quin factant propositiones necessarias. Attamen est alia passio, quæ illa simplex non conuertitur cum subiecto, sed disiunctum ex illa & suo opposito, aut suis oppositis, vt rectum non conuertitur cum linea, sed rectum vel curuum, nec par conuertitur cum numero, sed par vel impar. Et probat, quod istæ in quibus totum disiunctum prædicatur sint necessariæ, vt omnis numerus est par vel impar. Aut enim quod hæc omnia habent se tanquam contraria, aut priuatiue opposita, aut contradictoria in eodem genere. Quamuis de aliquo ente, puta de albedine negetur vtrunque, scilicet, rectum & curuum, & par vel impar, quia non sunt passiones qualitatis; tamẽ in isto determinato genere, scilicet, quantitatis negari non potest vtrunque, vt puta in linea, vel in numero. Curuũ enim idem est quod non rectum in linea, id est, linea nõ recta: & par, idem est quod non impar in numero, vbi sequitur, id est, vbi ex hoc quod non sit impar, sequitur esse parem. Et hoc est quod dicit, quod opponuntur sicut contradictio, aut priuatio in eodem genere. Sicut ægrum idem est quod animal non sanum. Vnde omnis linea, aut est recta, aut non est recta, puta de quolibet verũ est idẽ affirmari, aut negari, si non est recta, cũ sit apta nata esse recta, sequitur quod est curua. Et hoc modo proceditur in alijs dictis. Quis enim nasus est rectus, vel simus, vel aquilus. Aut enim est rectus, aut non est rectus: si non est rectus, aut est cauus, & tunc est simus, aut non est cauus. Si ergo nec est rectus nec cauus, sequitur quod sit gibbosus, & est aquilus. ¶ In tex. 11. vniuersaliter autem exponit tertium terminum propositum in principio capituli, scilicet, quid sit vniuersale, seu vniuersaliter dici. Ad cuius literæ intelligentiã notãdum est hos tres terminos. Dici de omni, & per se vniuersaliter se habere tanquam superius & inferius. Omne enim vniuersale est per se, & non è conuerso: atque omne per se est de omni, & non è conuerso. Exempli gratia: omne animal est coloratũ, omnis cygnus est albus, omnis coruus est niger, sunt de omni, etiam posterioristice: quia prædicatum conuenit cuicunque supposito subiecti pro quolibet tempore, saltem naturaliter, tamen non sunt per se, quia nigredo non est de intrinseca ratione corui, nec albedo de intrinseca ratione cygni. Imo nec sunt propriæ passiones, vt in prædicabilibus capit. de accidente ostendimus. Item in hac, omnis homo est sensibilis, prædicatum dicitur de omni, & per se, sed non vniuersaliter. ¶ Vbi notato secundo, quod prędicatum dici vniuersaliter de subiecto, non est prædicari tanquam vnum ex quinque vniuersalibus, nec sufficit vt conueniat cuicunque supposito subiecti: sed quod conueniat subiecto per se primò. At licet sensibile conueniat homini per se: quia si acciptatur vt differentia constitutiua animalis est in definitione hominis: si accipiatur tanquam passio animalis, est mediata passio hominis, tamen non conuenit homini per se primo, scilicet per hominem, sed per animalinam homo in quantum animal est sensibilis. ¶ Quod si arguas hominem & animal formaliter idem esse: quia homo formaliter est animal, vt quæstione. 3. super prolog. Porphyr. expositum reliquimus. Respondetur, quod illa distinctio rationis sufficit, vt prædicatum quod conuenit homini ratione superioris, dicatur conuenire per aliud. Itaque conuenire per se opponitur huic quod est per accidens, per se enim cõuenit quod est de ratione alterius, vel de cuius ratione est aliud, sed per se primo, opponitur huic quod est, per aliud. Sit quo vno verbo dicamus prædicamentum conuenire vniuersaliter requirit mutuam conuertentiam: vt scilicet tale prædicatum omni & soli subiecto conueniat: aut saltem sit proximum genus propriæ speciei vt homo est animal. Quo fit vt dicti de omni, dicat respectum prædicati, vt, scilicet, de omnibus dicatur, & dici per se notat respectum ad ipsam naturam subiecti, vt, scilicet, prædicatum sit de definitione subiecti, aut vice versa. Sed dici per se primo, quod est vniuersaliter, dicit negationem prioris, id est, quod conueniat huic non per aliud cui primo conuenit. ¶ Per hæc ergo quæ dicta sunt totus text. 11. splendet. Ponit enim primo Aristoteles definitionem vniuersalis prædicati, dicens: Vniuersaliter id cõpetere, quod de omni dicitur, & per se, atq, hoc plane quod ipsum est. Quod Boetius vertit secundum quod ipsum. De omni ad excludendum hanc, omnis cygnus est albus. Eo quod ipsum, id est, in quantum tale, ad excludendũ hanc, homo est sensibilis. ¶ Quod si arguas. Homo in quantum homo est sensibilis: ergo homo eo quod est ipse, & secundum quod est ipse, est sensibilis, nam in quantum, & secundum quod idem sunt. Respondetur, quod homo in quantum homo est sensibilis, est æquiuoca. Si enim intelligatur quod secundum suam totam & adæquatã naturam est sensibilis, falsum est: quia tunc soli homini hoc conueniret. Si autem intelligatur, quod secundum

Propria passio duplex.

2. Proposi.

3. Proposi.

Text. 11. Dici vniuersaliter.

dum aliquam partem suæ definitionis, id est, in quantũ est animal, est sensibilis, id conceditur sed hoc non sufficit vt prædicetur per se primo cõueniat ei. Quod est conuenire secundũ quod est homo. Et hoc est notandum, ne quis de ipsa credat idẽ esse per se, & eo quod ipsum, aut secundũ quod est ipsum. Quod fit, vt ergo sit idẽ omni & vniuersaliter dici. ¶ Infert mox Aristoteles dicens: Patet igitur ea necessario rebus inesse, quæ vniuersaliter competunt. Ac si diceret. Patet ex dictis propositiones illas esse simpliciter necessarias, in quibus prædicata dicũtur de omni per se, & vniuersaliter. Ad hoc enim propositum exposuit hos tres terminos, vt ostenderet ea, quorum propositionis necessitatem in his consistere, quæ ad vsum pertinent demonstrandi. ¶ Et sequitur in textu. Atque per se, & hoc quo ipsum est (id est secundũ quod ipsum, vt vertit Boetius) cadẽ esse dico. Quod glosat S. Thom. dicens, idem esse per se, & secundũ quod ipsum, de quo à nonnullis reprehenditur. Nam tunc, ait dicit, vt negatio esset dicere per se, & secundũ, sed in quantũ ipsum. At vero nescio cur reprehenditur de hac S. Thomæ potius quam Aristot. qui idem dicit. Sensus ergo est iam quod sint omnino idẽ sicut homo & homo, sed sicut superius & inferius, quemadmodũ dictum est, idem esse hominem & animal, quia eo quod ipsum addit supra per se. Vade subiungit Aristot. velut lineæ per se plectum inest, rectũve: ea namq; ratione qua linea est linea, consistere expunctis, quod pertinet ad primũ modum dicẽdi per se, & est recta, vel curua, quod pertinet ad secũdum modum. Et quia hæc prædicata conueniunt illi conuertibiliter: sit, vt conueniat & per se, & secundũ quod ipsum. Et eodẽ modo habere tres angulos æquales, duobus rectis conuenit triangulo per se primo. Subdit tamẽ nunc quippiam vniuersaliter inest, id est, secundũ quod ipsum, cũ de quocunque supposito subiecti dicitur, & primo conuenit tali subiecto. Defectu primi hæc nõ est per se, figura habere tres angulos æquales duobus rectis: quia id non conuenit cuicunque figuræ puta quadrangulo. Et defectu secundæ partis illæ non est per se, isosceles, id est, triangulus duorum tantum laterum æqualium habet tres, &c. quia licet conueniat omni, non tamen primo. Sed primo conuenit triangulo, & per triãgulum conuenit isoscelti: licut, sensibile, primo conuenit animali, & per animal homini. ¶ Concludit tandem Aristot. quod demonstratio propter quid & potissima debet fieri ex telibus propositionibus necessarijs, quarum prædicata per se primo conueniunt subiectis. Quare non debet prius demonstrari habere tres angulos de isoscele, sed de triangulo, scilicet, omnis figura rectilinea trium angulorũ habet tres angulos, &c. omnis triangulus est figura rectilinea, &c. ergo. Nã si subsumas, omnis isosceles, &c. nec minor, nec conclusio erit per se primo. Eadem autem passio demõstrabitur de isoscele per triangulum hoc modo, omnis triangulus habet tres angulos, &c. omnis isosceles est triangulus: ergo. Velati si dicas, quod passio animalis prius debet demonstrari de animali per suam definitionem, & deinde per animal de suis speciebus. De figura autem demonstrabitur habere tres angulos æquales, &c. non vniuersaliter, vt ait Aristoteles, sed particulariter hoc modo. Omnis triangulus habet tres angulos, &c. quædam figura est triangulus, ergo. ¶ Quæ luce si oculate inspicias, clarescit quemadmodum demonstratio debet constare ex immediatis, id est, ex propositionibus in quibus inter prædicatũ & subiectũ nihil mediet. Idẽ enim est prædicatum esse immediatum subiecti, & per se primo conuenire illi. Et idem est seruandũ in passionibus secũdis, vt, scilicet,

Causa risus

De deceptione circa vniuersale, Cap. V.

PORTET autem non latere errorem persæpe fieri, & non esse id quod ostenditur primum vniuersale, quemadmodum esse vocatur. Decipitur autem hac deceptione: cum aut præter singulare, vel singularia nihil est, quod accipiatur superius: aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus: aut est in parte totum id de quo demonstratur. Partim quo accommodabitur quidem demõstratio, & de qualibet erit: attamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio: ac huiusce primi quatenus primum est demõstrationem dico, cuni est primi vniuersaliter. ¶ Si igitur quispiam ostenderit rectas duas lineas nõ concurrere, inter quas eadem in parte sunt anguli recti, ex recta linea secante illas obortι: huius ex eo demõstratio proprie videbitur esse: quia sic in omnibus angulis rectis est, verum non est, quippe cum id fiat non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis æqui.

Text. xiij.

Text. xiij. ¶ Et si nullus alius esset triangulus quadrilcc, qui duorum æqualium laterũ est, huic vt duorum est æqualium laterum, angulos æquos duobus rectis habere competere videatur. Et similitudo rationum mutato ordine numeris vt numeri, lineis vt lineæ, solidis vt solida: temporibus denique vt tempora sunt, cõpetere videtur, quamadmodum sursum olim ostendebatur quod tamen vna demonstratione de omnibus demonstrari potest: sed quia non sunt quippiam vnum hæc omnia nomine certo vocatum, numeri inquam, longitudines, tempora, solidaque, atque differũt inter se specie, ideo sursum sumebantur: nunc autem vniuersaliter hoc demonstratur. Non enim hisce, vel vt lineæ sunt, vel vt numeri, sed vt hoc quod quidem vniuersaliter his ineſſe cunctis supponitur competit. ¶ Quocirca si quis vnũquemque triangulum cum inquam, qui ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

æqualibus omnibus, & eũ qui ex omnibus inæqualibus, & item cum qui è duobus æqualibus lateribus constat. aut vna, aut alia seorsum demonstratione, tres æquos duobus rectis habere ostenderit: nondum is profecto triangulum scit duobus rectis æquales habere, nisi eo scien di modo quem ipsi more suo sophistæ profitentur, neque de triangulo vniuersaliter id præcipit, & si nullus alius præter istos triangulus est: non enim, id istis vt trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formæ: sed numeri inesse cognouit. Tametsi nullus triangulus est, quem ipse nõ æquos duobus rectis tres habere sciat.

Text.xiiij. ¶Quando igitur non scit vniuersaliter, & quãdo simpliciter scit, manifestum est enimuero si eadem esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli, cæterorũq; triangulorum demonstratio, aut cuiq;, aut omnibus æque sine vllo discrimine accommodaretur, vt patet. Cùm verò non sit eadẽ, sed diuersa, tresq; anguli duobus rectis æquales, hoc cuique competere quo quisque triangulus est, non scit isce simpliciter qui dicto modo demonstrat. ¶Patet autem, vtrum illi cõpetat vt triangulus est, an vt duorum æqualium laterum: & quando per hunc cõpetit primũ, & cuius est vniuersaliter demõstratio. Nã ei cõpetit vt tale est, cui cæteris sublatis cõpetit primo: veluti laterũ duorũ æqualiũ æneo triangulo, competent anguli duobus rectis æquales: at ære sublato, vt nõ sit æneus, etiã competẽt. Et item laterũ æqualitate duorũ sublata, vt nõ sit duorũ æqualiũ laterũ: at nõ cõpetent sublata figura, vel termino: sed non primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato nõ cõpetent triangulo: per hunc eũ & cæteris, & huius est vniuersaliter demõstratio.

Text.xij. POSTQVAM superiori capite definitum est quid sit prædicatum per se primo dici de subiecto, quod est vniuersaliter dici in hoc quinto, id perspicaci exponit Aristo. docens quemadmodum errare contingit demonstrando tanquam vniuersale id quod non est vniuersale, & quomodo sint eiusmodi errores cauendi. Atqui secundum diuisionem Commentatoris tres numero sunt in hoc capite textus. In primo, qui est ordine duodecimus, proponit primum Aristoteles, quod tripliciter contingit deceptio in assignatione vniuersalis, & continuo in secunda particula subnectit exemplum ter

Tres deceptiones circa vniuersalia. tij erroris. Ait ergo, quod contingit deceptio in assignatione vniuersalis: aut quando passio quæ per se primo cõuenit superiori assignatur inferiori, aut singulari ipsius, eo quod præter illam speciem, aut singularia quibus assignatur non sunt plura, vt si solis hominibus existentibus in mundo, sensibile demonstraretur de illis. Aut ex eo quod licet sint plures species, aut singularia, non tamen est impositum nomen commune illius generis, vt si generi animalium non esset impositum vnum nomen commune: & hac de causa, sensibile demonstraretur seorsum de hominibus & de equis, & de alijs speciebus. Tertius modus secundum S. Thomam, & quosdam alios est, quando id de quo passio demõstratur, tanquam per se primo se habet, ad id de quo vere demonstratur, tanquam totum ad partem. Ita enim legendum est, & non sicut mendosi codices habent, ad id quod demonstratur. Vt si, aptum natum videre, quod non conuenit omni animali, quia non conuenit talpæ, nec catulo ante nonum diem demonstretur de animali quod se habet vt totum, scilicet, vt vniuersale genus ad illas species, quibus vere conuenit. ¶ At vero quamuis verissimum sit, vt ait Sanctus Thomas, quod quilibet tertio modo demonstraret, deciperetur: tamen litteræ Græcæ & translationi Argyropyli, quæ certissima est, non videtur hic tertius modus quadrare. Sed versioBoetij quę prorsus intelligibilis est in hac parte, causa fuit alijs hallucinandi, vt Albertus testatur. Imo profecto nisi vti

Translatio Boetij. lo chalcographorum id detur, translatio quæ circumfertur sub nomine Seuerini Boetij, indigna passim videtur tanto authore. Adeo vt sint qui putent alterius esse indocti hominis. ¶ Sensus ergo deceptionis tertij modi est. Quando propria passio quæ per se primo conuenit alicui rationi, aut definitioni vniuersali attribuitur alicui particulari, quæ licet secundum rem conuertatur cum superiori, tamen secundum rationem est inferior, & pars eius. Exemplum subiungit Aristoteles ibi, si igitur quispiam, &c. Vbi aduertendum est, quod lineæ parallelæ sunt lineæ æqualiter distantes. Quarum propria passio est, quod nunquam versus quamcunque partem concurrent, licet, in infinitum protrahantur. Definiuntur tamen adæquata definitione hoc modo à mathematicis. Lineæ parallelæ sunt quæ quomodocunq; à recta

Lineæ parallelæ. linea indicantur, siue perpendiculariter, siue transuersaliter cadente, constituunt cum illa ex eadem parte duos angulos, aut rectos, aut duobus rectis æquales. Si enim cadat perpendiculariter: vt in hac figura, anguli sunt formaliter recti: quales sunt a. & b. Si vero linea dicat trãsuersaliter, vt in hac secũda, tunc sunt æquales duobus rectis: quia





quantum demptum est de a. additum est b. vt geometræ demõstrant. Si ergo quis demonstrauerit hoc modo. Omnes duæ lineæ rectæ, inter quas in eadẽ parte sunt anguli recti ex recta linea perpẽdiculari secante illas oborti, id est, resultãtes nunquam concurrent, lineæ parallelæ sunt eiusmodi ergo, &c. huiusmodi, inquit, demõstratio videbitur quidẽ esse propria, eo quod maior est de omni, & per se: omnes enim lineæ quę tales angulos rectos faciũt, nũquã concurrẽt: quia omnes tales sunt parallelæ, tñ verũ non est, id est, demõstratio nõ est propria: quippe cũ id fiat, id est, linea non concurrere contingat, nõ ex eo, id est, nõ ex illa particulari ratione, quia tales lineæ faciunt angulos illo particulari modo rectos, vt apparet in prima figura: sed ex eo quia quouis modo faciunt æquales duobus rectis, siue linea cadat perpendiculariter, siue transuersaliter: quia hæc est adæquata definitio parallelarum. Et ideo hoc modo assumendum erat in maiori. Et ita intelligitur quod præcesserat in textu, aut est in parte totum id de quo demonstratur. Vocat enim partem illud vnũ membrum disiunctiuæ definitionis, & totam, illam definitionem

nitionem vniuersaliter sumptam in parallelarũ: & quia secundum rem totum diuiditur, & quælibet pars continetur totũ, dicit totum esse ipsa parte. Quare secundum rẽ, idem esset accipere pro medio quamcunque illarũ partium definitionis. Et ideo subiungit, partiquidem accommodabitur demonstratio, & de qualibet erit, id est, quæcunque pars sumatur pro medio, procedet demonstratio. Sed tamẽ nunquam melior erit per se primo, nisi assumatur tota & adæquata parallelarum definitio. ¶ In

Text.13. textu. 13. Et si nullus alius sequitur exemplum primi modi deceptionis. Si enim, inquit, in mũdo nullus esset triangulus, nisi isosceles: & ideo aliquis de illo demonstraret, habere tres angulos æquales duobus rectis, esset deceptio: quia passio illa licet conueniat omni isoscheli, tamen non conuenit illi per se primo, sed triangulo. Quemadmodũ esto nulla esset species animalis præter hominem, nihilominus sensibile non conueniret per se primo homini. Themistius & alij antiqui ponunt exemplum de Sole & Luna. Esto enim non sit, nisi vnus Sol aut Luna, nihilominus deberet demonstrari de Sole, tanquam de hoc individuo: vt si demonstretur quod Sol est maior tota terra debet demonstrari tanquam de specie: itaque si essent plures soles haberent eandem proprietatem. ¶ In secunda particula textus. Et similiter dicendum est de rationum, ponit exemplum secundi modi puta quãdo passio generis attribuitur speciebus, propterea quod non est nomen impositum genetivi ti animali, non esset nomen impositũ, & ideo sensibile demonstraretur seorsum de homine, & de æquo, talis conclusio non esset per se primo. Aut si forte canibus & lupis esset aliquod commune genus per quod illæ species proprie differunt ab alijs speciebus animalium & eo quod tale genus nõ est nominatum, passionis illius seorsum demonstrarentur de canibus & de lupis. At vero pro exemplo Aristotelis notandum est, quod proportio est habitudo inter duos numeros, vt dupla inter quatuor & duo. Proportionalitas vero & proportio inter duas proportiones. Quæ si

Proportionalitas. sit coniuncta contingit in tribus terminis, vt qualis est proportio duorũ ad quatuor, talis est quatuor ad octo. Si vero sit diuisa, cõtingit in quatuor terminis: vt qualis est proportio duorũ ad tria, talis est quatuor ad sex. Et inter hos terminos permutata proportio dicitur, quando permutantur termini hoc modo. Sicut duo ad tria, ita quatuor ad sex: quia vtrobique est sesquialtera: ergo sicut duo ad quatuor, ita tria ad sex, quia vtrobiq; est dupla. Et iste modus arguendi conuenit lineis, corporibus, numeris, & temporibus, quæ sunt species quantitatis. Cum ergo permutatim proportionari demonstrant Geometræ de lineis, & Arithmetici de numeris, & philosophus de solidis, scilicet, de corporibus, & de temporibus, non faciunt propositiones per se primo: quia illa passio communis omnibus demõstratur de singulis speciebus. Id autem fit, quia non est nomen impositum commune, quod significet illa omnia in quantum sunt proportionalia. ¶ Sed contra, quantitas est nomen cõmune ad omnia illa: ergo de quantitate posset in communi per talis demonstratio. Quidã respondent, quod non omni quantitati conuenit permutatim proportionari: quia non conuenit orationi. Sed certe hæc falsum est, quia oratio, vt est de prædicamento quantitatis dicit longum & breue, inter quæ potest esse proportio. Et ideo secunda respõdet Sanctus Thomas, quod quantitates in quantum sunt permutatim proportionabiles, non habent nomen commune: nam proportionari non solum dicit quantitatem, sed habitudinem inter quantitates. ¶ Subiungit tandem aliud exemplum, quod est sicut corollarium, scilicet. Si quod dã species triangu-

Species trianguli. li, quæ sunt æquilaterus, Græcè isopleuros, & omnium laterum inæqualium, Græcè scalenos, & duorum laterũ æqualium, qui Græcè dicitur Isosceles, non isosceles, vt vulgo transfertur. Enimuero scelos idem est quod crũs, & isos æqualis: unde exponit prima, scilicet, isosceles. Idem est quod triangulus æqualium cruriũ, id est, duorum laterum æqualium: quia crura in homine sunt duo. Si quis, inquit, de huiusmodi speciebus vnica

Isosceles. demonstratione, aut pluribus demonstrauerit habere tres angulos æquales duobus rectis, peccabit in assignatione vniuersalis: quia talis passio non conuenit per se primo speciebus, sed generi, puta triangulo, vana demonstratione id fiet, si minor extremitas sit copulatiua illarum specierum. Et quis dicit: omnis figura rectilinea, triangulorũ habet tres angulos, &c. æquilaterus, & isosceles, & scalenos est figura rectilinea, &c. ergo æquilaterus & isosceles & scalenos habent tres angulos æquales duobus rectis. Hæc enim conclusio non magis est per se primo, quam si seorsum copulatiue eadem passio prædicaretur de singulis speciebus. Concludit ergo, quod qui ita facit, solum facit sophistico modo, quia licet sciat omnem triangulum habere tres angulos, id tamen solum scit ratione numeri, id est, quia numerauit singulas species: non tamen demonstrauit de illis secundum rationem communem trianguli, cui primo conuenit illa passio. ¶ In te. 14. Quando igitur, cõcludit ex

Text.14. dictis manifestũ esse, quando quis nõ scit vniuersaliter, & quãdo scit vniuersaliter, & simpliciter. Et assignat rationẽ proximi dicti. Si enim, inquit, scãle esset ratio, id est, definitio trianguli ita cõmunis, & definitio singularũ specierũ, aut omnis simul; tũc qui sciret de singulis speciebus passionẽ trianguli, simpliciter scire tur, cũ tamen nõ sit eadem, qui scit de speciebus passiones trianguli, nõ scit simpliciter, quia talis passio non conuenit per se primo speciebus. ¶ In secunda tandem particula textus sub-

Documentum. iungit documentum, quod facile quis dignoscat, quando prædicatum aliquod per se primo conueniat subiecto? Et est tale. Quando prædicatum taliter conuenit alicui subiecto, vt demptis & circumscriptis quibuscunque alijs, adhuc conuenit illi, & illo dempto non conuenit alteri, tale prædicatum cõuenit per se primo, & per consequens vniuersaliter tali subiecto. Exempli gratia. In hac, trianguli habet tres angulos æquales duobus rectis, prædicatum per se primo conuenit subiecto: quia licet illud prædicatũ cõueniat isoscheli, & isoscheli æneo, id est, ex ære composito, nihilominus quamuis nullum sit æs, nec sit angulus isoscelis, adhuc, triangulus habebit tres angulos, &c. Et quamuis figuræ quæ est genus trianguli, & termino, id est linea terminati, ex quibus componitur figura: conueniat habere tres angulos æquales duobus rectis, hoc conuenit ratione trianguli: nam dempto triangulo, nulla figura habebit tres angulos æquales duobus rectis. Itaque habere tres angulos æquales duobus rectis, tã inferiori speciei, quam superiori generi conuenit ratione trianguli: & per consequens, per se primo & vniuersaliter conuenit triangulo.

(.·.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio Tertia.

Vtrùm modos dicendi per se probè tradiderit Aristoteles.

PARTE negatiua contra definitionem huius quod est, dici de omni, arguitur primo. In his propositionibus, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal, omnis homo est risibilis, & similibus, prædicatum dicitur de omni posteriorifitice, quandoquidem ex illis conficitur demonstratio potissima, & tamen illis non conuenit definitio: ergo illa non est bona. Probatur maior, quia prædicatum conuenit pro quolibet tempore (vt super textum idoneanimus) est propositione simpliciter esse necessariam, & tamen istæ non sunt simpliciter necessariæ: quia supernaturaliter possunt esse falsæ: imo videntur fuisse falsæ ante mundi creationē, quando subiecta non supponebant. ¶ Et confirmatur primo argumentum. Istæ propositiones, sol oritur & occidit, sol & luna quolibet mense coeunt & opponuntur, & id genus aliæ sunt in quibus prædicatum dicitur de omni posteriorifitice, æquiualent enim vniuersalibus & censentur in materia necessaria, & perpetuæ veritatis in philosophia naturali: & tamen prędicata non cōueniunt subiecto pro quolibet tempore: ergo. ¶ Et confirmatur secūdo. Has propositiones, Auster congregat nubes, quas Aquilo dissipatin vere aruæ florent, in hyeme congelantur niues, censent philosophi esse tales, quarum prædicata dicuntur de omni, siquidem pertinent ad scientiam naturalē, quæ proprie (vt dictum est) iudicator esse scientia, & tamen prædicata non semper conueniunt subiectis, quippe quæ nunquam deficiēt: ergo definitio Aristotelis nō est bona. Secundo principaliter contra primum modū diceudi per se arguitur. Si omnis propositio, in qua definitio, aut pars definitionis prædicatur de definito, esset in primo modo, sequeretur, quod istæ propositiones, risibile est homo, lunus est nasus prelius, & omnes illæ, in quibus subiectum prædicatur de sua passione, essent in primo modo, vtpote in quibus prædicatum est de definitione subiecti; quia, vt in secundo modo dictum est, subiectum ponitur in definitione passionis: consequens tamen est falsum, cum illæ sint indirectæ: ergo definitio Aristotelis nō est bona. ¶ Et confirmamus argumentum eodem modo, arguendo contra secundum modum dicendi per se. Sequeretur enim, has esse in secundo modo, animal est homo, animal est rationale: lineæ est recta, triangulus est æquilaterus, & similes: nempe in quibus subiectum est de definitione prædicati: consequens tamen est falsum, cum non solum non sint directæ, sed neque fiat de omni: si enim, illas vniuersales effecerit, falsæ tunc erunt. ¶ Tertio principaliter ad idem arguitur. Sequeretur ex definitione primi modi, omnes prędicationes in quibus definitio, aut pars definitionis superioris generis prædicatur de specie, aut de individuo esse in primo modo per se primi: vt homo est substantia animata sensibilis, albedo est qualitas. Petrus est corpus, & similes. ¶ Et confirmatur argumentum, si similiter arguitur contra secūdum modum. Pariter namque sequitur ex illo, illas propositiones esse in secundo modo, in quibus passiones superiorum prædicantur de inferioribus, vt homo est sensibilis, Petrus est risibilis, & similes. Consequens tamen vtrumque est falsum: nam propositio per se videtur eadem esse, quæ propositio immediata: & tamen propositiones istæ omnes sunt immediatæ: quia nec animatum, nec sensibile conuenit homini nisi per animal, neque corporeum conuenit Petro, nisi per corpus, quod est genus remotissimum: neque risibile conuenit illi, nisi per hominem. ¶ Quarto principaliter contra secundum modum arguitur, subiectum non est de definitione propriæ passionis, ergo hæc ratione passio non prædicatur de subiecto in secundo modo per se. Probatur antecedens. Propria passio est quoddam accidens de genere qualitatis: ergo definitur quid ditatiue per proprium genus & intrinsecam differentiam (sicuti albedo. Verbi gratia. Definitur esse color. a. & linea est longitudo quantitatis sine latitudine) & per consequens propria passio non definitur per suum subiectum. ¶ Et confirma. Proprium accipitur. 4. modis vt in prædicabilibus monstratum est: sed proprium tribus primis modis non facit prędicationem per se, ergo nulla restat ratio cur proprium quarto modo faciat talem prædicationem. Probatur minor: nam proprium primo modo non facit propositionem de omni: quia conuenit soli, sed non omni, vt homini cōuenit esse medicum. Et proprium secundo modo non definitur per eius subiectum, quia non conuenit soli, vt bipes non definitur quod sit homo habens duos pedes, sed animal duorum pedum. Et proprium tertio modo, vt canescere, nō conuenit semper: & per consequens non facit propositionem de omni posteriorifitice. ¶ Quinto principaliter contra vtrumque modum arguitur, Non solum propositiones in quibus definitio, aut pars definitionis prædicatur de definito, sunt in primo modo dicendi per se, nec illæ tamen in quibus subiectum est de definitione prædicati sunt in secundo modo: ergo definitiones sunt nullæ. Probatur antecedens. Propositiones in quibus vna definitio prædicatur de alia, vt est hæc, syllogismus factens scire, est ille qui constat ex veris & notioribus, &c. Propositiones in quibus differentia superioris prædicatur de differentia inferioris, vt rationale est sensibile, & illæ in quibus differentia prædicatur de definitione. Et multæ aliæ sunt in primo modo dicendi per se: quia in his omnibus prędicatum est de intrinseca ratione subiecti: & tamen in illis non prædicatur definitio, aut pars definitionis de suo definito. Item propositiones in quibus vna passio prædicatur de alia, vt risibile est sensibile, disciplinabile est risibile, sunt in secundo modo, aut in quibus passio rei varus prædicamenti prædicatur de re altertius, vt cælum est circulare, terra est rotunda, sunt in secundo modo: quia istæ omnes sunt prędicationes propriæ; & tamen subiectum in illis non est de definitione prædicati. Terra enim non ponitur in definitione circularis, aut rotundi: sed quantitas, scilicet, linea aut superficies: ergo definitiones sunt insufficientes. ¶ Sexto contra quartum modum arguitur. Propositiones quarti modi sunt simpliciter propositiones accidentales, ergo male connumerātur inter modos dicendi per se. Antecedens pater de istis, medicus sanat, ædificator ædificat, quæ cum sint in quarto modo dicendi per se, sunt athlomitos accidentales & simpliciter contingentes. ¶ Et id confirmatur ex illa propositione, quam Aristoteles asserit statim post secundum modum, videlicet, quod propositio in qua nec prædicatum est de ratione subiecti, nec subiectum de ratione prædicati est per accidens: tales vero sunt istæ assumptæ, quia nec ædificatio definitur per ædificatorem, nec sanatio per

per medicum, sed vero, super terminum. Est autem distinctio satis ædificij, & sanationis productio sanitatis: licet saluatio motus ad finem. ¶ Et sæpe mihi demonstrguitur. Quatenus istæ modales cum per se collitredudi. Iuxta vbi Aristoteles assubiicit propriæ ad eas hominē propositiones necessarias: sed sunt meræ propositiones necessariæ quæ non comprehendūtur sub his, vt non ditionales, (si Petrus disputat, Petrus loquatur) propositiones de præsenti, ad quas tamen opposita non est potentia. ¶ Et illæ in quibus prædicatur abeidens de subiecto, si quo non est separabile ratione materiæ, vt omne animal albū est coloratum, omnis cygnus est albus, quæ non sunt in secundo modo, cum non sint prædicationes per prias, per consequens in nullo sunt modo. Et illæ item in quibus superius connectam accidentale prædicatur de inferiori, vt omne albū est coloratum, quæ quia contingunt, mouentur, quæ videntur accidentales propositiones, in quibus prædicata sunt accidentia, & tamen tantæ certitudinis sunt, ergo nimis ille quatuor vias est insufficiens. ¶ In contrarium est authoritas Aristotelis.

Ad primū argumentum. ¶ Ad propositionem respondeo cum distinctione. Vnde ad primum argumentum multi ex Nominalibus huius temporis respondent: quod illæ propositiones, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal, &c. dicuntur secundum necessarium & sint de omni, debent accipi vt copulæ absolutæ a tempore, vt factum est de omni divisum de possibili, puta omne animal rationale potest bilitet est risibile, &c. ¶ At vero profecto Aristotelem quem hoc fugisse? Primo, qui nunquam visus est facere demonstrationem ex modalibus: & tamen si hoc fuisset, propositiones in ipsis erudiisset facere secundum modalem, potius visus fuisset modalibus in demonstratione quam propositionibus de inesse. ¶ Præterea, quia si propositiones demonstrationum deberent accipi in sensu modali, impertinens esset vt existimo haberet se in materia naturali, an in materia contingentium tum necessaria est, quinis homo est animal, quia omnis homo est risibilis, & tamen nunquam Aristo. hoc ait quis philosophus fecit demonstrationē in materia contingenti. ¶ Et pollremo arguitur. Demonstratio est syllogismus. Cuius præmissæ reddunt causam necessariam conclusionis, sed in hoc syllogismo, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal: ergo omnis homo est risibilis, præmissæ reddunt propriā causam & necessariam conclusionis: ergo in illis vt ita sunt prædicata dicuntur de omni posteriorifitice, & per consequens censenda sunt simpliciter necessariæ. ¶ Vnde dicendum est, vt. 2. lib. Sumularū expositimus, quod in eiusmodi propositionibus extrema supponunt naturaliter. Quod sic dicere: Quando prædicatum est de intrinseca ratione subiecti, verbum non restringit extrema, vt existant in ordine ad suū tempus: sed denotat simplicem connexionem extremorum. Et ideo quando dico, omnis homo est animal, aut omnis homo est risibilis, sensus est, quod natura humana est esse animal aut esse risibile. Quod certe erat verum ante creationē mūdi. ¶ Et hoc docent verba Arist. in text. & vbi non explicat necessitatem harum propositionum per necessitatem rerum significatarum per extrema (nam homo res contingens est) sed dicit esse necessarias propter necessariā connexionem extremorum, scilicet, quod quandocunque & de quocunque verum sit dicere, hoc est homo, vel animal, dicere, & id est animal. ¶ Ad ambas confirmationes dicendum est forte, quod negatur propositiones assumptas, non esse suis in esse necessarias, vt in illis prædicata dicantur de omni, nempe quia non semper sunt

Ad confir.

Inter propositiones necessarias sunt gradꝰ.

Ad secundum principale.

¶ CIRCA materiam secundi principalis Paulus Venetus, modum forte antiquorum sequutus, duplicitet inquit, propositio potest in aliquo modo dicendi per se. Vno modo proprie & directè, & alio modo reductiuè. Directè & propriè in primo modo solum ponuntur propositiones, in quibus definitio, aut pars definitionis prædicatur de definito. Reductiuè autem ponuntur conuertentes illarum, vt animal est homo, rationale est homo, quia istæ per conuersionem reducuntur ad propositiones primi modi. Eadem ratione in secundo modo ponuntur directæ propositiones, in quibus passio prædicatur de subiecto, sed reductiuè ponuntur eius conuertentes eadem ratione, vt risibile est homo, simus est nasus. ¶ At vero quamuis disputatio sit de nomine, tamen forte melius est dicere, quod propositiones indirectæ non sunt in aliquo modo dicendi per se. Omnes namque propositiones, quæ sunt per se, sunt aptæ ad demonstrationem: & tamen ex indirectis propositionibus non conficitur demonstratio. ¶ Et præterea Paulus, & eius comites non soluunt argumentum: quo probatur illam, animal est homo, quam reductiuè ipsi ponunt in primo modo, directè pertinere ad secundum: illam, risibile est homo, quam ipsi reductiuè ponunt in secundo, directè pertinere ad primum, quia in prima subiectum est de definitione prædicati, & in hac prædicatum de definitione subiecti. ¶ Neuerisi ergo tertiè respondem dictas propositiones non esse per se, quia sunt indirectæ. Attamen quamuis ita sit; licitet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullam inclinetā esse per se, videtur tamen petitio principij negare ullas esse directas: nam dicere quis forsitan posset quòd homo est animal, prædicatū ponitur in definitione subiecti, prædicatū consequēter se habet vt forma subiecti (nam definitio est forma definiti) quod sufficit ad prædicationem directā. Sed restat difficultas circa quotlibet, quæ est nasi depressio, est in primo modo per se in concreto, nimirū est nasus pressus, non est in primo modo riquidem vtrobique prædicatur definitio de definito. ¶ Dicendum est ergo ad argumentum principale, quod in primo modo solum ponitur propositio in qua prædicatur definitio, aut pars definitionis, de definito: quomodo prædicetur subilla forma qua res definitur secundum exigentiam suæ propriæ naturæ. ¶ Atque differentia est inter substantiam & accidentia quod in natura substantiæ, eo quod per se existit, est definitio in concreto natura, vero accidentis, (eo quod est in alio,) definitur in abstracto, in cuius definitione ponitur subiectum tanquam quid extrinsecum quo tale accidens dependet. Exempli gratia. Homo est animal rationale, cuius definitionis qualibet pars prædicatur de definito in primo modo. Item triangulus est figura tribus lineis rectis contenta, cuius lineæ eodem modo prædicatur de triangulo. Similitas vero, cum sit accidens, habet in abstracto definiri: & ideo hæc est primo modo, similitas est nasi depressio, vbi nasus in obliquo prædicatur de similitate. Et cum dicimus, simus est nasus pressus, non definitur similitas secundum exigentiam suæ naturæ, sed secundum exigentiam talis significationis, scilicet in concreto, quapropter prædicatio sit indirecta, & per consequens non est simpliciter in primo modo. Nili velis dicere, quod secundum quid est in primo modo, quod est quæstio denominationis. Eodem modo, risibilitas est hominis aptitudo ad ridendum, est in primo modo dicendi per se: sed risibile est homo aptus ad ridendum, non est simpliciter in illo, quia est indirecta. ¶ Pari ratione respondetur ad confirmationem, quod illæ, animal est homo, rationale est homo, nō sunt in secundo modo, quia sunt indirectæ. Vnde quando Aristogeles inquit propositionem cuius subiectum est, in definitione prædicati esse in secundo modo, loquitur formaliter, de subiecto, quod, scilicet, vere est subiectū respectu prædicati. Modo genus, aut differentia non est subiectum respectu speciei, sed potius se habet vt forma, & species se habet vt subiectum respectu illorum. ¶ Et præterea, animal est homo, non est per se, sed quodāmodo per accidēs. Accidit enī quodammodo animali esse hominē, cum sit aliquod animal quod nō est homo. Non dixerim quod homo est accidens nominaliter: quia non significat rem quæ est accidens, sed participia liter: quia quodāmodo accidit animali. ¶ Eodem modo linea est recta, numerus est par, & similes non sunt proprie in secundo modo, quia subiectum est superius quā prædicatum: & ideo non sunt de omni (non enim omnis linea est recta,) sed illæ sunt per se in secūdo modo, omnis linea est recta vel curua, omnis numerus est par vel impar. Et ita intelligendus est Aristoteles, non enim sentit quod quælibet pars disiunctiui eorum per se prædicetur de subiecto, sed totum disiunctū. Qua de causa probauit quod non quælibet pars, sed totum disiunctū necessario prædicatur de subiecto. Eadem ratione istæ non sunt propriè per se in secundo modo, animal est risibile, triangulus est æquilaterus, quia non sunt de omni sed illæ, triangulus est æquilaterus, vel isosceles, vel scalenon. Nec ita est per se in primo modo: animal est rationale, sed ita forsan est per se in primo modo, omne animal est rationale vel irrationale, postquam est de omni, & quælibet pars prædicati est de intrinseca ratione alicuius speciei subiecti, quibus speciebus subiectum, scilicet animal per se competit.

Ad tertium

¶ A D tertium principale sunt etiam qui dicunt, illas propositiones in quibus genera mediata, aut differentiæ superiorum prædicantur de speciebus & de individuis esse in primo modo: non quidem primario, sed secundario: & pariter illas in quibus passiones generū prædicantur de speciebus esse in secundo modo secundario. ¶ Contra istos de nomine non disputaverim: dūmodo, vt necessarium est, concedāt propositiones eiusmodi simpliciter, & propriè esse per se. Nā si non concedāt esse per se actus propositionis, in quibus proximū genus, aut propria differentia, aut adæquata passio prædicatur de proprio definito, tunc idem esset propositio per se, & immediata, & per cōsequens idem esset per se, & per se primo, seu secūdo quod ipsum. Quod expresse est contra Aristotelem, qui postquam distinxit modos per se, adiecit tanquam tertiam conditionem vniuersalis prædicati quod conueniret subiecto per se primo, id est, non per aliud. Vnde ad argumentum conceditur, propositiones illic assumptas simpliciter & propriè esse per se. Ad quod, vt diximus, satis est vt prædicata conueniant subiectis, non per accidens. Nec obstat quod conueniant per aliud medium. Et consequenter negamus, quod idem sit propositio per se, & propositio immediata. Fatemur tamen, quod propositio immediata, & per se primo, conuertuntur, id est cuius prædicatum conuenit subiecto, nec per accidens, nec per aliud. ¶ De illis singularibus, Petrus est rationalis, aut risibilis, restaret nonnullum dubium, quia non videntur simpliciter necessariæ: postquam singularia non sunt res necessariæ. Nihilominus quia natura est definitio laudabilis, non est alia quam natura speciei, existimo in illis singularibus extrema supponere naturaliter, & per consequens esse necessarias: perinde vt sunt illæ, homo est rationalis, homo est risibilis. Vnde in illis impertinens est quod extrema significent res corruptibiles: sed satis est quod connexio extremorum sit necessaria, id est, quod subiectum non possit intelligi esse sine prædicato, vt dictum est in textu.

Propositiones singulares per se.

Ad quartū.

¶ P R O solutione quarti principalis notandū est, hanc esse differentiam inter accidentia communia & proprias passiones, quod accidentia communia, quia nullum sibi vendicant proprium subiectum quod peculiariter denominent, solum definiuntur per genus proprium, & differentiam intrinsecam, vt argumentum probat. Albedo enim licet soli corpori mixto conueniat: tamen nec conuenit omni, nec habet certum subiectum, scilicet, animal, aut lignum, &c. At vero propria passio semper denominat certum subiectum, vt similitas, subiectum proprium habet nasum, rerum hominem: & hinc fit vt definiatur per subiectum. Similitas enim est quædā depressio in naso. Itaque illud genus, depressio, non contrahitur ad esse similitatis, nisi per hoc quod est nasi. Et pariter risibile, quia denominat proprium subiectum, puta hominem, definitur per illud. Nihil tamen forte verat, si huiusmodi passiones quatenus qualitates sunt, habeant aliquas intrinsecas differentias, per quas possint definiri: sed sunt nobis ignotæ.

Ad confir.

¶ Ad confirmationem facile quis posset respondere solū proprium quarto modo facere prædicationē per se. Placet nihilominus distinctio Pauli Veneti, qui. Propositiones, inquit, tripliciter sunt in secundo modo dicendi per se, scilicet, aut per se ratione solius prædicati (quales sunt proprium tertio & quarto modo.) Exempli gratia. Hæc, homo est habilis ad artem, est ideam cuius prædicatum est proprium primo modo, est per se, per se ratione solius prædicati nā habilitas per se dependet ab homine, cui per se solū competere potest: sed non est per se per se ratione subiecti, quia potest esse homo qui sit inhabilis ad eandem artem. Idem dici potest de omnibus his in quibus passio speciei prædicatur de superiori genere: vt animal est risibile, triangulus est æqualiterus, linea est recta, numerus est par, & similes. Hæc vero, homo est bipes, cuius prædicatum est proprium secundo modo, est per se per se ratione subiecti, quia homo per se habet vt sit bipes; sed no per se ratione prædicati: nā bipes potest esse siue homine, vt in pauone: sed, homo est risibilis, est per se, per se ratione vtrumque. Et omnes istæ per se ratione suo modo sufficiunt ad demonstrationem. Hæc vero, homo conuescit, vt dicat aptitudinem, cuius prædicatum est proprium tertio modo potest etiam, concedita secundo modo dicendi per se, quia talis aptitudo semper in est subiecto: licet non præsemper quantum ad actum. Quod sufficiat vt sit de omni posteriorificè. Attamen, homo est medicus, medicus sanat, homo canescit vt dicit actum, accidentales sunt, secunda & tertia pertinēt ad quartum modum dicendi per se.

Ad quintū.

¶ A D quintum respondetur, quod Aristot. non dicit solas propositiones esse in primo modo, in quibus prædicatur definitio aut pars definitionis de definito: sed illas omnes in quibus prædicatū est de ratione subiecti. Vnde illa in qua vna definitio prædicatur de alia est etiam in primo modo: quia est apta ad demonstrationem. Et pariter illa in qua differentia prædicatur de definitione. Illa vero, in qua differētia superioris prædicat de differētia inferioris, licet nō sit ita apta ad demonstrationē, cēleri potest in primo modo, saltē secūdario: quia differētia superioris est de intrinseca ratione differētiæ inferioris: licet nō sit per se primo, sed mediāte duplici mediatione. Sēsibile nanq; (vt sit differēta) cōuenit per se primo animali, & animal, per se primo homini, cui etiam per se primo conuenit rationale: & hac ratione hęc est per se mediate, rationale est sensibile. ¶ Pari ratione illa in qua passio superioris prædicat de passione inferioris, erit in secundo modo. Vtī vero passio prædicatur de definitione subiecti aut de definitione alterius passionis, est in quarto modo, vt super textum decimum adnotauimus: quia subiectum rone explicat causam prædicati. Sed istę, cœlum est circulare, terra est rotunda, possunt appellari per se, per se ratione solius subiecti vt propositiones propriį secūdo modo: nam terra per se habet vt sit rotunda, & cœlum vt sit circulare: licet circulare, per se non habeat esse in cœloiscd est passio quantitatis in quacunque sit materia. ¶ Nec obstat rem vnius prædicamenti per se prædicari de re alterius, non solum in secundo modo, vt passio est de prædicamento qualitatis & subiectum de prædicamento substantiæ: sed etiam primo modo: nam linea prædicatur per se in obliquo de triangulo tanquam pars definitionis eius vt dictum est: licet linea sit in prædicamento quantitatis, triangulus vero in prędicamēto qualitatis.

Ad sextum.

¶ A D sextum argumentum doctores negant has propositiones, medicus sanat, ædificator ædificat esse in quarto modo per se: quia sunt simpliciter accidentales: sed illę, in quibus prędicatum dicit aptitudinem, sunt (inquiunt) in quarto modo, vt medicus est potens sanare, & ædificator ędificare. Quod si quis in contrarium arguat, has potius esse in secundo modo dicendi per se: potentia enim sanandi est propria passio medici & artis. Respondet dominus Caietanus, quòd omnis propositio quarti modi est etiā secūdi modi. Nēpe quatenus dicit perfectate causæ, est quarti modi. Et ędificater ad cōfirmationē respondetur Arist. eo dicit propositionem quæ non est in primo vel secundo modo esse per accidens, quod propositio quarti modi est etiam in secundo: alias sequitur, inquit, ex dictis Aristotel. propositionem quarti modi esse per accidens, quod est repugnantia. ¶ Contra hanc tamen glossam sunt mihi argumenta. Primum quia expresse Arist. ponit in quarto modo non quidem aptitudines sed actuales effectus scilicet iugulatis interijsse, & per accidens ponit, sine ambulante coruscare: ergo eadem ratione medicus sanat ędificator ędificat, est in quarto modo. Item quia ad quartum modū per se, impertinens est quod sit prędicatio, necnet sed facti est, quod in effectus qui per se sequitur ex tali causa. Effectus, inquam, & non aptitudo ad effectum. Et postremo arguntur: quia cum illæ propositiones in quibus aptitudo ad opus prædicatur de subiecto sint manifestē in secundo modo non erat necesse propter illas videre quartū modū. ¶ Dicendū est igitur aliter sub aliorum censura, quod accidentale dicitur dupliciter. Vno modo vt opponitur modo per se prædicandi: & alio modo vt opponitur modo per se causandi. Et propositio quarti modi est accidētalis primo modo quia prędicatū non est de intrinseca ratione subiecti, sed est per se ratione causandi, quia effectus designatus per prædicatum, per se sequitur ex causa significata per subiectum. Et est expressa sententia Aristot. qui statim post primos duos modos excludit omnes alias propositiones a ratione per se prędicandi: denotās, quod quartus mod⁹ nō facit propositionē per se prędicadi, sed per se causandi. ¶ Et ideo tam argumento quā confirmationi concedimus id quod intendunt probare, scilicet, quòd propositiones per se quarto modo sunt per accidens secundo modo: nec aliqua est repugnātia.

Accidēcale dupliciter.

Ad septimum. Sufficiētia quatuor modorum.

¶ A D septimum denicq; respondetur, quod sufficiētia modorum quatuor dicendi per se sumitur hoc modo. Per se aut per accidens conuenit rebus, & per illas terminis, aut quantum ad esse, aut quantum ad inesse seu prædicari, aut quantum ad efficere seu causare. Quantum ad esse, facit tertium modum. Omnis enim substātia per se existit sed omne accidēs existit in alio. Tametsi tuter substantias perfectissime sit Deus per se, qui à nulla causa dependet. Deinde intelligentiæ, quæ non dependent à materia. Et postremo substātiæ & suppolita materialia, quæ non dependent à subiecto inhærentiæ sicut accidentia. Per se autem inhærendi, ad quod sequitur per se prædicandi, dividitur in primum & secundum modum rationem explicatā. Ac demum per se causandi pertinet ad quartum modū. Qui licet posset distingui in quatuor genera causarū tamen erat impertinens proposito, quia ingredierentur ex omnibus causis posset procedere demonstratio, vt in subsequentibus videbimus. ¶ Hinc sequitur solutio argumenti. Respondetur enim quod Arist. non intendit sub his modis comprehendere omnes propositiones necessarias, quomodocunque sint necessariæ: sed illas solum quæ sunt necessariæ ex extrinseca ratione & connexione extremorum, scilicet vbi vnum extremum est de intrinseca ratione alterius: aut se quitur intrinsece aliquid proprius effectus ex illa causalitate.

Propositio necessaria multifariam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ist e solas sunt aptæ ad demonstrationem. Et hoc est verum & potissimum fundamentum quod commendandum est memoriæ, ad intelligentiam huius libri. ¶ Sūt tamen aliæ propositiones necessariæ ex suppositione, vt si solet animal, est substantia: quæ in præterito transiuit: vt, Adā fuit: aut in quibus accidēs iuxta separabile prædicatur de subiecto, quod non cōuenit rationi formæ: sed rationi materiæ, vt omne animal est coloratum, omnis coruus est niger: quæ nec sunt per se nec pertinent ad demonstrationem: nisi ad syllogismum dialecticum. Est autem vera omne album est coloratū, quicquid currit mouetur. Hæc ratione significati materialis subiecti sūt accidentales: tamē ratione significati formalis sunt per se & essentiales: sicut albedo est color, & currus est motus. Et hinc omne corpus mixtū est coloratū, sortian potest habere tanquā in secūdo modo dicendi per se: quia statim ad mixtionem quatuor qualitatum primarum sequitur color.

Fundamentum.

Quòd demōstratio est ex necessarijs, & per se propositionibus.

Cap. VI.

Tex. xv. SI igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs: quod eā quispiam scit, id fieri nequit vt aliter sese habeat. Ea vero quæ per se rebus insunt, necessario competunt. Nam quædam insunt in eorum, quibus competunt ratione quedā in sua res eas habent de quibus dicuntur: quorum alterum oppositorum in fit necesse est, patet ex talibus quibusdam ratiocinatione constare: omnē nanque quod inest aut hoc pacto, aut per accidens competit: accidentia verò non sunt necessaria.

¶ Aut igitur ità dicatur aut hoc principiū [Text. xvj. supponatur, demonstrationem necessariam esse: & si demonstratum sit quippiam, fieri non posse vt illud sese habeat secus. Ex necessarijs ergo constare demonstratiuam ratiocinationem oportet. Etenim sit, vt & non demonstrans ratiocinetur ex veris, at aut ex necessarijs quispiam nisi demonstrans ratiocinationem conficiat, non fit. Id enim ipsum iam demonstrationis proprium est. ¶ Signo etiā illo patet, demonstrationem è necessarijs esse: nam inficiationes aduersus eos qui demōstrare putant negationem necessitatis inferre nos consueuimus: aut putantes omnino fieri posse quo res aliter sese habeat, aut disputationis causa contendentes. ¶ Ex quibus etiam patet, stultos eos esse profecto, qui principia bene sumere putant si probabilis sit propositio atque vera, vti sophistæ: scire enim scientiam habere est: non enim ideo propositio principium est, quia probabilis, aut non probabilis est sed quia prima est ipsius generis, dicā quod sit demonstratio. Et verum non omne proprium est. ¶ Atque demonstratiuam ratio[Text. xvij. nationem ex necessarijs esse oportere, ex hisce patet: nam si non est ille sciens qui non habet eius rationem propter quid est, cuius est demonstratio: atque fieri potest, vt. a. quidem ipsi. c. necessario competat: medium autem. b, per quod illud est demonstratum, non sit necessario: is plane qui talem ratiocinationem extruxit, non scit propter quid est: quippe cū illud ob ipsum medium non sit: nam ipsum quidem fieri potest, vt non sit: conclusio autem est necessaria. ¶ Præterea si quis nunc nescit rationem habens, & saluus re salua est, neque oblitus est: is neque prius sciebat. Quod si medium nō est corruptum, fieri vero potest vt corrumpatur, id quod accidit, erit possibile atque contingens: sed vt is sciat qui sic se habet, fieri minime potest. ¶ Cum igitur conclusio necessaria est, nihil prohibet medium non necessarium esse per quod fuit probata. Fieri nanque potest, vt necessarium ex non necessarijs etiam concludatur: perinde atque fit vt verum ex falsis concludatur. At cum medium est necessarium, conclusio quoque necessaria est: quemadmodū & ex veris infert semper conclusio vera: nam tam ipsi. b. quàm. a. b. ipsi. c. necessario competat: igitur & a. necesse est ipsi competere. c. Verum fieri nequit, vt cum conclusio non est necessaria, medium necessarij subeat rationem. Iosit enim. a. non necessario ipsi. c. si igitur. a. ipsi. b. & b ipsi. c. eō petere necessario dixeris: &. a. profecto ipsi. c. competere necessario cōcedas oportet. At ipsi. c. competere non eo pacto supponebatur.

¶ Cum igitur id quod demonstratiue qui- Tex. 18.
spiam scit, necessarium oporteat esse consitat per medium quoque necessarium demonstrationem eius illum habere oportere, vt nescit illud profecto, aut propter quid necessario sit: aut quod sit: sed aut se scire arbitratur qd nescit, si, scilicet, necessarium quod necessariū non est, esse putet: aut nec scire arbitratur æquo discrimine sanè, siue quod scit aliquid per media: siue cur sit aliquid, per medijs vacantia sciuerit. Eorum autem quæ non per se, eo quo determinata sunt ea quæ per se competunt modo, accidunt, demonstratiua scientia non est: nō enim fit, vt necessario conclusio demonstretur. Fit enim, vt accidens ipsum non insit, de tali nanque accidēte loquor.

¶ Quanquàm fortasse quispiam dubitabit, cuius nam gratia de his hęc interrogare oportet, si conclusionem esse necesse non est. Nihil enim

enim refert si quispiam quæuis interrogans, deinde conclusionem dicat. At enim interrogare oportet non vt per interrogata necessarium quicquam sequatur, sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & verè dici, si competant vere.

POSTQVAM in quarto & quinto capitulis, quæ sunt prima pars tertij membri principalis huius libri, constitutum est quę propositiones sunt per se, in quatuor sequentibus capitulis prosequitur Aristotel. dicere ex qualibus propositionibus conster demōstratio propter quid: quę est secunda pars eiusdē membri. Quo circa cuncta quæ in his quatuor capitulis cōtinentur, de sola demonstratione propter quid intelliguntur. ¶ Et intendit principaliter ostendere, quod demonstratio constet ex propositionibus per se & propijs. At vero quia potissimam medium quo vtitur ad probandum quod constat ex necessarijs, quæ eadē sunt quæ per se, ideo totum caput totum consumit probando quod demonstratio sit ex necessarijs. Et secundum diuisionem Commentatoris capitulum continet qua- Texta. 15.
tuor textus. ¶ In primo qui est ordine quintus decimꝰ. secundum Sanct. Thom. & fere doctores, intendit Aristote. probare hanc conclusionem, scilicet demonstratio est ex necessarijs, per hoc, q ex propositionibus per se. Et ideo secundum. Sanct. Thom. legendum est hoc modo. Si igitur est aliqua demonstratiua scientia, illa fit ex necessarijs. Et Caietanus stomachatur aduersus eos qui hoc non considerauerunt apud Sanct. Thom. ¶ At vero nihil authoritati Sanct. Thom. (quām summo eius ingenio & eruditioni summam omnes vbique & debent & deferūt) derogatur, si in re minima hoc adnotetur, quod forte Aristote. portus in hoc textu econuerso videtur statuere hanc conclusionem, scilicet. Demonstratio est ex propositionibus per se. Quam probat per hoc quod est ex propositionibus necessarijs. Primo, quia hanc principaliter intendit in his quatuor capitulis: ad quam ostendendam præmisit quatuor modos per se. ¶ Secundo quia cùm infrà probet demonstrationem constare ex propositionibus per se, per hoc, quod constat ex necessarijs: si modo probaret quod cōstat ex necessarijs per hoc quòd constat ex propositionibus per se, vteretur circulo. Tametsi argumentum hoc aliquo modo soluat Sanctus Thomas. ¶ Et præterea in litera Græca, quam fideliter Argyropylus transfert, manifestè videtur Aristoteles facere hunc syllogismum. Omnis demonstratio est ex propositionibus necessarijs, sed propositiones necessariæ eædem sunt quæ per se: ergo omnis demonstratio est ex propositionib⁹ per se. Licet illud formet sub forma conditionali. Et ideo maior est eorum illud (Si igitur demonstratiua scientia ex principijs est necessarijs. &c.) Et minor est illa (Ea vero quæ per se rebus insunt necessario competunt.) Quam sic probat. Ea quæ necessario competant, quædam sunt ita eorum ratione quibus cōpetunt (& hæc pertinent ad primum modum per se.) quædam vero in sua, (scilicet, ratione) ipsa illa sunt ea res (scilicet subiecta) de quibus prædicantur. Et hæc pertinent ad secundum modum per se. Addit. (Quorū alterum oppositorum insit necesse est) propter propria passiones diuisiuas, scilicet par vel impar, rectū vel curuū, quorū alterū de necessitate inest subiecto. Et ita subintelligit conclusionem, scilicet. Ex talibus (quia propositionibus per se) constare demonstrationem. Cōfirmat denique solas propositiones per se esse necessarias: quia quicquid inest subiecto, aut inest per se aut per accidens: sed quod inest per accidens, non inest ne- Text. 16.
cessario: ergo solę propositiones per se sunt necessariæ.

¶ In textu. 16. (Aut igitur ita dicatur) reuertitur ad probandum antecedēs. Aut ergo, aut ita dicatur, idest, aut habeatur pro confesso quinam demonstrationem constare ex his quæ sunt per se: aut si id negetur, statuatur tanquam principium ad illud probandū, quod omnis demōstratio procedit ex necessarijs: in quo differt demonstrator a dialectico. Fit enim vt non demonstrans, (scilicet, dialecticus) ratiocinetur ex veris (hoc est licet non sint necessaria) tamen demonstrator non potest nisi ex necessarijs procedere, & quicunque procedit ex necessarijs est demōstrator. Et hinc confirmatur non proposuisse suprà tanquam conclusionem, demōstrationem esse ex necessarijs, cum modo id statuat tanquam principium. ¶ Et confirmat id Aristote. in secunda particula textus tali signo, videlicet, quod inficiationes, idest, instantias aduersus eos qui non demōstrant consuescimus inferre, negantes quod talis syllogismus sit ex necessarijs. Siue id negemus quia ita credimus, siue disputationis gratia. ¶ Vnde in tertia particula infert corollarium, dicens, stultos eos esse qui putant propositiones probabiles ad veramlibet esse idoneas principia demōstrandi, vti sophistæ, quia non est principium demonstrationis nisi sit propositio immeditata & prima, saltem in illo genere in quo fit demonstratio. Quod addit propterea, quod non requiritur vt aliquis vere habeat scientiam quòd resoluat demonstrationes vsque ad prima principia simpliciter, sed vsque ad prima infra limites illius scientiæ: vt primum principium in geometria est, A quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, tametsi illud probet nullo modo naturalis per hoc quod tiro quilibet puncta est dare medium spatium. Et ita cōcludit, quod nō omne verum est proprium: sed verum necessarium & per se. ¶ Sophistæ appellat hic, non sicut in libris elenchorum, illos qui ex falsis apparentibus veris, ratiocinantur: sed illos qui ex veris non necessarijs, putant se demonstrare, cum non demonstrent. ¶ In text. 17. (Atq; demonstrationem) reuertitur. Arist. ad confirmandū illud supposituꝫ principiū, scilicet, omnem demōstrationē procedere ex principijs necessarijs. Quod manifestat duobus rationibus. Prima ex hoc quod conclusio demonstrationis debet esse necessaria (quod ex supradictis supponitur) infert præmissas esse necessarias, hoc modo. Supponator, inquit, quòd ille non est vere sciens nec demonstrans, qui non habet rationem propter quid illius conclusionis, cuius fit demonstratio. Tunc detur quòd. a. quidem ipsi. c. necessario competat, & est, quòd hæc conclusio sit necessaria. Omne. c. est. a. medium autem. b. per quod demonstratur, detur non esse necessarium, videlicet, ambas, aut alteram istarum nō esse necessariam, scilicet, omne. b. est. a. omne. c. est. b. (ex his enim licetis semper obseruato apud Aristotel. quòd. a. est maior extremitas. b. medium. c. vero minor extremitas) ille inquit qui hanc demonstrationē extorsit, non scit propter quid conclusionis: quia esse ista causæ propriæ nunquam sequitur nisi ponita causa. Antecedens cum antecedens est contingens & consequēs necessarium, potest conclusio esse vera sine veritate antecedentis: & per consequens antecedens non est causa consequentis. ¶ Secunda ratio est in secunda particula textus (Præterea si quis, &c.) ad eius euidentiam notato quatuor esse in causa, vt quis nunc nō sciat quæ ante- Sophistæ. Textu. 17. Quatuor causæ corruptionis scientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

antea sciuerit, scilicet, vel quia oblitus est rationis & mediij, per quod sciebat, aut quia forte mortuus est, talitèr, scilicet perijt vt non maneat subiectum scientiæ (ne argonas qd in anima separata manet scientia,) aut quia obiectū scientiæ aliqualiter se habet (vt si: sermo de scientia lateat, puta si Petro sedente scio ipsum sedere, ipso ambulante pertij scientia) aut si quis obliuiscitur ipsius conclusionis. Tunc format hāc rationem, Si quis nunc habet rationem in memoria quam antea habebat, & scit, idest, vigeat, & re salua, idest obiecto scientiæ existente, neque oblitus conclusionis, non vere scit: ille profecto neque prius sciebat, quia nulla est causa quare nunc non sciat si antea sciebat, sed ille qui demonstrat conclusionem necessariam per medium contingens, corrupto medio idest, realiter se habente quā per premissas significatur, non vere scit: quia præmissæ sunt falsæ: & ille neq; est mortuus, neque est corruptum obiectum scientiæ conclusionis: neque est oblitus conclusionis neque rationis, seu medij: ergo sequitur, quod antea quando præmissæ contingentes erant veræ, non magis sciebat quam modo. In summa intendit hanc rationem. Qui ex falsis syllogizatur conclusionem necessariam, non demonstrat neq; scit propter quid: ergo nec ille qui ex veris non necessarijs procedit. Et hoc est quod dicit, quod impertinens est contingens esse corruptum nec ne, idest, ita esse per propositionem contingentem significatur nec ne: quia si non est corruptum potest corrumpi manente conclusione necessaria vera. Et ideo tandem concluditur, quod contingens non est causa conclusionis necessariæ. ¶ In tertia particula textus, (cum igitur concluso,) subinfert Arist. tres cōclusiones. Primo, nihil prohibet alicuius syllogismi conclusionem esse necessariam, & præmissas non esse necessarias: eo necessarium sequitur ex non necessario, sunt verum ex falso. Licet ille syllogismus non erit demonstratio. ¶ Secunda Si medium idest, præmissæ alicuius syllogismi sunt necessariæ, conclusio erit necessaria: nam aliqua antecedens poterit esse verū & consequens falsum. ¶ Tertia, Si conclusio syllogismi non sit necessaria, tunc fieri nequit vt præmissæ sint necessariæ, Hæc manifestè sequitur ex secundo. Deruit enim quod conclusio non sit necessaria, scilicet omne .c. est .a. tunc inferetur contradictio. Si enim præmissæ, scilicet omne .b. est .a. & omne .c. est .b. sunt necessariæ (vt fatur) conclusio erit necessaria (per secundam conclusionem, (Cuius tamen oppositum est datum. ¶ In

Tres cōclusiones.

Textus 18.

Text. 17.

text. 18 (Cum igitur, &c.) concludit per modum recapitulationis illud suppositum principium, videlicet quod demonstratum, idest, conclusio demonstrationis est necessaria: necessarium subinde est vt demonstratio procedat per medium, idest præmissas necessarias. Aliàs qui per præmissas non necessarias syllogizatur, nescit propter quid, idest, causam apriori conclusionis, nec scit quod est, id est, conclusionem esse necessariam. Boetius vertit, Nec quia est. Quod est dicere. Sive quis faciat demonstrationem a priori propter quid, hoc ab esse eius, nisi ex necessarijs procedat, nescit simpliciter conclusionem: licet aut deficiatur arbitrando se scire quod nescit, si putet præmissas esse necessarias, quæ non sunt necessariæ: aut si non putet illas esse necessarias, nec putabit se scire, sic id sciuerit per medium, idest, per præmissas mediatè demonstratibiles per prius per medium: sicut id sciuerit per medium immediatum, cui via prioris medij. Accumulat vt verbo vt ostendat quod universalem nullam esse demonstrationem, nisi quæ ex necessarijs procedit. In secunda particula text. (Eorum autem. &c.) quan-

confirmamur, Arist. conclusionem principaleiter intentam, scilicet, quod omnis demonstratio procedit ex propositionibus per se, dicit, quod eorum quæ nō sunt per se eo modo quo ea quæ sunt per se determinata sunt, sed per accidens, non est scientia nec demonstratio: Et ratio est quia talis propositio per accidens cum non sit necessaria, poterit esse falsa. Subiungit tamen, quod loquitur de accidente quod potest separari, idest, quod non est propria passio subiecti, sed potest separari per intellectum a natura subiecti. Nam de propriis passionibus scientia esse potest: quia faciunt propositiones per se. ¶ In tertia particula textus (¶ Quā quam forte. &c.) monet & solvit dubitatiuncula hanc. Si de accidentibus, id est, de rebus significatis per propositiones non necessarias non potest esse scientia, cur dialectici ius interrogat problemata accidentaria, idest, propositiones contingentes, vt inde concludat syllogismos. Et aliquando id quod respondens negat, arguens concludit, tanquam conclusionem per syllogismū dialecticum. ¶ Respondet Aristote. quod dialecticus non interrogat respondentem de contingentibus, propterea quod ex illis contendat concludere conclusionem necessariam: sed quia respondens tenetur consequenter respondere, idest, si concesserit antecedens tāquam verū, debet concedere consequens propter necessitatem cōsequentiæ. Itaque Aristote. hic vult ostendere differentiam inter dialecticum & demōstratorem, quod demōstrator vtitur duplici necessitate, scilicet consequentiæ & principiorum: & ideo concludit necessariam conclusionem. Dialecticus vero tollit vtitur necessitate consequentiæ, vt ostendat quod si aliqua vera concedantur, concedenda sunt & quæ ex illis sequuntur.

Dubitatio.

Demonstrationem ex his, quę per se sunt & ex perpetuis esse.

Cap. VII.

Text. 19.

CVM igitur ea quæ per se insunt, necessario circa vnum quodque cōperat genus: & vt tale est quod quę patet demonstrationes ipsius scientiarum effectrices de his esse, quæ per se competunt, & ex talibus extrui atque constare, accidentia nanq; non sunt necessaria: quare non fit, vt necessario cōclusio propter quid est sciatur neque si semper sit, nō autem per se sit: quod ita esse declarant ea: ratiocinationu, quæ per signa conficiuntur: id enim quod est per se, non per se quispiam sciet, neque propter quid est: Scire autem propter quid est, nihil aliud est, quam per causam scire: per se ergo tertio medium, & medio primum ineſſe oportet. ¶ Non igitur fieri potest, vt ex alio genere quispiam in aliud transiens quicquam demonstret: veluti conclusionem geometricam arithmetica demonstratione, tria nanq; sunt, quæ

Text. xx.

quæ in demonstrationibus insunt: vnum id quod demonstratur ineſſe: hoc autem id est, quod alicui per se generi competit: aliud dignitates: dignitates autem ea sunt, ex quibus fit demonstratio: tertium est genus ipsum subiectum, cuius affectus accidentiaque per se demonstratio patefacit. ¶ Fieri igitur potest, vt ea quidem sunt eadem, e quibus fit demōstratio: at quartum genus diuersum est, vt Arithmeticæ: Geometricę, ue in hisce fieri nequit vt ad quæ magnitudinibus accidunt Arithmetica demonstratio accommodetur, nisi sint ipsæ magnitudines numeri, hoc autem vt inquibusdā fieri potest, posterius explicabitur. Arithmetica vero demōstratio, semper in se genus id habet, circa quod ipsa versatur, cæteręque similiter: quare si transire migrareque debeat demonstratio, aut idem genus simpliciter, aut aliqua ex parte idem necesse est esse, secus verò patet fieri non posse. Ex eodē enim genere ipsa extrema & media, necesse est esse: nam si nonsint per se: accidentia erūt profecto. ¶ Quo circa fieri non potest: quo geometria contrariorum vnam scientiam esse vel duos cubos cubum esse, demonstret: aut alia quęuis scientia, id quod ad aliam pertinet, nisi in hisce quæ sic inter sese habent, vt, altera sub altera collocetur: quo pacto tam ad arithmeticam musica quàm ad geometriam perspectiua se habet. ¶ Neque si quid lineis ineſt, nō vt lineæ sunt priorumque ratione principiorum geometria demonstrat, veluti si pulcherrima linearum sit linea recta: aut si se habeat ad circunferentiam contrario modo: non enim hæc ratione proprij generis ipsarum: sed

Text. xxj. cuiusdam communis competunt. ¶ Patet autem, si propositiones ex quibus fit ratiocinatio vniuersales sint, necessario conclusionem quoque perpetuam esse demonstrationis talis, & demonstrationis omninò non est igitur eorum quæ intereunt demonstratio, neque scientia simpliciter, sed tanquam per accidēs: quia non est ipsius vniuersaliter: sed aliquo in tempore, & quodam etiam modo: atque cùm est conclusio corruptibilis necesse est alteram propositionem & non vniuersalem & caducam esse: caducam, quoniam est ipsa conclusio talis, cùm est illa talis: nō vniuersalem, quoniam quoddam non erit eorum: quæ subiecti subeunt rationem: quare fieri nequit vniuersaliter ratiocinatio: sed hoc in tempore tantū. ¶ Similiter res sese habet & in definitionibus ipsis: quippe cum definitio aut principium demonstrationis sit: aut demonstratio positione differens, aut quædam demonstra-

Tex. xxij.

tionis conclusio. ¶ Patet etiam demonstrationes atque scientias eorum quę sæpe fiunt, vt lunæ defectiones & huiusmodi rerum, quo quidem sunt tales, hoc esse semper. quo vero non sunt semper: hoc esse particulares. ¶ Cum autem pateat fieri non posse vt quicquam demonstretur nisi suis quidque principijs, si id quod demonstratur rei competit non vt est illa, non sane quippiam scitur: etiam si ex veris & indemonstrabilibus, medioq; vacantibus, ostendantur. Fit enim vt quippiam perinde ostendatur, atq; Brisō quadrationem ostēdit

Huiusmodi nanque rationes per commune quoddam ostendunt, quod & alij competet: quapropter & ad alias res nō propinquas ipsæ rationes accommodantur. Igitur res non vt illa est sed per accidens scitur, non enim & ad aliud genus demonstratio accommodaretur. Tunc autem vnum quodque non per accidens scimus, cum per id cognitionem consequimur, per quod competit, ex principijs illius qua ratione est illud: velut cum duobus rectis æquales habere, ei scimus competere, cui per se competit id ipsum ex principijs. Quare si illud competit ei per se cui competit, medium necesse est in eadem esse propinquitate. Quod si non sit ita, vt perinde erit, atque cum musica per arithmeticam demonstratur. Atque talia demonstrantur quidem similiter, differentia tamē est Nam ipsum quidem esse ad aliam scientiam pertinet. Subiectum enim genus diuersum est: ipsum autem propter quid superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus. Quare patet ex his fieri nō posse, vt demōstretur, quicquam, nisi ex suis quidque principijs: sed horum principia habent cōmune. ¶ Quòd si id constat, patet fieri non posse quispiam propriorum principiorum vt demonstrationem exhibeat. Erunt enim illa omnium principia, & ipsorum scientia domina omnium erit. Etenim scit magis, qui superioribus ex causis scit, scit enim tum ex prioribus, cum ijs è causis scit, quæ non effectus subeant rationem, quare si magis scit & maximè & si illa scientia, magis profecto maximeque scientia est. ¶ Demonstratio verò ad aliud genus non accommodatur, nisi eo modo quo tam ad demonstrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad perspectiuas geometricæ, quàm ad musicam arithmeticæ demonstrationes accommodantur, vt diximus. ¶ At verò difficile admodum sese percipere est quem piam, si sciat nec ne. Est enim difficile cognoscere, si ex principijs vniuscuiusquę

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusq; sciamus necne, qđ quidē est scire. Putam⁹ autē sępe numero scire, si ex veris quibusdā primis ve ratiocinationem habemus. Id verō non est ita, sed oportet ipsis primis esse propinqua.

Text. xix. CONSTITVTO iam & cōprobato illo principio, quod scilicet demonstratio propter quid procedit ex necessarijs: in capite hoc. 7. Aristot. primo repetit & corroborat cōclusionem primo propositam, scilicet, quod omnis demonstratio est ex propositionibus per se: mox que adiungit secundam, scilicet, quod omnis demōstratio procedit ex proprijs, & deinde tertiam quōd procedit ex propeprijs. Atque in partitione commentatoris sunt in hoc capite textus quinque. In primo qui est ordine decimus nonus resumitur consilio, qđ omnis demonstratio est ex propositionibus per se. Quod probat ex præmisso principio quia demon-
1. Conclu. stratio est ex necessarijs sed ea quæ per se competunt vnoquoque genere, & vt tale est quodcunque, sunt necessaria ergo, demonstratio est ex his quæ sunt per se. Addit (vt tale est quodcunque) quia homini inquantum homo necessarium est esse risibilem, &c. Accidentia autem nō necessario insunt subiectis: & ideo dū per propositionibus contingentibus significantibus huiusmodi accidentia nulla est scientia. Hic dubitant quomodo supra attensum est demonstrationem esse necessariorum, quia est eorum quæ sunt per se: & hic circulariter esse eorum quæ sunt per se, quia est necessariorū. Sed nobis nullum est dubium, quippe qui credimus idem demonstratio in textu quintodecimo quod repetit modo. ¶ Subdit autem (Neque si semper fit si non per se sit, cadit sub scientia.) Quod dupliciter exponitur. Vno modo, quod liceat inferre propositiones necessarias: vt omnis cygnus est albus, omnis coruus est niger, omne animal est coloratum: tamen quia prædicata nō sunt propria passiones: & per consequēs non sunt per se, sit, vt nec sint propositiones scibiles. Secūdo modo proprius ad literam. Quamuis præmissa necessario cōcludant aliquam conclusionem, si non sunt per se non faciunt propriam scientiam. Quod manifeste patet vbi est demonstratio a signo & non per causam. Vt si quis demonstraret, omne mixtum ex elementis esse corruptibile (exemplum est Sanct. Thom.) eo quod omne tale experimur aduigilari & senescere, manifestum est quicquid ita fit esse corruptibile, tamen causa per se corruptibilitatis non est illa, sed compositio ex contrarijs. Et ideo qui hoc modo per signum demonstrat non scit propter quid. Concludit ergo Aristo. quod vt conclusio simpliciter sciatur, debet tertio medium, & medio primum per se inesse, idest, debet esse per se tam minor propositio in qua medium prædicatur de tertio, scilicet, de minori extremitate, quam maior in qua primum, idest, maior extremitas prædicatur de medio.

Text. xx. 2. Cōclus. ¶ In text. 20. (Non igitur fieri.) accedit tam Aristotel. ad probandum secundam conclusionem principalem, scilicet, quod omnis demonstratio debet procedere ex proprijs principijs, idest, importantibus proprias causas conclusionis. Et quia propriū duo excludit, scilicet, & alienum, & cōmune, vtrunq; hīc probat, scilicet, quōd demōstratio vnius scientiæ non procedit ex principijs alterius scientiæ: (si hoc est quod ait nō contingere transire de genere in genus, vt. scilicet, Arithmetica vtatur demonstratione geometrica) & ratio probat, quōd vna scientia non demonstrat ex illis principijs quę sunt communia illi & alijs scientijs. ¶ Dividitur autem textus in quatuor particulas. Ad hoc autem ostendendum supponit primo tria esse in demonstratione. Primum id quōd demonstratur inesse. Et hoc est quod per se inest alicui generi, idest, subiecto alicuius scientiæ. Quæ sunt propriæ passiones illius. Alterum est dignitates & principia complexa per quæ procedit talis scientia. Et tertium est genus ipsum, puta subiectum cuius passiones demonstrantur. Quod in geometria est, quantitas continua, & in arithmetica numerus. Ar subiectum scientiæ vocat genus, propterea quod non de qualibet specie est alia, & alia scientia: sed de vno genere est vna scientia, vt de animali est scientia animalium: & de quantitate cōtinua cuius sunt plures species, scilicet, linea, superficies & corpus, est geometria tractans etiam de pluribus speciebus figurarū. ¶ Dubitat hic autem cur Aristot. inter ea quæ contingunt demonstrationi non commemorauit medium, scilicet, definitionem. Ad quod respondent alij aliter. Sed puto horum tantum vnum meminisse Aristotelem, aut quia horum, tantum memorat in primo capite: vbi dicitur esse præcognita ante demonstrationem. Aut (quod ego existimo) quia hæc tria sufficiunt ad propositum. Non enim principia possunt esse aliena aut communia, nisi aut ratione subiecti aut passionis aut dignitatis. Si enim subiectum sit alienum scientiæ, definitio etiam erit aliena. ¶ In secunda particula textus, (Fieri igitur potest) his suppositis intendit probare hanc conclusionem. Nulla scientia demonstrat ex principijs alterius, scilicet, alterius scientiæ ad cuius euidentiam notandum est, quod duæ scientiæ aut habent omnino subiecta diuersa, scilicet, ex æquo diuidentia idem genus. Vt geometria, cuius subiectum est quantitas continua: & Arithmetica, cuius subiectum est quantitas discreta quæ sunt genera subalternata quantitatis. Aut subiectum vnius est directe inferius ad subiectum alterius: vt se habent scientia de animali & scientia de homine seu scientia de triangulo & scientia de isosceli. Aut tertio modo quando subiectum vnius est inferius accidentaliter ad subiectum alterius: vt Geometria & Perspectiua, cuius subiectū est linea visualis, & Arithmetica & Musica, cui⁹ subiectū est numer⁹ sonorus. Vt quale enim est accidēs lineæ: sicut sonorū est accidens numero. Primo modo scientiæ sunt simpliciter diuersæ: & si vna transiret principijs alterius diceretur vna migrare, seu transire in aliam: nam principia vnius sunt alicui aliena & vice versa. Secundo vero modo scientiæ non sunt diuersæ, sed ad eandem scientiam pertinet demonstrare passiones animalis, & per animal descendere ad hominem: & ad eandem pertinet demonstrare passiones trianguli, & per triangulum demonstrare eadem de speciebus trianguli. Nec ille vocatur descensus de scientia in scientiam, sed tertio modo scientiæ non sunt omnino diuersæ, sed subalternæ: & transitus a subalternante ad subalternatam vocatur descensus, qui est licitus. Vtitur enim perspectiua principijs geometriæ: & Musica principijs Arithmeticæ. Et ideo Geometria descendit ad perspectiuam dando illi principia: & perspectiua ascendit ad Geometriam recipiendo ab illa. ¶ Intendit ergo Aristoteles formare hanc rationem quæ certe apud expositores sine forma est, & sine luce. Illa scientia non potest demonstrare ex principijs alterius scientiæ, cum qua non communicat in genere, idest, in subiecto: sed scientiæ diuersæ, quarum vna non subalternatur alteri non communicant in subiecto: ergo ex talibus scientijs vna non potest demonstrare ex principijs alterius. Ma-

Tria sunt in demonstratione.

Demōstratio non ex alienis.

Ratio Aristot.

iorem istinuat dicens (fieri igitur potest vt ea quidem sint eadem è quibus fit demonstratio) id est, fieri potest vt in aliquibus scientijs eadem sint principia nempe in subalternante & subalternata vt statim dicetur, at quorum genus diuersum est, idest, diuersum subiectum, vt Arithmeticæ & Geometriæ, in his fieri nequit vt Arithmetica demonstratio accōmodetur ad ea quæ magnitudinibus accidunt: idest, fieri nequit vt Arithmetica demonstret ex principijs Geometriæ. ¶ Subiungit, Nisi sint magnitudines ipsæ numeri, idest nisi quātitas continua, quæ est subiectum Geometriæ, sed subiectum inferius ad numerum, qui est subiectum Arithmeticæ. Quod in aliquibus verū est: vt statim dictorus est de Perspectiua & Geometria: quod tamen non conuenit Geometriæ & Arithmeticæ. Minorem autem principalis rationis, scilicet, quod scientiæ quæ non subalternantur habent subiectum omnino diuersum, probat exemplariter Arithmetica & Geometria dicēs. Arithmetica vero demonstratio semper in se genus id habet circa quod versatur, cæteræque similiter, idest, habet suum obiectum distinctum ab alijs scientijs: & ideo transire non potest vt sumat principia ab alijs. Nā non potest sumere principia ab alijs nisi vel in toto vel in parte communicet cum illis in subiecto. Sicut scientia de triangulo communicat in toto subiecto cum scientia de isoscele, quia se habet vt genus ad speciē: & Geometria communicat in parte subiecti cum perspectiua: vt expositum est. At vero probandum restat quomodo si scientiæ non communicāt in subiecto, communicare non possunt in alijs duobus puta in dignitatibus, & in passionibus quæ demonstrantur. Quod Aristote. probat dicēs. (Ex eodem enim genere ipsa extrema & media necesse est esse.) Quod est dicere, Medium & extremitates debent esse eiusdem generis nam medij de bet esse definitio subiecti quod est minor extremitas: & eius passio est maior extremitas: & ex his tribus debēt constare dignitates. Definitio autem & passio per se debent conuenire subiecto: & per consequens debent esse eiusdem generis. Quod si non conueniant per se tam accidentaliter conueniunt, atque adeo non erunt principia apta demonstrationi. Exempli gratia. Subiectum proprium illius passionis, habere tres angulos æquales duobus rectis, est triangulus. Si ergo Geometra ad demonstrandum omnem triangulum habere tres angulos æquales acciperet pro medio triangulum æneū (supposito, quod omnis triangulus esset ex ære) dicēs omnis figura ænea habet tres angulos æquales duobus rectis: omnis triangulus est figura ænea. &c. ergo. Tūc vereretur principijs alienis: quia illa passio per accidēs inest medio, & medium per accidens inest subiecto.

¶ Vnde in tertia particula text. (Quo circa fieri) ostēdit Aristot. conclusionem intentam exemplis dicens, fieri non posse vt geometra demonstret contrariorum vnam esse scientiam: quia hæc conclusio potius pertinet ad dialectica: nec Geometria demonstrat duos cubos cubum esse, idest, ex duobus cubis cubum tertium effici: quia hæc pertinent ad Arithmeticā. ¶ Nisi, inquit, in his quarum altera subalternatim sub altera collocatur, vt musica sub Arithmetica, & perspectiua sub geometria: nam in his potest subalternata vti principijs subalternantis. ¶ Ad intellectum autem secundi exempli Aristotelis notandum est, quod cubus in quātitate continua est corpus omnium laterum quaq; versus æqualium vt est tessera quam vulgo dicimus taxillum. Quadratum enim, dicit solam superficiem æquilateram, & cubus dicit corpus. In numeris autem est etiam figura superficialis & corporalis. Numerus enim resultans ex aliquo numero ducto per seipsum semel dicitur figura superficialis: vt quaternari⁹, qui resultat ex bis duobus, est quadratum superficiale: & nouenarius, qui resultat ex ter tribus, est triangulus æquilaterus superficialis. Numerus vero cubus est qui resultat ex ductu alicuius numeri bis multiplicati per seipsum: vt bis duo bis, sunt octo: qui est numerus cubus, & ter tria ter, sunt viginti septē: qui est numerus cubus: quia videtur assurgere in altum sicut corpus. In cubis continuis ex duobus cubis non fit cubus: vt patet si iuxta se ponas duos taxillos: fiet corpus altera parte lōgius: sed ex octo cubis semper fit cubus, vt patet si supponas quatuor taxillos in quadrato & super ponas alios quatuor, resultat cubus: & ita in numeris ex duobus iunctis cubis non fit semper cubus: nam sexdecim continet duos cubos, & non est cubus. Sed tamen ex duobus cubis multiplicando vnum per alium, resultat semper cubus: vt si dicas octies viginti septem (quorum vter que est cubus) faciunt ducenta sexdecim, qui etiam est numerus cubus, cuius radix est sex: nam sexties sex sexties, sunt ducenta sexdecim. Ingeniose ergo Aristotel. posuit exemplum, quod demonstrare duos cubos facere cubum, non pertinet ad geometram: sed est illi extranea conclusio & propria arithmetico. Ad geometram autem pertinebit demonstrare, quod octo cubi faciunt cubum. ¶ In quarta particula textus. Neque si quid lineis, ponit tertium exemplum conclusionis, scilicet, quod adeo vna scientia nō debet vti principijs alterius, vt nec de accidentibus sui subiecti impertinentibus ad talem scientiam debeat tractare. Veluti vt Arithmetica non debet tractare de lineis, an recta linea sit omnium pulcherrima, an sit cōtraria circulari. Nec musica quę tractat de numero sonoro, debet tractare an sonus Musicæ sit delectabilis: sed solum de proportionibus illorum. ¶ In text. 21. Patet autem subdit tertiam conclusionem, scilicet, quod demonstratio est eorum quę sunt perpetua & incorruptibilia, idest, quod conclusio demonstrationis debet esse semper de re incorruptibili. Alt demōstrationis talis, idest, de qua loquimur in proposito: & demonstrationis omnino scilicet simpliciter. Ac si dixisset quod demonstratio de qua loquimur, est simpliciter demonstratio. Et quod conclusio demonstrationis debet esse incorruptibilis, & perpetua, probat quia procedit ex propositionibus, idest, ex præmissis vniuersalibus. Appellat vniuersales eas quę sunt de omni posteriori sibi ea, idest, quorum prædicata insunt semper & necessario. Vnde vniuersaliter facit hanc cōsequentiam. Si præmissæ sunt perpetuæ: necessario cōclusio est perpetua: vt patet ex secunda illorum trium conclusionum, quas supra posuit in fine text. 17. scilicet. Si antecedens est necessarium, consequens est necessarium. Et laudit, quod demōstratio non est eorum quæ intereunt, idest, corruptibilium. Nec de illis est simpliciter scientia sed secundum accidens: quia tales conclusiones non sunt vniuersales, idest, de omni posteriori sibi ea: sed sunt veræ aliquando. Et rursus infert: quōd si cōclusio est corruptibilis, necesse est aliquam præmissarum esse & caducam, idest, corruptibilem, & non vniuersalem, id est, non de omni posteriori sibi ea vt patet ex tertia dictarū cōclusionū in text. 17. v. g. in hoc syllogismo: Quicunq; disputat loquit omnis homo disputat: ergo omnis homo loquit: qa conclusio est contingēs sic vt minor etiā sit contingēs, & per consequēs non sit de omni. Et ideo dicit, quod quia maior extremitas non est de ratione subiecti, talis demonstratio nō procedit

Text. 21. 3. Conclu.

Cubus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedit ex propositionibus de omni posteriorisitice: sed ex his quæ in aliquo tempore sunt veræ, & in alio falsæ. Secundum antiquos exponitur demonstrationem nó esse corruptibilis, quia non est rerum quæ per se sunt corruptibiles, vt omnis homo est risibilis, Petr⁹ est homo: ergo. ¶ Hic adnotare opus est quomodo secundum Aristotel. non solum de propositionibus est scientia, sed de rebus ipsis quas appellat perpetuas & incorruptibiles. Propositiones enim nó dicũtur incorruptibiles nisi ratione rerũ. Atqui quomodo intelligatur res de quibus est scientia esse incorruptibiles, quæstione prima de vniversalib⁹ satis exposuimus. Homo enim & animal quatenus sunt vniversalia, ideſt, quatenus abstrahunt ab hoc & illo homine, sunt res per se incorruptibiles. Quod est dicere: Connexio extremorum essentialium est perpetuæ veritatis, vt homo est animal, homo est substantia. &c. sunt tamen corruptibiles de per accidens ratione individuorum: Homo enim est res corruptibilis: quia Petrus & Paulus & quilibet homo est corruptibilis: iuxta illud primo Metaph. ca. 1. homo non generat hominem sed Callia, neq; corrũpitur homo, sed Callias. ¶ In text. 22. Similiter res se habet &c. subdit Arist. perinde rem se habere in definitionibus, atque conclusionibus scibilibus: quod videlicet definitio non est corruptibilium, puta singularium, sed incorruptibilium, vt pote specierum quæ nunquam sunt vniversales. Nó enim Petrus per se primo definitur, sed homo. Hac de causa Plato posuit ideas vniversales separatas ab individuis corruptibilibus, vt de illis esset scientia & definitio. Arist. vero dicit, quod scientia & definitio est de vniversalibus quæ sunt realiter in individuis: & per consequens est de rebus incorruptibilibus secundum se, corruptibilibus autem de per accidens. ¶ Probat autem Arist. definitionem nó esse corruptibilium, ex eo quod demõstratio non est corruptibilium. Tota definitio, inquit, aut est principium demonstrationis, aut demõstratio propositione differẽs, aut demonstrationis conclusio, ad cuius intellectum notandum est, quod cum definitio explicet causam rei, potest explicare quodlibet quatuor generum causarum. Et vna definitio potest demonstrari per aliam. Finis enim est prima causarum, quæ mouet agens: agens producit formam illi similem in materia vero disponitur secundum necessitatem eorum. Vnde definitio materialis demonstratur a priori per formalem à qua dependet: formalis per efficientem: & efficiens per finalem: & deprimo ad vltimum tam materialis quam formalis potest etiam demonstrari per finalem. Exempli gratia. Definitio iræ materialis est accensio sanguinis circa cor: formalis autem & quodammodo finalis, est appetitus vindictæ. Sanguis enim accenditur ad vindictã capessendam. Sed ex vtroque membro efficitur vna cõpleta definitio iræ, scilicet, accensio sanguinis ad cor propter vindictam: cum ergo ostenditur hominem esse iratum per alteram illarum definitionum, tunc definitio est demonstrationis principium: vt si dicas, Quicunque appetit vindictam iratus est: quicunque iniuriã patitur appetit vindictam: ergo. Quando vero vna definitio demonstratur per aliam, tunc vna definitio est demonstrationis principium: & altera demonstrationis conclusio: vt si à priori demonstretur materialis per finalem sic cuicunque appetenti vindictam, accenditur sanguis circa cor: iniuriam passus appetit vendictã: ergo iniuriam passo accenditur sanguis circa cor. Aut si vt ce versa, à signo demonstretur materialis per finalem. At vero quando ex vtraque fit vna definitio totalis, ille

Tex. xxij. Definitio non est corruptibilũ.

Idee.

Ira.

la est tota demonstratio sola positione, ideſt, dispositione differens. Si enim dicas, quod ira est accensio sanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ, illic redditur propter quid ira est accensio sanguinis, sicuti in demonstratione: & ponitur medium & virtualiter conclusio: hoc solo dempto, quod non sunt tres formaliter propositiones dispositæ in modo & figura. Cũ ergo definitio debeat sic esse pars demonstrationis sit vt quémadmodum demonstratio non est ex corruptibilibus, nã quæ eorum sit definitio. ¶ Consequenter Aristo. in secunda particula huius textus. Patet etiam, respondet cuidam tacito argumento. De eclipsi enim lunæ est scientia: & tamen luna eclipsatur, non est de omni posteriorisitice, quia non semper eclipsatur, sed aliquando. Respondet enim quod in quantum sunt tales, ideſt, demonstrabiles, sunt quidem semper: in quantum vero non sunt semper, non sunt demonstrabiles vniversaliter; sed particulariter. ¶ Vbi notandum, quòd eclipsis lunæ conuenit semper in ordine ad causas: non tamen semper in ordine ad cẽpus. Quod est dicere, quod quotiescunq; terra interponitur, indefectibiliter luna eclipsatur: & sub hac ratione est scientia vniversalis de eclipsi, scilicet, quotiescunq, terra interponitur inter solẽ & lunam luna eclipsatur: sed quotiescunque sol & luna opponũtur in talibus punctis ecliptiçe puta dum luminaria sunt in capite vel in cauda draconis, terra interponitur: ergo quoties luminaria sunt in talibus punctis luna eclipsatur. At vero quia non in quocunque tempore simpliciter eclipsatur, propterea quando demonstratur quòd illo anno, tali die, & tali hora eclipsabitur, est demonstratio particularis & nó vniversalis. Et hoc quod dicit Aristo. Obidque non quæstione secunda argumento primo diximus hanc propositionem, luna eclipsatur, esse simpliciter scibilem. Et hanc etiam esse scibilem in philosophia naturali, homo est bipes: quia regulariter ita est: licet aliquando in singulari nascatur mõstrum sine duobus pedibus. In textu. 23. (Cum autem pateat) reuertitur ad probationem secundæ conclusionis principalis scilicet, demonstrationem procedere ex propriis. Et quia propria sunt quæ nec sunt altera nec communia: & iam patefecit de monstrationem non procedere ex alienis, ostendit modo non procedere ex communibus. Ait ergo, quòd cũ vnumquodque non sit demonstrandum ex quibuscunque principijs sed ex propriis fit vt si principia sint cõmunia quæ possunt accõmodari ad aliud genus scientiæ, quãquam illa sint vera & necessaria, nõ proprie & per se demõstrari: veluti Brisso, non proprie demõstrabat quadraturam circuli, quia vtebatur principijs cõmunibus. ¶ Ad cuius intellectũ supponatur expositio hui⁹, q̃ est quadrare circulũ, quã fecimus in prædicamẽtis cap. de ad aliquid, vbi ait Aristo. non esse scientiã inuentã quadraturæ circuli, scilicet, quod detur quadratum & circulus quorum æreę sint æquales: licet multi philosophi vt. 1. Physi. videbimus eam conati fuerint inuenire. Inter quos Brisso vtebatur hac ratione. Vbi est maiꝰ & minꝰ, est æquale: sed descripto circulo dabitur intra quadratũ minus, & extra quadratũ maius vt apparet in figura textus: ergo poterit dari quadratũ æquale. Tamen aliter ettã cõtendebat quadrare circulũ, vt. 1. Phy. est videre. Ait ergo modo Arist. q̃ hęc demõstratio nó procedebat ex propriis principijs Geometriæ, cuius scientiæ est quadrare circulum (cũ sit de quantitate continua:) quia maior demonstrationis est cõmunis etiam numeris, de quibus est Arithmetica. Et ideo dicit quòd illud principium non conuenit rei vt illa est, ideſt, nõ con-

Tex. xxiij.

Brisso.

conuenit figuris in quantum sunt quantitates continuę quod est conuenire per se primo & secundum quod ipsum: nam maius & minus primo conuenit quantitati in communi: & per quantitatem conuenit figuris & numeris. Et per consequens tale principium est per accidens. Nam tunc, inquit cognoscimus rem per se quãdo cognoscimus ex propriis: vt cum demõstramus de triãgulo habere tres angulos æquales duobus rectis per definitionem trianguli cui per se conuenit illa passio. Et hoc est quod ait, quòd si propria passio demonstratur de proprio subiecto, necesse est medium etiam esse in eadem propinquitate. ¶ In secũda particula textus Quod si non sit, ita soluit Arist. Instantiam quæ adduci posset cõtra hãc doctrinam: Musica namque vtitur principijs communibus sibi & Arithmeticæ, cui subalternatur: & pariter perspectiua vtitur principijs cõmunibus sibi & Geometriæ. Responsio autem Aristotelis consistit in hoc, quod licet ita sit, tamen hæc non est instantia: quia si Musica haberet cõmunia principia cum Arithmetica, hoc est quia habet subiectum in parte communi cum illa: nam subiectum Arithmeticæ est numerus, & subiectum Musicæ numeres sonorus. Et ideo principia numerorum seruiunt etiam numeris sonoris.

Scięties subalternæ.

¶ Subdit tamen differentiam, dicens ipsum quidẽ esse, ad aliam scientiam attinet, scilicet, ad subalternatam: sed propter quid illius recipit subalternata à subalternante (cuius sunt ipsi affectus,) ideſt, cuius propriæ passiones demonstrantur per illa principia. Boetius vertit, quod ipsum, quia est proprium subalternatæ, & Propter quid, est subalternantis. Vbi hoc verbum, quia (certe ineptum, vt capit. 10. videbimus) rem obscurat, Littera explicabitur hoc exemplo. Quod diatessaron (ideſt, proportio sesquitertia qualis est quatuor ad tria) sit sonora & bene cõsonãs, est cõclusio ppter Musicæ: nam Arithmeticus nihil dicit de sono. Et hoc est quod dicit Boetius, quòd, quia est proprium subalternatæ. Et Argyropylus significantius, quòd esse, scilicet, verum est subalternatæ, id est, talem proportionẽ esse consonam est propria veritas Musicæ: quia subiectum, scilicet, subalternæ, genus diuersum est, puta numerus sonorus. Sed tamen propter quid sit sonora, illud est, quia talis est proportio rationalis: & quod inter quatuor & tria sit proportio rationalis probat Arithmeticus, quia, scilicet, habet cãdem partem aliquotam communem: puta, vnitatem. Concludit ergo Aristotel. Quare patet ex hisce. &c, ideſt, sequitur quod ex hac instantia non probatur, quod aliqua scientia demonstret ex principijs communibus sibi & alijs: nam hoc prouenit, subalternanti & subalternatæ, quia habet subiectum quodammodo cõmune. Et vt asseretur instantia cõtra regulam, deberet probari, quod aliqua scientia vteretur principijs communibus sibi & alijs, cum quibus nullo modo communicat in subiecto. ¶ In tertia particula textus. Quod si id constat infert Arist. vnam conclusionem corollariam quæ est celebris inter philosophos. Nulla scientia demonstrat sua propria principia, sed ad Metaphysicam quæ est omnium domina, & excellentissima pertinet probare omnium principia. Prima pars conclusionis sequitur ex dictis: nam postquam quæuis scientia resoluit suas præmissas vsque ad principia immediata in suo genere, iam tunc illa principia probari non possunt nisi per alia principia communia, & per consequens ad illam scientiam non pertinebit vt talibus principijs. Secunda pars, scilicet, quod hoc pertinet ad Metaphysicam non formaliter est in textu sed insinuatur. Sicut enim se habet Geometria ad perspectiuam (quia habet subiectum communis) ita quodammodo se habet Metaphysica ad omnes scientias: quippe cuius subiectum est ens, quod est omnium communissimum: ergo sicut Geometria probat principia perspectiuæ, ita & Metaphysica poterit vtcunque persuadere principia aliarum scientiarum. Verbi gratia. Omne totum est maius sua parte, est principium mathematicarũ scientiarum, quarum est tractare de toto & partibus quantitatiuis: sed neganti, persuadebit illud Metaphysica hoc modo, omne continens est maius contento: & totum est continens partes: ergo. Et ideo subdit Aristotel. quod talis scientia est excellentissima, & maxime scibilis. Nam scire est rem per causas cognoscere: ergo illa quæ tractat de supremis causis quæ ita sunt causæ, vt non sint effectus erit suprema scientia: talis autem est Metaphysica, cuius subiectum est ens, quod in genere causarum formalium est supremum: quia prædicatur vniuersaliter de omnibus. Tractat etiam de Deo & intelligentijs: quo in genere causarum efficientium sunt primæ. Quod si arguas mathematicas esse præstantiores, quæ sunt certiores. Respondet Aristote. in prologo de anima, quod dupliciter scientia est præstantior: aut ratione certitudinis modi procedendi: quomodo mathematicæ sunt præstantissimæ: aut ratione subiecti: quomodo inter physica, scientia de anima est præstantissima: sed simpliciter Metaphysica est dignissima: quia tractat de ente vt includit etiam intelligentias. ¶ In quarta particula textus. Demonstratio vero, concludit demum Aristotel. suam conclusionem, scilicet, quod demonstratio non vtitur principijs communibus, nisi eo modo quo tam Geometricæ demonstrationes accommodantur ad facultatem machinarum struendarum, scilicet, ad artem architectu ræ vel ad perspectiuam quæ scientiæ subalternatur illi quam arithmeticæ demõstrationes accommodantur ad Musicam. ¶ In postrema particula textus. At vero difficile, ad introducendum capitulum sequens colligitur hoc corollarium. Difficile est percipere & cognoscere, quando quis demonstrat ex proprijs principijs. Decipiuntur enim qui putant satis esse ad demonstrationem procedere ex veris & immediatis, nisi procedat ex proprijs,

Sciẽtia nõ demõstrat sua princi-

De principijs tam communibus, quam proprijs.

Cap. VIII.

IAM autem in quocunque genere principia dico, quæ fieri nequit vt esse demonstrentur. Igitur quidnam ipsa prima, & ea quæ ex hisce proficiscuntur significant, sumitur, at quod sint principia sumere, cætera demonstrare necesse est. Ceu est quid vnitas, aut rectum, aut triangulus sumitur, esse vero vnitatem ac magnitudinem sumere, cætera autem demonstrare oportet. ¶ Eorum autẽ quibus in demonstrationis vtuntur scientijs, alia cuius-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunq; scientiæ propria alia cõmunia sunt: cõmunia vero similitudine rationis: quippe vsus eorum tantum sese extendat quacunque in scientia, quantum cuiusque subiecto generi congruit. Propria sunt, vt lineam esse talẽ, rectum ve: cõmunia, vt si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ restant æqualia sunt atque horum vnumquodque cuique satisfacit, ad cuiusque genus accommodatum. Idẽ enim hoc faciet, acsi nõ de omnibus ipsum accipere geometra: sed de magnitudinibus tantũ, & Arithmeticus de numeris solũ. ¶ Sunt etiã & ea propriæ rei quæ scientia cõsiderat ea, quæ per se illis insunt: atq; hęc & esse & quid sunt, scientiæ sumũt: & vnitates Arithmetica: puncta, lineas ve, Geometria: at horũ per se affectuũ quid qui dẽ quisque significat sumunt: vt arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratũ quidquo que cubus: Geometria, quid expers rationis, quid frãgi, quid cõcurrere, & huiusmodi cętera. Demõstrãt autẽ ipsos esse, & per cõmunia, & per ea quæ demõstrata sunt. Eadẽ & Astrologia facere solet. ¶ Omnis nanque demonstratiua scientia circa tria versatur. Ea sunt, ea quæ ponit esse: hæc autem sunt genus: cuius per se affectuum est contemplatrix: & ea quæ cõmunes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrat: & tertium affectos, quorum quid quisque significat sumit: nihil tamen prohibet scientiarum nonnullas horum præterire nonnulla: veluti genus non supponere esse, si esse pateat: non enim æquã & numerum & frigidum & calidum esse patet: affectus etiã non sumere quid significant: si sint clare, sicut nec dignitates, nihil prohibet: vt quid significat æqualia ab æqualibus auferre: quia est notum: sed nihilominus hæc tria natura sunt: id inquam circa quod scientiam domonstrãt, & ea quæ demonstrat, atque ea ex quibus demonstrat. ¶ Non est autẽ id suppositio, neque postulatio sane quod per se ipsum esse videri que necesse est. Demõstratio nanq; nõ in oratione quæ est extra, sed in oratione quæ est in mente cõsistit: quando quidem neque ratiocinatio in illa cõsistere videtur. Cum enim semper aduersus orationem: quæ extra est, per in briationẽ obsletur: vt aduersus eã quæ est in mẽte, non semper. ¶ Quod igitur demõstrari quidẽ potest, non demonstratum autem à se quispiã sumit, id aut supponit, si ita esse discẽti videtur, atque hæc nõ absolute quidem, sed ad illum tantum suppositio est aut postulat, si nulla prorsus discẽti de hoc opinio, vel etiam contraria insit. Atque hoc inter suppositionẽ postulationemque interest. Etenim id est postulatio, quod est contrarium opinioni discentis: vel quod quidem demonstrabile est, sed illud quispiã sumit, vtiturq; non demonstrato. ¶ Definitiones igitur cũ affirmationes aut negationes non sint suppositiones nõ esse patet: quas quidẽ vt genus propositio complectitur. Definitiones præterea percipiantur solũ oportet: at id suppositio non est, nisi quispiã & audire suppositionẽ dixerit esse, sed ea sunt suppositiones, quæ cum sint hoc ipso quod sunt, emergit ipsa conclusio. Neque geometra falsa supponit, quemadmodum nõnulli putarunt: qui quidẽ inquiũt, demonstrantẽ falsis vti suppositionibus nõ oportere geometrã vero falsa supponere, designatũ lineã nunc pedalẽ, nũc rectam esse dicentem: quæ quidem nec recta nec pedalis existat: nam geometra cũ non sit ea linea, quam designauit aut protulit ore, concludere solet: sed cũ ea sint quæ per illam significantur aut indicantur, quæ designauit ac protulit ipse. Insuper omnis postulatio suppositioq; aut vniuersalis, aut particularis est: at neutrum istorum definitionibus competit: quare definitiones, suppositiones, postulationesque nõ sunt. ¶ Formas igitur aut vnũ quid præter ipsa multa esse, ideo quia demõstratio sit, necesse non est: tamẽ verũ est dicere, necessario vnum esse de pluribus prædicandũ: nam si id non sit, vniuersale sane nõ erit, at si vniuersale non sit, nõ erit medium ipsum: quare nec demonstratio. Esse igitur vnum quid oportet, idemque de pluribus nõ solum communi nomine prędicandum. ¶ Nulla autem demõstratio sumit fieri nõ posse, vt simul idem affirmetur atque negetur, nisi fuerit opus vt hoc etiã pacto demonstretur conclusio. Quod quidem fuerit, si sumpserimus affirmare quidem primum de medio esse verum, negare autem verum non esse. Nihil autem refert medium esse atque non esse sumere, & tertium pari modo. Nam si datũ est id quo hominem dicere verum est, & si detur & id etiam quo non hominem dicere verum est: tamen si tantũ hoc totum sumatur: hominem inquã animal, non autem non animal esse: erit etiam verũ, Calliã: etiam & non Calliam, animal, non autem nõ animal dicere: causa autẽ est: quia primũ nõ solum de medio: sed etiam de alio dicitur, propterea quod ad plura sese extendit. Quare ad conclusionẽ nihil refert, & si mediũ & ipsum, & nõ ipsum est. ¶ Hoc autẽ omne inquã affirmandũ aut negandũ esse, ea demõstratio sumit, qua deducit ad id qd fierit nequ: nec tũ semp vniuersaliter, sed quo ad satis est generi, circa qd gen⁹ demõstrationes afferũtur, sicut

Tex. xxv.

Tex. xxvj.

&prius

Tex.27. & pri⁹ est dictũ. ¶ Cõueniũt autẽ inter sese sciẽtiæ omnes in hisce quæ communia sunt: communia vero dico, quibus vtuntur tanquã ex eis demõstrantes non autem de quibus demõstrant neq; ea, quæ demonstrãt. ¶ Differendi quoq; facultas cũ omnibus conuenit, et si qua vniuersaliter ipsa cõmunia ostendere nitatur: velut omne quoduis affirmetur, aut negetur oportet, vel æqualibus dẽptis æqualibus, æqualia sunt ea quæ restãt: vel talium aliqua, atque ipsa differẽdi facultas, non est sic definitorum quorundã, neq; generis cuiusdã: non enim interrogaret, demõstranti nanque, interrogare nõ licet, propterea quod ex oppositis idẽ non ostendatur: hoc autem demonstratũ in hisce est, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.

CVM in capite superiori determinatum sit demõstrationẽ propter quid procedere ex proprijs & non ex communibus principijs, atque vt in fine concludit, principia propria cognitu sint difficilia, in hoc octauo capit. latiorem facit sermonem de principijs demonstrationis propter quid. Cuius intentio est hic ostendere quæ nam principia propria quæ ve communia: & quomodo quæuis scientia vtatur huiusmodi principijs, scilicet, aut supponendo illa, aut aliqua exponendo alijs formaliter vtendo in demonstratione, alijs vero solum virtualiter. ¶ Atqui secundum partitionem Commentatoris quatuor sunt textus in hoc capite in quorum primo qui est ordine vigesimus quartus ponit definitionem & diuisionem principiorum. Ait enim principia esse in quouis genere, quæ in tali genere sunt indemonstrabilia. Vbi notato, quod simpliciter principia, non dicuntur nisi illa quæ sunt immediata, id est, quæ priora non habent in tali genere quibus demonstrentur, vt propositio, in qua propria passio prędicatur de definitione, aut definitio de definito, aut dignitates. ¶ Subiungit conuenientiã & differentiam inter prima principia & alia, quę velut conclusiones demonstrantur. Ait enim quod tam principia prima quam ea quæ ex hisce proficiscuntur (scilicet cõclusiones) sumitur qui significant. Sumere est recipere tanquam suppositum. Requiritur enim ante demonstrationem supponere significationes terminorũ, tam principiorum quam conclusionis. (At quod sint principia sumere cætera demõstrare necesse est). Id est, differunt tamen quõd prima principia esse, scilicet, subiectum esse, & dignitate esse verã, necesse est sumere, id est, supponere: quia non sunt demõstrabilia: cætera vero, scilicet, conclusiones necesse est demonstrare. Subiungit exempla. Cum quid est vnitas, quia rectum, id est, definitio vnitatis, quæ est primum subiectum Geometriæ, & definitio recti, & trianguli, quæ sunt passiones illius: tertiũ subiectum supponere, scilicet, vnitatem esse, hoc sumẽdum, id est, supponendum est: nam vt primo capit. dictum est, de subiecto supponitur quidem quid est & quod est, & de passione quid significat: cætera vero, scilicet, conclusiones, quod triangulus habet tres angulos, &c. oportet demonstrare. In secunda particula textus. (Eorum autem) subdit diuisionem principiorum. Alia enim sunt propria vnicuique scientiæ, alia communia. At ne quis redargueret eum contradictionis, quippe qui dixerat nullam scientiam vti principijs communibus, ait communia appellare similitudine rationis, quod Boetius vertit secundum analogiam, id est, proportionem. Et dicuntur hoc modo communia in illis istis scientijs quæ communicant aliquo modo in subiecto. Et hoc est quod ait, Quippe vsus eorum tantum se extendit in scientia, quantũ congruit eius subiecto. In aliquibus codicibus pro vsus habetur, cumulus, mendose. ¶ Subdit exẽpla vt lineam esse, rectum ve, proprie sunt principia Geometriæ. At si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia, principium est commune tam Geometriæ quã Arithmeticæ: quia hoc cum sit commune omni quãtitati, deseruit tam numeris, quam quãtitatibus continuis. Atq; explicat id quod dixerat quod, scilicet, hoc principium tantũ se extendit in vtraq; istarum scientiarum, quantum congruit eius subiecto, quia inquit. (Idẽ hoc faciet in Geometria: ac si nõ de omnibus ipsum acciperet Geometra, sed de magnitudinibus tantũ & Arithmeticus de numeris) ac si dicat, tantum seruit aut Geometræ aut Arithmetico hoc principiũ vniuersale, ac si Geometra in particulari diuisset si ab æqualibus magnitudinibus æquales magnitudines demas, æquales magnitudines remanẽt: & Arithmeticus, diuisset, si ab æqualibus numeris, &c. ¶ In tertia particula textus, (Sũt etiam ea) magis elucidat exemplum de principijs proprijs. Dicens ea esse principia propria, scilicet, in cõplexa, circa quæ scientia considerat illa quæ per se illis insunt. Qualia sunt propria subiecta, quibus per se insunt passiones. Sequitur in textu. Atque hæc, scilicet, subiecta, & esse, & quid sunt, scientiæ sumunt. Quia de subiecto supponitur, quid est, & quia est, seu, quod est, vt arithmetica supponit quid est vnitas & ea esse: & Geometria supponit puncta & lineas. Sequitur. At horum per se affectuũ quid significant sumunt. Nomine affectus vbiq; intelligitur propria passio: de qua vt capite primo dictum est scientia supponit quid significat: vt arithmetica supponit quid significat par, quid impar: quid quadratum: quid cubus, quæ sunt passiones numeri. Geometra quid significat expers rationis, id est, proportio irrationalis. Proportio dicitur irrationalis quæ est inter duas lineas quæ non sunt inter se cõmensurabiles: puta cuius pars aliquota vnius non est aliquota alterius, vt secundo cap. diximus de costa diametro quadrati æquilateri: illæ vero rationales sunt, vt quadrupedalis & tripedalis, quibus pes est pars aliquota ambarũ. Et ideo proportio irrationalis est passio Geometriæ quia in numeris nulla est proportio irrationalis sed omnis rationalis, quia omnes numeri habẽt saltẽ vnam partem aliquotam communẽ pura vnitatem, quid significat frãgi, vt linea visualis quę frãgitur in speculo: quid cocurrere quemadmodum dixi mus parallelas non concurrere. Subiungit, Demonstrãt autem ipsos esse per cõmunia, & per ea quæ demõstrata sunt, id est, scientia vera demõstrata nos affectus, id est, proprias passiones vere in esse subiectis insunt per principia cõmunia, sicut Geometra & Arithmeticus vtuntur illo, si ab æqualibus æqualia demas: aut per principia demonstrata ex illo, vt Geometra si ab æqualibus magnitudinib⁹. &c. & Arithmeticus si ab æqualibus numeris. &c. ¶ In text. 25. Omnis nanque prę sius quam id fecerat cap. 2. explicat principiorum differẽtias, scilicet, postulationes, suppositiones, communes animi conceptiones. Habetque textus particulas quinq;. In prima resumit quod dixerat cap. 2. scilicet, tria esse pręcognita ante demõstrationem, scilicet, de subiecto quod hic vocat genus, quid est, & quia est, seu quod est: de

Text.24.

Propor.ō irratiõalis.

Tex.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignitatibus, quia sunt, scilicet, quòd sint veræ: & de passionibus, quas hic nuncupat effectus quid significat. Litera perpicua est intelligenti quæ illic diximus. ¶ Subiungit, quòd nihil prohibet scientiarum nonnul las, aliqua istorum præterire. Boetius vertit, despicere. Id est nihil prohibet quia demonstratur aliquando nó supponat nec explicet aliqua istorum: quia, scilicet, sunt per se nota, vt in philosophia naturali, principium est ignem esse calidum: non est necesse illud supponere postquam ad sensum patet. Arithmeticus autem nihil mirum si supponat numerum esse: quod non ita patet ad sensum. Numerus enim numerans est in mente: & numerus numeratus in rebus. Et hoc est quod ait non æque patet numerum esse: & calidum & frigidum esse. Eodem modo de passionibus cum clarissimę sint earum significationes, non opus est supponere quid significat. Et de dignitatibus puta quid significat, æqualia ab æqualibus auferre, quia id est notissimum. ¶ In secunda particula textus, Non est autem descendens ad principia complexa de quibus in hoc capitulo est principalis intentio, constituit differentiam inter postulationem, suppositionem, & dignitatem. Et est litera certe notatu digna. Ad cuius intellectum notanda est differentia inter hæc quatuor. Dignitas, suppositio, petitio, definitio. Primum omnium conueniũt hæc omnia, quòd vniuersa hæc sunt principia quibus demonstrator vtitur tanquam principijs quæ non demonstrat: quia in tali scientia non sunt proprie demonstrabilia, sed principia alterius scientiæ. Et ideo generali nomine possunt appellari omnes suppositiones, ex quibus demonstrator exorditur demonstrationes. Sunt tamen inter hæc notandæ tres differentiæ. ¶ Primo dignitas differt à cæteris tribus, quod dignitas est propositio per se nota simpliciter, scilicet, secundum se & quo ad nos itaque termini illius omnibus sunt euidentes. Cætera vero principia, licet possint esse secundum se euidentia tamẽ non sunt euidentia quo ad nos, quia termini non sunt omnibus per se noti. Ob idque licet demonstrator non demonstret illa, tamen habet illa aliquo modo exponere aut persuadere aut supponere tanquam vera. ¶ Secunda differentia est inter suppositionem & petitionem. Nam suppositio vno modo accipitur generaliter, vt est nomen cõmune omnibus principijs: alio modo specialiter, vt distinguitur contra petitionem. Si enim sit aliquod principium quod non sit quidem per se omnibus tam euidens, quã dignitas: sed tamen respondenti verũ apparet: aut quia certe verum est & facili negotio explicatur, aut quod in opinione respondentis verum est, illud est suppositio: vt si quis supponat definitionem trianguli esse figuram rectilineam triangulorum, quæque quidem ex nomine ipso scitu apparet, at omnes lineas ductas à centro circuli ad circunferentiam esse æquales: nam ostenso centro facile videbit circunferentiam æqualiter vndique distare: aut si quis disputans cum Democrito supponeret illi corpora fieri ex atomis, quod licet est falsum, tamen ipse opinatur esse verum. Hæc inquam omnia principia speciali nomine dicuntur suppositiones. Si vero tale principium necsit euidens respondenti, nec facile persuasibile, aut quia in rei veritate est dubium respondenti, aut contrarium eius opinioni, hæc dicitur petitio seu postulatio, quia scilicet demonstrator hoc postulat à respondente, & sumit ab illo disputationis gratia, vt si petat solem esse maiorem tota terra, aut altra esse parta, aut volens demonstrare animã esse perpetuam supponeret eam per se moueri, aut si quis ab Aristote. qui scit non esse vacuum petat vt admittat vacuum esse, vt. v. g. inde demonstretur nõ posse per tale spatiũ fieri motum successiuum, vt ipse arguit in. 4. Physic. Attamen si respondens non admittit quod est contra suam opinionem, tunc inde oritur quæstio inter disputantes. ¶ Tertia differentia est inter definitionẽ & alia, q illa tria sunt propositiones: & ideo generali nomine dicuntur suppositiones. Definitio vero nó est propositio, & ideo non dicitur suppositio: sed positio, vt capit. 4. visum est. ¶ Has tres differentias tractat Aristotel. in hoc textu. Ait ergo (quod per se ipsum esse, videri que necesse est, nó est suppositio nec postulatio) sed dignitas. Asi dicat, quòd suppositio vel postulatio, licet per se sit vera, idest, indemonstrabilis, tamen non per se videtur omnibus vera, sed indiget suppositione, idest quod præponatur à demonstratore. Dignitas vero & per se est vera & per se omnibus apparet vera: & per consequens suppositione non eget, vt quodlibet est vel non est. At quia posset quis dicere nihil esse tã manifestum, q non possit ab aliquo proteruissimo voce negari, dicit quod demonstratio non est in oratione extra, idest, in oratione vocalised in mente. Ac si diceat, quod licet quis voce neget prima principia, non tamen potest id negare mente: quia illic sunt per se euidentia iuxta illud commentatoris. 1. de anima commen. 2. intellectus agens est causa primarũ propositionum quo ad euidentiam: quippe cuius naturali lumine illustrantur. Aliàs, inquit, si fatis esset voce negare principia non sulũ nulla esset demonstratio, sed nulla esset ratiocinatio, id est, syllogismus: quia verbo quilibet potest inficiari, idest, negare. ¶ In tertia particula textus. (Quod igitur. &c.) ponit secundam differẽtiam inter suppositionem & postulationem. Quod igitur inquit demonstrari quidem potest, idest, principium quod non est adeo omnibus euidens, quin possit aut demonstrari aut persuaderi aliqua ratione communi: tamen demonstrator sumit illud à respondente tanquam demonstratum, illud (inquit) si ita esse dicenti videtur erit suppositio: non quidem absolute, sed ad illum tantum respondentem. Quod addit propter suppositionem quæ solum est vera secundum opinionem respondentis: aut quam respondens solus admittit, quam alius non admitteret. Si autem id vel non apparet respondenti, vel illi contrarium est, tunc erit postulatio. Exempla sunt tam supra posita. ¶ In quarta particula textus, Definitiones igitur. &c. ponit tertiã differentiam inter definitionem quę in verbione Boetij dicitur terminus & alia tria. Definitiones inquit cum non sint affirmationes nec negationes non sunt suppositiones. Quas quidem vt genus propositio complectitur, idest, quę suppositiones sunt species propositionis ¶ Subiungit secundam rationem, quod definitio non sit suppositio: quia definitiones solum oportet percipiantur, idest, intelligantur simplici intellectus operatione: id autem quod tali intellectione simplici percipitur, non est suppositio, quia suppositio dicit iudicium. Nisi quispiam, inquit & audire suppositionem dixerit esse. Vbi notato, quòd vt Aristot. ait. 3. de anima. tex. 28. simplicium intelligentia comparatur operationi sensuum exteriorum & ideo intelligere, comparat hic ad audire: vi sicut, audire, non est suppositio, quia non est propositio, ita nec intelligere. Sed ea inquit sunt propositiones quæ cum sint, scilicet, veræ, emergit, idest, infertur ipsa conclusio. ¶ Respondet subsequenter tacitæ quæstiunculæ. Dixerat enim suppositionem esse principium aut verum simpliciter aut saltem secundum opinionem respondentis. At posit quis arguere, quod Geometra sæpe supponit aliquã falsã, vt puta hanc lineam esse pedalem: aut rectam cum forte non sit ita. Respondet inquam, quod geometra non vtitur in suis demonstrationibus illis lineis ostensis ad sensum quia de singularibus non est scientia: sed lineis in vniuersali, quæ designantur per illas demonstratas. ¶ Tandem adiungit tertiam rationem, quod, scilicet, definitio non sit suppositio dicens, omnis postulatio & suppositio, aut est vniuersalis, aut particularis: sed definitio nec vniuersalis est, aut particularis: ergo. ¶ In quinta particula text. (Formasi igitur) concludit ex dictis contra platonem q propter necessitatem scientiarum aut definitionum non est necesse introducere ideas à singularibus separatas, quæ latine dicuntur formæ, sed est necessarium dicere vnum esse de pluribus prędicandum: puta vnam esse rationem communem specificam aut genericam abstractam ab individuis sola operatione intellectus de qua sit scientia & definitio. Nam si hoc vnum non sit, non erit vniuersale & si non est vniuersale, non erit medium demonstrationis, quod est definitio: & per consequens nec erit demonstratio. Atque adeò concludit, quòd necesse est esse vnum commune non solum secundum nomen, sed secundum rationem. Vbi docet vniuersalia non solum esse in nominibus, sed in individuis secũdum rem, abstracta tamen per operationem intellectus. ¶ In tex. 26. Nulla autem demonstratio. Post quã principia tam propria quam communia explicata sunt, docere pergit quomodo vnaquæque scientia vtatur principijs communibus, & præsertim communissimis. Etenim vt. 4. Metaphysic. text. 10. &. text. 27. est videre, duo sunt generalia prima principia. Vnum negatiuum. De nullo idem affirmari & negari, verum est: alterum affirmatiuum. De quolibet idem affirmari, aut negari, verum est. In prima ergo particula textus sermo est de primo, & in altera de secundo. Locus iste obscurissimus habetur: tũ quia Græce certè est adeo c õcisus, vt videatur trũcus cui desit aliquod verbum: tum quia latine infideliter est traductus propter æquiuocationem verborum Græcorum. Vnde & antiqui & neoterici diuerse eum exponunt. I proponam prius sensum Aristotel. qui facilis est: moxque ad literam descendam. Tres sunt termini in syllogismo, scilicet, maior extremitas, medium & minor extremitas, quos Aristotel. appellat primum, medium, & tertium. vt sunt in proposito, animal, homo Callias. Intendit ergo Aristotel. docere, quod illud principium, de nullo idem affirmari & negari verum est, non intrat formaliter demonstrationem. Et vtitur hac ratione. Aut deberet intrare ex parte primi, idest, maioris extremitatis, aut ex parte medij aut ex parte tertij, scilicet, minoris extremitatis: sed nullum istorum: ergo. Probat minorem. Ex parte maioris extremitatis poni non potest: sub illa forma vt iacet: sed si accipiantur pro maiori extremitate duo termini contradictorij, quorum vnus affirmetur & alius negetur de medio, scilicet, Omnis homo est animal & non est non animal: Callias est homo: ergo Callias est animal, & non est non animal. Et hæc quidem optima forma demonstrationis est, vtrũ vero illa pars negatiua maioris & conclusionis sit superflua, an aliquid cõducat, in fine examinabimus. Ex parte vero medij non potest addi hoc principiũ in proprijs terminis, neque ex parte minoris extremitatis: sed additur si accipiãtur pro medio aut pro minori extremitate duo termini contradictorij, scilicet, omnis homo & non homo est animal prima parte distributa, in sensa copulatiuo, scilicet, omnis homo est animal & nó homo est animal: Callias est homo & Callias est non homo (quę vtraque pars esset vera, si minor extremitas esset superior ad medium) ergo. Sensus ergo Arist. est, quòd quæquã possit dari vtraq; pars maioris vera, tamen illa pars de subiecto infinito est superflua & nihil refert ad syllogismũ. Si enim detur quòd omnis homo est animal & non est non animal: & quod Callias est animal: licet non daretur illa, scilicet, non homo est animal & non est non animal: nequeilla, Callias est nó homo: sequeretur cõclusio, scilicet, Callias est animal & non est nõ animal. Et eadem ratione nihil refert si ex parte minoris extremitatis sumatur cõtradictorio, scilicet Callias & nõ Callias est homo, quæcunque enim pars subsumatur, sufficit vt de illa concludatur maior extremitas. Hic tamen sensus qui certissimus est Arist. nec versioni Boetij: nec Argyropyli conquadrat, & multo minus illi, quam modo nobis Basilea correctissimam dedit, nisi paucis mutatis verbis, quæ nos iuxta phrasim Græcam exigimus, & (ni fallor) merito mutauimus. ¶ Est ergo litera hæc, Nulla demonstratio sumit fieri non posse, vt simul idẽ affirmetur atque negetur: idest, formaliter sumit hoc principium (nisi fuerit opus hoc etiam pacto deinde ostẽtur conclusio. Quod quidem fuerit si sumpserimus affirmare quidem primum, idest maiorem extremitatem de medio esse verum, negare autem verum non esse (cuius tam nos exemplum posuimus nihil autẽ refert medium esse atque no esse sumere: & tertium pari modo) id est nihil conducit ad vim demonstrationis duos terminos contradictorios capere aut ex parte medij aut ex parte minoris extremitatis. Probat vtrunque simul, quod rem facit obscuram. Nam si datum est id quo hominem dicere verum est, id est, data est ea maior propositio qua vere enunciatur hominem esse animal, & nõ esse non animal, hæc enim maior extremitas supplenda est. Et si detur id etiam quo non hominem dicere verum est, idest, quamuis detur etiam vera alia pars maioris de subiecto infinito, scilicet, nõ homo est animal & non est non animal: tamen si tantum hoc totum sumatur, hominem inquam animal non autem non animal esse, idest, si tantum sumeretur pro maiori illa prima pars de subiecto finito (erit autem verum) idest optime concludetur Callias, etiam & non Callias animal, non autem non animal dicere. Si enim subsumatur, Callias & non Callias est homo, infertur Callias & non Callias est animal & non est animal. Molestum esset hic referre trãslationes Boetij & Argyropyli vt apparet, quoniam non sunt intelligibiles, vt modo circunferũtur. ¶ Subiungit Aristo. causam cur maior extremitas, quæ dicitur de medio, dicatur etiã de eius contradictorio. Causa inquit est, quia primum id est maior extremitas non solum de medio, sed etiam de alio dicitur: propterea quia ad plura sese extendit, idest propterea quòd maior extremitas est superior ad medium, prædicatur tam de homine, quam de non homine putasie equo. Dubium restat quid velit sentire Aristo. in primo membro: vtrum sentiat aliquando esse necessarium ex parte maioris extremitatis dicere, omnis homo est animal & no est nó animal. Multi sunt qui dicunt id nunquã esse necessarium: quibus Sanct. Thom, subscribit: nam cum duo termini contradictorij non possint simul verificari de eodem, idẽ est omnino, omnis homo est animal, & omnis homo est animal qui non est animal. Quare secundum istos intentio Aristotel. fuit inferre, quod nullo modo tale principium intrat

Dignitas, suppositio petitio, definitio.

1. Differẽ.

2. Differẽ.

3. Differẽ.

Principia non negantur in mẽte

Plato. Idęę.

Vniuersalia in rebꝰ.

Tex. xxvj.

De nullo idẽ affirmari & negari

Dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonſtrationem tam ſi aliquo modo intraret, maxime illo primo modo, ſed illa eſt inutilis reperitur: ergo nullo modo intrat. Quæquidē expoſitio optime poteſt ſuſtineri maximē iuxta verſionem Boetij. Philoponus dicit, quod aliquando contra ignaros hominēs & præcentiſſimos neceſſe eſt tales propoſitiones ſumere. Poſſet enim ignarus dialecticæ credere, quod anima eſt perpetua, & non perpetua: propterea quod ſecundum partem intellectiuam eſt perpetua & non ſecundum ſenſitiuam. Contra quem arguendum eſſet hoc modo. Omnis forma quæ habet aliquam operationem non dependentem à corpore eſt perpetua & non eſt non perpetua: anima eſt huiuſmodi, ergo. Et iuxta plurium Græcam quam fideliter trāſtert Argyropylus forte hoc voluit ſentire Ariſtotelem dixit, niſi fuerit opus, vt hoc etiam pacto demonſtretur concluſio. ¶ In ſecunda particula textus. Hoc autem. &c. oſtendit quomodo ſecundum principium affirmatiuum. De quolibet vnum affirmatur aut negatur, ſeruiat demonſtrationi. Ait enim, quod hoc principium ſeruit demonſtrationi ducenti ad id quod fieri nequit, id eſt, ad impoſsibile. ¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt, quod argumētatio ad impoſsibile duabus de cauſis fit. Vel ad oſtendendum bonitatem conſequentiæ (quod pertinet ad libros Priorum:) vel ad probandum veritatem propoſitionis, quod pertinet ad libros Poſteriorum. Exempli gratia. Negat quis hanc conſequentiam de Baroco eſſe bonam. Omne.b. eſt.a. omne.c. eſt.a. ergo.c. non eſt. b. probabo eſſe bonam ducendo ad impoſsibilenam ſi illa eſt mala, præmiſſæ ſunt veræ & concluſio falſa, tunc ex contradictorio concluſionis vero cum maiori inferam contradictoriam minoris in Barbara hoc modo. Omne.b.eſt.a.omne.c.eſt.b.ergo omne.c. eſt.a. & ſic vel duo contradictoria ſunt vera, vel prima conſequentia de Baroco erat bona: ſed duæ contradictoriæ non poſſunt eſſe veræ per primum principiū, ergo prima conſequentia erat bona. At de iſta probatione non eſt ſermo in præſentia: ſed de probatione concluſionis. Negat enim quis hanc propoſitionē, animal non eſt homo. Probabo eius contradictoriam ducendo ad impoſsibile hoc modo. Sequitur bene, omne animal eſt homo: ergo equus eſt animal: ergo equus eſt homo: conſequens eſt falſum: ergo aliqua præmiſſarū non minor: ergo maior: & per conſequens contradictoria negata eſt vera. Quod probatur per illud principium affirmatiuum. De quolibet affirmatio aut negatio ſit vera. Et ideo ſi affirmatio eſt falſa, neceſſe eſt vt negatio ſit vera. ¶ Vbi hoc animaduertendum eſt, quod quæſtio ſecundaargument. 7. adnotauimus: & quæſtio quarta ſtatim examinauimus, videlicet, hæc prima principia generaliſſima non intrare formaliter demonſtrationem: ſed ſolum virtualiter. Et ita intelligitur hic textus. Non enim hoc principium aſſumitur tanquam premiſſa: ſed ſolum ad probandum, quod ſi talis propoſitio eſt falſa: ſua contradictoria eſt vera. ¶ Subiungit Ariſto. Nec tamen ſemper vniuerſaliter, ſed quoad factis eſt generi ideſt ſubiecto talis ſcientiæ. Quid eſt dicere. Hoc principium nō ſemper eſt ens vel non eſt ens, ſed accommodate & limitate ad ſubiectum ſcientiæ, vt ſi Geometra vult demonſtrare diametrum non eſſe commenſurabilem coſtæ aſſumit hoc principium. Aut eſt commenſurabilis aut incommenſurabilis: datur quod eſt commenſurabilis, ergo aliqua certa pars eſt aliquota vtriuſque: conſequēs eſt falſum, ergo & antecedens: & per conſequens eſt in commenſurabilis. Quia omnes quantitates aut ſunt commenſurabiles, aut incommenſurabiles. Vtitur ergo Geometria, commenſurabili aut incommenſurabili, tanquam primo principio, in quantitate, vbi non eſt dare medium: quia commenſurari eſt proprium quantitatis. Alia enim entia aliorum prædicamētorum, nec ſunt commenſurabilia nec incommenſurabilia niſi ratione quantitatis. Et eodem modo Arithmeticus vtitur tanquam primo principio, par vel impar, & philoſophus, mobile, vel immobile, &c. Modus vniuerſaliſſimus eſt arguendi in omnibus ſcientijs. ¶ In text. 27. (Conueniunt autē) tandem concludit Ariſt. duo corollaria. Primum eſt. Omnes ſcientiæ communicant quodammodo, non quidem in his, de quibus demonſtrant pura in ſubiecto, nam iſto modo ſolę ſcientiæ ſubalternæ communicant quodammodo in ſubiecto: neque in his quæ demonſtrant, puta in paſſionibus ſeu concluſionibus, quia ſicut quælibet ſcientia habet proprium ſubiectum, ita & habet proprias paſſiones: communicant vero in principijs ex quibus demonſtrant: quia conueniunt ſaltem in illis principijs generaliſſimis in textu præcedenti expoſitis. ¶ Vel aliter exponetur hoc corollarium, videlicet, Omnes ſcientiæ communicant in principijs communibus, puta in dictis duobus. Communicant, inquit, in illis tanquam eis ex quibus demonſtrant, ideſt, tanquam principijs quibus omnes ſcientiæ generaliter vtuntur, vtiam modo dicebamus: non tamen tanquam illis de quibus aliquid demonſtrant, nec tanquam concluſionibus quas demonſtrant. Etenim de illis primis principijs non omnis ſcientia aliquid demonſtrat, tametſi Metaphyſica demonſtret aliquid de illis, puta quod nullus poteſt illa corde negare, vt iam modo dicebat Ariſtot. & habetur quarto Metaphyſic. text. 8. Nec aliqua ſcientia poteſt à priori demonſtrare illa prima principia, quia ſunt immediatiſſima, quamuis metaphyſica aliquo modo illa à poſteriori oſtendat exemplo & inductione, quia quacunque re ſignata non poteſt ſimul eſſe & non eſſe, & neceſſe eſt aut eſſe aut non eſſe. ¶ Secundum corollarium eſt, quod diſſerendi facultate, ideſt, Dialectica conuenit cum omnibus, ideſt, habet principia communia, quibus in omnibus ſcientijs vtitur. Sed eſt notandum, quod vult hic ponere Ariſtoteles conuenīē tiam inter dialecticam & Metaphyſicam, qua ambæ differunt à reliquis omnibus ſcientijs, & præterea differentiam inter ambas. Conueniunt enim vt habetur etiam quarto Metaphyſic. text, 5. quod vtraque eſt ſcientia communis ratione ſui ſubiecti, diuerſimode tamen nam cum ſubiectum Metaphyſicæ ſit ens, quod eſt ſuperius ad ſubiecta aliarum ſcientiarum, ad ipſam pertinet perſuadere omnia principia ratione communi. Verbi gratia. Illud principium Mathematicum, omne totum eſt maius ſua parte, probat ratione communi, quia omne continens eſt maius contento. Continens enim communius eſt quam totum: quia locus eſt continens locatum. Et ideo maior: non tamen eſt totum reſpectu illius. Et hoc principium, ſi ab æqualibus æqualia demas. &c. perſuadebit per aliud vniuerſalius, ſcilicet, ſi ab his quæ eodem modo ſe habēt demas eodem modo ſe habentia, quæ remanent eodem modo ſe habebunt. Etenim eodem modo ſe habere communius eſt, quam eſſe æqualia, conuenit enim aliis accidēt tibus quam quātitati, vt ſaporibus & coloribus. Et hac de cauſa in omnibus ſcitētijs naturalib⁹ cognitio metaphyſicę eſt neceſſaria, quippe cuius propriū eſt, à priori immediatas rationes oſtendere. Dialectica vero, quia eius ſubiectum eſt ens rationis quod licet non ſit ſuperius ad ſubiecta realium ſcientiarum, eſt tamen quodāmodo commune ad omnia (quia omnes res ſe poſſunt habere vel vt genus, vel vt ſpecies, aut aliud prædicabile) ideo de omnibus poteſt rationes cōmunes & perſuaſibiles afferre. Exempli gratia. Quod longiſſimum latus trīāguli ſit minus duobus reliquis ſimul ſumptis, probat Euclides principio proprio Geometriæ in concluſione vigeſima, ſed id perſuadebit Dialecticus ratione communi, quia ſignatis punctis extremis longiſſimi lateris puncti a.a. inter illa procedit illud latus rectè per chordam, & alia duo quaſi per arcum. Item philoſophus moralis probat odium eſſe in concupiſcibili vbi eſt amor: quia per odium concupiſcimus ſi commodum inimico, ſicut per amorem optamus ei bonum, ſed Dialecticus probabit ratione communi, quia amor & odium ſunt contraria, & contraria ſunt circa idem.



Eſt tamen differentia inter Metaphyſicam & Dialecticam, quod Metaphyſica ſolum ſumit vnam partem contradictionis determinatam, ſcilicet, verum ad cōcludendum id quod eſt verum. Dialectica vero ſumit vtranque partem concluſionis tam veram quam falſam, & ex vtraque tanquam probabili argumentatur apparenter: & propterea Dialecticus interrogat reſpondentem vtram partem oppoſitionis mauult dare. Vnde notanter loquitur hic de Dialectica (quā vocat diſſerendi facultatem) vt diſtinguitur contra partem Logicæ demonſtratiuam, nam demonſtrator, ſolum aſſumit partem neceſſariam ad concludendum neceſſaria, vt Geometra ſolum demonſtrat diametrum eſſe incommenſurabilem coſtæ quadrati æquilateri, Dialecticus vero apparenter argumentatur quod ſit commenſurabilis hoc modo, Diameter quadrati altera parte longioris poteſt eſſe commenſurabilis coſtæ, & non eſt maior ratio de illo quam de æquilatero, ergo. Item omnes duo numeri ſunt proportionabiles, ergo omnes duæ quantitates. ¶ Eſt ergo litera Ariſtotelis (Diſſerendi facultas, ſcilicet, Dialectica omnibus conuenit.) Id eſt principia habet communia ad omnes ſcientias (Et ſi qua) id eſt ſi aliqua alia ſcientia (vniuerſaliter ipſa communia oſtendere nitatur) vt eſt metaphyſica, quæ à poſteriori exemplis nititur oſtendere illud principium, quodlibet eſt, vel non eſt, aut illud à priori, ſi ab æqualibus æqualia demas. &c. (Atque ipſa diſſerendi facultas non eſt hic definitorum quorundam nec generis cuiuſdam) ideſt. Attamen Dialectica non ſumit determinatam partem contradictionis ſic vt Metaphyſica, vel ars demonſtratiua, ſed vtranque ſumit. (Non enim interrogaret) ideſt, ſi non vteretur vtraque tanquam probali non interrogaret vtram velit reſpondens dare. (Demonſtrari nanque interrogare non licet, propterea quod ex oppoſitis idem non oſtendatur), id eſt, demonſtrator non interrogat, quia cum debeat ſolum neceſſarium demonſtrare, non poteſt id facere ex vtralibet parte contradictionis, cum neceſſe ſit alterā eſſe falſam, ex qua non demonſtrabitur neceſſarium. Hanc differentiam inter dialecticum & demonſtratorem dicit oſtendiſſe in libris de ratiocinatione, id eſt, de ſyllogiſmo, puta in libris Priorum. ¶ Hinc ſequitur ſolutio dubij quod hic ſine cauſa multi mouent, quomodo, ſcilicet, aſſerat hic Ariſto. Dialecticā non eſſe determinati generis, cum. 4. Metaphyſicorum. tex. 5. dicat ſubiectum eius eſſe ens rationis. Ad quod dubium reſpōdent aliqui, quòd propterea quod ens rationis reperitur vniuerſaliter in omnibus generibus ſcientiarum, dicitur hic Dialectica non eſſe determinati generis. ¶ Sed tamen re vera Ariſtot. hic nihil aliud vult, niſi quod Dialectica non determinatur ad aliquam certam partem contradictionis, ſed vtraq; probabiliter vtitur.

Differt inter Meta. & Dialect.

Cōuenit inter Meta. & Diale.

Soluitur dubij.

De proprijs cuiuſque interrogationibus.
Cap. IX.

QVOD ſi eadem interrogatio ratiocinatiua, & propoſitio contradictionis eſt (ſunt autem in vnaquaque ſcientia propoſitiones, ex quibus vniuſcuiuſque propria conficitur ratiocinatio) erunt porrò & interrogationes quædam, ad ſingulas ſcientias attinentes, ex quibus ſit cuiuſque propria ratiocinatio. Patet ergo, non omnem interrogationem Geometricam eſſe, nec ad quemlibet artem omnem accommodari, & pari modo de cæteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorū oſtenditur, de quib⁹ eſt ipſa Geometria: aut ea quæ ex eiſdem demonſtrantur, ex quibus Geometria demonſtrat: qualia ſunt perſpectiua: idē eſt & in cęteris intelligendū. Atq; de his ipſis reddē da quoq; ratio eſt ex Geometricis principijs, cōcluſionibusve, ſed de principijs nō eſt reddēda ratio Geometræ, quatenꝰ profeſſus Geometrię eſt: eadem ſunt & in cæteris ſciētijs obſeruanda. ¶ Nec igitur artificem quemq; quę uis percontari, nec ad quamuis interrogationem de ſingulis reſpondere oportet: ſed ea tātū, quæ in ſcientia ſua determinata ſunt. Quod ſi quiſpiam cum Geometra, quatenus Geometra eſt, ſic diſſeruerit, patet & bene illū eſſe diſceptaturum, ſi ex his oſtenderit aliquid: quod ſi hoc diſſeruerit modo, non bene ſine dubio diſceptabit. Patet etiam illū non redarguere Geometrā, niſi per accidens, quam ob rem inter ignaros Geometriæ, de Geometria diſſerendum non eſt: latebit enim is, qui dixerit prauè. In cęteris etiam ſcientijs res ſe habet ſimiliter.

Text. xxviij. ¶ Cùm autem interrogationes Geometricæ ſint, ſunt ne & ageometricę & interrogationum eæ quę ab ea prodeūt ignoratione, quæ eſt diſpoſitio, geometricæ ne ſunt an nō & in quacunque facultatum ſimiliter: præterea vtra ratiocinationū ab ignoratione proficiſcitur: ea neq; ex oppoſitis cōſtat, an ea quę conſtructa vitioſe eſt. At eīm ageometricę interrogationes aut ex Geometria ſunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ex alia facultate, nam Musica quidē interrogatio ageometrica est, ex Geometria vt æque distātes putare cōcurrere, tùm geometrica, tū ageometrica est: duplex cm̄ ageometricū, & perinde atq; informe atq; alterū ex eo, quia nihil Geometriæ vt informe quod vacat forma: alterum ex eo, quia aliquid eius prauè cōplectitur: vt informe, quod turpē habet formā, fœdāque, atq; hæc ignoratio, & quæ ex talibus est principijs, Geometriæ cōtraria est.

Textus. xxix. ¶ In mathematicis autem non similiter fraus fit, cum disseritur: quia medium est semper duplex: nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rursus identidem de altero dicitur: atque prædicatum non dicitur omne: hæc autem cernere licet, quasi mentis perceptione. In disserēdi vero facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura? si designauerit patet: sed quidnam vltra, carminane sunt circulus, cōtinuo patet non esse. Atq; non oportet inficiationem ad ipsum asserre, si inducti ua propositio sit. Vt enim neq; propositio est ea, quæ non ad plura sese extendit (non enim erit de omnibus: ex vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio) sic patet nec eā inficiationē esse quę vniuersalis nō est: etenim eædem sunt propositiones inficiationes ve: nā quā affert quispiā inficiationē, ea vel dissērēdi vel demōstrādi propositio fieri pōt.

¶ Fit autem vt quidam vitiose concludant. Propterea quod eos medios sumunt, qui terminos vtriusque sequuntur: quale quidē & Cęneus facit, ignem gigni multiplicata ratione hoc pacto concludens: ignis vt dicit celerrimè gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, iā celerrimè gignitur. Hoc autem modo constare ratiocinatio nequit: sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs quæ sumuntur ratiocinatio constituatur, interdum verò fieri potest, sed non cernitur. ¶ Quod si fieri non posset, vt verum ostendatur ex falsis, facile esset resoluere, conuersio nanque necessario fieret. Sit enim. a. verum quòd cum sit, hæc sunt, quæ quidem esse scio, veluti. b. ex ijs igitur illud esse ostendam. Conuertuntur autem ea magis quæ in mathematicis sunt: quia nullum accidens, sed definitiones accipiunt, atque hoc etiam ipso à differendi differunt facultate. ¶ Accrescit etiam ratiocinatio non per media, sed assumendo. Nam. a. de. b. sumitur, & hoc de. c. & hoc rursus de. d. Atque hoc in infinitum procedit. In latus quoque eius fit incrementum. a. nanque de. c. atq; de. e. concluditur. Sit enim. a. quidem numerus absolutè. b. vero simpliciter numerus impar, &c. definit⁹ numerus impar. a. igitur de. c. concluderetur. Altera rursus in parte. d. quidem sit par numerus simpliciter sumptus. c. vero definitus numerus par. a. igitur de. e. concluderetur.

POSTQVAM In fine superioris capit. ostensum est quomodo particulares scientiæ non vtuntur principijs communibus, in hoc nono cap. pergit Arist. dicere quomodo quæuis scientia vtatur proprijs principijs. Aquæ si partitionem Commentatoris sequitur, capitulum hoc continet fragmentum superioris. text. 27. duosque alios text. scilicet. 28. &. 29. In prima ergo parte post quam dixerat Dialecticam & Metaphysicam habere quodammodo communia principia omnium scientiarum, subiungit, quod omnes scientiæ habent sua propria principia & interrogationes. Ad cuius notitiam notandum est hæc tria nomina interrogatio, propositio & conclusio, idem significare diuersis rationibus. Eadem enim propositio dum interrogatur, est interrogatio seu quæstio: dum probatur est cōclusio: dum admissa à respondente, vel probata ab arguente assumitur tanquam præmissa ad aliam probandam est propositio. v. g. Anima est immortalis, dum interrogatur, vel à discipulo vt sciatur, vel abarguente vt probetur, vel reprobetur est interrogatio: dum cōcluditur, ex illo medio, pura anima potest intelligere sine corpore. est conclusio: dum ex ea infertur operationes nostras dirigendas esse in aliam vitam, est propositio. In prima ergo. parte textus Aristoteles ponit duas conclusiones: primam quę pertinet ad arguentem: secundam quæ pertinet ad respondentem. Prima conclusio: Vniuscuiusque scientiæ sunt propriæ interrogationes. Probatur: quia vniuscuiusque scientiæ sunt proprię propositiones. ¶ Vbi adnotandum est, quod aliter accipitur hic interrogatio quam in superiori capite. Illic enim accipiebatur stricte vt pertinet ad dialecticum; qui probabiliter interrogat vtranque partē contradictionis: hic vero accipitur latius pro quæstione quacunque, etiam si sit propositio necessaria, quales sunt in scientijs demonstratiuis. ¶ Concludit ergo non omnem interrogationem esse geometricam, neque omnem ad artem medicam pertinere. (Sed ea, &c.) Vbi notandum, quod interrogatio dupliciter potest pertinere ad Geometram: vno modo quia interrogatur propter quid alicuius conclusionis Geometricæ: alio modo quia interrogatur propter quid alicuius propositionis perspectiuæ quæ illi subalternatur. Quod enim Geometra demonstrat in communi de lineis Perspectiuus assumit tanquam principium de lineis visualibus: vnde ad subalternantem scientiā pertinet reddere propter quid subalternatæ. Aut ergo principia esse Geometrica aut ea ex quibus aliquid eorum, scilicet, conclusionum demonstratur, de quibus (scilicet conclusionibus) est Geometria: aut ea scilicet principia quæ ex eisdem, scilicet, principijs demonstratur, ex quibus geometria demonstrat: qualia sunt principia perspectiuæ. Itaque vult dicere, quod principium perspectiuum potest interrogari à geometra. ¶ Quod si quis arguat quod potius ad perspectiuum spectat scire principia geometrica, quam econuerso ad geometram principia perspectiua: inquidem perspectiuus demonstrat per principia geometrica. Respodetur. quod perspectiuus inquantū perspectiuus non

Interrogatio, propositio, cōclusio.

1. Concla.

non probat sua principia, sed credit & recipit illa tanquam probata à geometra, & ideo illa pertinent ad geometram. Et hoc est quod subiungit. (Atque de his ipsis id est, principijs perspectiuis redde dā est ratio ex principijs geometriæ, siue ex conclusionibus eius.) Addit nihilominus, quod geometra quatenus est geometra, non debet reddere propter quid de suis proprijs principijs, sed hoc pertinebit ad metaphysicum, vt dictum est.

Secunda conclusio. ¶ In secunda particula textus. (Nec igitur, &c.) ponit secundam conclusionem quod, scilicet, non pertinet ad quamliber scientiam de quonis interrogato respondere. Exempli gratia. Si quis interroget geometram, an linea recta pulchrior sit quam visualis, an circularis figura aptior sit ad motum quam quadrangularis, non pertinebit ad ipsum respondere, quia ad ipsum non spectat aliquid scire de pulchritudine, aut de motu. Vnde subiungit, quod si quispiam cum geometra quatenus geometra est sic disseruerit, vt ex proprijs principijs geometriæ voluerit illum redarguere bene disceptabit. Si autem arguerit ex principijs quæ non sunt geometrica, redarguet illum quidem per accidens, nec propterea concludet eum esse ignarum geometriæ, vt si geometrā asserentem quadratū pulchrius esse circulo, quis redarguerit circulum esse pulchriorem, nihil probauerit contra geometram in quantum est geometra. Ex his colligit Aristoteles documentum, quod de vnaquaque materia disputandum est inter eos tantum, hoc est, & cum his, & coram his tantum, qui periti sunt in illa arte, vt periti ex proprijs principijs disputent, & non ex imperti-

Text. 28. nentibus, & qui aliunde sciant iudicare vter disputantū bene disputet. ¶ Intext. 28. (Cum autem interrogationes) mouet Aristoteles tres dubitatiunculas: si interroganter legantur, nam forsan melius legerentur assertiue vt patebit. Ad cuius euidentiam notandum est, quod quemadmodum in vnaquaque scientia sunt propriæ interrogationes & conclusiones, ita simul & proprię ignorantiæ, seu deceptiones pertinentes ad illam scientiam. ¶ Secundo notandum est, quod ignorantia, vt videbimus cap. 12. alia est puræ negationis, & alia prauæ dispositionis. Ignorantia puræ negationis est mera negatio scientiæ, vt rusticus habet nunc ignorantiam geometriæ, de qua nec verum dicit, nec falsum: ignorantia vero prauæ dispositionis est error contrarius scientiæ: nā scientia est bona dispositio, vt si quis in geometria crederet parallelas concurrere. Ignorantia puræ negationis geometriæ est, quæcunque ignoratio circa materiam aliarum scientiarum: vtpote quæ nihil pertinet ad geometrā, vt ignorātia Musicæ vel Philosophiæ. Ignorantia vero proprie geometrica, est illa quæ est in materia propria geometriæ. Et hæc vocatur propriè Græcè ignoratio ageometrica. Quod Boetius transfert non geometrica: sed melius dicitur ageometrica, seu ingeometrica, quia particula, non cum accipitur infinitanter, tantum valet sicut id quod non est geometricū, vt ignoratio medicinæ vocaretur nō geometrica, sicut lignum dicitur non videns, sed particula. a. quæ Græcè est priuatiua, ceu. in Latinè significat ignorationē in propria materia, sicut cæcum non dicitur lignum, sed animal.

Arrhithmó Exemplum Aristotelis est Arrhithmon quod potest verti, aut informem, vt vertit Argyropylus, aut non sonorum. Quod potest accipi negatiuè, vt punctum dicitur informe & luna non sonora, aut priuatiuè, sicut quod habet feedam & turpem formam dicitur informe, & dissonantia vocum dicitur insonora. ¶ Tertio notandum, quod adhuc hæc ignoratio prauæ dispositionis potest in scientia contingere dupliciter. Vno modo ex defectu cōsequentię, quia nō est syllogismus, sed paralogismus, id est, syllogismus vitiose constructus, vt transfert Argyropylus, aut ex defectu materiæ: quia, scilicet, procedit ex oppositijs, id est, ex falsis principijs, quæ opponūtur principijs proprijs. ¶ Igitur secundum hæc tria notabilia mouet Aristoteles in primā particula tres quæstiunculas. Prima. Vtrūm quemadmodum in geometria sunt interrogationes geometricæ, ita sint & interrogationes non geometricæ, id est ignorantiæ propriæ pertinentes ad geometram. Secunda. Esto ita sit, vtrum illæ interrogationes quæ procedunt ex ea ignorantione quæ est dispositio, id est, vtrum ignorantiæ prauæ dispositionis sint propriæ geometricæ. ¶ Tertia. Vtra ratiocinationum conficitur ab ignorantione, id est, quæ illarum dicitur propria ignoratio geometriæ; ea neque ex oppositis constat, id est, nunquid ea quæ procedit ex falsis principijs, an ea potius quæ vitiose concludit per paralogismum. In secunda particula textus respondet ad quæstiones, vel fortè vt Philoponus adnotauit, potius superiora verba legenda sunt assertiuè hoc modo, vt sunt interrogatiões propriè geometricæ, ita & propriæ ageometricæ, &c. nunc reddit rationem. Sed parum refert. Respondet ergo per distinctionem affirmatiuè ad

Tres quæstiones.

Ad duas quæstio. ambas priores quæstiones quæ sunt connexæ. At enim ageometriæ interrogationes, aut de geometria sunt, aut ex alia arte, id est, aut sūt in materia geometriæ, aut in alia materia: vt ignoratio Musicæ est non geometrica, id est, alicua à geometria. Hic est intolerabile mendacium in omnibus translationibus Argyropyli, vbi ait quod Musica interrogatio, si de geometria fiat, ageometrica est. Musica enim ignoratio non potest esse de geometria. Imo ponit exemplum Aristoteles de Musica, propterea quod nullo modo subalternatur geometriæ, sed Arithmeticæ. Et quod Argyropylus transfert, si de geometria fiat, Græcè nō est nisi tantum ex geometria, quæ quidem particula non connectitur cum primo exemplo, sed cum secundo, cum quo not eam iuximus hoc modo. (Ex geometria autem æquè distantes, id est, parallelas concurrere) hæc est ignoratio ingeometrica de geometria. Et ideo subiungit, quod est tamen geometrica quantum ad materiam tum ageometrica: quia est non veritas, sed ignoratio geometrica. ¶ Et ad declarandum secundam quæstionem ponit exemplum, quod sicut, informe, dicitur vno modo negatiuè de illo qui caret forma, vt est punctum, vel angulus: & alio modo de illo qui habet turpem formam, ita ignoratio in geometrica alia est puræ negationis, alia prauæ dispositionis, quæ est propriè ingeometria. Et idem obseruandum est in omnibus scientijs, verbi gratia, quod sunt tantum tria elementa est ignoratio puræ negationis in philosophia morali: sed est ignoratio prauæ dispositionis & propria in philosophia naturali: è conuerso vero, quod tantum sunt tres virtutes cardinales, est ignoratio puræ negationis in philosophia naturali, quia nihil ad eam pertinet, sed est prauæ dispositionis in philosophia morali. ¶ In textu. 29. (In mathematicis autem) Text. 29. respondet ad tertiam quæstionem quæ erat, vtrūm ignoratio propria cuiusque scientiæ sit illa quæ procedit ex falsis principijs, an quæ sit ex paralogismo, puta ex mala consequentia. Et intendit in toto illo textu constituere differentiam inter scientias Mathematicas (quas Boetius transfert doctrinas, eo quod Mathematicæ per excellentiam dicuntur scientiæ & doctrinæ) & disputationes dialecticas, quod videlicet in dialectica vtroq; modo contingit deceptio, scilicet, & ex falsis principijs & ex paralogismis: in demonstrationibus vero contingere

Ad tertiam quæstionē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem potest ex falsis principijs, non tamen ex paralogismo: & ideo pluribus modis cõtingit deceptio in dialectica, quam in demonstrativis. Arguit occasione huius ponit in hoc textu quinque differẽtias, in quibus mathematicæ excellunt alijs. Hanc differentiam ostendit quinque rationibus, & ita in textu quinque erunt particulæ. ¶ Ad intelligentiam horum notandum est, quod paralogismus ex parte præmissarum contingit ex defectu medij, puta quia vel æquiuoce sumitur, quam antiqui vocabant fallaciam in dictione, aut quia non plenè distribuitur, quam vocabant fallaciam extra dictionẽ. Primo excludit à mathematicis primum defectum, deinde secundum: nam de defectu inferendo (quem nos appellamus extrinsecum) non facit Aristoteles mentionẽ hic. Prima ergo ratio Aristotelis hæc est: Medium in scientijs demonstrativis duplex est, id est, bis sumitur: quia per se refertur ad vtramque extremitatem (vtpote quia de ipso omni dicitur maior extremitas, & ipsum dicitur de omni minori extremitate) ergo in demonstrativis, nec cõmittitur defectus æquiuocationis medij, nec indistributionis eius. Antecedens est manifestum, quia medium in demonstratione, vel est definitio cui per se primo conuenit passio, & quæ per se conuenit definito, aut medium est genus, & minor extremitas est species: & ideo medium non potest esse æquiuocum. Et quàuis non sumatur cum signo vniuersali: quia tamen est per se idem est differẽtiæ animal rationale est risibile, & omne animal rationale: & ideo virtualiter distribuitur medium. At quia dixerat maiorem extremitatem dici de omni medio, & medium de omni minori, & non dixerat omnem maiorem dici de medio, nec omne medium de minori, subiungit rationem: quia prædicatũ, inquit, non dicitur omne, id est, signum vniuersale non debet poni à parte prædicati, vt docuit ipse, primo Periher. capitulo quinto. Concludit ergo quod huiusmodi peccata in differẽdi facultate (id est, dialecticæ disceptationibus) latent. Et ideo hæc est prima differentia in qua mathematicæ excellunt alijs. ¶ Subdit exemplum æquiuocationis. Circulus enim æquiuoce significat, & figuram, & genus quoddam carminis apud Homerum, quod eodẽ pede incipit & definit. Vnde dialecticus potest decipere sic arguendo: omnis circulus est figura, carmẽ est circulus: ergo carmen est figura. At vero apud geometram fieri nequit huiusmodi deceptio. Et ratio est, quia (ilæc, inquit, cernere licet, quasi mẽtis perceptione.) ¶ Vbi notandum, quod æquiuocatio quæ committitur in hac voce, circulus, non committeretur si ad oculum ostenderetur descriptus: quia lineatio circuli non est æquiuocatio ad carmen sicut vox. Et quia geometra ex accommodatione suæ scientiæ habet figuras geometricas ante oculos mentis, quemadmodum illas describit in abaco, propterea cum ei fit mentio de circulo, nullam æquiuocationem intelligit, sed statim recurrit ad figurã. Sit ideo si quis interroget geometram, est ne omnis circulus figura? (Si designauerit patet) id est, si lineatus fuerit, patet & omnis circulus est figura: & quàuis nõ lineatur in re, tamen mentis oculis lineatur à geometra. Et ideo si sub sumatur, carmen est circulus, statim et patet non esse verum. Summa ergo huius rationis est, quod cum in demonstrativis extremitates per se primo conueniunt medio, inde determinatur significatio medij, vt capi non possit æquiuoce in dialecticis autem, quia propositiones non sunt per se, potest æquiuocatio latere, vt hic: quicunque dicit est ignarus, sapiens dicit, ergo sapiẽs est ignarus: tuam discere æquiuoce significat, & priuationem habitus, & hoc quod est actu considerare & intellgere. ¶ In secunda particula, (Atque non oportet) quia dixerat principia mathematicarum scientiarum esse de omni, inde quasi corollarium infert secundam excellẽtiam huiusmodi scientiarum ad scientias non demonstratiuas, videlicet, quod aliter instatur huiusmodi principijs, quam principijs aliarum scientiarum. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum, quod instantia (quam Argyropylus appellat inficiationem) est propositio, per quã aliquod principiũ ostenditur esse falsum: vt si quis philosophus assereret omne corpus esse in loco, adduceretur instantia, cælum secundum se totum non esse in loco. Vnde sicut interrogatio quando est præmissa, dicitur propositio, & quando probatur est conclusio, ita instantia, si assumatur vt premissa ad reprobandũ aliquod principium est propositio: & si concludatur tanquã oppositum principijs, est conclusio. ¶ Est ergo differentia inter mathematicas & alias scientias quæ non procedunt demonstratione potissima, quod in alijs scientijs sufficit afferre instantiã de aliquo in particulari, vt modo dicebamus de cælo: & hanc vocat Aristoteles instantiam inductiuam, quia inductio fit per singularia. Sed in demonstrativis, quia præmissæ sunt de omni, instantia non potest afferri, nisi vniuersaliter falsificãdo principium. Etenim cum hæc sit per se primo, triangulus habet tres angulos, &c. non potest instãtia ferri de aliquo triangulo quin afferatur de omni: quia nulla est quod ait Aristoteles. Vt enim neque est propositio (scilicet in mathematicis) ea quæ non ad plura se extẽdit (cum omnis demonstratio fiat ex vniuersalibus) patet nec instãtiam, in his esse, quæ non sit vniuersalis. Et probat consequentiam, quia idem est propositio & instantia: nam quæ affertur tanquam instantia si modo probatur, potest esse præmissa ad aliud probandum, tam in demonstrativis, quam in dialecticis. ¶ In tertia particula, (Fit autem, &c.) accedit ad probandum in mathematicis nõ contingere paralogismum ratione medij non distributi, quæ est tertia excellentia mathematicarum. Exponit tamen prius quomodo contingat hic defectus in dialectica. ¶ Vbi notandum est, quod in propositionibus cõsuetis potissimum hic defectus committitur, si quis in secunda figura arguat ex partis affirmatiuæ vbi cum medium prædicetur in vtraque præmissa in neutra distribuitur. Quocirca dum medium sumitur superius ad extremitates, non sequitur, omnis homo est animal, omnis equus est animal: ergo equus est homo. ¶ At pro exemplo Aristotelis sciendum est, quod ex elementis si superius gignitur ex inferiori, dicitur gigni multiplicata ratione (quod Boetius vertit, multiplicata analogia, id est proportione.) Propterea quod vt author est Aristote. 2. de gene. text. 14. ex vno pugillo terræ fiunt per rarefactionem decem aquæ: & ex vno aquæ, plures aeris: & ex vno aeris, multo plures ignis. Si autem è conuerso inferius fiat ex superiori, dicitur gigni diminuta proportione, quia ex multis pugillis aeris, fit vnus aquæ per condensationem. Quidam ergo philosophus Cæneus nomine paralogizabatur hoc modo. Quicquid gignitur multiplicata proportione, celerrime gignitur, ignis celerrime gignitur: ergo ignis gignitur multiplicata proportione. Cuius conclusio vera quidem erat, sed male syllogizata propter distributionem medij. Et ideo si quis sub illa maiori subsumat, aqua celerrime gignitur ex aere, (quod verum est quando ex aere humido generatur) falso concluderet, quod aqua multiplicata ratione generatur. Et hoc est quod ait Aristoteles, fit autem vt quidam vitiose concludant, propterea quod eos medios, scilicet, terminos (sumãt qui vtrosque extremos sequitur) sicut animal dicitur de homine & equo: & celerrime gignit de igne & aqua. ¶ Hoc suppositio declarat quomodo hic defectus non contingat in mathematicis. Fit enim quod interdum fieri nequit, vt ex tali dispositione medij construatur bonus syllogismus, nempe quando medium est superius ad extremitates: interdum vero fieri potest vt sit bonus. Sed non curatur, id est, licet non videatur habere formam: vtpote quando medium conuertitur cum extremitatibus. Vnde cum in mathematicis & demonstrativis scientijs, vt plurimum extremitates conuertuntur cum medio, quia medium vt plurimũ est definitio, & minor & maior extremitas sint definitũ & passio, fit vt in huiusmodi scientijs vt plurimum teneat hic modus arguendi: vt omne risibile est animal rationale, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Tametsi quandoq; non teneat etiã in propositionibus per se: vt, omnis homo est animal, omnis equus est animal: ergo equus est homo. ¶ In quarta particula text. Quod si fieri, &c. ex his modo dictis elicit quartam excellentiam mathematicarum scientiarũ, qua differt à dialecticis, videlicet, quod resolutio factior est in mathematicis, eo quod procedant ex certis & determinatis principijs. Quam conclusionẽ probat duabus rationibus. ¶ Ad intellectum primæ meminisse primum opus est, ex prologo huius libri, quod resolutere conclusionem est data conclusione inuestigare principia, ex quibus concluditur. Item recordari oportet illius capituli sexti, tex. 17. videlicet, quod demonstratiuæ scientiæ solùm procedunt ex necessarijs: in quo differunt à dialecticis disputationibus: nam verum dialecticæ non solùm ex vero, sed ex falso concluditur: non tamen verum demonstratur nisi ex vero, quia falsum non est causa veri. ¶ Ex quo fit, vt media dialectica non sint determinata, sed sint infinita: media vero demonstrationis sint determinata. Exempli gratia: Omnis homo est risibilis, dialectice infertur ex his præmissis, omne animal est risibile, omnis homo est animal: & ex his, omne album est risibile, omnis homo est albus, & ex infinitis alijs, quia falsa non cadunt sub numero, cum error contingat infinitis modis. At demonstrari non potest, nisi ex veris, & quæ per se sint causę illius, vt omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale. ¶ Et hac de causa argute & ingeniose infert Aristoteles in dialecticis difficile esse resoluere conclusiones in omnia principia, quod tamen est facile in demonstrativis. Sit ergo. Quod si fieri non posset, vt verum ostendatur ex falsis, scilicet, in dialecticis disputationibus facile esset resoluere, conuersio namque necessario fieret, id est, sicut conclusio esset vera, ita antecedens esset verum: & ideo sicut conclusio inferretur ex præmissis, ita & inferret illas. Sit enim. a. verum, id est, sit conclusio. a. vera, quod cum sit, hæc sunt quæ quidem esse scio, (id est, præmissæ etiam essent veræ) veluti. b. per quam literam intelligit ambas præmissas. Ex his ergo illud ostendam, id est, ex his ergo præmissis veris ostendam, id est demonstrabo conclusionem. ¶ Applicat hoc ad mathematicas, dicens: Conuertuntur autem ea magis, &c. id est, in mathematicis vero magis conuertuntur conclusio & præmissæ, quia non accipiunt accidentia communia, sed solùm demonstrant proprias passiones de definito, & ideo conclusio infert præmissas sicut è conuerso. In dialecticis vero cõclusio infertur, ex præmissis tamen non semper infert illas. Et hanc appellabant antiqui fallaciam consequẽtis. ¶ In postrema particula textus: Accrescit etiam, &c. adiungit secundam rationem ad eandem conclusionem, scilicet, quod facilior sit resolutio in mathematicis. Et ratio hæc quintam illis accumulat excellentiam. Cum enim dixerat dialecticam multis abundare medijs ad eandem conclusionem, mathematicas vero non nisi ex determinatis demonstrare, soluit dubiũ quod inde subortur. Quomodo ergo vna scientia mathematica augetur: nã dialectica augetur multiplicãdo media ad eandẽ conclusionẽ. Respõdet, quod mathematicæ accrescunt, nõ per media loquitur de mediis à priori propter quid, id est, non multiplicando media ad eandẽ conclusionẽ sicut dialectica, sed assumendo, id est, demonstrãdo passionem de suo proprio subiecto, & per idem subiectũ demonstrando eandem passionem de inferiori subsumpto sub illo. ¶ Vbi notandum, quod tripliciter crescunt scientiæ mathematicæ: vno modo descendendo directè: vt si habere tres angulos æquales duobus rectis, demonstretur de triangulo, cui per se primo conuenit per suam propriam definitionem, videlicet, omnis figura rectilinea trium angulorũ habet tres, &c. triangulus est figura rectilinea, &c. ergo triangulus habet tres, &c. Mox eadem passio demonstratur de isoscele per triangulum, scilicet, omnis triangulus habet tres, &c. isosceles est triangulus: ergo. Deinde omnis isosceles habet tres, &c. triangulus semicirculi est isosceles: ergo. Et istum modum explicat hic. Appellat enim definitionem. a. & primum subiectum. b. secundum c. &c. (Nã. a. inquit de. b sumitur) id est, prædicatur in minori primæ demonstrationis, &. b. de. c. in secunda demonstratione, &c. & ita consequenter. ¶ Secũdo modo augentur huiusmodi scientiæ ad latus, id est, per species ex æquo diuidentes idem genus. Hoc exemplum expõntores versionem Boetij secuti explicãt hoc modo: Dicitur passio propria generis, vt omnis numerus est finitus vel infinitus, tunc sequitur, numerus par est numerus: ergo est finitus vel infinitus. Si vero subsumas, numerus impar est numerus idem cõcludetur de illo. Et si dicas, omne animal est sensibile, quamcunque speciẽ animalis subsumas, concludetur illa passio. ¶ At vero quamuis exemplum sit verum, non tamen est quo vtitur Aristoteles, nec in Græco, nec in versione Argyropyli. Ait enim, a. sit numerus absolute (quod sit maior extremitas). b. vero simpliciter numerus impar (quod sit medium). c. vero definitus numerus impar, id est, certa species numeri imparis: quod sit minor extremitas. Fiet hæc demonstratio, omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. Id est, omnis numerus impar est numerus, ternarius est numerus impar: ergo ternarius est numerus. Rursus si. d. sit numerus par. e. vero definitus, numerus par: vt binarius, vel quaternarius fiet hæc demonstratio, omne. d. est. a. omne. e. est. d. ergo omne. e. est. a. Vult ergo quod genus supremum, quamcunque speciem sumas pro medio, concludetur de infima specie subsumpta sub tali medio. Quod est scientiã augeri ad latus. ¶ Tertio modo scientiæ mathematicæ crescunt demonstrando primam passionem de subiecto: & per primam, secundam: & per secundam, tertiam: & ita in infinitum. Quomodo procedit Euclides demonstrando primo de linea, à quolibet puncto in quodlibet punctum duci, & deinde super datam lineam triangulum æquilaterum collocari: & ita consequenter. Reliquit ergo Aristoteles mathematicas scientias abunde commendatas.

(.·.)

Quæstio

Prima excellẽtia mathematicarum.

2. Excellentia.

Instantia.

Multiplicata proportio.

3. Excellentia.

4. Excellentia. Resolutio mathe. facilis.

5. Excellentia.

Tripliciter mathemat. ex augentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio Quinta.

Vtrùm omnis demonstratio procedat ex principijs perse & proprijs.

PARTE negatiua possent fortin argumenta fieri contra illam fundamentalem conclusionem Aristotelis cap. 6. text. 16. scilicet, omnem demonstrationem procedere ex necessarijs: nam demonstrationes naturales de moribus & coniunctionibus planetarum, de pluuia & grandine, & alijs impressionibus naturalibus generant simpliciter scientiam: & tamen non procedunt ex necessarijs. Sed ad hæc responsum est quæst. 3. vbi notum facimus quemadmodum huiusmodi propositiones sint suo modo necessariæ. ¶ Et ideo aliter arguitur aduersus primam principalem conclusionem in eodem cap. text. 18. & 7. cap. text. 19. videlicet, quod omnis demonstratio procedit ex principijs per se, & nullo modo ex his quæ sunt per accidens. Aristoteles multas rerum proprietates demõstrat quæ illis competunt per accidens: ergo sibi est ipse contrarius. Antecedens patet primo. In secundo Physicorum. text. 39. demonstrat causam & fortunam inesse rebus, quæ tamen sunt causæ per accidens, nã sunt præter intentionem agentis. Secundò, in 2. de cælo, text. 43. demonstrat cælum semper moueri, & terram semper quiescere: & tamen motus, & quies nõ sunt propriæ passiones cæli & terræ, sed accidentia communia omnium corporum naturalium. Et text. 104. demonstrat, cælum esse sphæricum, & terram rotundã: & tamẽ sphæricum & rotundum non sunt passiones corporum naturalium sed quantitatis. Tertiò, in secundo de gene. text. 16. demonstrat ignem esse primo calidum, aerem vero humidum, aquam frigidam, & terram siccam, & tamen illæ non sunt propriæ passiones elementorum, sed communes, vtpote calor igni, & aeri: & humiditas aeri & aquæ, &c. Et Commentator. 4. Physico. text. 2. dicit, id quod per accidens competit, si semper competit, posse intrare demonstrationem, vt materiam & formam esse mobile: potest esse principium & conclusio demonstrationis, licet per accidens conueniat illis ratione totius compositi. Et id demum confirmatur: quia omne corpus esse coloratum cadit sub demonstratione, imo omne animal esse coloratum, licet esse coloratum sit accidens commune. ¶ Secundo principaliter arguitur. Mathematicæ inter omnes scientias sunt quæ potissimis vtuntur demonstrationibus: & tamen demonstrant per causas per accidens, ergo demonstratio non semper procedit ex causis per se. Probatur minor: Demonstrat geometra super datam lineam diametrum æquilaterum collocare, designata linea recta & sumpto vno extremo pro centro, describendo vnum circulum qui transeat per aliud extremum, & rursus super aliud extremum describendo alium circulum æqualem, & à puncto quo intersecant se circuli deducendo duas lineas vsque ad extrema datæ lineæ, vt patet in hac figura. Tunc arguitur sic. Ad triangulum esse æquilaterum per accidens, est descriptio illorum circulorum: nam licet nullo ad imaginationẽ ponit esse circulus, triangulus nihilominus esset æquilaterus. Itẽ probat omnẽ triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, protrahendo vnam quamlibet lineam trianguli. Quæ facta, verbi gratia, triangulum extrinsecum d. & arguendo hoc modo, angulus extrinsecus d. est æqualis duobus extrinsecis sibi oppositis, scilicet a. b. (quæ est. 32. Euclidis) ergo duo anguli. c. d. sunt æquales tribus a. b. c. quia si idem commune, scilicet c. addatur duobus æqualibus, quæ remanẽt sunt æqualia, sed c. & d. æquiualent duobus rectis (quæ est 13. Euclidis) ergo tres anguli a. b. c. æquiualent duobus rectis. At vero quod angulus extrinsecus d. sit æqualis duobus sibi oppositis est causa per accidens, nam licet nullus esset angulus extrinsecus, nihilominus tres anguli intrinseci æquiualerent duobus rectis. ¶ Tertio principaliter arguitur aduersus secundam conclusionẽ principalem, scilicet, demonstrationem procedere ex proprijs. Et arguitur primo, quod procedat ex alienis transeundo de genere in genus contra conclusionẽ positam, cap. 7. text. 20. Philosophia naturalis, & Geometria sunt omnino scientiæ diuersarum subiectum philosophiæ est ens mobile, & subiectum geometriæ est quantitas continua, vt abstrahit à materia & motu: ergo principia vnius sunt simpliciter aliena respectu alterius, & tamen geometra probat illud principium: A quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, per hoc principium physicum, inter quælibet duo puncta mediat spatium. Et viceuersa philosophus naturalis. 2. de cælo. text. 104. probat terram esse rotundam, & cælum sphæricum: quod non potest probari nisi per medium geometricum, videlicet, quod omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam sunt æquales. Et eodẽ modo Chirurgus probat vulnera rotunda difficilius sanari per medium geometricum: per hoc, scilicet, quod latera talis vulneris magis distant quam si haberet figuram oblongam. Quintimo lunam esse eclipsabilem est propositio Astrologiæ, & tamen probatur per interpositionem terræ inter solem & lunam quæ est medium physicum: nam interpositio dicit motum, de quo tractat philosophus naturalis. Et confirmatur specialiter argumẽtum in exemplo Aristotelis. Geometra vtitur principio Arithmeticę, ergo male ponit exemplum Aristoteles in illis, quod nullo modo vna scientia vtitur principijs alterius. Probatur antecedens. Geometra probat diametrum quadrati æqualiter non esse commẽsurabilem costæ, eo quod diameter & costa nõ se habent sicut duo numeri, puta sicut numerus maior excedit numerum minorem per vnitatem, vel vnitas quę sunt partes aliquotæ omnium numerorum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Hoc principium vniuersalissimum, de nullo idem simul affirmatur & negatur, intrat formaliter demonstrationem, ergo male id negauit Aristoteles capitol. 8. text. 25. & per consequens omnes scientię possunt vti hoc communissimo principio. Probatur antecedẽs. Hic est optimus syllogismus, idem simul esse, & non esse est impossibile: materiam primam esse sine forma, est idem simul esse & non esse, ergo materiam primam esse sine forma est impossibile. Item si quis proterualissimus concederet idem posse produci à seipso, redarguendus esset contradictionis hoc modo. Idem simul esse & nõ esse est impossibile: sed idem seipsum producere includit

idem

idem esse quando non est (nam causa debet præcedere effectum) ergo idem non potest seipsum producere. Et multis alijs modis potest primum principium intrare demonstrationem.

Ad primũ. ¶ QVÆSTIO hæc partim extertia quæstione, partim ex expositione textus facile dissoluitur. Nihilominus ad maiorem dilucidationem formata sunt pauca hæc argumenta. Præmissa ergo affirmatiua responsione ad quæstionem, ad primum argumentum negatur antecedens. Et ad primam probationem respõdetur, quod de causa & fortuna possumus loqui, aut particulariter, aut in genere. Particulariter uo est de illis scientia, nec demonstratio: vt infra in hoc libro asserit Aristoteles, text. 43. non demonstratur quod ædificator inueniat thesaurum, aut quod nauigans diuescat, & similia: quia hæ sunt causæ per accidens, & per consequens non sunt per se quarto modo. Tamen in genere hoc cadit sub scientia, scilicet, quod casus & fortuna sunt causæ per accidens & dubiæ, quod earum effectus sequuntur præter intentionem agentis. Huiusmodi enim propositiones sunt per se nam hoc quod sit esse causam per accidens, per se primo modo conuenit fortunæ: quia illa est eius definitio. Et hoc modo tractat Aristoteles de fortuna in. 2. Physic. Et item. 3. Ethico. cap. 3. docet quod de fortuitis, quippe quæ in nostra potestate non sunt, non est consilium. ¶ Ad secundum membrum respondetur per illud quod supradictum est, quæst. tertia, in solutione confirmationis quarti argumenti, scilicet, quod vt sit aliqua propositio demõstrabilis, satis est quod sit per se, aut perfectate solius subiecti, aut perfectate solius prædicati: & illæ, cælum mouetur, terra quiescit, sunt per se perfectate subiecti, sicut homo est bipes: nam per se cælum habet vt moueatur: licet moueri per se primo non conueniat cælo. E conuerso homo est aptus ad medicinam, est demonstrabilis, quia est per se perfectate prædicati: nam talis aptitudo per se conuenit homini, quamuis nõ omnis homo per se habeat illam. ¶ Eodem modo posset dici ad tertiam probationem, quod ignis per se perfectate subiecti est calidus, quamuis caliditas conueniat etiam aeri. Sed tamen alia est intentio Aristotelis, videlicet, quod quamuis quodlibet elementum vendicet sibi duas qualitates, tamen vna est quæ per se primo illi conuenit: vt caliditas per se primo conuenit igni, & siccitas secundario: aeri vero per se primo conuenit humiditas, & secundario caliditas: hæ autem qualitates conueniunt mixtis ratione elemẽtorum. Et ideo respondetur, quod ignis est calidus, est per se primo in secundo modo dicendi per se, & ignis calefacit, est in quarto: & per consequens sunt propositiones simpliciter demonstrabiles. Ad illas propositiones, cælum est sphæricum, terra est rotunda respondetur, quod quamuis rotunditas sit passio quantitatis, nihilominus quia quantitas est accidens proprium corporis, corpora naturalia determinant sibi certam quantitatem, quæ proinde est de illis demonstrabilis. Vnde homini alia est propria figura, alia vero equo, alteq; alijs animalibus.

¶ Ad authoritatem Commentatoris multi variè respondent: conceditur tamen intentum, quod aliquando philosophi non vtuntur ita strictè propositionibus necessarijs, scilicet, quarum prædicata per se primo cõueniunt subiectis, sed satis est si semper conueniant, & ideo illa serait demonstrationi, materia & forma mouentur localiter: & item illa, omne animal est coloratum, & quandoque hæc, cygnus est albus, coruus est niger, & similes. ¶ Ad secundum principale respondetur, quod Mathematicæ scientiæ potissimum demonstrant per causas formales, sicuti scientiæ naturales per efficientem & finalem, vt videbimus lib. 2. cap. 11. Demonstrãt enim mathematicæ valorem & virtutem figurarũ quantitatiue & quia per vnam figuram ostenditur longitudo lineæ alterius figuræ, & per vnum angulũ extrinsecum ostenditur ad oculum quantitas oppositorum angulorum, propterea ad demonstrandam passionem vnius figuræ vtitur mathematicus alia figura, verbi gratia, quia triangulus æquilaterus constat ex tribus æqualibus lineis, & lineæ exeuntes à centro ad circumferentiam eiusdem, vel æqualis circuli sunt æquales, propterea ostenditur æquilaterus triangulus per descriptionem circulorum. ¶ Vnde ad argumentum negatur, quod mathematicæ demonstrent per causas omino accidentales tam quamvis descriptio circulorum non sit per se causa efficiens trianguli æquilateri, tamẽ quodammodo est causa formalis per se, ad hũc sensum, quod ad descriptionem talium circulorum formaliter sequitur illa dispositio trianguli. Et eodem modo angulus extrinsecus est quodammodo forma per quam manifestatur valor angulorum internorũ trianguli. ¶ Ad tertium principale responsio patet ex expositione tex. 20. Vnde colligitur Aristoteles non negare vniuersaliter scientiam vnam posse vti principijs alterius, sed duo sunt quæ docet. Primum quod vnaquæque scientia habet sua propria principia, vltra quæ ipsa non procedit, sed vel tunt per se nota, vel ad aliam scientiam pertinebit illa probare. Secundo docet, quod nulla scientia probat principia alterius, nisi aliquo modo subiectum illius pertineat ad subiectum alterius, aliàs si subiecta sunt omnino diuersa erit transitus, seu migratio à scientia to scientiam, qui quidem transitus reprobatur, at si aliquo modo vnum subiectum pertineat ad aliud, non erit transitus, sed descensus licitus. ¶ Vnde ad primum membrum argumenti negatur subiectum geometriæ & philosophiæ esse omnino adeo diuersa, vt principia vnius sint prorsus aliena respectu alterius: nam quamuis geometria tractet de quantitate & punctis, vt abstrahunt à materia, nihilominus quia quantitas & puncta sunt accidentia corporis naturalis, potest philosophia reddere principiorum geometriæ rationem. ¶ Et pariter ad secundum membrum respondetur, quod eadem passio demonstratur de eodem subiecto à diuersis scientijs per diuersa media, vt, quod terra est rotunda, probat philosophus naturalis per motum, quia, videlicet, omnes partes terræ quantum possunt tendunt ad centrũ, & per consequens æqualiter distant à centro, quod est facere circulum. Astronomus vero id probat, quia terra est velut centrum mundi æqualiter distans à cælo. Item lunam esse eclipsabilẽ philosophus naturalis probat per motum: quia, scilicet, terra interponitur inter solem & lunam, nõ curando in quibus punctis cæli sint luminaria. Astronomus vero vice versa id demonstrat, quia quotiescunque sol & luna sunt in capite vel cauda draconis luna priuatur lumine, non curando quod corpus interponitur. ¶ Ad aliud de Chirurgia respondetur eodem modo, quia figura vulneris aliquid nonnunquã refert ad tamitatem: propterea chirurgus in quantũ geometra reddit aliquando causam suorum principiorum. ¶ Sed ad confirmationem negatur, quod geometra vtatur principijs Arithmeticæ: sed tamen aliquando potest vna scientia vti exemplis alterius: vel quia oppositæ iuxta se posita clarius elucescunt, vel quia conclusio vnius scientiæ euidẽtior est in materia alterius. Et quia inter numeros nunquam potest esse proportio irrationalis: quia saltem vnitas erit pars aliquota amborum,

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea geometra probat diametrum non esse commensurabilem costæ, quia non se habent vt duo numeri, vt eadem sit pars aliquota vtriusque. ¶ At vero circa quartũ argumentũ notandũ est, quod hæc principia vniuersalissima dupliciter possunt considerari intrare demonstrationem: vno modo ad explicandam contradictionem in aliqua particulari materia, vt si dicas, Idem simul esse, & non esse est impossibile: sed idem simul mouert & quiescere est impossibile. Et isto modo non inconuenit quod expresse intrent demonstrationem: & ita fit in confirmatione: quamuis aliquis posset negare illam minorem materiam esse sine forma, est esse & non esse, de quo alias. Alio modo ista principia considerari possunt to demonstratione, ad probandum alias conclusiones particulares scientiarum. Et hoc modo negat Aristoteles intrare formaliter demonstrationem, sed solùm intrat virtualiter. Vnde sicut est principijs rerum naturalium, vbi sunt aliqua principia formaliter intrantia compositionem, & principia particulariter applicata, vt ignis ad calefaciendum: & alia præterea generalia in quorum virtute ista particularia agunt, vt puta constellationes cælestes, ita in demonstratione sunt aliqua principia particularia, puta præmissæ formaliter intrantes demonstrationem, & alia sunt principia vniuersalia quæ non intrent demonstrationem formaliter, sed solum virtualiter: quæ ita sunt, de quolibet idem vel affirmatur, vel negatur, & de nullo idem simul affirmatur & negatur. Enimuero proterutissimo negantiprincipium immediatum persuadetur, deducendo eum ad impossibile per ista principia, vt dictum est in expositione textus. Exempli gratia. Si quis negasset ab æqualibus, demptis æqualibus, remanere æqualia, deduceretur ad impossibile hoc modo. Si non remanent æqualia, ergo remanent inæqualia: per primum principium (de qualibet enim quantitate affirmatur æquale, vel inæquale) si sunt inæqualia, ergo vnum est maius: addantur ergo ex cessus æquales qui dempti fuerant, & illud idem remanebit maius: & per consequens illa antequam demerentur excessus non erant æqualia: cuius oppositum supponebat dignitas assumpta.

De demonstratione propter quid, & quod est. Cap. X.

Text. 10.

DIFFERT autẽ scire esse, & propter quid est: primò quidem in eadem scientia, atque in hac dupliciter. Vno quidem modo, si ratiocinatio non per ea quæ vacant medio fiat: non enim prima sumitur causa: scientia autem eius propter quid est, per primam sit causam. Alio vero modo, si per ea quidem quæ vacant medio, non tamen per causam, sed per notius eorum, quæ conuertuntur, efficitur. Atque nihil prohibet, vt eorũ quę de se se mutuo prædicãtur, notius interdum sit id, quod non est causa: quare demonstratio per id ipsum efficietur. ¶ Veluti vagas stellas esse propè, quia non micant; vagæ stellæ sunt. c. non micare. b. propè esse collocetur in. a. Verè igitur. b. dicetur de. c. vagæ namque stellæ non micant. At verè etiã, a. de ipso dicetur. b. quod enim non micat, id est propinquum: hoc autem per inductionem vel sensum sumatur. a. igitur necesse est ipsi competere. c. quare demonstratum est, vagas esse propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est: non enim, quia non micant vagantes stellæ, ideò sunt propè: sed quia sunt propè, ideò non micant. ¶ Fieri autẽ potest, vt per alterum ostendatur: atque tunc erit ipsius propter quid est ratiocinatio: nam stellæ vagantes quidem sunt. c. propè autẽ esse sit. b. & non micare collocetur pro. a. & b. igitur competit ipsi. c. nam vagantes stellæ sunt propè, & a. constãt ipsi competere. b. ea namque non micant quæ propè sunt. Quibus sit, vt a. quoque competat ipsi. c. atque hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est: nam sumpta est ipsa causa prima. ¶ Prorsus sit, vt luna per accretiones demõstretur est rotunda quẽadmodum quidam demonstrant: nam si rotũdum est id omne quod sic accrescit, luna autẽ sic accrescit, perspicuum est lunam esse rotundam. Atque hoc quidem modo ea facta est ratiocinatio, quia ipsum esse ostẽditur. At si medium è contra ponatur, extruetur ipsius propter quid est ratiocinatio: non enim ob accretiones tales rotunda est luna, sed quia est figuræ rotundæ, ideo talia suscipit incrementa. Atque sit pro. c. luna, rotundum pro. b. sic accrescere ponatur pro. a. ¶ In quibus autẽ ipsa media non conuertuntur, & est id notius, quod non est causa ostẽditur quidẽ esse; ipsum autẽ propter quid est non demonstratur. ¶ Præterea in his, quibus mediũ extra ponitur: etenim in his ipsis est ipsius esse, & nõ ipsius propter quid est demonstratio: nõ enim dicit causam ipsam, veluti propter quid paries non respirat, quia non animal est: nam si hoc non respirandi causa est, oportebat animal respirandi causam esse: ceu si negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi: vt si calidorum ac frigidorum intemperatio, sanitatem non habendi causa est: eorundem temperatio, sanitatem habendi causa est. Pari quoque modo, si affirmatio essendi causa est. Ad hæc autẽ quæ hoc pacto sunt assignata, non accommodatur id quod est dictum: non enim animal omne respirat. ¶ Atque ratiocinatio causæ talis in medio sit figura. a. namque sit animal. b. respirare paries. c. Igitur ipsum. a. cuilibet quidem. b. cõpetit: omne namque quod respirat, animal est. nulli autem inest. c. quare neque. b. cuipiã competit. c. paries igitur non respirat. Tales verò causæ

causæ similes sunt hisce, quæ per exuperationem dicuntur. Hoc autem est mediũ id dicere, quod superat causam. Cuius generis est Anacharsidis illud, in Scythia modulatrices non sunt, nam neque vites. In eadem igitur scientia, & in mediorum positione, hæ sunt ratiocinationes ipsius, esse ad ipsius propter quid est ratiocinationem differentiæ. ¶ Alio vero modo differunt esse, & propter quid est, quod per aliam atque aliam vtrumque consideratur: tales autem sunt eæ, quæ ita se se habent, vt altera sub altera collocetur, vt ad geometriam per spectiua, & ad solidorum scientiam machinarũ facultas extruendarum, & ad Arithmeticam Musica, & ad Astrologiam se se habet eorum scientia quæ apparent. Atque harum nonnullæ scientiarum nomine, rationeve ferè conueniunt: ceu Astrologia est & ipsa Mathematica, & nauigandi scientia: & Musica ea est quæ Mathematica, & quæ auditum oblectat. ¶ Hic enim ipsum quidem esse, ad eos pertinet scire, qui sensu vtuntur; ipsum autẽ propter quid, est ad Mathematicos ipsos: hi namque causarum demonstrationes habent, & persæpe nesciunt ipsum esse, quemadmodum ij, qui contemplantur ipsum vniuersale, nonnulla singularium, quia non animaduertunt, sæpenumero nesciunt. Hæ autem sunt, quę formis ipsis vtũtur, quæ quidem sunt alia quædam, substantiaque diuersa. Mathematicæ namque scientiæ circa formas sunt; de nullo enim subiecto dicuntur: nam & si Geometrica ipsa sunt in subiecto, non tamen vt in subiecto sunt Geometricæ considerationi subijciuntur, vt autẽ perspectiua se se habet ad geometricam, sic alia se se habet ad perspectiuam, vt veluti de Iride; nã ipsum quidem esse, ad naturalem pertinet scire, ipsum autem propter quid est, ipsius est perspectini, aut simpliciter, aut eius qui complecti tur Mathematicam. ¶ Complures etiam scientiarum, quæ non sunt ita dispositę, vt altera sub altera sit collocata, pari modo se habent: vt Medicina atque Geometria. Nam scire vlcerum ea quæ orbis habeant formam, tardius cæteris curari, ad medicum spectat: & propter quid autem ad geometram.

HIC est tertia pars membri tertij principalis, in qua post constitutam demonstrationem propter quid ostenditur in hoc capite decimo, quibus differant demonstratio propter quid, & quia: & capite sequenti, quæ nam figura sit ad demonstrationem accommodatior. Et est in diuisione Commentatoris capitulum hoc textus vnicus, nempe trigesimum: quem tamen nos in decem particulas partiti sumus. Duas tamen partes continet. In priori ostendit Aristoteles demonstrationẽ quia dupliciter differre à demonstratione propter quid in eadem scientia: & in altera addit, quomodo tertio differant in diuersis scientijs. ¶ Vbi circa nomen adnotandum est primo, quod demonstratio, quia dicitur ex versione Boetij: nam potius appellãda esset demonstratio, quod hoc est hoc; nam hæc est differentia inter demonstrationem, quia, & propter quid: quod demonstratio, quia, demonstrat verum esse, quod hoc est hoc, non reddendo causam illius: quam tamen reddit demonstratio propter quid. Et ideo ly quia, non debet intelligi, vt dicat causam, sed vt sit coniunctio, scilicet, demonstratio, quod hoc est hoc, seu quod hoc est verum. Quo circa apud Argyropylum nonquam appellatur, nisi demonstratio quia ostenditur ipsum esse. ¶ Secundo notandum est, quod definitio demonstrationis posita in. 2. cap. solùm est demonstrationis propter quid: quæ simpliciter est demonstratio. Vnde quod aliqua demonstratio non sit propter quid, & per consequẽs sit quia, contingit dupliciter aut quia procedit per causam, non quidem immediatã, & proximam, & propriam, sed per causam remotam: illo modo, quia non procedit per causam, sed per effectum, & per signum notius quo ad nos, in cæteris verò omnibus debet demonstratio, quia, conuenire cum demonstratione propter quid, vt, scilicet, procedat ex propositionibus necessarijs, & per se. ¶ Vnde demonstratio, quia, est demõstratio procedens, aut ex causis mediatis, aut ex effectibus nobis notioribus. Et hoc est quod ait. (Differe autem, &c. Atq; nihil, inquit, prohiber vt interdum notius sit id quod non est causa, scilicet effectissimo tra regulariter est in materialibus. Notior enim nobis est eclipsis lunę, quam interpositio terræ. ¶ In seconda particula. (Veluti vagas stellas) subiungit exemplum secundi modi. ¶ Vbi notandum est, quod stellæ vagæ seu erraticæ, dicuntur planetæ, eo quod mouentur proprio motu ab Occidente in Orientem contra primum mobile. Quæ quidem non apparent micare (seu scintillare vt vertit Boetius) eo quod sunt nobis propinquiores quam stellæ fixæ in firmamẽto. Micatio enim illa, seu scintillatio accidit ex eo quod stellæ firmamenti, cum sint à nobis remotissimæ, causant in oculo debilissimum conum, qui proinde male figitur oculo: & dum trepidat, facit sydus apparere scintillare. Tamen. 2. de cælo, text. 48. Sol etiam dicatur scintillare propter excellentiam sensibilis, quod disgregat visum: quæ est alia causa apparentiæ scintillationis: veluti in regulis, vbi radij solis reflectuntur, apparet: Ait ergo. (Vagæ stellę sint. c. id est, sint minor extremitas, non micare. b. id est, medium: prope esse, collocetur in. a. id est, maiori extremitate.) Tunc fiet hæc demonstratio, quia stellæ non micantes sunt prope nos: planetæ sunt non micantes, ergo planetæ sunt prope nos. Non micare enim non est causa, sed potius effectus huius quod est, esse prope, & ideo talis demonstratio non est propter quid. Ait verò quod illæ præmissæ possunt esse notę per inductionem, aut per sensum in maior experientia sit nota. Experimur enim luminosum remotissimum propter debilem angulum in oculo apparere scintillare: & minor itidem sit nota inductione, quia videmus nec Venerem scintillare, nec Mercurium scintillare, & ita reliquos. ¶ In tertia particula. (Fieri autem potest) docet Aristoteles, quemadmodum talis demonstratio, quia, potest resolui in demonstrationem propter quid, si id quod acciperetur pro maiori extremitate, accipiatur pro medio, & id quod acciperetur pro medio, accipiatur pro maiori extremitate. Cõstruetur namq; tunc hæc demonstratio, stellæ quæ sunt prope nos, non scintillant, planetæ sunt prope nos: ergo planetæ non scintillant quæ quidem est propter quid: nam esse

Demonstratio, quia.

Stellæ vagæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse prope est causa non scintillandi. ¶ In quarta particula. (Prorsus sit) subiungit Aristoteles secundum exẽplum, priori similẽ: si quis demõstret lunam esse rotundam ab effectu, quia videmus illam orbiculariter crescere, hoc modo, quod orbiculariter crescit est rotundum; luna orbiculariter crescit: ergo est rotunda. Crescere enim orbiculariter, non est causa quod sit rotunda: sed potius effectus. Vnde è conuerso fiet propter quid hoc modo, omne rotundum, dum illuminatur orbiculariter augetur (quia quicquid recipitur, recipitur ad modum recipientis vt colligitur á Gommẽ. 3. de anima, com. 4.) luna est rotunda, ergo dum crescit per receptionem lumiois augetur orbiculariter. ¶ In quinta particula. (In quibus autem ipsa media) quia dixerat demonstrationem, quia, resoluit in demonstrationem propter quid, ne quis deciperetur credens id vniuersaliter contingere, docet quando id vsu venire possit, quando vero minimẽ dicens, quod vbi pro medio in demonstratione, quia, accipitur effectus adæquatus, & pro maiori extremitate causa adæquata, & pro minori subiectum adæquatum, potest fieri talis resolutio: alias non semper.

Effectus adæquatus.

¶ Vbi notandum est, quod effectus adequatus causæ est qui habet duas conditiones, puta qui sequitur ex sola tali causa, & ex omni tali vt scintillare, & esse propè: apparere, & latescere. Inadæquatus vero contingit dupliciter, vel quia est inferior & exceditur á causa, scilicet, quia sequitur ex aliqua tali causa, non tamen ex omni, vel quia est superior: puta quæ sequitur ex omni tali causa, non tamen ex sola. Si est inadæquatus primo modo tanquam inferior, tunc demonstratio, quia, procedit: demonstratio vero propter quid non procedit: vt moueri motu progressiuo, est effectus animalis, non tamen cuiuscunque animalis: quia ostreæ non mouentur tali motu, tunc sequitur in demonstratione, quia quicquid mouetur motu progressiuo est animal, homo mouetur motu progressiuo, ergo homo est animal: tamen demonstratio propter quid nulla est: omne animal mouetur motu progressiuo, omnis homo est animal, &c. quia maior est falsa. Si vero effectus sit excedens causam, tunc demonstratio propter quid procedit, demonstratio vero, quia, nequaquam: vt viuere est effectus omnis animalis, non autem fidius (nam & plantæ viuunt) sequitur ergo propter quid. Omne animal viuit, omnis homo est animal, ergo omnis homo viuit: tamen demonstratio quia, non valet. Quicquid viuit est animal, omnis homo viuit: ergo, nam maior est falsa. ¶ In sexta particula text. (Præterea in his) subdit Arist. exemplum secundi modi demonstrationis, quia, videlicet, quando procedit ex causa remota. Vbi notandum est, quod medium extra ponit, est aut negari de aliqua extremitate, vt in sexto limitis negatiuis, aut importare causam remotam. Quare hic (quod est notandũ) aliter accipitur principium immediatum quam in secũdo capite. Illic enim accipiebatur pro illo quod non habebat aliud medium á priori: hic autem accipitur vt opponitur principio remoto, videlicet, quod importat causam primam conclusionis. Exemplum est, vt si pariens demonstretur non respirare, quia non est animal. Etenim non esse animal, nõ est proxima causa non respirandi, sed non habere pulmonem. ¶ Vnde subiungit Arist. quod si non esse animal, esset causa non respirandi, oportebat esse animal, esse causam respirandi: non si negatio est causa negationis, affirmatio contraria est causa contrariæ affirmationis: vt si intemperatio humorum in animali est causa nõ habendi sanitatem, temperatio eorum est causa sanitatis. At vero esse animal, non est causa respirandi: nã pisces & ostreæ, licet sint animalia, non respirant. ¶ In septima particula. (Atque ratiocinatio causę) docet quomodo demonstratio negatiua commodius fiat in secunda figura quam in prima, maxime vbi assignatur causa inadæquata: id est, quæ excuperat effectum. a. namq; sit animal. b. respirare pariens. c. In secunda figura per. a. intelligitur medium quod prædicatur in vtraque & per b. maior extremitas, & per. c. minor. Fiat ergo hæc demonstratio, quicquid respirat est animal, pariens non est animal, ergo pariens nõ respirat. in Baroco. Hæc, inquit, demonstratio optima est, non tamen est propter quid, liter procedat á causa ad effectum: quia procedit per causam remotam: quia enim pariens non est animal, non habet pulmonem: & quia non habet pulmonem non respirat. Si tamen ex eisdem terminis extrueretur demõstratio ab effectu ad causam, nõ procederet, scilicet, omne animal respirat, pariens non respirat, ergo pariens non est animal, quia maior est falsa. Et hoc est quod ait animal habere respectum respirandi, sicut causa quæ exuperat, id est, tanquam superior quæ affirmatur de effectu distributo, non tamen effectus affirmatur de illa distributa. ¶ Subiungit aliud exemplum Anacharsidis. Anacharsis Qui cum esset Scytha vbi vinum non gignitur, & Athenis conuiuio interesset, vbi mulieres de more patriæ inter fœcundos calices modulis canebant, saltabantque; interrogatus, an in Scythia modulatrices essent & saltatrices, respondit, non hercle: quia nec sunt vites, insinuans calorem vini esse in mulieribus causam saltandi. Ait ergo Aristoteles, quod non esse vites in Scythia, nõ est causa proxima non saltandi, sed est causa vt non sit vinũ; atque adeo, vt mulieres non bibentes, nec calescãt, nec subinde saltent. Quod Argyropylus vertit, modulatrices. Boetius vertit, tibilatores, verbũ tamen Grecum est, aulatrides, quod significat tibicinas fœminas, quæ in aula canunt. Concludit ergo Aristoteles per modum epilogi, quod in eadem scientia hic sunt differentię ratiocinationis ipsius esse ad ipsius propter quid est ratiocinationem, id est, inter ratiocinationem, quia, & ratiocinationé propter quid. ¶ In octaua particula. Alio vero modo incipit secunda pars principalis, vbi ponitur differentia inter huiusmodi demonstrationes in diuersis scientijs. Et primo in subalternis, ac deinde in aliis quæ non subalternantur. Et de subalternis ponit exempla: vt perspectiua se habet ad geometriam, cui subalternatur: & ars extruendarum machinarum se habet ad scientiam solidorum, quæ Græcè dicitur Stereometria. Geometria enim versatur circa figuras planas, & Stereometria circa corpora, cui subalternatur Architectura. Et Musica subalternatur Arithmeticæ & scientia eorum quæ apparent, quam statim appellat nauticam, subalternatur Astrologiæ: nã nautæ astra etiã considerant, de quibus ventorũ ac tempestatum coniecturã faciunt. Subiungit autem. Atque harum nonnullæ, id est, scientiæ istæ conueniũt nomine & ratione. Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod subalternans, & subalternata sunt scientiæ vniuocæ, id est, eiusdem rationis, nõ simpliciter, sed fere; quia Arithmetica est quo dammodo Musica, & Geometria quodammodo perspectiua, in quantũ probat principia perspectiuæ. Vel alio modo quod sit sermo de practica & speculatiua, nã Musica alia est speculatiua quæ reddit propter quid: & alia practica quæ consistit in exercitio. ¶ In nona particula. Hic enim ipsum, ostẽdit quomodo in istis differat; quia, & propter quid, dicens quod scire quia, id est, scire hoc esse pertinet ad scientiam subalternatam, seu ad scientiam practicam: scire autem propter quid, pertinet ad subalternantem seu ad speculatiuã. Quod Boetius trãsfert ipsum quia, Argyropylus significatius vertit ipsum esse. Notandum est hic, quod scientia subalternans, vt Geometria & Mathematica, tractat de formis, quæ Regius transfert speciei: scilicet, de angulis & figuris linearum & numerorum, vt abstrahunt ab hac, & illa materia sensibili. Nam Geometrica ipsa, inquit, licet sint in subiecto, tamẽ non vt in subiecto sunt, Geometricę cõsiderationi subijciuntur, id est, quamuis angulos & figura non possit esse nisi in aliqua materia, puta in ligno, vel in cupro, tamen Geometra nõ considerat de illis, vt sunt in hac, vel illa materia. Subalternata vero, vt perspectiua & Musica tractat de illis, vt sunt in materia sensibili. Quapropter subalternãtes vocat Mathematicas, subalternatas vero, sensuales, id est, quæ visum, vel auditum oblectant. Et ideo ait, quod ipsum esse pertinet scire ad eos qui sensu vtuntur, id est, scire, quia: scire autem propter quid, pertinet ad Mathematicos, qui quidẽ faciunt causas, & cæpe ignorant effectus: quia non adeo tanta ad experientiam. Sicuti stat aliquem scire in vniuersali omnem numerũ esse parem vel imparẽ, & ignorare in particulari vnum numerum qui est in borsa qualis sit. Exempli gratia, quod res dum á longe videtur, apparet minor quã dũ videtur prope, est propositio per spectiua, quæ per experientiam est manifestata: sed propter quid illud pertinet ad Geometriam. Causa enim est, quia res prope visa videtur per maiorem angulum in oculo, quam si videatur á longe. Quod autem duorũ angulorum ab ea basi procedentium, ille qui magis distat sit acutior & minor, quam ille qui minus distat, est propositio Geometrica, vt apparet in hac figura. ¶ At vero quia dixerat perspectiuam. b. quæ tractat de materia sensibili & naturali, subalternari Geometriæ quæ est purè Mathematica: addit, quod sicut perspectiua subalternatur Geometriæ, ita datur alia scientia naturalis, quæ subalternetur perspectiuæ, vt est scientia de Iride, quæ traditur tertio Meteororum. Sicut enim Geometria reddit causam propositionis perspectiuæ, ita & perspectiua reddit causam apparentium colorum Iridis in roridã nube. Perspectiua, inquit, vel simpliciter quæ subalternatur Geometriæ, vel illa quæ includit Mathematicã, id est, Geometriam quæ censetur quodammodo perspectiua speculatiua. ¶ In decima particula. Complures etiam scientiarum, secundo concludit, quod non solũm in subalternis, sed etiam in scientijs quæ non subalternantur differunt propter quid, & quia, vt Medicina pura Chirurgia scit vulnera circularia tardius sanari, quam oblonga: cuius tamen propter quid reddit Geometria, quia latera circuli magis distant: tametsi non sit subalternans respectu alterius.



Quod prima figura sit ad demonstrandum aptissima. Cap. XI.

Text. 31. PRIMA autẽ ratiocinationis figura maxime ad scientiam ipsam accommodatur: Mathematicę nãque scientiæ, vt Arithmetica, Geometria, & Perspectiua per hãc (vt patet) demõstrationes afferunt suas, atq; etiam omnes ferè quæ ipsius propter quid est faciunt considerationẽ: aut eũ omnino, aut perfẽpe in plurimis hac in figura ipsius propter quid est, exoritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiam ipsum, maxime ad scientiã erit accõmodata. Proprijssimus enim dicẽdi modus est, contẽplari ipsum propter quid est. ¶ Deinde hac tantũ figura ipsius quid est, vel an sit scientiã possumus: in figura namq; media nulla fit affirmatiua ratiocinatio: scientia vero ipsius quid est affirmationis illimitum est: in vltima vero fit quidem, at non est vniuersalis, vt patet. Ipsum autẽ quid est, vniuersaliũ esse constat: nõ enim aliqua ex parte homo est animal bipes. ¶ Insuper hæc figura cæterarũ non indiget figurarũ; at indigent huius illę profectò. Nam hæc densantur atque accrescunt, quousq; ad ea pertineant quæ medio vacãt: patet igitur primam figurã exactissimã atque accommodatissimam ad scientiam esse. ¶ Quemadmodũ autẽ fit, vt. a. indiuidue cõpetat ipsi. b. sic etiã, vt identidẽ non cõpetat, fieri potest. Atq; tum indiuidue competere, vel nõ competere dico, cum inter ipsa nullum mediũ est; sic enim non erit vlterius per aliud inesse. Cum itaque vel. a. vel. b. in toto quopiam est, vel etiam vtrumque, tum etiam fieri nequit, vt a. primo non competat ipsi. b. sit enim. a ipsum in toto. c. si igitur. b. non sit in aliquo. c. fieri namque potest, vt. a. quidem in toto quopiam sit b. vero in hoc eodem non sit, tum ratiocinatio fiet: ac ipsum. a. non inesse. b. per. c. medium concludetur. nam si. c. cuilibet quidem. a. competat de nullo vero. b. prædicetur. a. sane nulli competet. b. idem fiet, & si. b. in toto quopiam sit, velut in. d. nam ipsum. d. cuilibet quidem competit. b. de nullo vero dicitur. a. quare fit, vt. a. per ratiocinationẽ nulli competat. b. Eadem ostendentur, & si vtrumque tam a. quam. b. in toto quopiam sit. ¶ At vero fieri posse, vt. b. nõ sit in eo in quo toto est ipsum a. aut rursus, vt. a. non sit in eo quo totum est ipsum. b. patet ex dispositionibus rerum quæ inter se se non miscentur. Nam si nihil eorum quæ in. a. c. de serie collocantur, de vllo prædicantur eorum quæ in. b. e. f. diuersa serie collocãtur. a. vero in toto est. g. quod quidem eiusdẽ est seriei: perspicuum est fieri non posse, vt. b. in ipso sit. g. alioquin conuenirent, ac miscerentur hæ series rerum. Idem fiet, & si. b. ipsum in toto quopiam sit. ¶ Sed si. a. nullibi. b. insit, & neutrum in toto sit vllo, necesse est. a. sine medio non competat ipsi. b. nam si quippiam inter ipsa mediũ cadet, necesse est alterum in toto quopiã esse. Aut enim in prima figura ra

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiocinatio eorum, aut in media extructur: at sit in prima.b.nimirum in toto quopiam erit. Propositionem enim eam, quæ versus.b. collocabitur, affirmatiuam esse oportet. Si vero in secunda, vtrumuis in toto quopiam erit: nam vtrumuis interuallum affirmatiuum esse potest. Atque nunc versus maius, nunc versus minus extremum, negatiua propositione sumpta conficitur ratiocinatio. Ambæ vero propositiones si fuerint negatiuæ, ratiocinatio nó constabit. Patet igitur fieri posse, vt si medio quippiam non insit: atque quando, & quemadmodum fieri potest, satis iam explanauimus.

1.Ratio.

IN vndecimo isto capite, quod postremum est membri tertij huius libri, postquam dixit de materia demonstrationis, ostendit eius formam aptius fieri in prima figura. Et continet capitulum textum vnicum, nempe trigesimum primum, quem nos in sex particulas secuimus. Sunt tamen duæ partes principales: nam in primis tribus particulis ostenditur demonstrationem affirmatiuam commodius fieri in prima figura, & in reliquis tribus agitur de demonstratione negatiua. Probat ergo demonstrationem aptius fieri in prima figura tribus rationibus. Prima est hæc. Illa figura est demonstrationi accommodatissima, in qua aptius fiunt demonstrationes propter quid & potissimæ: sed talis est prima figura, vtpote qua mathematicæ scientiæ potissimum vtuntur ergo hæc est aptissima figura. Causa cur demonstratio propter quid aptius fit in prima figura est, cum, quia medium in tali demonstratione potissimum est definitio, quæ est proxima causa passionis: & idem maior propositio debet explicare talem causam, vt si in quarto modo dicendi per se, & in minori debet definitio prædicari de definito, quod in alijs figuris non potest ita fieri, tum etiam, quia in prima figura medium habet proprium situm medij, quod est subijci maiori extremitati, & prædicari de minori. Non tamen negatur quandoque fieri demonstrationé in secunda figura præsertim, quia, vt visum est. ¶ In secunda particula. Deinde hac tantum sequitur secunda ratio quæ parum differt à priori. Illa figura est aptissima demonstrationi, per quam commodius inquirimus propter quid de aliqua conclusione: sed talis est prima figura: ergo. Probat Aristoteles maiorem. Scientia propter quid procedit ex affirmatiuis, nam causa potissima est quid positiuum respectu effectus: & si aliqua est causa negatiua, reducitur ad affirmatiuam non enim absentia nauis est causa submersionis nauis, nisi quia præsentia est causa saluationis. Et præterea scientia propter quid est vniuersalis: nam sicut definitio vniuersaliter prædicatur de definito, ita & propria passio: at vero in secunda figura nihil demonstratur affirmatiue, quia semper aliqua præmissarum est negatiua: & in tertia figura nihil concluditur vniuersaliter, quia minor extremitas quæ est prædicatum minoris, nunquã distribuitur (si propositio sit consueta) ergo nec in secunda, nec in tertia figura fit demõstratio propter quid & potissima: sed poterit fieri demonstratio, aut particularis, aut negatiua. ¶ Dubitant antiqui circa hanc rationem, quomodo per demonstrationem inquirimus propter quid, id est, quomodo demonstretur definitio quidditatiue de definito: cum talis propositio, vt homo est animal rationale, non sit demonstrabilis. Nescio tamen vnde moti sunt ad hoc dubitandum: quia sensus Arist. non est iste: sed quod per primã figuram venamur scientiam alicuius conclusionis, puta, omnis homo est risibilis, propter quid, id est, reddendo causam illius à priori. In tertia particula. Insuper hæc figura, subsequitur tertia ratio, quæ talis est. Illa figura est potissima ad demonstrandũ quæ nó indiget alijs vt fiat euidés, sed aliæ fiunt euidétes per illam; sed talis est prima figura: ergo. Minor sit manifesta in libris Priorum, vt nos late tractauimus. 5. libro Summæ. Secunda enim, & tertia figura fiunt euidentes per reductionem ad primam. Celare enim & Camestres reducuntur ad Celarent, Darapti ad Darij, vt illic monstrauimus: tamen quatuor primi modi primæ figuræ ad nullum aliũ reducuntur, sed immediate regulantur per dici de omni, & dici de nullo. ¶ At vero verba quæ sequuntur in textu sunt subobscura. Sequitur enim, Nam hac, scilicet, in hac figura, densantur atque accrescunt, sed media vel principia, quoadusque ad ea perueniant quæ medio vacant, id est, quoadusque veniatur ad immediata. ¶ Vbi notandum est, quomodo cum aliqua propositio mediata reducitur ad immediatam, extremitates magis ac magis appropinquant, quia media magis ac magis multiplicantur inter illa, vt si ista, omnis homo est substantia, reducatur ad immediatam, debet ly animal sumi pro medio, scilicet, omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo: & maior quæ etiam est mediata, debet reduci per corpus animatum & rursus maior, scilicet, corpus animatum est substantia per corpus, vbi vides media inter hominem & substantiam multiplicari, atque adeo conuenit quod hic Aristoteles ista vocat accrescere & densari, quia magis ac magis inuicem appropinquant. Veluti partes certe magis dũ condensantur, appropinquant: aut illo proprius modo, quo si inter duos homines distanter sedentes sederent alij medij, comprimerentur. Et quia prima figura aptissima est ad huiusmodi resolutionem: quia in secunda figura non concluditur affirmatiua, neque in tertia concluditur vniuersalis, vt capite sequenti, & capite 19. manifestius apparebit atque adeo secunda & tertia reducuntur ad istam vt iam modo dicebamus, propterea dicit, quod in hac figura potissime densantur & accrescunt media, id est, fiunt resolutiones mediatarum propositionum ad immediatas: & per consequens est ad demonstrandum accommodatior. ¶ In quarta particula. (Quemadmodum autem) incipit secunda pars principalis de demonstratione negatiua, in qua primo docet Aristoteles, quod sicut est propositio affirmatiua immediata, ita est aliqua negatiua immediata. Statuit ergo primo conclusionem, quod quemadmodũ vt, a. indifferenter competat ipsi. b. ita fieri potest, vt indifferenter non competat. Et exponit se, quod indifferenter competere, vel non competere est prædicatum conuenire subiecto, per se immediate, & sine aliquo medio: sicut homo est rationalis, aut per se negari de illo, & non ratione alterius, sicut substantia est qualitas. Atqui probat conclusionem dum ait: (Cum itaque vel. a. vel b. in toto quopiam est.) Quæ litera licet subobscura sit, nihilominus est ingeniosa. Ad cuius intelligentiam notandum, quod cum hactenus notum fuerit in affirmatiuis quæ propositio sit mediata (puta inter cuius extrema aliquid mediat) quæ vero immediata, nempe inter cuius extrema nihil mediat hic vult docere in negatiuis quæ dicat mediata, quæ vero immediata. Et tota litera hoc intendit, quod illa propositio negatiua est mediata, cuius prædicatum potest demonstra

3.Ratio.

Propositio negatiua immediata

Negatiua mediata.

ri negari de subiecto per aliquid medium, quod per se conuenit alteri extremorum, & negatur de alio. Et talis propositio est omnis illa negatiua, cuius vel alterum extremorum continetur sub aliquo genere saltem generalissimo, vel ambo simul extrema: vt homo non est qualitas, homo non est lapis, homo non est equus: nam in his possumus arguere, omnis homo est animal, nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo in secunda figura, cuius maior est per se primo: & per consequens, homo per animal negatur de lapide. Illa vero cuius neutrum extremum ponitur sub aliquo genere, sed ambo sunt generalissima, vt nulla substantia est qualitas. est immediata: quia si posset demonstrari maxime sumédo pro medio aliquid quod per se cõueniret subiecto, quod deberet esse, vel definitio, vel genus, & generalissimum, nec definitionem habet, nec genus. Ait ergo. Cum itaq; vel. a. vel. b. id est, maior vel minor extremitas in toto quopiam est, id est, sub aliquo genere continetur nam genus est totum respectu inferioris, vel vtramque, scilicet, ambæ extremitates continétur sub eodem genere: vt homo & equus, sub animali, & homo & lapis sub corpore, tunc fieri nequit, vt. a. primo non competat ipsi. b. id est, hæc nó potest esse immediata, nullum: b. est. a. Sic enim. a. scilicet, maior extremitas, in toto. c. puta sub medio, quod sit genus, & b. non sit in aliquo. c. vt. a. vere bi gratia, sit homo. c. sit animal, & b. qualitas, tunc syllogismus fiet in Camestres, omnis homo est animal, nulla qualitas est animal, ergo nulla qualitas est homo: vbi ipsum. a. demonstratur non inesse. b. per medium. Idem etiam fiet si. b. in toto quopiam sit, scilicet, sn. d. genere quod negatur de. a. vt si dicas in Celare: nullum. a. est. c. omne. b. est. c. ergo nullum. b. est. a. id est, nullus homo est qualitas, omnis albedo est qualitas, ergo nulla albedo est homo. Et idem fiet si vtramque sit sub eodem genere, vt si. a. sit homo. b. sit equus. & c. sit animal rationale, scilicet, omnis homo est animal rationale, nullus equus est animal rationale, ergo nullus equus est homo: & eadem ratione, nullum corporeum est incorporeum, est mediata, quia demonstratur in Camestres per definitionem corporis. ¶ In quinta particula. At vero, &c. probat illud quod supra dixerat, scilicet, quod potest. a. esse in aliquo toto, id est, sub aliqua coordinatione prædicamentali, in qua non sit. b. & è conuerso: nam sit. a. c. d. vna coordinatio prædicamentalis, scilicet, prædicamẽtum substantiæ, &. b. e. f. sit alia coordinatio, scilicet, prædicamenti qualitatis: tunc quia prædicamenta sunt impermixta, nihil vnius prædicamenti affirmatur de aliquo alterius prædicamenti, & per consequens, si a. continetur sub. g. generalissimo primi prædicamenti, sequitur quod. b. alterius prædicamenti nó continetur sub eodem genere: alias prædicamenta essent permixta. ¶ In sexta particula. Sed si. a. nulli. b. insit, explanat quæ propositio negatiua sit immediata, dicens: quod propositio est negatiua, cuius prædicatum non inest subiecto, & neutrum extremorum continetur sub aliquo genere, saltem generalissimo, illa est immediata: vt substantia non est qualitas, quia non habet medium per quod demonstretur: nam vel demonstratio, inquit, fieret in prima figura, aut in secunda. Si in prima, tunc. b. in aliquo toto erit. Quod est dicere, tunc minor propositio debet esse affirmatiua, quod est vniuersale in prima figura, in quatuor primis saltem modis euidentibus. Et hoc est quod ait, propositionem quæ versus. b. collocabitur, id est, minorem, affirmatiuam esse oportere, & per consequens illic prædicatum, puta medium se habet ad minorem extremitatem, sicut genus, vel definitio: atq; adeo. b. scilicet, minor extremitas erit in aliquo toto. Si vero demonstratio fiat in secunda figura, tunc vtrumuis, inquit, in aliquo toto erit, id est, vel maior extremitas, vel minor subijcietur medio affirmatiue, scilicet, minor extremitas in Celare & Festino, & maior extremitas in Camestres & Baroco. Si autem extremitates sunt genera generalissima, non possunt esse subiecta in prædicatione directa affirmatiua, nisi acciperetur pro medio ly ens, sed illud non potest affirmari de vno generalissimo, & negari de aliquo, quia affirmatur de omnibus: sequitur ergo nullum esse medium ad demonstrandum hanc, substantia non est qualitas, vel quantitas non est qualitas. ¶ Quod si quis quærat, cur non facta est hic mentio de tertia figura, vbi medium subijcitur in vtraque: videtur enim fraudulenter Aristoteles eam substituisse: nam potest illa in Bocardo sic demonstrari, homo non est qualitas, omnis homo est substantia, ergo substantia non est qualitas. ¶ Respondetur, quod propositio immediata debet esse vniuersalis negatiua: nam prædicatum quod per se negatur de aliquo, de omni negatur: vniuersalis vero negatiua concludi non potest in tertia figura.

Quæstio Quinta.

Vtrùm demonstratio quia, & propter quid conuenienter distinguantur ab Aristotele.

APARTE negatiua arguitur primo, demonstratio, quia, non est demõstratio simpliciter: quippe quæ non facit scire, cum scire sit rem per causam cognoscere. Et esto, esset demonstratio, nó differt specie à demonstratione propter quid, tum quia ex eisdem propositionibus transpositis componuntur ambæ, vt Aristoteles docuit cap. 10. tum, quia si ad eandem conclusionẽ, puta ignis est calefactiuus, adduceretur vna demonstratio à priori ex natura ignis, & alia ratio à posteriori per experientiam, idem alleusus scientificus generaretur: & tamen à causis differentibus specie non videtur generari idem effectus. ¶ Et confirmatur. Nulla est demõstratio, quia, ergo non sunt duæ species. Probatur antecedens: quia si esset aliqua, maxime esset, aut illa quæ procedit per causam mediatam, aut illa quæ procedit per effectum: sed neutra istarum: ergo. Probatur minor quo ad primum membrum. Aut per causam mediatam intelligitur principium proximum conclusionis, ... tamen habet aliud prius per quod demonstretur? & hoc non quia talis demonstratio est propter quid, vt patet ex dictis super secundum capitulum aut intelligitur principium remotum inter quod, & conclusionem mediat alia causa, vt videtur docere Aristoteles in hoc decimo capite: & hoc non, quia talis demonstratio non sem per est bona consequentia: vt patere potest in ipsomet exemplo Aristotelis. Etenim esse animal, est causa remota respirandi, & tamen non sequitur, hoc est animal: ergo hoc respirat, vt patet de piscibus: aut si facias demonstrationem, maior est falsa, scilicet, omne animal respirat. ¶ Eodem modo potest argui, quod ab effectu remoto non procedat demonstratio. Viuere enim est effectus proximus viuentium, & remotus animalis, & tamen non sequitur, hoc viuit, ergo est animal: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet in plantis. ¶ Secúdo principaliter arguitur, quod sint plures quam duæ species demonstrationis. Commentator in prologo Phylicorum, & in 1. lib. text. 12. ponit tres species demonstrationis, scilicet, propter quid, & quia, & simpliciter. ¶ Et confirmatur. Demonstratio ad impossibile non propter quid, nec quia: ergo sunt plures species. Antecedens apparet in hac demonstratione Aristotelis. 2. Metaphy. si nulla esset prima causa, nullus esset effectus in mundo (quia causæ non procedunt in infinitum) consequens est impossibile: ergo & antecedens. Nec enim habet formam demonstrationis propter quid, nec quia. ¶ Tertio principaliter arguitur contra illam propositionem Aristotel. Si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis, sequeretur inde quod si aliquod antecedens infert consequens, ex opposito ipsius antecedentis haberi inferre oppositum consequentis, quod tamen est contra regulam logicalem. Sequitur enim hoc non est animal: ergo non est homo (vbi negatio est causa negationis) & tamen nó sequitur, hoc est animal, ergo hoc est homo: imo in exemplo Aristotelis sequitur, hoc non est animal, ergo non respirat, & tamen non sequitur hoc est animal, ergo respirat: vt patet in piscibus & ostreis. ¶ Et confirm. Non sequitur, si affirmatio est causa affirmationis, ergo negatio est causa negationis: ergo nec sequitur è conuerso. Probatur antecedens. Sequitur enim, homo currit, ergo mouetur: & tamen non sequitur, homo non currit, ergo non mouetur. ¶ Quarto principaliter arguitur contra id quod ait Aristoteles, scilicet, quod circulariter potest demonstrari ex effectu causa, ex causa effectus: vt stellas esse prope, quia non scintillant, & non scintillare, quia sunt prope. Demonstratio fit innotescendi causa: ergo habet procedere ex notioribus ad minus nota, vt habetur in definitione demonstrationis: nec sufficit dicere, quod demonstratio propter quid procedit ex notioribus naturæ, & demonstratio, quia, ex notioribus nobis: nam demonstratio debet fieri ex notioribus ipsi cuius fit demonstratio: Si ergo Petrus per. a. demonstratur b. tam. a est illi notius, & per consequens non demóstrabitur illi nisi per. b. ¶ Quinto principaliter arguitur, contra etiam particulam de subalternatione scientiarum. Perspectiua & Musica sunt partes scientiæ naturalis: nam tractant de obiectis sensuum, visus & auditus, quæ pertinent ad scientiam de anima: ergo potius subalternantur philosophiæ naturali, quam mathematicis. Et inde arguitur, quod scientia de Iride non subalternetur perspectiuæ, cuius oppositum asserit Aristote. Scientia de Iride est pars philosophiæ naturalis, quæ est subalternans perspectiuæ: ergo scientia de Iride non subalternatur perspectiuæ: alias esset circulus in subalternatis. ¶ Et confirma. Si perspectiua & musica subalternantur geometriæ & arithmeticæ, eo quod principia earum probantur ab illis mathematicis, sequeretur eadem ratione primo, quod mathematicæ subalternarentur philosophiæ naturali: nam vt dictum est, illud principium mathematicum, à quolibet punctó in quodlibet punctum lineam ducere, probat philosophus natur. lis. 3. & 6. Physico. eo quod inter quælibet puncta mediat spatium. Secundò sequeretur, quod chirurgia subalternetur mathematicæ, postquam mathematicus probat illud principium, quod vulnera circularia tardius curantur. Imo tertio sequeretur, quod metaphysica subalternaretur philosophiæ naturali: nã vt ait Commentator. 1. Physic. commen. vlt. metaphysicus supponit tanquam proprium principium substantias separatas esse, quod certe à priori probari non potest: & tamé philosophus naturalis, vt patet. 8. physic. per æternitatem motus probat aliquas esse substantias separatas per uas: & probare aliquid per motum est probatio philosophi naturalis. Hæc tamen tria consequentia sunt falsa, & apud Aristotelem haberentur pro inconuenienti. ¶ Et confirma. Secundò, quia non apparet quomodo nautica subalternatur astrologiæ, aut architectura subalternetur geometriæ: imo videntur esse partes illarum: sicut scientia isosceles est pars scientiæ trianguli. Sexto principaliter arguitur. Isto sunt aliquæ scientiæ subalternatæ respectu aliarum: differentia tamen quam Aristoteles constituit, videlicet, quod subalternata dicit solùm, quia, subalternans vero propter quid, nó apparet veratnam perspectiua & musica saltem speculatiue demonstrant propter quid, quia sunt veræ scientiæ, in hoc enim differt scientia speculatiua à practica, quod, verbi gratia, musica speculatiua reddit rationes à priori consonátiæ sonorum. Practica vero solùm iudicat de consonantijs in ordine ad auditum, sicut perspectiua practica in ordine ad visum. Et confirmatur. Si geometria demonstraret à priori conclusiones quæ sunt principia perspectiuę, sequeretur geometriam esse formaliter perspectiuamnã scientia debet denominari à cõclusione demonstrata, ob idque si conclusio demonstrata à geometra est perspectiua, geometria est perspectiua.

¶ AD quæstionem respondetur affirmatiue. Vnde ad primum argumentum respondetur, quod forsan disputatio est de nomine, an demonstratio, quia, sit simpliciter demonstratio. Certum est, quod si demonstratio est solùm syllogismus quifacit simpliciter scire, tũc demonstratio quia, non est demóstratio, nã scire simpliciter, est rem per causam cognoscere. Posset tamen dici ad rationem demonstrationis satis esse, quod procedat ex necessaria & per se, & ex causis, quæ licet nõ sint causæ essendi, sunt tamen causę cognoscendi, & demóstratio quia, licet non facit scire quare res sit, vt cur rhabarbarum purget choleram, facit tamen scire rem esse, scilicet, rhabarbarum purgare choleram: ob idque de nomine non disputo. Hoc tamen est certum, quod definitio demonstrationis posita in. 1. capit. solùm conuenit demonstrationi propter quid, & ideo dixit Aristoteles, quod si aliud est modus sciendi, postea videbitur: insinuans aliud esse scire, quia. ¶ De alio membro argúmẽti problema est, quod pro vtraque parte sustineri potest, an propter quid, & quia specie differant. Quod tamé mihi verisimilius est his propositionibus exponam. Prima. Demonstratio propter quid, & demonstratio quia, eiusdem conclusionis differunt specie. Probatur, quia præmissæ differunt specie. Cum enim demonstratur lunam eclipsari à priori, quia terra interponitur, & à posteriori, quia priuatur luce, præmissæ sunt distinctæ. Quod in exemplo Aristotelis apparet, cum stellas non scintillare, demonstratur propter quid, quia sunt propè, & esse propè ab effectu, quia non scintillant. ¶ Secunda conclusio. Nihilominus videntur assensus ab illis producti non differre specie. Sed solùm quod vnus forte est clarior alio, quemadmodum ignis productus à sole, & productus ab igne, sunt eiusdem speciei: quamuis causę differunt specie. Est enim demõstratio sicuti causa æquiuoca respectu conclusionis (cũ intellectus principiorum producat scientiam conclusionis differentem specie) & ideo possunt demõstrationes differentes specie producere assensus eiusdem speciei, quando obiectum est idem. ¶ Probatur cõclusio. Primò, quia scientia de eclipsi quæ habetur per experientiam, certe non videtur differre specie ab illa quæ gignitur à priori

Prima quæstio.

priori per demonstrationem: præter quam quod illa quæ habetur per experientiam est clarior. ¶ Item confirmatur, si assensus tales eiusdem conclusionis differrẽt specie, simul possent se compati, si quidé ambo sunt clari, & per consequens si dum video lunam eclipsari adduceretur mihi demonstratio propter quia, nouus generaretur assensus, & sic haberé duos simul assensus euidentes eiusdem cõclusionis: quod videtur contra experientiam. ¶ Vnde ad illud membrũ primi argumenti concedítur, quod si ad eandé conclusionem simul afferantur demonstratio propter quid, & quia, vnicus assensus generabitur tam clarus, quã potest eum producere clarissima demonstratio. Sed inde non sequitur, quin demonstrationes differant specie, vt dictũ est de solis & ignitis quamuis ex eisdem propositionibus, faciendo de præmissa conclusionem, & de conclusione præmissam, possint construi demonstratio, quia & propter quid: istis tamen est vt differant specie, quod præmissæ vnius differant à præmissis alterius. ¶ Ad confirmationé respondetur, vt diximus super textum, quod quando dicitur demonstrationem quia, esse illam quę procedit ex causa mediata, non intelligitur de causa quæ habet priorité nã illa est propter quid reducibilis ad immediata principia: sed intelligitur de causa remota respectu cõclusionis, vt patet in exemplo Aristotelis. ¶ Est tamen notandum, quod causa remota dicitur tripliciter. Vno modo, quia licet concurratur cum effectu: est tamen mediata mediatione causæ, vt esse animal rationale, est causa mediata risibilitatis: inter quam medíat admiratiuum, vel luminaria esse in capite, vel cauda draconis, est causa remota eclipsis, proxima vero est interpositio terræ. Et quando isto modo causa est remota, tunc à causa ad effectum ab effectu ad causam affirmatiue & negatiue est optima consequentia. Sequitur enim est animal rationale: ergo est risibile, & è conuerso & pariter sequitur negatiue, non est animal: rationale, ergo non est risibile: & è conuerso. Item sequitur, luminaria sunt in capite vel cauda draconis, ergo luna eclipsatur. & è conuerso affirmatiue & negatiue. Secundo modo per aliud extremum potest dici causa remota illa, quæ cum sit causa aliquando talis effectus, tamen nec infert illud, nec infertur ex illo: sicut habere cõcoctum pulsum, est effectus & signum febris: tamen nec semper ex illa causa sequitur talis effectus, puta quãdo homo prope mortem non habet pulsum: nec ex sola illa causa sequitur ille effectus: nam ex vehementi cursu, vel alia passione potest concitari pulsus. Et tunc nec affirmatiue, nec negatiue sequitur demonstratio, nec propter quid, nec quia. Et id patet in exemplo Aristotelis quod potius est potius gratia exempli, quam eo quod sit verum: nã vinum est causa letitiæ & modulandi: quæ quidem effectus ex alia causa posset etiam prouenire: nec illa causa semper effecit illum effectum. Et ideo nec sequitur, ista lipatria sunt vites: ergo modulatores: nec sequitur, non sunt vites, ergo nec modulatores. Tertio modo causa dicitur remota, quia, scilicet, est superior ad effectum, & dicitur media mediatione prædicationis. Et tunc infertur affirmatiue ex effecto, non tamen infert ipsum affirmatiue, sed solùm negatiue infert negationem effectus, & illa est demonstratio quia ex mediatione causæ vt quicquid respirat est animal, lapis non est animal, ergo non respirat: tamen affirmatiue non sequitur, est animal, ergo respirat. ¶ Eodem omnino modo distinguendum est de effectu remoto. Quando enim est effectus qui sequitur ex sola causa, non tamen ex omni sequitur affirmatiue: vt hoc respirat, ergo est animal: non tamen negatiue hoc non respirat, ergo non est animal. Staurem sequitur ex omni, non tamen ex solo, sequitur negatiue ab effectu ad causam: vt non videt, ergo non est animal: non tamen sequitur affirmatiue videt, ergo est animal. ¶ Ad secundum principale. Commentator parum refert scire quid ille sentit. Forte demonstrationem simpliciter nó distinguit à demonstratione propter quid tanquam diuersam speciẽ: sed tanquã quid addit. Quia perfectionem inter demonstrationem propter quid, appellat illam quæ procedit ex causa quæcunque: & demonstrationem simpliciter appellat; totum discursum qui incipit ex causis proximis conclusionis, & resultat præmissis vsque ad prima principia per se nota. Quæ soler appellari propter quid & potissima. ¶ Et ad confirmationé respondetur, quod demonstratio ad impossibile aliqua reducitur ad demonstrationem propter quid, & aliqua ad demonstrationem quia, vt illa demonstratio confirmationis virtualiter est qualitas: sic arguetur hoc modo. Aliquid tam effectus in mundo, & non est procedere in infinitum in causis: ergo danda est prima causa. In qua demõstratione procedatur ab effectu ad causam. Hæc vero reducitur ad propter quid. Si ipsa non esset attractiua non esset ex lidus, consequens est impossibile, ergo & antecedens. Est enim, ac si diceretur omne calidum est attractiuum, ignis est calidus, ergo. ¶ Ad tertium principale respondetur, quod illa propositio Aristotelis intelligitur de causa proxima, de qua per 13. primo est causa vbi effectus, in quibus causa & effectus dicuntur ad conuertentiam: vt si homo est animal rationale est causa per se primo vt mouens risibile esse animal rationale, est causa vt sit risibilis & ideo cessante esse animal rationale est causa risibilitatis esse non rationale est causa vt non sit risibile. Quemadmodum negotio Aristotelis. 2. Physico. text. 3. in præsentia nauis est causa seu notitiæ nauis, absentia autem est causa libere eligendi. Habet autem opposita similia esse in causis & in effectibus, nó enim sequitur, si ens aliquo modo causa dissregrandi visum, quod non esse album sit causa dissregrandi visum, quod non esse album sit causa congregandi visum: quia album & non album opponuntur contradictorie seu infinitantes: tamen congregare & dissregare opponuntur contrariè: tamen congregare & dissregare opponuntur contrariè: quod verum est, quod non esse album est causa dissregandi: esse non album est causa non dissregandi: esse nigrum est causa congregandi, quia album & nigrum opponuntur contrariè, sicut dissregare & congregare. At vero in causis quæ non sunt causæ quarto. & per se primo, non sequitur quod si negatio est causa remota alicuius effectus, affirmatio sit aliquo modo causa, nec remota. Vnde ad argumentum respondetur, quod quando antecedens infert consequens ab inferiori ad inferius negatiue: vt hoc non est animal, ergo non est homo: non sequitur ex opposito antecedentis oppositum consequentis: quia non esse animal non est causa adequata huius quod est, non esse hominem. Et eodem modo si antecedens infert consequens ab inferiori ad superius affirmatiue: vt homo currit, ergo mouetur, quia currere non est causa adequata motus: imo vero exemplum Aristotelis manifeste ducet; non enim negat, quia non esse animal sit causa non respirandi, sed dicit esse causam remotam, & probat non esse causam per rationem & per se, quia alias esse animal, deberet esse causa respirandi. Super hoc patet responsio ad confirmationem.

¶ Ad quartum principale respondetur, quod Aristoteles modo assumpto non intendit demonstrationem respectu eiusdem hominis cui adducitur demonstratio inno-

Ad confir.

Causa remota tripliciter.

Ad secundum.

Demonstr. potissima.

Ad confir. Demonstr. ad impoſſ.

Ad tertium.

Si nega. est causa nega. affirma. est causa affirmã.

Ad quartũ. Circulares demonstra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tescendi causa: vt argumentum probat. Itenim fieri nequit, vt mihi ignotescat. a. per. b. & b. per. a. eodem genere scientiæ. Attamen per viam inuentionis possunt homines per effectus venire in cognitionem causarū, qui postea docti causas, possunt deinde effectus per causas. Et ita demonstratio; quia, procedit ex notioribus pro illo statu, quia cognitio nostra incipit à sensu: sed demōstratio propter quid, procedit ordine naturali. ¶ Ad quintum principale respondetur, quòd quia subiectum in re spectiua & musica est complexum, vt linea visualis, & numerus sonorus, ratione lineæ & numeri subalternantur geometriæ & arithmeticæ: sed ratione adiecti, scilicet, visualis aut sonori sunt partes philosophiæ naturalis. Et hac ratione dicuntur scientiæ mediæ inter mathematicas & naturales. Vnde propositio quæ loquitur de visibili in ordine ad angulum quem causat in oculo, vel in ordine ad lineam visualem, illa est mere perspectiua: vt quod obiectum prope maius videtur, quia causat maiorem angulum visualem. Cum vero hāc probat per lineam abstrahendo à visuali, scilicet, quod lineæ procedentes ab eadem basi acutiorem & minorem angulum faciunt in parte distanti quam in propinqua, desinit esse perspectiua, & ascendit ad geometriam. Si vero consideret obiectum visibile, non in ordine ad lineam vel angulum, tam definit esse perspectiua, & est mere philosophia naturalis: vt excellens visibile lædit visum, visibile supra sensum non facit sensationē, &c. Et proportionabiliter dicatur de musica. ¶ Et per hoc respondetur ad aliam ratiunculam de Iride. Apparentia enim coloris quæ fit in Iride accidit ex refractione radiorum solarium in nube rotida. Sed apparentia figuræ circularis in arcu iridis accidit ex refractione radiorum ad modum circuli: eo quod cum nubes opponitur soli, radij medij penetrant cētrum nubis sine refractione, & ad latera refranguntur orbiculariter: vt est videre. 3. meteororum. Et ideo quantum ad figuram circularem illa scientia de Iride subalternatur perspectiuæ: nam illa apparentia fit propter refractionem linearum visualium, & per consequens mediate subalternatur geometriæ. Sed quantum ad apparentiam colorum, licet quodammodo pertineat ad perspectiuam, proprius tamen pertinet ad philosophiam naturalem: cuius est illa propositio, lucidum transiens per nigrum apparet cubeum, & per magis rarum apparet viride, & per magis rarū apparet flauū. Vnde nihil vetat, quod perspectiua aliquo modo sit vna pars philosophiæ naturalis, & ēt aliquo modo subalternetur alia pars philosophiæ naturalis. ¶ Ad primā confirmationem respondetur, q perspectiua & musica non ex eo solùm subalternantur geometriæ & arithmeticæ, quod ab illis probantur sua principia: sed quia subiecta illarum sunt quodammodo inferiora ad subiecta illarum: ob idque licet philosophia naturalis probet aliquod principium geometriæ, non sequitur philosophiam esse subalternantem respectu geometriæ. Subiectum enim geometriæ quæ est quantitas, vt abstrahit à materia & motu, nullo modo est inferius ad ens mobile: sed est accidens illius. Et ita philosophia non tanquam subalternans probat principia geometriæ: sed quia scientia de substantia aliquo modo iudicat de suis accidentibus. Eadem ratione, nec chirurgia subalternatur geometriæ: quia corpus sanabile non est inferius ad quantitatem, sed subiectū eius. Et hac ratione geometria probat principium chirurgiæ: nam per accidentia sumitur notitia subiecti. ¶ Ad tertium inconueniens respondetur illud minimè sequi: nam vt philosophia naturalis esset subalternans respecta metaphysicæ, requireretur quod à priori & propter quid probasset principia metaphysicæ: attamen nō probat substantias separatas esse, nisi ab effectu per æternitatem motus: vt si motus cæli est perpetuus, aliqua est intelligentia perpetuo mouens. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quod Astrologia tractat de astris: puta de motibus & coniunctionibus eorum absolute. Nautica vero tractat de illis in ordine ad operationes nostras. Nautæ enim ex astris coniectant ventos & serenitates, & inde prospiciunt nauigandum nesit, an cessandum. Et ideo Naurica quia addit aliquid ad subiectum astrologiæ non est pars illius, sed subalternatur illi sicut perspectiua, quia addit visuale supra lineam, non est pars geometriæ, sed eius subalterna. Nautica ergo est pars astrologiæ iudicialis quæ ex astris sumit iudicium effectuum, qui omnibus possunt accidere. Eodem modo Stereometria tractat absolute de mensuris corporum. Ars vero machinarum, seu Architectura tractat de tali mensura in ordine ad ædificia construenda. ¶ Ad sextum principale variè respondent doctores: quia non est facile nosse quomodo subalternata istat quia, & subalternans propter quid. Omissis vero opinionibus sit prima propositio. Scientia subalternata non solùm demonstrat ab effectu, sed à priori & propter quid, vt argumentum probat, quia in hac consistit ratio perspectiuæ & musicæ speculatiuæ quod à priori demonstrēt conclusiones. ¶ Secunda propositio. Quāuis posset forsan sustineri quod perspectiua speculatiua non est, nisi geometria, pro illa parte qua probat conclusiones perspectiuæ, & musica speculatiua est Arithmetica pro illa parte qua probat conclusiones musicæ, tamen alia est rei veritas, videlicet, quod infra limites perspectiuæ distinguitur speculatiua & practica. Prima pars patet, quia si geometria à priori probat principia perspectiuæ, videtur subinde geometria esse perspectiua speculatiua. Sed secunda pars probatur. Perspectiua ex proprijs terminis perspectiuæ reddit causam suarum conclusionum: ergo perspectiua speculatiua distinguitur à geometria. Probatur antecedens. Illam conclusionem, obiectum prope, maius videtur quam longe, perspectiua probat hoc syllogismo, obiectum quod maiori angulo visuali videtur maius apparet: sed quod prope videtur, videtur maiori angulo visuali: ergo, Quæ quidem demonstratio est à priori & intra limites perspectiuæ: quia præmissæ loquuntur de angulo visuali. Vnde geometria non dicitur demonstrare propter quid perspectiuæ, eo quod omnis demonstratio propter quid perspectiuæ sit geometriæ: sed quia demonstratio perspectiua non potest resolui vsque ad principia immediata & per se nota, nisi per geometriam: nam illæ præmissæ probantur à geometra per lineas & angulos abstrahendo à visualibus, scilicet. Si eadem basi duo latera trianguli procedant, maiorem angulū causant in parte propinqua quàm remota. Itaq; vbi demonstratio incipit per visuale, tam est pure perspectiua. Et idem dicatur de musica respectu arithmeticæ. ¶ Ex quo sequitur, quomodo differat perspectiua practica, & perspectiua speculatiua: nā perspectiua practica solū probat obiectum prope minus videri, ab experientia per visum sicut musica practica probat, quod Diapente est optima consonantia, quia bene consonat auribus: & ideo musica à practica acquiritur exercitio cantandi: speculatiua vero reddit à priori rationes conclusionū. ¶ Hinc sequitur solutio cōfirmationis. Respōdetur enim primo, quod geometra non demonstrat conclusiones perspectiuæ, sed solùm principia. Itaque quam

Ad quintū.

Subalternatio scient.

De Iride.

Ad confir.

Ad. 2. confirma.

Ad sextum

1. Propos.

2. Propos.

quam primum venit ad lineas visuales cessat negotium geometriæ, & incipit demonstrare perspectiuus. Secundō respondetur, quod geometra in quantum geometra non habet semper applicare sua principia ad principia perspectiua formando demonstrationes: sed quādo geometra requiritur à perspectiuo, aut vult descendere ad perspectiuam: & vtraque de causa geometria nō est per spectiua. Et hoc secundum est quod ait Aristoteles, videlicet, quod geometra & arithmeticus sciunt in vniuersali conclusiones perspectiuæ & musicæ, non tamen in particulari. Stat enim quod sit quis perfectus geometra, sciens quod ab eadem basi latera procedentia maiorem angulum faciunt in puncto propinquiori, quam in remotiori, & tamen hoc nunquam applicuerit ad lineas visuales: & per consequens nunquam aduertit, an obiectum prope videtur maius quam lōge. Et pariter arithmeticus stat, quod sciat omnes proportiones numerorum, quas nunquam applicuerit ad sonos, nec aduertit quænam proportio consonet, quæ vero dissonet.

De immediatorum ignorātia. Cap. XII.

IGNORATIO autem ea quę non negatione, sed dispositione dicitur ignoratio, deceptio est: quę circa propositiones medio vacantes, vel non vacantes, affirmatiuas vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut simpliciter fit. Nā aut simpliciter quispiam esse, aut non esse putat, aut per ratiocinationem existimationem talem sequitur. ¶ Simplicis igitur existimationis simplex est error: cuius autem quæ per ratiocinationem efficitur, plures. a. namque sine medio nulli competat. b. Si igitur quispiā concludat. a. competere ipsi. b. sumpto medio. c. deceptus erit, sine per ratiocinationem: atque fieri potest, vt ambæ propositiones sint falsæ: & etiam altera tantum: nam si neque. a. cuiquam c. neque. c. cuiquam competat. b. vtraque autē per interuallum è contra si sumpta, ambæ propositiones erūt sine dubio falsæ: fieri namque potest, vt. c. sic se habeat ad extremū vtrunq;, vt neq; subiiciatur. a neque vniuersaliter competat ipsi. b. etenim. b. quidem fieri non potest vt in toto quopiam sit: nam. a. primo remouebatur ab ipso. a. vero non necesse est vniuersaliter cunctis quæ sunt inesse, quare fit ambę, vt propositiones sint falsæ. At hoc fieri quoque potest vt altera vera sumatur, non tamen vtrauis. sed. a. c. nam propositio. c. b. semper erit falsa, quia in nullo est ipsum. b. sed. a. c. vera esse potest, veluti si. a. sine medio competat quidem ipsi. c. non competat autem ipsi. b. cum enim idem primo de pluribus quouis dicitur modo, neutrum erit in altero: nihil autem interest, & si non sine medio competat. ¶ Deceptio igitur essendi per hoc, atque hoc modo fit solùm: nō enim alia in figura ratiocinatio erat essendi nō essendi vero & in prima, & in media fit. Atque primum dicamus, quot modis, & quomodo se se habentibus ipsis propositionibus fit in prima figura. Fieri itaq; potest, vt ambæ falsæ propositiones sumātur: veluti si ipsum. a. tā. c. quā b. fine medio competat. Nā si sumatur. a. quidē nulli inesse. c. ipsum autē. c. cuilibet cōpetere. b. erit vtraq; propositio falsa. Fieri quoq; potest, vt altera propositionum vtrauis falsa sumatur. Nam esse potest. a. c. quidem vera. c. b. vero falsa. a. c. quidem vera: quia. a. non omnibus inest quæ sunt. c. b. vero falsa, tum quia fieri nequit, vt. c. cui ipsum. a. nulli competat, ipsi cōpetat b. nam alias. a. c. propositio non erit vera: tum quia si ambæ sint veræ, erit ipsa conclusio vera. At. c. b. etiam vera esse potest, altera sumpta falsa: ceu si. b. & in. a. sit & in. c. necesse est enim tunc alterum esse sub altero: quare si sumatur a. nulli competere. c. erit hæc propositio falsa. Patet igitur & ex altera tantum, & ex ambabus propositionibus falsis ratiocinationem fieri falsam. ¶ Sed in figura media, vt totę quidem propositiones ambæ sint falsæ, fieri nequit: nā cum. a. cuilibet inest. b. nullum tum sumi mediū potest quod alteri cuilibet, alteri nulli competet. Oportet autem hoc pacto sumere propositiones, vt alteri quidem insit, alteri vero nō insit, si hac figura ratiocinatio fieri debeat. Si igitur quæ sic sumuntur sint falsæ, constat è contra veras vtrasque fore, quod quidem fieri nequit. Verum aliqua ex parte falsam esse vtramque non obstare quicquam videtur: veluti si medium. c. tam. a. quam. b. cuidam insit. Tunc enim si ipsum. c. cuilibet quidem. a. nulli vero. b. dicatur inesse, falsæ quidē erunt ambæ propositiones, at nō simpliciter, sed aliqua ex parte, sicuti patet. Eadem erunt, & si propositionem negatiuam versus extremū maius posueris. Fieri tamen potest, vt altera falsa, atque vtrauis propositionū sumatur: quod ēm inest cuilibet. a. id. b. quoque cuilibet inest. Si igitur ipsum. c. tale sumptum cuilibet quidem. a. nulli vero. b. competere dixeris. a. c. quidē erit vera. c. b. autem falsa. Rursus quod nulli. b. cōpetit, id nec. a. cuilibet inerit: nam si cuilibet. a. cōpeteret, & ipsi quoque. b. cuilibet profectò cōpeteret: at nulli inesse supponitur. Si igitur cuilibet quidem. a. nulli vero. b. competere dixeris. c. b. quidem veram, alteram verò falsam efficies. Idem vtique fiet, & si versus maius extremum propositionem negatiuā posueris: quod enim nulli competit. a. id etiam nulli competit. b. Si igitur. c. nulli quidem. a. cuilibet. vero. b. competere dixeris. a. c. quidē propositio

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit vera, altera vero falsa. Rursus si id quod.b. cuilibet inest, nulli competere dixeris.a. falsam tum efficies propositionem. Necesse est enim, si.b. cuilibet inest, &.a. cuidam competat. Si igitur huiusce modi sumptum.c. nulli quidem.a. cuilibet vero b. dicatur competere, erit.c.b. qui dem vera.a.c. autem falsa. Patet igitur ex vtrisque falsis, & ex altera tantum circa propositiones individuas ratiocinationem falsam fieri posse.

HVCVSQVE sunt quæ ex libris Posteriorū operæ precium est dialecticos discipulos docere: quæ verò post hac subsequuntur, quamuis sint ingenio plena, & quæ tagentosum quoptam perlustrati nō pœnitebit, forsan tamen prolixiora sunt quam necessaria: ob idque propter prolixitatem non exponantur à neotericis. Nos vero strictius singula exponere: non vt negotium facessamus doctoribus interpretandi (si forsan tempus non fuisset) sed vt totū Aristotelem, illis qui accuratius esse volunt dialectici, exponamus. Nec mirū si operis & longissimi, & obscurissimi, longa sit expositio, ne obscura fiat. In hoc ergo duodecimo capite incipit quartum membrum principale eorū sex in quæ primum istam librum partiti fuimus. Enimuero postquam in primo capite instituerunt demonstrationem esse necessariam, & in duobus sequentibus definitum est quid sit scientia & demonstratio, & in octo sequentibus ostensum est, ex quibus qualibuscunque principijs procedat omnis demonstratio, tam propter quid, quam quia, & in qua figura aptius fiat in his tribus capitulis quę modo sequuntur, agitur de ignorantia, quæ opponitur scientiæ. At qui in duobus capitulis agitur de ignorantia prauæ dispositionis, nempe in primo de ignorantia principiorum immediatorum, & in secundo de ignorantia mediatorum, quæ sunt conclusiones. In certio denique agitur de ignorātia pure negationis. At vero in partitione Commentatoris duodecimum & tertium decimum capita, non continent nisi vnicum textum, qui est trigesimus secundus. Quocirca nos caput hoc duodecimum per sex particulas distribuimus. ¶ In prima ergo particula præmittit Aristoteles quatuor distinctiones ignorantiæ. Prima est. Duplex est ignorantia, scilicet, puræ negationis, & prauæ dispositionis. Ignorantia puræ negationis est mera priuatio & carentia scientiæ, vt ignorantia geometriæ in rustico. Ignorantia vero prauæ dispositionis, est falsum iudicium de re aliqua. Prima dicitur simplex negatio, quia nullum dicit habitum vel actum: secunda vero fit per habitum, vel actum, quæ est mala dispositio. Item prima non dicitur deceptio: nam qui negatiue ignorat, scit se ignorare, & ideo nec decipitur, nec quicquam asserit, nec alicui contradicit: quare talis ignorantia nihil pertinet ad scientiam. Secunda vero ignorantia, est deceptio & error: nam qui ita ignorat, decipitur, putans se scire quod nescit: ob idque contradicit talenti, atque adeo talis ignorantia pertinet ad scientiam, vt extat petur. ¶ Ait ergo, quod illa ignoratio quæ non est secundum negationem, sed secundum dispositionem, illa est deceptio. Boetius vertit, illa est per syllogismum deceptio, & in aliquibus codicibus Græcis ita legitur: sed forsan in codice Argyropyli non erat illa particula, per syllogismum: quæ quidem litera certe melius quadrat: nam statim deceptio distinguitur in deceptionem, quæ fit per syllogismum; & deceptionem quæ fit sine syllogismo: vnde sequitur, quod non omnis talis deceptio est per syllogismum.

Diuisio ignorātiæ.

¶ Secunda distinctio est ignorantia prauæ dispositionis, alia est circa prima principia immediata (de qua agitur in hoc capite) & alia est propositionū, quæ sunt mediatæ tanquam conclusiones: de qua agitur in sequenti. ¶ Quod si quis dubitet, quomodo potest haberi error primorum principiorum, vt de hoc generali, quodlibet est, vel non est. Ad hoc respondent expositores, quod potest quis illa negare saltem ore, licet non corde: vt supra dictum est cap. 8. text. 15. & habetur. 4. Metaphysi. text. 8. At vero quia vocalis negatio veritatis, non propriè dicitur error, sed proteruitas: aliter mihi videtur dicēdum, videlicet, quod Aristoteles loquitur hic de propositionibus immediatis, quæ quamuis secūdum se sint immediatæ, non tamen simpliciter & quo ad nos sunt per se notæ: vt omne animal rationale est disciplinabile, nulla substantia est qualitas, & similes: circa quas immediatas potest esse error, etiam mentalis. ¶ Vnde subsungit tertiam distinctionem, scilicet, quod talis deceptio, siue sit circa immediata, siue circa mediata, potest esse, aut circa affirmatiuas, aut circa negatiuas. Vbi notandum, quod sicut est propositio immediata in veritate tam affirmatiua, quam negatiua, ita contradictoria est immediata in falsitate: vt homo non est rationalis, substantia est qualitas, & sicut vna est mediata in veritate, ita alia est mediata in falsitate: vt mundus non est creatus, est falsa mediate, quia mundus est creatus, est vera mediata: & mundus est infinitus est mediata in falsitate, quia mundus non est infinitus est vera mediata. ¶ Quarta distinctio est. Ignorantia prauæ dispositionis aut fit per syllogismum deceptorium, qui dicitur paralogismus, aut simpliciter. Etenim tunc quispiam simpliciter aut credit non esse, quod est, aut esse, quod non est, quando id credit deceptus, vel experientia, vel authoritate: vt cum rusticus credit solem nō esse maiorem rotamolari deceptus visu, aut credit mundum esse perpetuū deceptus authoritate alicuius philosophi. Et hæc ignorantia nihil pertinet ad scientiam posteriorum. Potest tamen huiusmodi errores pati propter aliquem paralogismum, vt si adduceretur illis talis paralogismus, vnaquæque res est talis, qualis apparet: sol apparet vt rota molaris: ergo tantus est, quanta est illa. Et de hac deceptione est præsens sermo. ¶ In secunda particula. (Simpliciter igitur) pergit exempla ponere singulorum membrorum, statuens primo fundamentum, videlicet. (Simpliciter assimilationis simplex est error: eius autem quæ per ratiocinationem efficitur, plures) id est, cum quis erat sola authoritate, aut alia via sine syllogismo deceptus, vnicum habent errorem, scilicet: propositionis in qua decipitur. Qui autem errat per syllogismum plures habet, scilicet, & conclusionis, & vtriusque, vel alterius præmissarum. ¶ Vbi notandum, quod error per paralogismum, aut contingit ex defectu formæ, consequentiæ, & iste non pertinet ad præsentem materiam, sed ad libros priorum. Aut contingit ex defectu materiæ: puta ex falsitate præmissarum: & de isto est sermo præsens. Ostendit ergo Aristoteles in hoc capite quomodo contingant huiusmodi paralogismi in immediatis propositionibus falsis. Et primo in affirmatiuis quæ opponuntur veris immediatis negatiuis. Vnde supponit primo, quod.a. sine medio nulli competat.b. vt si.a. sit substantia, &.b. qualitas, hæc sit immediata, nullum.b. est.a. (Si igitur quispiam, inquit, concludat.a. competere ipū.b. sumpto medio.c. deceptus erit sane per syllogismum: vt si dicat, omne.c. est.a. omne.b. est.c. ergo omne.b. est.a. ¶ Subdit tamen, quod huiusmodi paralogismus fieri potest dum ambæ præmissæ sunt falsæ, aut dum altera tantum. (Nam si neque.a. inquit, cuiquam.c. neque circuquam competat.b. vtraque autem per interuallum contra fit sumpta) id est ambæ præmisse sumantur affirmatiue contrariæ illarum, tunc ambæ sunt falsæ. Contrariæ (inquam) quia debent esse vniuersales, cum debeant inferre vniuersalem: nam propositio immediata falsa debet esse vniuersalis & de omni, sicut immediata vera: vt si accipereturpro medio (quod significatur per.c.) illud generalissimū extraneum, puta quantitas, cui nec.a. nec.b. competit: & fiat talis syllogismus, omnis quantitas est substantia: omnis qualitas est quantitas: ergo omnis qualitas est substantia. Ambæ enim præmissæ sunt immediate falsæ apud Aristote. hoc est quod subiungit. (Fieri namque potest vt.c. sic se habeat ad extremum vtrumque, vt neque subijciatur ipsi.a.) quod est maior extremitas, neque vniuersaliter competat ipsi.b. id est, neque prædicetur vniuersaliter de minori.

Dubium.

¶ Subiungit autem rationem dicens (Etenim.b. quidē fieri nō potest vt in toto quoniam sit &c.) inquit ratio nec, cum sit obscura, nescio quæ mysteria, præter intentionem (vt existimo) Aristotelis singunt expositores. Sēsus tamē manifestus est si consideratur primo huiusmodi paralogismos fieri in prima figura ex præmissis vniuersalibus, vt iam aduertimus. Probat ergo quod potest.c. medium nec subijci ipsi.a. in maiori, nec vniuersaliter prædicari de.b. in minori. Et probat primo secundam partem per hoc, quod fieri nequit vt.b. scilicet, minor extremitas sit in aliquo toto (quod est dicere, contineatur sub aliquo genere.) Quod probat eo quod.a. remoueatur a.b. immediate. Acsi diceret. Cum hæc esset immediata, nullum.b. est.a. sequitur vtrōque extremum esse generalissimum, & per consequens subiectum nec habere genus nec definitionē nec differentiam: & inde sequitur quod nihil prædicetur de.b. vniuersaliter affirmatiue, & per consequens nunquam prædicabitur vniuersaliter de.b. poterit tamen prædicari particulariter: vt si.c. esset color, verum esset dicere, aliquod.b. id est, alii qua qualitas est.c. sed non esset sufficiens præmissa ad concludendum vniuersalem immediatam. Primam vero partē, scilicet, quod potest.c. non subijci affirmatiue ipsi.a. probat per hoc, quod.a. quamuis sit generalissimum (vt substantia) nō est necesse vt prædicetur de omnibus quę sunt in eam nō prædicabitur de accidentibus. Et ita concludit, possunt esse ambæ præmissæ falsę: vt exemplo iam indicauimus. ¶ Est tamen hic dubium: nam videtur non obstante quod.b. sit generalissimum, quod nihilominus sit in aliquo toto (id est, prædicetur de illo aliquid vniuersaliter puta ly ens, vel descriptio vel propria passio illius generalissimi, vt si dicas, omnis qualitas est accidens substantiæ ratione formæ, aut omnis qualitas est ens. Respondetur, quod cum ly ens secundum Aristotelē quinque dicatur de substantia & accidētibus, nō est ad propositum vt sit medium demonstrationis: quia fieret paralogismum in forma. Sed nec ij, ille deceptio qualitatis facit ad rem posteriorilicam, vbi cum syllogismi sint disciplinabiles, non accipitur pro medio nisi vel genus, vel differentia, vel definitio, vel propria passio quæ nullo modo reperiuntur in genere generalissimo. ¶ Prosequitur deinde ostendere. At fieri quoq; &c. prosequitur inquam ostendere aliud membrum quomodo videlicet in tali paralogismo potest esse altera tantum præmissa falsa, non tamen indifferenter, quia non potest esse maior falsa, & minor vera: nam ut nor nunquam potest esse vera, propterea quod debet esse vniuersalis, & cum minor extremitas quæ est illic subiectum, sit generalissimum, non habet genus, nec definitionem, nec differentiam quæ de illo prædicetur vniuersaliter: vt modo dicebamus. Et hoc est quod ait (propositio.c.b. semper erit falsa, sed.a.c. vera esse potest) Appellat enim minorem.b.c. in qua.c. prædicatur, & .b. subijcitur: & maiorem.a.c. in qua.a. prædicatur &.b. subijcitur. Subiungit exemplum, veluti si.a. sine medio competat ipsi.b. puta si accipiatur pro medio genus subalternum ad ly.a. videlicet angelus & dicatur omnis angelus est substantia, omnis qualitas est angelus, ergo omnis qualitas est substātia. Subdit rationem cur potest contingere quod.a. competat.c. & non competat.b. (Cum enim inquit idem primo de pluribus dicitur de vtrū erit (de altero) id est, cū genus aliquod prædicatur de pluribus speciebus, sicut animal de homine & equo, neutra illarum specierum prædicabitur de altera. Et à fortiori illud genus subalternatum, de quo prædicatur generalissimum negabitur de alio generalissimo. Subiungit autem, quod nihil refert illud medium sit genus immediatū, vt substantia spiritualis, aut mediatum, vt animal. ¶ In tertia particula. Deceptio igitur subsequitur exemplum paralogismorum concludentium conclusiones negatiuas falsas contrarias immediatis veris. Et constituit primo differentiam, quod deceptio esse dit, id est, paralogismus concludens affirmatiue, solum fit in prima figura: paralogismus vero non essendi, id est concludens negatiue, fieri potest in prima & in media, id est, secunda. Et ratio huius est, quia cum conclusio immediate falsa, vt dictum est, debeat esse vniuersalis, nullo modo potest concludi in tertia figura: quia nullus modus illius figuræ concludit vniuersalem. Quod si fit affirmatiua, non potest cōcludi in secunda figura: quia nullus modus illius figuræ concludit affirmatiue. Restat ergo vt vniuersalis affirmatiua immediatè falsa solum concludatur in prima figura. Vniuersalis vero negatiua potest concludi, & in secundo modo primæ figuræ & in primo, & in secundo secundæ. ¶ Subiungit ergo horum exempla. Et primo in prima figura ambabus præmissis existentibus falsis: veluti si ipsum. a. id est, maior extremitas tam. c. scilicet medio quā. b. scilicet minori extremitati sine medio competat: vt si tā medium quam minor extremitas sint duo genera contenta immediata ad maiorem extremitatem: nam tunc si maior sit vniuersaliter negatiua & minor affirmatiua, fit in Celarent paralogismus vtriusque præmissæ falsę: videlicet, nulla substantia spiritualis est substantia: omnis substantia corporalis est substātia: spiritualis: ergo nulla substantia corporalis est substantia. ¶ Fieri quoque potest vt a.c. scilicet maior sit vera. c.b. vero, id est, minor sit falsa, vt si arguas nulla qualitas est substātia: omnis angelus est qualitas, ergo nullus angelus est substātia: Et probat. qđ. a.c. scilicet maior sit vera, quia non est necesse, vt a. quamuis sit generalissimū, prædicet de omnibus quę sunt, sed.c.b. id est, minoré phat esse falsam, duplici ratione. Primo, quia fieri nequit vt.c. de quo vniuersaliter negatiua conuenit. b. scilicet, minori extremitati, nō alia a.c. scilicet maior negatiua esset falsa. Supponitur enim quod maior extremitas affirmatur de minori, alias conclusio negatiua non esset falsa. Quo dato si detur etiam quod medium affirmatur de eadem minori extremitate vniuersaliter, sequitur quod maior extremitas affirmabitur de eodem medio, & per consequens maior esset falsa, vt facile colligere quisque

Dubium.

Immediata infalsit.

3. Particul.

2. Particula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſt. Secunda probatio eſt quod ſi maior & minor eſſent veræ, tunc concluſio eſſet vera, & per conſequés nulla eſſet deceptio. ¶ Oſtendit ſubſequenter, quod poteſt vice verſa maior eſſe falſa & minor vera, ſi. b. & a. ſit, & in. c. vt ſi minor extremitas ſumatur inferior & ad mediam & ad maiorem extremitatem, vt apparet in hoc paralogiſmo, nullum corpus eſt ſubſtantia, omne animal eſt corpus, ergo nullum animal eſt ſubſtantia. ¶ In quarta particula. (Sed in figura media) tranſit ad paralogiſmos ſecūdæ figuræ. Atqui de ambabus præmiſſis falſis ponit hanc concluſionem. Fieri nequit vt in ſecunda figura inferatur concluſio negatiua immediata falſa taliter, vt ambæ præmiſſæ totæ ſint falſæ, totæ, ideſt, vniuerſaliter pro quolibet ſuppoſito ſubiecti poſſunt tamen ambæ eſſe falſæ particulariter, ideſt, quod reddantur falſæ pro aliquo ſuppoſito ſubiecti. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum eſt, quod negatiua immediate falſa eſt vniuerſalis contraria immediate vera, vt ſi omnis homo eſt animal eſt immediate vera, nullus homo eſt animal, eſt immediate falſa, ita vt prædicatū ſit aut genus, aut differētia, aut definitio ſubiecti. Et prædicatū appellatur. a. quod in ſecunda figura eſt ſubiectū in maiori, ſubiectum vero. b. quod eſt ſubiectū in minori. Igitur vt daretur vtraque præmiſſa falſa deberet dari medius terminus qui alteri extremorū competeret vniuerſaliter, & de altero negaretur videlicet, nam debent ambæ præmiſſæ eſſe vniuerſales cum concludant vniuerſalem. Et vna præmiſſarum debet eſſe affirmatiua & altera negatiua: quare vt negatiua ſit falſa, deber prædicatum competere ſubiecto. Talis vero medius terminus dari non poteſt, nam detur quod non competat ipſi. a. & competat ipſi. b. vt nullum. a. ſit. c. & omne. b. ſit. c. Si nullum. a. eſt. c. tunc per conuerſionem nullum. c. eſt. a. & omne. b. eſt. c. quod eſt cōceſſum ergo nullum. b. eſt. a. cuius contrarium erat ſuppoſitū, videlicet, nullum. b. eſt. a. eſſe immediatam in falſitate, ſi vero detur econuerſo quod. c. competat ipſi. a. & non ipſi. b. tunc ſequitur nullum. b. eſt. c. ergo nullū. c. eſt. b. per conuerſionem, & omne. a. eſt. c. quod eſt cōceſſum ergo nullum. a. eſt. b. & per conſequens nullum. b. eſt. a. quod eſt contrarium ſuppoſiti, videlicet, nullum. b. eſt. a. eſſe immediatam in falſitate. Subiungit ergo Ariſto. Verum aliqua ex parte fallam eſſe vtranque non obſtare quicquam videtur veluti ſi medium. c. tam. a. quam. b. cuidam inſit vt ſi. c. ſit rationale, ſiet hic paralogiſmus ſo Cameſtres, omne. a. eſt. c. nullum. b. eſt. c. ergo nullum. b. eſt. a. Id eſt, omne animal eſt rationale, nullus homo eſt rationalis, ergo nullus homo eſt animal. vbi ambæ præmiſſæ ſunt falſæ: ſed maior ſolū pro aliquibus ſuppoſitis. Eadem erunt & ſi propoſitioné negatiuam verſus extremum maius poſueris, vt ſi in Ceſare dixeris nullum animal eſt irrationale, omnis homo eſt irrationalis, ergo nullus homo eſt animal. ¶ Subſequenter in quinta particula. Fieri tamen poteſt vt oſtendat quemadmodum poteſt maior eſſe vera, minor vero falſa & econuerſo. Primo in Cameſtres, vt ſi medium. c. ſit genus quod vniuerſaliter affirmetur de vtraque extremitate, quale eſt ly corpus, nam ſi tale medium cuilibet quidē. a. nulli vero. b. cōpetere dixeris, vt omne animal eſt corpus, nullus homo eſt corpus, ergo nullus homo eſt animal, tūc. a. c. ſcilicet, maior eſt vera, &. c. b. ſcilicet, minor eſt falſa. (Rurſus q̄d nulli. b, competit, &c.) Probat vice verſa, q̄d poteſt maior eſſe falſa, & minor vera, vt pote medio. c. nulli. b. competat nec cuilibet. a. vel ſi dicas, omne animal eſt irrationale nullus homo eſt irrationalis, ergo nullus homo eſt animal. ¶ In ſex ta denique particula (idē vtique fiet) oſtendit idem in Ceſare. Et hoc eſt quod ait. Si verſus maius extremum negatiuā poſueris, ideſt, ſi maiorem feceris negatiuā. Si enim medium. c. fuerit extra cum vtrique extremitati, maior negatiua erit vera, & minor affirmatiua falſa, vt nullum animal eſt angelus, omnis homo eſt angelus, ergo nullus homo eſt animal. Rurſus ſi medium cōpetat cuilibet. b. & non cuilibet. a. vt rationale, tunc vice verſa maior erit falſa & minor vera, vt ſi dicas, nullum animal eſt rationale, omnis homo eſt rationalis, ergo nullus homo eſt animal.

5. Particul.

6. Particul.

De mediatorum ignorantia.

Cap. XIII.

SED cum propoſitiones affirmatiuæ vel negatiuę medio non vacantes, falſo per medium proprium cōcluduntur: fieri non poteſt vt propoſitiones ambæ falſæ ſumantur: ſed ea tantū ſumitur falſa, quę eſt verſus extremum maius, atque proprium id medium dico, per quod ſit ea ratiocinatio, quæ opponitur falſa. a. nāque per. c. medium competat ipſi. b. cum igitur. c. b. propoſitionem affirmatiuam oporteat ſumi, ſi prima, in figura ratiocinatio fieri debeat, patet, hanc quidem perpetuo veram eſſe: non enim ipſa conuertitur. a. c. autem eſſe falſam: hac enim conuerſa, contrarius ſyllogiſmus fit. Idem efficietur, & ſi mediū alia ex ſerie fuerit ſumptum, ceu. d. ſi. in tota ſit. a. & de omni. b. prædicetur. Etenim. d. b. quidem intacta maneat propoſitio, altera vero vertatur neceſſe eſt. Quibus efficitur, vt illa quidem perpetuo vera, hæc autem ſemper falſa ſumatur. Atque talis error concurrit cum eo, qui per medium efficitur proprium ac fere idem eſt. ¶ Si vero non per medium, proprium, extruitur ratiocinatio, cū hoc tale eſt vt ipſi quidem ſubij ciatur. a. de nullo vero dicatur. b. tum ambas propoſitiones falſas eſſe neceſſe eſt. Etenim modo contrario ſunt ſumendę, ſi ratiocinatio fieri debeat. At ſi hoc modo ſumātur, ambę ſa nè vertentur in falſas: veluti ſi. a. quidem cuilibet inſit. d. ipſum autem. d. nulli competat. b. His enim verſis, ratiocinatio fiet, & ambę propoſitiones erunt, vt diximus falſæ, Cum vero medium ceu. d. non ſubijcitur ipſi. a. tum. a. d. quidem propoſitio erit vera: quia. d. non erat in. a. d. b. vero falſa: quoniam ſi eſſet vera, concluſio etiam eſſet vera, at erat falſa. ¶ Cum autem per mediam figuram ſit error: tunc fieri nequit vt ambæ propoſitiones totæ falſæ ſumantur. Nam cū. b. ſubijciatur ipſi. a. fieri non poteſt vt quicquam vnquam alteri cuilibet, alteri nulli competat: ſicut & antea diximus. Altera tamen propoſitio falſa, & vtrauis etiam ſumi poteſt: nam ſi. c. tam. a. quam. b. cuilibet ineſt, ſi id ipſum cuilibet quidem a. nulli vero. b. competere dixeris. a. c. quidem erit vera altera vero falſa. Rurſus ſi ipſum. c. nulli quidem. a. cuilibet vero. b. competere dixeris. c. b. quidē erit vera. a. c. autem falſa. Si igitur deceptionis ratiocinatio ſit negatiua, dictum eſt quando, & ex quibus ipſa deceptio erit.

¶ Sed ſi affirmatiua ſit cum per mediū qui dem extruitur proprium fieri non poteſt, vt propoſitiones ſint falſæ. Neceſſe eſt enim intacta maneat ipſa. c. b. ſi ratiocinatio fieri debeat, quemadmodum & anteà diximus. Quare ſemper erit. a. c. propoſitio falſa: hæc eſt enim ea quæ vertitur. Idem efficietur, & ſi ex alia ſerie medium ipſum ſumatur, ſicut & in errore diximus negatiuo. Etenim. d. b. propoſitio maneat. a. d. vertatur neceſſe eſt: atq; hic error conuenit cum priore.

¶ Sed cum non proprium ratiocinatio conficitur medium, ſi id quidem collocatur ſub. a. propoſitio quidem. a. d. erit vera. d. b. autem falſa, fieri nanque poteſt, vt. a. cuidam inſit cuidam nō inſit quorum neutrum ſub altero collocatur. Sin vero. d. nō ſubijcitur ipſi. a. tum. a. d. quidem ſemper eſt falſa, quippe cū affirmatiuā eam eſſe oporteat. d. vero fieri poteſt vt nunc vera, nunc falſa ſumatur: nihil enim vetat vt. a. quidem nulli. d. competat, d. vero cuilibet inſit. b. animal enim nulli ſcientiæ competit, at ſcientia muſicę cuilibet ineſt. Neque rurſus prohibet quicquam, vt neque. a. cuiquam. d. neque. d. cuiquam ſit. b. Patet igitur fieri poſſe, vt ambæ, atque altera ſit falſa, cum medium ſub. a. nō collocatur. Perſpicuū igitur eſt, quot modis per ratiocinationē error, & per quæ fieri poteſt circa propoſitiones vacantes medio, & item eas quæ demonſtrari poſſunt.

SVBSEQVITVR in hoc tertiodecimo capite dicere de paralogiſmis concludentibus propoſitiones falſas mediatas, quandoquidem in ſuperiori ſatis de immediatis dictum eſt. Atqui eo hic ordine procedit quo in ſuperiori. Prius videlicet de prima figura, mox de ſecunda. Atqui prius de concludentibus negatiue, quam de concludentibus affirmatiue: vt in quinque particulis per quinque concluſiones palam fiat.

1. Conclu. ¶ In prima ergo particula ponit primam concluſionē. Quando propoſitio mediata ſiue affirmatiua ſiue negatiua falſo cōcluditur in prima figura per proprium medium, non poſſunt ambæ præmiſſæ eſſe falſæ, ſed ſola maior. Atqui medium proprium appellat illud, per quod contraria propoſitio vera demonſtretur. ¶ Ad cuius intelligentiam ex ſuperioribus meminiſſe oportet, eandem eſſe mediatam propoſitionem veram, & propoſitionem demonſtrabilem: nempe cuius prædicatum non ineſt ſubiecto immediate, ſed per mediū, per quod demonſtratur: vt omnis homo eſt corpus, quę demonſtratur per animal, & omnis homo eſt riſibilis, quę demonſtratur per admiratiuum. Statuamus ergo hanc mediatam falſam, nullum. b. eſt. a. ideſt, nullus homo eſt riſibilis, cuius proprium medium eſt admiratiuum, per quod. a. vere demonſtratur de. b. Si hæc ergo falſo cōcluditur per mediū proprii in prima figura, erit per hūc paralogiſmū, nullum. c. eſt. a. omne. b. eſt. c. id eſt, nullū admiratiuū eſt riſibile, omnis homo eſt admiratiuus, ergo nullum. b. eſt. a. qui quidem ſyllogiſmus appellatur ſyllogiſmus cōtradictionis, quia infert oppoſitā cōcluſioni quam per tale medium deberet inferre. Ait ergo Ariſto. quod cū in prima figura minor paralogiſmi debeat eſſe affirmatiua, ſiue affirmatiue concludat ſiue negatiue (ſaltem in quatuor primis modis euidentibus de quibus loquitur) & medium ſit proprii, minor ſemper erit vera: quia ea prorſus minor ſumitur in paralogiſmo ad concludendum, falſum, quæ ſumitur in ſyllogiſmo ad vere demonſtrandum. Et hoc eſt quod ait (nō enim non ipſo) ſcilicet minor. c. b. (conuertitur) id eſt, minor non mutatur in ſuam contrariam. Maior vero. a. c. eſt falſa: quia conuertitur, ideſt, mutatur in ſuā contrariam: nam in demonſtratione aſſumitur, omne admiratiuum eſt riſibile, & in paralogiſmo aſſumitur, nullum admiratiuum eſt riſibile. ¶ Subiungit autem. (Idē efficietur & ſi mediū alia ex ſerie fuerit ſumptum. &c.) ideſt, perinde erit ſi ſumatur medium quod licet non ſit proprium, ſubijciatur autem vniuerſaliter maiori extremitati & prædicetur de omni minori: vt ſi acciperetur pro medio, animal rationale, qui eſt cauſa remota: vel flebile, aut alta paſſio hominis, quæ non ſit cauſa riſibilitatis. Idem enim inquit error erit tunc (puta quod ſola minor erit falſa) ac ſi aſſumeretur medium proprium. ¶ In ſecunda particula. (Si vero non per medium proprium) ponit ſecundam cōcluſionem: Si talis propoſitio negatiua mediata falſa concludatur in prima figura per tale medium vt ſubijciatur quidē. a. ſcilicet maiori extremitati, de nullo tamen. b. ſi dicatur, tunc ambæ præmiſſæ ſunt falſæ. Cuius rationem ſubiungit, quia in prima figura contrario modo debēt ſumi præmiſſæ, vt, ſcilicet, maior ſit negatiua & minor affirmatiua: vt ſi ad cōcludendū hanc mediatā falſam, nullus homo eſt ſenſibilis, ſumatur pro medio, equus quod ſubijcitur ſenſibili, & negatur de homine, videlicet nullus equus eſt ſenſibilis: omnis homo eſt equus: ergo nullus homo eſt ſenſibilis. ¶ Subiungit autem. (Cum vero medium. ceu. d. non ſubijcietur ipſi. a. (ſubintellige nec prædicatur de. b). tunc. a. ideſt, maior erit vera. d. b. vero, ideſt, minor erit falſa. Vt ſi. d ſit lapis, & dicas nullus lapis eſt ſenſibilis: omnis homo eſt lapis, ergo nullus homo eſt ſenſibilis. ¶ In tertia particula, cū autē per mediam figuram tranſit ad ſecūdam figuram vbi paralogiſmus non poteſt concludere niſi negatiue: & ponit tertiam concluſionem: In ſecunda figura fieri non poteſt vt ambæ præmiſſæ ſint totaliter falſæ: poteſt tamen alteratotaliter eſſe falſa indifferenter tā maior quam minor. Probatur: nam ſi detur negatiua mediata falſa, vt nullum. b. eſt. a. ſua contraria omne. b. eſt. a. debet eſſe vera. Si autem. b. eſt. a. non poteſt dari vnū mediū quod vniuerſaliter affirmet de. a. & negetur de. b. Item omne. a. eſt. c. & nullū. b. eſt. c. fieri nō poteſt vt. b. ſit. a. Et tamen vt ambæ præmiſſæ eſſent falſæ in ſecunda figura, cum vna præmiſſa debeat eſſe affirmatiua, & alta negatiua deberet medium quod prædicatum

2. Conclu.

3. Conclu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tũ est vtrobique in affirmatiua non cõuenire subiecto & in negatiua conuenire illi. Dixit autem, totæ falsæ quia particulariter pro aliquo suppositio subiecti bene possunt esse falsæ: vt fisilicas nullum sensibile est equus: omnis homo est equus: ergo nullus homo est sensibilis, maior tñ est falsa nõ pro omnibus sed pro aliquibus suppositis. ¶ Potest tamẽ maior esse vera & minor falsa sic. Camel est res, si sumatur camelũ qđ sit superi⁹ ad vtrãque extremitatem: vt omne risibile est animal: nullus homo est animal ergo nullus homo est risibilis. Rursus si in eisdẽ terminis argues in Cesare, minor vice versa erit vera & maior falsa: vt nullũ risibile est animal: omnis homo est animal ergo nullus homo est risibilis. Cõcludit denique Aristote. quod si deceptio sit negatiua, ideſt, negatiue concludens, satis dictum est quomodo fiet. ¶ In quarta particula. Sed si affirmatiua prosequitur Aristot. dicens de paralogismo concludente affirmatiue. Et primo de prima figura ponit quartam cõclusionem proportionaliter ad primam. Cum propositio affirmatiua falsa mediata concluditur in prima figura per medium propium, fieri non potest vt ambæ præmisse sint falsæ: sed sola maior. Exempli gratia. Hæc negatiua est mediata vera, nullus homo est qualitas cuius proprium medium est: substãtia, ratione cuius homo non est qualitas, per quod concluditur in Celarent hoc modo, nulla substantia est qualitas omnis homo est substantia ergo nullus homo est qualitas. Sitgitur per idem medium concludatur, omnis homo est qualitas in Barbara aut particularis in Darij maior debet manere eadem, & per consequens semper erit vera: sed maior quæ conuertitur, id est, quæ mutatur in suam cõuersam, est falsa: vt omnis substantia est qualitas, omnis homo est substantia ergo, omnis homo est qualitas. ¶ Subiungit quòd idem efficietur si sumatur medium ex alia serie, quòd tamen habeat eandem habitudinem ad extrema, vt in errore negatiuo dictum est. Veluti si medium sit animal, vel sensibile, quod non est proxima ratio cur homo non est qualitas: vt ergo arguatur, omne animal est qualitas: omnis homo est animal ergo omnis homo est qualitas. ¶ In quinta particula. Sed cum non proprium, subiungitur quinta conclusio quando medium non est proprium sed extraneum. Qui habet tres partes. Prima. Si medium extraneum assumatur subiectum. a. ideſt, maior extremitati, tunc a. d. ideſt, maior, erit vera, d. b. vero, ideſt, minor erit falsa. Fieri namque potest, vt a. scilicet, maior extremitas, cuidam insit, scilicet, medio, & cuidam non insit, scilicet, minori extremitati & tamen quòd medium non dicatur de minori extremitate: et si arguas omnis color est qualitas: omnis homo est color ergo omnis homo est qualitas. ¶ Si vero medium non subijciatur maiori extremitati, tunc maior semper erit falsa, cum sit affirmatiua, minor vero potest esse vera & falsa. Exẽplum Aristotelis primi membri est, omnis scientia est animal: omnis musica est scientia ergo omnis musica est animal. Exẽplum secundi potest esse, omnis scientia est animal: omnis color est scientia, ergo omnis color est animal.

4. Conclu.

5. Conclu.

De ignorantia negationis.

Cap XIIII.

Text. 32.

MANIFESTVM est etiam si sensus quispiam defuerit, necessario & scientiam aliquam deesse: quam qui dem consequi non possumus, si dicimus vel inductione, vel demonstratione. Est autem demõstratio quidem ex vniuersalibus, inductio vero ex particularibus: fieri vero non potest vt vniuersalia percipiantur, nisi per inductionem. Quoniam & ea quę abstracta dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis nota voluerit facere, inesse inquam nonnulla generi cuique: & si non separabilia sunt & vnũquod que est tale. Inductionem autem eum qui sensu caret conficere, vnum eorum esse constat quæ nullo pacto fieri possunt ipsorum nãque singularium est ipse sensus. Non enim fieri potest, vt ipsorum accipiatur scientia. Neque enim ex vniuersalibus absque inductione, neque per inductionem sine vi sentiendi.

Conclusio.

POST ignorantiam prauæ dispositionis subsequitur in hoc capite (quod apud Commentatorem est textus 33.) sermo de ignorantia puræ negationis quæ fit sine paralogismo. Ignorantia vero multis modis cõtingere potest quibus contingit homines non dare literis operam quia non omnibus datum est adire Corinthum: hi tamen modi non cadunt sub arte quia de contingentibus singularibus non est scientia. Obidque solum docet Aristoteles vnicum modum quo necessariũ est carere scientia. Est ergo in hoc capite vnica conclusio. Deficiente sensu necesse est scientiam eam discere, quæ per illum sensum acquiritur: vt cæcus scientiam de coloribus habere non potest: nec talpa, de sonoro modo à natiuitate huiusmodi sensibus caruerit. Probat Aristotel. conclusionem hac ratione. Omnis scientia aut inductione acquiritur, aut demonstratione: sed neutra istarum deficiente sensu, acquiri potest de obiecto illius sensus: ergo, Probatur minor. Inductio, cum fiat ex singularibus, quæ sunt obiecta sensus manifestum est fieri non posse sine sensu: vt, nisi per tactum, cognoscere non possumus hunc ignem esse calefactiuum, & hunc & non alius, &c. Sed nec demonstratio quæ ex vniuersalibus procedit fieri potest sine sensu: quia vniuersalium cognitio ex singularium experientia gignitur: vt v. Metaphysic. capit. 1. docet Aristoteles. ¶ At vero quia posset quis obijcere nõ omnia vniuersalia, cognosci ex inductione singularium. Sunt enim vniuersalia quæ non abstrahunt à materia: vt omnem ignem esse calefactiuum albedinem disgregare visum, & similia: & hæc manifestum est inductione cognosci, sed sunt alia vniuersalia, vt mathematica quæ abstrahunt à materia: vt triangulum habere tres angulos: quæ videntur non acquiri per inductionẽ sensus, quia nec tractant de triangulo calido nec colorato, &c. Ideo subiungit Arist. quod illa etiam vniuersalia quę abstracta dicuntur, scilicet, mathematica, haberi non possunt nisi per inductionem: nam quamuis sint per intellectum abstracta, tamen realiter non sunt nisi in singulabus, & ideo nisi quis per sensum aut visus aut tactus cognosceret partem & totum, nõ haberet propriam scientiam illius, omne totum est maius sua parte. Et ita concludit, quod neque vniuersalia sunt cognita sine inductione neque inductio ut sine sensu. ¶ In quo vt Sanctus Thom. peroptẽ considerauit, condemnat Aristotel. duas positiones. Prima Platonis qui dicebat nos habere scientias per species ab ideis nobis participatas. Quę si vera esset possemus quidẽ vniuersalia sine inductione

Plato.

ne singularium cognoscere. Altera quam condemnat opinio est, quam forsan tenuit comment. 3. de anima. comment. 36. videlicet, quod possumus in hac vita cognoscere substantias separatas quidditatiue: cum tamẽ illarum sensationes non habeamus proprias.

Quæstio sexta.

Vtrùm deficiente sensu deficiat scientia illius obiecti.

PARTE negatiua arguitur. Et primo contra rationem Aristotel. quæ videtur latius esse prolata quã fuerit necessarium. Inductio rerum spiritualium vt quod hic angelus est separatus à materia, & hic. &c. non fit per sensum: ergo nõ omnis inductio fit per sensum, vt ratio eius præsupponit. ¶ Secundo arguitur, quòd neque omnia vniuersalia cognoscantur tali inductione quæ fit per sensum, Habemus enim scientiam de Deo, & de intelligentijs, & de materia prima, & de forma substantiali, & de hoc principio, quodlibet est, vel non est, aliisque id genus plurimis: & nõ etiam abstracta, cognoscuntur per sensum. ¶ Tertio arguitur. Per notitiam vnius sensus sępe deuenimus in cognitionẽ obiecti alterius sensus: vt videntes lac cognoscimus esse dulce, & in tenebris gustantes cognoscimus esse album. Et cæcus audiens rubam, cognoscit figuram eius, quam prius per tactum expertus est: ergo deficiente vno sensu per alium possumus habere scientiam obiecti illius. Veluti si mihi vel gratia deficeret odoratus à natiuitate, videremque vultures à longinquo venire ad cadauera, facerem argumentum. Vultures aliquo sensu mouentur ad hoc cadauer: non tactu, nec visu, nec gustu, nec auditu ergo odore. ¶ Et confir. Naturale est nobis per causas cognoscere effectus: sed qualitates primæ sunt causæ secundarum: ergo qui haberet tactum quo cognosceret primas qualitates per illum posset venire in cognitionem secundarum: quæ sunt obiecta aliorum sensuum. ¶ Quarto tandem ad rem arguitur. Cæcus potest per disciplinã acquirere scientias de coloribus, puta quod albedo disgregat visum, nigredo congregat, audiendo causas: videlicet, quia albedo plus participet de luce atque adeo acutius penetret & disgreget visum: ergo deficiente sensu non est necessarium deficere scientiam illius obiecti. ¶ In contrarium est autoritas Aristotel.

¶ AD plenam intelligentiam conclusionis Aristo. quæ verissima est, notandum est primo quod scientia pro isto statu acquirimus aut inuentione, aut disciplina: vt habetur. 1. Metaphysic. Auditus potissimum seruit disciplinæ, vt docet illic Aristotel. capit. 1. & visus seruit inuentioni: vt docet cap. 2. ¶ Secundo notandũ, quod scientia de aliqua re haberi potest vno modo in vniuersali per conceptus communes & connotatiuos: alio modo per conceptus proprios & quidditatiuos. Hoc notato respondetur ad quæstionem tribus conclusionibus. Prima. Deficiente aliquo sensu nõ potest haberi scientia obiecti illius per inuentionem. Vt si cæcus à natiuitate nullam disciplinam audiret de coloribus, nullam prorsus haberet illorum scientiam. Probatur. Intellectus noster pro isto statu ita est sensibus alligatus, vt sine fantasmatibus intelligere non possit, Vnde Arist. 3. de anima text. 18. necesse est inquit intelligentem fantasmata speculari: sed cæcus à natiuitate nullã potest habere fantasmata propria colorum ergo neque habere eorum scientiam. ¶ Secundo arguitur. Si nasceretur homo omni prorsus sensu orbus, profecto de mundo isto nil amplius sciret quam lapis: cum sensus sint intellectus ianuæ: ergo eadem ratione qui careret sensu visus, non haberet scientiam coloris: imo neque ille haberet vtagis scientiam visus, quam ego modo habeo sexti sensus exterioris qui nullus est. ¶ Est nihilominus secunda conclusio. Cæcus à natiuitate licet posset auditu per disciplinam habere aliquam scientiam de coloribus per conceptus communes connotatiuos, tamen non potest habere scientiam per proprios & quidditatiuos. Prima pars nota est, quia potest cæcus in scholis doceri, quod sicut sonus quem experitur percipitur auditu, ita & alia qualitas percipitur alio sensu qui dicitur visus, & sicut acutus sonus, & acutus sapor aliter afficit auditum & gustum quam grauis, ita alius color disgregat, & alius congregat visum: & potest discere, lac quod gustat esse album, cerasa esse rubea, & alia id genus. ¶ Sed secunda pars probatur: quia certe ista indicia non sunt propria & quidditatiua colorum sed cõmunia. Probatur, quia proprie cæcus non intelligit quid est albedinem disgregare & nigredinem congregare, sed per similitudinem ad sonum vel ad gustum: neque intelligit differẽtiam inter album & nigrum, rubeum & viride: sed habet omnino similes conceptus eis quos ego habeo dum disputo de sexto sensu, an videlicet Deus possit facere aliud sensum, quo percipiatur aliud sensibile distinctum à quinque generibus sensibilium. Vtranque partem huius conclusionis videtur mihi astruere Aristot. 2. Physic. text. 6. dicens, cæcum à natiuitate de coloribus ratiocinantem de nominibus quidem habere sermonem, rem vero non intelligere. ¶ Sequitur ex his tertia conclusio. De vniuersalibus quæ sunt res à materia separata, vt Deus & intelligentiæ, non possumus naturaliter pro isto statu habere propriam & quidditatiuam scientiam, quia cognitio nostra pro isto statu non potest haberi nisi per sensum: & illa non sunt sensibilia, sed cognoscimus de illis aliqua communia prædicata & ab effectu, puta quòd Deus est prima causa istorũ inferiorũ quod intelligẽtię mouẽt cœlos & similia.

1. Conclu.

3. Conclu.

¶ Respondetur ergo ad prima duo argumẽta per tertiam conclusionem. Etenim quamuis faciamus inductionem intelligentiarum, tamen de illis singularibus non habemus propriam scientiam: tam ignotum enim est mihi, quod hæc intelligentia est separata, quã quod intelligentia in communi est separata. Nec de illo primo principio, quodlibet est vel non est, haberẽ propriam scientiam, si nullum prorsus haberem sensum quia tunc nec haberem fantasmata quæ necesse est intelligentem speculari. Atqui nec materiam primam cognoscere possumus nisi per sensum puta per transmutationes quas videmus, vt ait Aristot. 1. Physic. text. 6. Et pariter formam cognoscimus per eius operationes. 8. Metaphysi. Ad tertium argumentum respondetur, quod qui habet omnes sensus potest, quidem postquam expertus est obiecta omnium, per cognitionem vnius venire in cognitionẽ alterius, vt postquam vidi lac esse album & gustaui esse dulce, possum per visum iudicare esse dulce, & per gustum iudicare esse album,

2. Conclu.

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed nisi cęc⁹ audisset lac esse albũ, nunquã per gustũ cognosceret esse album. ¶ Ad aliud, si carés odoratu videret vultures á longiquo venire, conceditur quod consectaret aliũ forte sensum esse vulturib⁹, sed de illo nõ haberet propriam scientiam, quia nesciret magis quomodo immutaretur ille sensus, quam ego scio modo quomodo immutaretur sextus si fieri esset possibilis á Deo. ¶ Est tamen notandum quód sint aliqua sensibilia communia pluribus sensibus, secundo de anima tex. 63. potest quidem qui vno caret habere scientiam per alium, vt quantitas & figura percipitur visu & tactu, & ideo cæcus per tactum potest á doctore sciẽtiam mathematicam doceri de figuris & numeris. ¶ Ad confirmationem distinguitur triplex causarum genus. Cũ enim omnis causa, vt supra visum est, notior sit quo ad naturam suo effectu, tamen quo ad nos aliqua est causa posterius nota quam effectus, vt Deus, intelligentię, & formæ substantiales, & per has causas non cognoscimus effectus, sed vice versa per effectus, causas. Aliæ sunt causæ magis ignotæ, etiam nobis quam sint effectus, vt multiplicatur per media. Et per huiusmodi causas (dicunt Paulus & alij) cognoscimus effectus. Quod ego non adeo crediderim. Non enim, video quomodo per colorem cognosco speciem visibilem coloris, imo huiusmodi species sensibiles cognoscimus per coniecturas ab effectu, quia enim experior colorem distantem immutare mihi visum, arguo aliquid multiplicari á colore per medium, & per consequens sicut per cognitionem speciei non venio in cognitionem coloris, ita nec econuerso. Aliæ vero sunt causæ quæ quantum ad cognitionem nostram indifferenter se habẽt respectu suorum effectuum, vt qualitates primæ respectu secundarum, neq; enim calorem cognoscimus per colorem, neque econuerso, sed calorem cognoscimus per tactum, & colorem per visum. Vnde ad cõfirmationem negatur, quod per cognitionem qualitatum primarum possumus nos deuenire in scientiá propriam qualitatũ secundarum. ¶ Ad quartum argumentum respondet conclusio secunda.

An sit in demonstrationibus processus in infinitum.

Cap. XV.

Text. 34. OMnis autem ratiocinatio tribus è terminis constat: atque alia est affirmatiua, quę quidem ostendere potest. a. competere ipsi. c. ex eo quia. a. competit ipsi. b. &. b. competit ipsi. c. alia est negatiua, quæ quidem alteram propositionem habet affirmatiuam, alteram negatiuam, pater igitur hæc esse principia, & ea quę suppositiones dicuntur. His enim sumptis necesse est demonstrare. a. per. b. mediũ ipsi competere. c. & rursus. a. per mediũ aliud ipsi inesse. b. & itẽ. b. per aliud quippiã ipsi cõpetere. c. ¶ Si igitur probabiliter soluq; disserẽdi modo ratiocinari volumus, id tantũ vt patet considerandũ est, si ratiocinatio ex quã maximè probabilibus verisimilibusq; cõficitur. Atq; si per a. b. propositionẽ quæ quidẽ (tãmetsi verè nõ vacat medio: videtur tñ eodẽ vacare) ratiocinationẽ quispiã fecerit, is est vt ad disserẽtem pertinet ratiocinat⁹: sin vero nõ illo pacto sed ad veritatẽ ratiocinationes extruere libet, tũ id considerandũ est, vt ex hisce quæ competunt, ratiocinatio semper cõficiatur. ¶ Res autem ita sese habet. Quoniam est id quod de alio non per accidens prædicatur: atque per accidens dico, veluti cum dicimus nonnunquã album illud, hominem esse, non perinde dicẽtes atque cum dicimus hominem esse album: homo nanque non quia est aliud quicquam, est album, at album est homo: quia accidit homini vt sit albũ. Sunt igitur nonnulla talia, vt per se prędicentur. ¶ Si itaque e. tale, vt ipsum quidẽ nulli competat rẽi. b. autẽ huic cõpetat primo, vt nõ sit inter ipsa medium vllũ, & rursus. d. ipsi. b. & .e. ipsi. d. &. f. identidẽ ipsi competat. e. quærendum est igitur si necesse est hoc stare, an fieri potest vt in infinitum proficiscatur? Rursus sit. a. de quo nihil per se prædicatur: atq; hoc ipsi primo cõpetat. h. & nulli priori medio competat: &. h. identidẽ ipsi. g. &. g. ipsi. f. &. f. ipsi cõpetat. e. quęrimus igitur, vtrum & huiusce profectionis sit necessario status, an sine medio sit semper abitio. Atque hoc tantũ ab illo differt quod illud quidẽ quærit fierinè possit, vt quippiã si à tali incipiat, vt ipsum quidẽ non insit cuiquam, aliud autẽ de ipso dicatur, versus supera pergẽdo sine fine semper proficiscatur: hoc autẽ fierinè possit, vt quispiã si incipiat ab eo, de quo nihil dicitur, ipsum vero de altero prædicat, petatque inferiora, hoc semper pacto proficiscatur, nullusque ei modus occurrat. ¶ Præterea quęrendũ est, fierine potest, vt si extrema sint finita, media sint infinita: veluti si. a. competat ipsi. c. & inter ipsa sit medium. b. ac inter. a. &. b. medium etiam aliud cadat, & inter hæc rursus aliud, vtrum & in his ipsis sit in infinitum processio, an id ipsum fieri nequeat. Idem est autem hoc considerare, & si demonstrationes in infinitum proficiscantur, & si sit cuiuslibet demonstratio, an ad vtranque partem finis occurrat. ¶ Similiter & de radiocinationibus negatiuis, & propositionibus est dicendũ, veluti si. a. nulli. b. competat, aut illi primo non inest, aut est aliquod medium, cui priori non inest. Atque si sit. c. quod quidem cuilibet competit. b. rursus. a. aut ipsi. c primo aut alij priori non inest. Quod quidem cuilibet cõpetit. c. & in his enim aut infinita sunt ea, quibus non inest

est prioribus ipsum. a. aut finita, modusque tãdem occurrit. ¶ In his autem quæ conuertuntur, secus res habet. Non enim hisce quæ mutuam suscipiũt prædicationem, id de quo primo vel vltimo prædicatur est. Omnia nanque similiter hoc pacto sese habent ad cuncta sive sint ea infinita quæ prædicantur de ipso sive vtraque de quibus quæritur sint infinita: nisi sit vt non similiter conuertantur, sed alterum per accidens, alterum vero natura.

HIC incipit membrum quintum principale huius libri, in quo Aristoteles postquam egit de ignorantia, reuertitur ad tractãdum illud verbum quod dixerat capit. 2. text. 5. Non scitet qui demonstrationem horum non habet, ideſt, vt bona sit demonstratio requiritur resolutio principiorum vsque ad immediata. Orta nanque posset inde dubitatio an talem resolutionem contingat in infinitum abire: tunc enim nõ posset ad principia prima peruenire. Hac de causa in hoc metabro, quod per quinque capitula vsque ad decimum nonum inclusiue protenditur, intendit patefacere demonstrationes nequaquam in infinitum procedere. Arguitia diuisione Commentatoris, priora tria capitula vnicum textum complectuntur, qui est trigesimus quartus. Continet vero caput hoc quintumdecimum particulas sex. ¶ In tribus prioribus præmittit duas potitiones, quæ sunt ad subsequentia necessariæ. Prima. Omnis ratiocinatio, seu syllogismus constat ex tribus terminis, scilicet, medio & duabus extremitatibus: omnisque ratiocinatio aut affirmatiua est, id est, quæ affirmatiue concludit: eompe quę ostendit. a. cõpetere. c. quia. a. cõpetit. b. & b. c ponit enim exẽplum in prima figura alia vero est negatiua: quæ quidẽ alteram propositionẽ habet affirmatiuam, alteráque negatiua, nam ex puris negatiuis nihil sequitur. At ne quis existimaret, quod quãdo principia mediata demonstrationis resoluenda sunt ad immediata plures sunt termini necessarij, subiũgit. His scilicet tribus sumptis necesse est demõstrare. a. per. b. medium ipsi cõpetere. c. & rursus. a. per mediũ aliud ipsi inesse. b. & itẽ. b. per aliud quippiã ipsi cõpetere. c. Quod est dicere, data hac demonstratione, omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. si maior est mediata sumendũ est mediũ. d. per quod. a. demõstretur de. b. & si minor est mediata sumendũ est aliud mediũ. e. quod. per. b. demonstretur de. e. vt si fiat hæc demonstratio. v. g. omne corpus animatum est substãtia: omnis homo est corpus animatũ: ergo omnis homo est substãtia: tũc quia maior est mediata, resoluenda est, sic, omne corpus est substãtia: omne corpus animatũ est corpus, ergo. Rursus quia minor est etiã mediata, resoluenda est hoc modo, omne animal est corpus animatũ: omnis homo est animal, ergo. ¶ In secunda particula, Si igitur probabiliter, subditur secunda suppositio: quę est differentia inter syllogismum dialecticu & demõstrationem videlicet. Si syllogismum facimus dialecticum, satis est nobis ex probabilibus procedere. Ob idque si propositio. a. b. ideſt, maior, apparet esse immediata, licet in rei veritate nõ sit immediata, nihil obstat syllogismo. At vero in demõstratione nõ satis est præmissas esse probabiles, sed requiritur vt in rei veritate sint immediatę, id est, quod nec inter maiorẽ extremitatẽ & medium, nec inter medium & minorem aliquod prædicatum medietet. ¶ Subsequenter in tertia particula. Res autem ita se habent,

Duę suppositiones.

probat differentiam esse veram: nam id quod de alio prædicatur, aut prædicatur de illo per se, aut prædicatur per accidens. Dupliciter autem prædicatur per accidens, aut quando subiectum prædicatur de accidenti, vt album est homo: aut quando accidens prędicatur de subiecto vt homo est albus, & aliter prima propositio est per accidens quam secundam: nam homo non prædicatur accidentaliter de albo, eo quod homo sit accidens, at quia album non ratione sui est homo, sed quia est aliud, puta Petrus, ideſt, quia homo dicitur de Petro cui accidit esse album. Attamen homo est albus, non est hac ratione accidentaliter: homo enim nõ est albus, quia homo est aliud, sed est accidentalis, quia prædicatum non est de essentia subiecti. Et hoc est quod ait. Homo nanque non quia est aliud quicquam est albus. Meminit autem huius distinctionis, quia quando dicimus demonstrationem procedere ex propositionibus per se, intelligitur vt opponitur huic quod est per accidens secundo modo. Non autem meminit tertij modi puta quando accidens prędicatur de accidenti: vt album est dulce, eo quod iste modus ambos superiores comprehendit & per illos innotescit. ¶ In quarta particula, Si itaque. c. tale, duabus suppositionibus præmissis mouet tres quæstiones, in quibus tractandis sermo huius membri quinti totus versatur. Ad cuius intelligentiam notato, quod processus in infinitum in demõstrationibus potest contingere, aut ascendendo versus maiorem extremitatem, aut descendendo versus minorem, aut interponendo intermedium & aliquam extremitatem. Est ergo prima quæstio de ascensu. Detur inquit. c. scilicet, minor extremitas quæ nulli insit, nempe sub qua non sit dare inferius, vtic. sit Petrus. Cui. b. puta homo pesse primo competat sine medio, & rursus ipsi. b competat. d. vt animal: & ita ascendendo. Est ergo prima quæstio an in isto ascensu sit status, vt veniatur ad primum, an potius sit in infinitum abire: Rursus sit. a. Secunda quæstio est vice versa descendendo. Detur. a. maior extremitas suprema quę v. g. sit substantia de qua nihil per se prædicatur, nam ens non potest esse maior extremitas, cum non possit per medium aliquod demõstrari, sed est per se notum omnibus conuenire. a. vero per se primo competat ipsi. b. sine medio vt corpori, &. b. competat corpori animato: & ita descendendo. Est ergo quæstio secunda, vtrum in hoc descensu sit status vt veniatur ad infimum an vero sit processus in infinitum? ¶ Aqui explicat differentiam Aristotel. inter has duas quæstiones. Prima enim quærit, fieri ne possit vt incipiendo ab infimo quod de nullo prędicatur sit versus superiora in infinitum ascendere. Secunda vero quærit, vtrum incipiendo ab illo de quo nihil prædicatur, sit versus inferiora in infinitum descendere. Tertia quæstio est ibi. Præterea quærẽdum est. Esto extremitates. a. & .c, scilicet maior & minor sint finitæ, inter quas sit medium. b. vtrum possint ita in infinitum multiplicari media, vt inter. a. &. b. detur aliud medium. d. & inter. a. &. d. aliud medium. e. & ita in infinitũ & pari ratione vtrum inter. b. &. c. sit medium. f. & inter. f. &. c. aliud. g. & ita in infinitum. ¶ Applicat deinde Aristotel. has tres quæstiones ad rem præsentem dicens: (Idem autem est hoc considerare,) id est, perfũde est ista tria quærere, & quærere an demonstrationes in infinitum proficiscantur: & si sit cuiuslibet demonstratio, ideſt verum cuiuslibet præmissæ sit alia demonstratio per aliam priorem. Alludit ad illum errorem philosophorum quem capit. 3. text. 6. refutauit, qui dicebant nullam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos propositionem posse scire nisi per demonstrationem iuxta secundum quos sequebatur demõstrationes procedere in infinitum. ¶ In quinta demum particula. (Similiter & de ratiocinationibus negatiuis) subiungit Aristotel. eadem etiam quæstiones locum habere in demonstrationibus negatiuis. Ponit autem exemplum in prima figura in Celarent, aut ferio modis euidentibus, vbi maior est negatiua & minor affirmatiua: vt nullum.b.est.a.omne.c.est.b. Ait ergo, quod si.a. nulli competat.b.tunc aut illi primo non inest, aut est aliquod medium cui prior non inest. Aut enim maior est nulla substantia est qualitas, quæ est immediata aut se habet: vt nulla homo est qualitas, inter quæ extrema mediũ est, substantia de qua primo negatur qualitas. Eodem modo minor, omne.c.est.b. considerandum si est an sit mediata vel immediata. In quibus proinde quærendum est an in multiplicatione mediorum sit status, an verò processus in infinitum. ¶ In sexta particula. (In his autem) concludit has quæstiones non habere locum in conuertibilibus vt cum propria passio demonstratur de subiecto per definitionem. ¶ Ad cuius intellectũ notato, quod sicut potest fingi processus in infinitum in generibus, vt homo, animal, corpus. &c. ita in passionibus eiusdem subiecti: vt admirativum risibile, disciplinabile. &c. Est tamen differentia, quod primum processus fit secundum superius & inferius ascendendo vel descendendo: qui quidem dicitur ascensus secundum prædicationem essentialem: & per consequens illic quærendum est primum infimumque subiectum atque vltimum & supremum prædicatum. In passionibus vero non est processus secundum superius & inferius, sed secundum prius & posterius in causando: quia prima passio est causa secundæ, & ita consequenter. Quare in istis nec est ascẽsus, nec est proinde quærere primum subiectum nec vltimum prædicatum: sed omnes passiones conuertuntur cum subiecto & definitione. Et hoc est quod ait. Stare sint ea infinita quæ prædicantur de ipsis, siue vtraque de quibus quæritur sint infinita, hoc est siue fixo subiecto homine, procedas in infinitum versus passiones, siue fixa vltima passione descendas in infinitum versus subiectum, eadem eodem modo se habent quoad conuertentiam prædicationis. Etenim sicut omnis homo est risibilis, ita omne risibile est homo. Et idẽ est de omnibus passionibus eius. Nisi inquit si non similiter conuertuntur: quia omne risibile est homo, est inducta & secundum accidens vt infra videbimus: & tamen omnis homo est risibilis, est secundum naturam, ideſt, est directa & per se.

Quod inter extrema determinata non sint media infinita.

Cap. XVI.

HIS hoc pacto dispositis patet fieri non posse, vt media sint infinita si prædicationes versus superius inferiusve proficiscantur ad statũ. Atque versus quidem superius prædicationẽ eam dico, quę pergit ad id quod est magis vniuersale, versus autem inferius eam, quæ ad particulare descendit. Nam si cum.a.de.c.prædicat.infinita sunt media, ceu.b.patet fieri posse, vt.ab.a. versus inferius infinitum aliud de alio prædicetur, nã antea quã accedatur ad.c, infinita media sunt: &.a.e. versus superius infinita similiter sint, antea quã ascẽdat ad.a. Quare si hæc fieri nequeunt, fieri profecto nõ potest, vt inter.a.&.c. media sint infinita. ¶ Neq; quicquã refert, si quispiã dicat alia quidẽ ipsorũ.a.b.c. inter sese hærere, vt nihil prorsus sit inter ipsa: alia vero non posse talia sumi. Quouis nanq; medio.b. sumpto, ab hoc autẽ ad.a. aut ad.c. infinita vel finita media erũt: nihil igitur interest quonam primo siue quæ statim, siue quæ non statim infinita sint: nam ea quę post hæc sunt, infinita esse ponuntur.

RESPONDERE hic incipit ad propositas quæstiones. Atqui primo reducit quæstiones quatuor ad duas, nempe, quod solutio tertiæ & quartæ reducatur ad solutiones duarum priorum. In hoc enim capite reducit tertiam quęstionem de infinitate mediorum ad illas quæ sunt de infinitate extremorum ascendendo vel descendendo: & in sequenti capite reducit quæstionem de negatiua ad quæstionem affirmatiuam. Suntque in hoc sextodecimo capite duæ breues particulæ. In prima ponitur hæc conclusio. Si extrema sursum deorsumque versus sunt finita, ideſt, finite distantia, fieri nequit vt inter ipsa sint media infinita. Versus superius, inquit, est illa prædicatio quæ pergit versus magis vniuersale: & versus inferius, ea quæ versus particulare descendit. Probat conclusionem. Si inter.a.&.c. sint infinita media, quæ omnia collectiue appellat. b. sit vt.ab.a. versus.c. in infinitum aliud de alio prædicetur: & pariter, ex.c. ascendendo versus.a. Quare si hęc fieri nequeunt, ideſt, si ascendendo non potest dari processus in infinitum, quæ erat prima quæstio, nec descendendo quæ erat secunda, vt capite decimo septimo determinabitur, sequitur quod non possunt inter illa extrema esse infinita media. Ratio est hæc in somma. Si extrema non sunt infinite distãtia, media nõ possunt esse infinita: ergo duabus prioribus quæstionibus determinatis, & tertia dissolvitur. ¶ In secunda particula. Neque quicquam refert, dissoluit responsionem quam quis posset præfatæ rationi obijcere. Responderet nanque quispiam hanc rationẽ Aristot. supponere, quod inter.a.&.c. sunt infinita media consequeter immediate se habentia, sicut contingit in quantitate discreta, in qua binario immediate succedit ternarius, & ternario quaternarius, & ita consequenter. De quibus medijs conceditur tanquam manifestũ, quod datis duobus certis numeris extremis inter illos non possunt esse infiniti medij. Possunt nihilominus inter duo extrema finite distantia dari infinita media non immediate se habentia: vt in quantitate continua inter extrema puncta pedalis lineæ, quæ solum pedaliter distant, dantur infinita puncta, media non tamẽ immediata sed taliter mediata, quod inter quæcunque duo mediant infinita. Et de istis medijs nõ videtur procedere ratio Arist. quod si extrema finite distãt nõ possunt esse infinita media. ¶ Respondet ergo Aristo. nihil refert hoc vel illo modo accipi media. Ad cuius intelli-

Conclusio.

telligentiam notãdũ est quod puncta & partes proportionales continui non sunt infinita in actu, sed solum in potentia: & ideo simpliciter non dicitur illa infinita distantia: nam qui transit ab vno extremo in aliud nũ transit determinate per quodlibet punctum numerando illa: alias nunquam pertransiret. At vero prædicata sunt sicut entia in actu: nam quodlibet dicit aliam & aliam formam & quidditatem: & ideo habent se sicut entia in actu. Quare causa species & prædicata essentialia comparantur numeris, 8. Meta. tex. 10. Vnde qui ponit inter primum subiectum & vltimum prædicatum infinita media prædicata, non debet illa ponere vt puncta vel partes proportionales, sed vt numeros. Si autem ponatur vt numeri nihil refert ponatur mediata, vel immediata, nam sicut non potest quis venire ad vltimum numerando consequenter infinita immediata, vt vnum, duo, tria, &c. ita nec potest peruenire ad vltimum numerãdo per numeros mediatos, vt vnum, tria, sex, &c. Et hoc est quod ait Aristo. Neque quicquam refert si quispiam dicat alia quidem ipsorũ mediorum immediate inter se hærere, alia vero non posse talia, ideſt immediata sumi. Quouis nanque medio sumpto.b. ab illo vsq; ad extremũ.a. vel vsq; ad extremum. c. signando, sunt media finita vel infinita. Si infinita, non poterunt pertransiri & per consequens a. in infinitũ distat.a.c. Si vero.a.b.ad.a. sunt finita media necesse est quod ab illo.b.ad.c. sint infinita, siquidẽ admittis infinita inter.a.&.c. & si.a.b.ad.c. sunt finita.a.b.ad.a. debent esse infinita. Et hoc est quod subiungit. Nihil igitur interest, ideſt, quonam primo sint infinita, siue quę statim siue quæ nõ statim, ideſt, nihil differt à quo nam primo, scilicet medio sumas infinita, scilicet, ab illo quod statim, id est, immediatum est ipsi.a. vel. ab illo quod est mediatum. Nam ea quæ post hæc sunt, ideſt, media quæ post.b. sunt versus.c. debent esse infinita.

Quod negatio mediata ad immediatam affirmationem reducatur.

Cap. XVII.

Conclu.

ATqui & in negatiua demõstratione patet finem processionis esse, si in affirmatiua versus vtrunque statur. Supponatur enim fieri nõ posse, vt prædicatio aut ab vltimo versus superã, aut à primo versus vltimum in infinitum proficiscatur: atq; id vltimũ dico quod nõ prædicari rationem sed subiecti tantum modo subdit: sitque id.c. primum autem, id est, quod nõ subijcitur cuiquã, sed solũ de alio dicitur. Hæc si ita sint, erit profectionis in negatione etiam status. Tripliciter enim ostẽdi negatiua cõcessio potest. Et primo quidem hoc pacto, cum b. cuilibet.c. &.a. nulli.b. competere sumitur b.c. igitur propositio, ac interuallum omnino minus, in ea necessario reducetur quæ medio vacant: quippe cũ id sit vt patet, affirmatiuũ: alterum autem interuallũ, si medio non vacet, ad id redigi poterit, quod medio vacat. nam si.a. non sine medio non competat ipsi.b. tum aliquid erit.a. quo prius ipsum quã.a.b. remouetur: quod quidẽ cuilibet competere.b. oportet: atque illud sit.d. Rursus si interuallum.a.d. non vacat medio, aliquid item erit.a. quo prius ipsum.a. quam.a.d. removetur. Atque illud sit.e. quod quidem necesse est cuilibet competere.d. cum igitur eius viæ qua superiora petuntur finis atq; status sit, stabitur & hic tandem eritque aliquid sane primo cui non competit ipsum.a. ¶ Secundo autem hoc ostenditur modo, cum.b. cuilibet quidẽ.a. nulli vero.c. cõpetere sumitur, & hoc enim pacto.a. nulli cõpetere cõcludetur. Si igitur hoc oportet ostẽdere, aut per medium superius dictum, aut per hũc vt patet: aut per tertium ostendetur, at primus est dictus per secundũ autem hoc ostendetur pacto, si quis.d. cuilibet quidẽ.b. nulli vero.c. competere sumpserit, modo cõpetat aliquid ipsi.b. Quod si.d. sine medio segregatur.a.c. bene est: sin vero medium cadit, necesse est illud.d. quidem cuilibet inesse, nulli vero competere.c. tum igitur in affirmationibus cũ superiora petuntur finis occurrat, & in negationibus itidem hic se se offert tandẽ. ¶ Tertio hoc ostẽditur pacto, si.a. quidem.b. cuilibet cõpetit.c. vero nulli eidem inest: tunc enim concludit.c. nõ cuilibet cõpetere, a. Et hoc igit aut per antea dictos modos, aut per hunc tertium ostendetur. At per illos vt ostẽdimus statur per hũc autem ostendetur. Si.b. quidem sumetur cuilibet competere.d. ipsum vero. c. nulli eidẽ inesse: atque.d. rursus cuilibet inesse. e. ipsum vero.c. nulli eidem competere. Cum igitur suppositum sit versus etiam infera prædicationis affirmatiuæ statum ac vltimum esse, patet ipsius etiam. c. prædicationem negatiuam stare tandẽ & nõ in infinitum procedere. ¶ Perspicuum autem est, & si nõ vna via, sed vniuersis nũc per primã nunc per secundam, nunc per tertiam figurã, vt patuit ostendatur, hoc etiã pacto stare, ac finem ipsius esse: hæ nanque finitę sunt: ea vero quę sunt finita: finities necesse est vniuersa esse finita. Patet igitur in negatione statum ac finem esse, si in affirmationib⁹ statur.

IN hoc capite decimoseptimo reducit Aristotel. quæstionem de negatiuis ad quæstionem affirmatiuarum. Et diuiditur in quinque particulas. In prima constituit conclusionem hanc. Si in affirmatiua demonstratione versus vtrunque extremum statur, id est, non proceditur in infinitum, necesse est vt in negatiua quoque stetur. Et inducit rationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia si affirmatiuæ prædicationes ab vltimo subiecto ascendendo sunt finitæ: necesse est vt etiam negationes sint finitæ. Quod est dicere. Si datur affirmatiua prædicatio immediata, dabitur etiam negatiua prædicatio immediata. Vltimum subiectum appellat, quod de nullo prędicatur, vt Petrus, primum vero prædicatum, de quo nullum aliud prædicatur quod possit demonstrari: vt substantia: nam ens vt dictum est, non est demonstrabile prædicatum. Exponit conclusionem per exempla in tribus figuris. Tripliciter enim inquit ostēdi potest negatiua cōclusio. ¶ In secunda ergo particula ostendit conclusionem in prima figura. Et est sane ingeniosa ratio. Detur. v.g. demonstratio hæc negatiua in prima figura, nullum animal est qualitas: omnis homo est animal: ergo nullus homo est qualitas. Vbi maior est mediata negatiua. Vult probare, quòd si in prædicatis minoris affirmatiuæ non proceditur in infinitum sed ventur ad supremum, nec in prædicatis maioris negatiuæ procedatur in infinitum. Et hoc est quod ait. Cum. b. medium cuilibet. c. scilicet, minori extremitati, & .a. maior extremitas nulli. b. cōpetere sumitur, necessarium est, vt. b. c. scilite minor propositio, & interuallum omnino minus (ideſt, interuallum inter extrema minoris propositionis) reducat ad immediata, postquam est affirmatiua & suppositum est in affirmatiuis non esse processum in infinitū. Infert (Inde sequitur alterum interuallum,) ideſt, maiorem negatiuam, si medio non vacet, ideſt, si non sit immediata redigiertiā posse ad immediata. Probatur consequentia: nam si. a. v.g. qualitas, non immediate negatur de. b. scilicet, de animali, detur ergo aliud medium de quo prius negetur, vt pote corpus quod debet in minori affirmari de minori extremitate. Et si. a. d. id est, nullum corpus est qualitas, non est immediata, detur aliud mediū. c. quod debet competere ipsi. d. Cum ergo ascendendo per prędicata minoris affirmatiuæ non sit procedere in infinitum: sed deueniendum est ad supremum qua substantia, illud proinde erit immediatum subiectum de quo negabitur qualitas, vt si dicas, nulla substantia est qualitas: omne animal est substantia: ergo nullum animal est qualitas. ¶ In tertia particula. (Secūdo autem.) Idē ostendit in secunda figura. Detur enim hic syllogismus in Camestres, omne. a. est. b. nullum. c. est. b. ergo. nullū. c. est. a. Probatur eodem modo, quòd si ascendendo per prædicata maioris affirmatiuæ non proceditur in infinitum, neque prædicata minoris negatiuæ procedant in infinitum. (Sti igitur hoc oportet ostendere,) ideſt, si minor negatiua nullum. c. est. b, est mediata, aut debet demōstrari per medium superius dictum, id est, in prima figura, & in illa iam dictum est demonstrationē negatiuam non procedere in infinitum: aut debet demonstrari in tertia figura, de qua statim dicetur, aut debet demonstrari per eandē secūdam. Si tunc debet demōstrari per. d. medium quod conueniat cuilibet. b. & nulli. c. scilicet, omne. b. est. d. nullū. c. est. d. ergo nullum. c. est. b. Tunc aut minor, scilicet nullum. c. est. d. est immediata, & tunc bene est, si est, habetur intentum. Si vero sit mediata, detur medium. e. quod debet rursus affirmari de. d. & negari de. c. cū ergo prædicata in maiori affirmatiua non procedant in infinitū, sequitur, quod nec in negatiua. ¶ In quarta particula. Tertio hoc ostenditur pacto, idē tandem ostendu in tertia figura. Vbi detur. v.g. hic syllogismus In Felapto nullū. b. est. c. omne. b. est. a. ergo. a. non est. c. tunc si maior negatiua est mediata, aut debet resolui per primam aut secundam figurā, in quibus iam dictū est demonstrationes negatiuas nō procedere in infinitū: aut debet demōstrari per eandem tertiā figurā, & tunc debet resolui per mediū. d. hoc modo, nullū. d. est. c. omne. d. est. b. ergo. b. non est. c. (quia vniuersalis nō potest cōcludi in tertia figura) quæ resolutio fit descēdēdo sub subiecto minoris: nā in priori syllogismo. b. erat subiectum respectu. a. & in hoc. d. est subiectum respectu. b. Concludit ergo Arist. q̄ cum descendēdo in affirmatiuis non detur processus in infinitū, sit, vt neq; in medijs negatiue procedatur in infinitū: nā quicquid sumatur pro medio inter extrema negatiuæ, debet fieri subiectū in affirmatiua. ¶ In quinta demū particula. Perspicuum autem est responderi cuidā dubio, quod videtur superesse ex dictis. Posset enim quis dicere q̄ quamuis in nulla figura procedatur in infinitum, tamen demōstrando vnam figuram per aliam posset in infinitū abiri. Cui dubio respondet, quòd cum in nulla figura procedatur in infinitum, nec figuræ sint infinitæ, quamuis vna figura demonstretur per aliam, nunquam tamen erit processus in infinitum.

In. 1. figu.

In. 2. figu.

In. 3. figu.

Quod non sit proces. in infinitum in demonstratione.

Capit. XVIII.

Text. 35.

AT id ipsum & illis ita esse patebit si primū disserēdi modo, deinde resolutiue id contēplabit. In his itaq;, quę de dfiniēdis rebus dicuntur, earundēq; definitionē ingrediuntur, verū id esse patet: vniuersaliter autē hoc pacto dicamus. Fit enim vt vere dicatur, cū albū ambulare, & magnum illud lignum esse: & rursus lignum magnum esse, ac hominem ambulare dicitur. At differt hoc & illo dicere modo: nam cum album dico esse lignum, tum lignum id esse dico cui accidit vt sit album, sed non album esse subiectum ipsi⁹ ligni: nō enim: aut album simpliciter erat, aut aliquod album deinde factum est lignū: quare non dicitur hoc pacto, nisi per accidens. Cū autem lignum album esse dico, tunc non aliquid aliud album esse dico, atq; illi vt sit lignū accidit veluti cum dico musicū album esse: tūc enim hominem eum albū esse dico, cui accidit vt musicus sit. Sed lignū est subiectum, quod quidēn ihil aliud vt est erat, quā aut absolute lignū aut aliquod lignum: deinde factū est albū. Quod si oporteat nomina ponere, hoc quidē dicere pacto sit prædicare: illo autē pacto, aut nullo pacto prædicare: aut absolutè sed per accidēs prædicare dicatur. Est autē id quidem quod prædicatur, vt albū, id vero de quo prędicatur, vt lignū. Supponat igitur id quod prędicatur absolutè semper de eo de quo dicitur, sed nō per accidēs prędicari: hoc em pacto demōstrationes demonstrant. ¶ Quare cum vnum

vnum prædicatur de vno: illud aut subit rationem eorum; definiendo subiecto cōpetunt, aut est quale, aut quantum, aut aliquid, aut agens, aut patiens, aut vbi, aut quando. Prætera omne quod substantiā significat, id quod illud est, aut quod illud est quoddā, id esse significat de quo prædicatur: quod vero nō substantiā significat, sed de subiecto dicitur alio quod quidē nec est idipsum quod illud, nec id quod illud est quoddā, id omne accidens est: vt cum album, de homine prædicatur. Homo nāq; neq; id est quod albū, neq; id quod albū est quoddā sed animal fortasse: est em homo id quod animal est. Atq; ea omnia quę nō substantiā significant, de subiecto aliquo prędicari oportet, & non esse quicquā albū: quod quidem sit albū non quia aliud quicquā est formæ nanq; valeant fidium enim sunt attrectationes: & si sint, nihil prorsus ad præsentē sermonē pertinent. Ipsę nanq; demonstrationes de rebus talibus sunt. ¶ Prēterea si nō hoc illi⁹ est qualitas, & illud huius neque qualitatis est qualitas, fieri ꝓfecto nequit vt hoc pacto mutuo prædicentur: sed fit quidem vt verum dicas, at non sit vt econtra prædices vere. Nam aut vt accidens, aut vt substātia prædicabitur: veluti si sit genus vel differētia prædicati. Hoc aute demonstratū est, neq; ad supera, neq; ad infera infinita esse. Neq; enim homo est bipes & bipes animal & animal aliud nec rursus animal de homine, homo de Callia & is de alio hoc ipso qd est prędicat. Omne em talē substātiā diffinire possum⁹. At fieri nequit vt infinita quisquā intelligendo pertranseat: quare neque ad supera neq; ad infera sunt infinita. Fieri em nō potest, vt ea substātia de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur, mutuo non prædicabūtur. Erit enim ipsum, id quod ipsum est quoddā. At vero neq; de quali, aut de cæteris quicquā nisi per accidēs prædicabitur. Hęc enim omnia accidunt, & de substātijs prędicantur. ¶ Sed neq; versus supera infinita erūt: de vno quoq; nanq; prædicatur id quod significat aut quale quid, aut quantū quid, aut aliquid talium, aut ea quæ in substantia sunt. Hæc autē sunt finita. & genera prędicamentorū finita sunt: est enim aut quale, aut quātū & cætera, quæ iam dudū enumerauimus. Atque supponuntur vnum prædicari de vno, ipsa vero de ipsis non prędicari: nisi ratione ipsius qd est, prædicentur. Etenim accidētia sunt vniuersa: sed quædā per se, quędam alio modo atque hæc omnia de subiecto quodā dicimus prædicari, & accidens nō esse subiectū vnum. Nihil enim taliū ponim⁹ in esse, quod id est quod dicitur, non aliud quicquā sed ipsum in alijs esse & alia quædam de alio dicimus prædicari. Neque igitur ad superiora, neq; ad inferiora vnū de vno in infinitū dicetur. De quibus enim accidentia dicuntur, quęcunq; in vniuscuiusque substantia sunt, ea nō sunt infinita. Versus etiam supera, nec ipsa, nec vtraq; accidētia sunt infinita. Necesse est igitur aliquid esse, de quo primū aliquod, & de hoc aliud & huius professionis tandē exitū esse vt id sit; quod de nullo alterius alio dicatur: & id etiā, de quo prædicatur aliud prius. Vnus igitur hic est mod⁹ ad hoc propositū demonstrandum. ¶ Alius autē est hic. Patet enim horum demonstrationem esse, de quibus priora aliqua prædicātur, & itē fieri nō posse vt aut melius simus ad ea dispositi quorum est demōstratio: quam si sciamus: aut ea fine demōstratione sciamus quib⁹ effi-citur; vt si per aliqua priora quippiam innotescit: illa vero nescimus: neque ad illa melius simus affecti: quam si scientiam haberemus: nec id profecto sciamus: quod per illa notum efficitur. Si igitur sit: vt simpliciter quippiā per demōstrationem & non ex quibuldā: nec ex suppositione scimus: necesse est prędicationes medias stare: nam si non stent sed semper aliquid superius sit sumpto: omnium erit tum demonstratio. Quare si fieri non potest: vt infinita quisquam pertranseat: ea profecto quorum est demonstratio nunquam per demonstrationem sciemus. Quod si neque melius ad ipsa sumus affecti: quam sciremus: nihil tū per demōstrationē simpliciter: sed ex suppositione scimus. Ex his igitur quę differendi dixim⁹ modo: id de quo loquimur ita esse quispiā credet. ¶ Resolutiue autē per hæc breuius perspicuū fuerit fieri nō posse vt versus superius aut inferius infinita prædicata in demonstratiuis scientijs sint: de quibus præsens hæc consideratio est. Demonstratio enim est de hisce: quę rebus insunt per se: ea vero quæ per se competunt: duplicem subeunt modum: quædā enim in eadem sunt definitione rerum: quibus inesse dicuntur: vt multitudo, vel diuisibile: hæc enim numero competunt: & in ipsius sunt de finitione: quædam in ratione sua res eas suscipiunt: quibus competunt vt impar: hoc enim numero competit & definitione sua numerū suscipit. At fieri nequit: vt aut hæc aut illa sint infinita: ne ea quidem quæ vt impar de numero prædicantur. Nam in impare rursus aliud erit in definitione: cui⁹ est ipsum: hoc si sit primum numerus ipse cui quidē competunt in definitione erit ipsorū. Si igitur fieri nequit vt insunt vni talia infinita, nec infinita versus su-

Tex. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perius erunt. At vero necesse est ipsi primo cõ petant vniuersa, veluti numero, & numerus illis insit: quare conuertuntur, non superabũt. Nec itẽ ea, quæ definitiones eorum quibus insunt ingrediuntur, non enim assignari definitiones possent. Quare si hæc sunt vniuersa ea quæ per se prædicantur (hæc autem Infinita non sunt) stat omnia plane versus supera: quare stant & ad infera. Quod si ita sit erunt & ea sane finita, quæ inter duos terminos collocantur. ¶ Quod rursus si ita sit, patet iam & demonstrationum esse principia necessario, ac demonstrationẽ non omnium esse, quod quidem nõnullos asserere iam in initio diximus. Etenim si principia sint, nec demonstrabilia sunt omnia, neque in infinitum fieri potest abitio: nã alterum istorum vtcumuis esse, nil aliud est quam nullum interuallum esse medio vacans, atque indiuisibile sed vniuersa esse diuisibilia. Id enim quod demonstratur, non foris addito, sed immisso termino demõstratur. Quapropter fieri potest, vt hoc pacto procedatur in infinitum, fieri quoque potest, vt inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, si tam versus superius quam versus inferius prædicationum finis existat. Esse vero prædicationum hoc pacto finem, antea differendi modo, nunc resolutiue satis ostendimus.

POSTQVAM igitur in superioribus duobus capitulis monstratũ est, quod si põ est in infinitum processus ascendẽdo, aut descẽdendo esse nõ potest in mediis quæ inter duo extrema sumũtur: ité ꝙ si nõ proceditur in infinitum in affirmatiuis, procedi non potest in negatiuis, restat in hoc decimooctauo capite, ostendere, quòd in affirmatiuis non sit processus in infinitum nec ascendendo nec descendendo, vt per omnes numeros probatum sit processum in infinitum in demonstrationibus non esse possibilem. Arqui apud Commẽtatorem duo sunt textus in hoc capite scilicet, trigesimusquintus & trigesimussextus. In primo ostendit Arist. intentum rationibus communibus sumptis à dialectica: & in altero id manifestat argumẽtis sumptis ex propria ratione demonstrationis. Primus textus diuiditur in quinque particulas, enimuero quia debet rẽ ostendere per inductionem videlicet, quòd nec in prædicatis quidditatiuis, nec in accidentalibus sit infinitus processus, in prima particula præmittit distinctionem prædicationũ in prædicationẽ simpliciter absolutã, & prædicationem secundum accidẽs idest secundũ quid. ¶ Ait ergo, quod res ipsa tunc patebit si primũ differendi modo idest dialectice, deinde resolutiue idest ex propria ratione demõstrationis ostendatur. Et subiungit, quod in his quę definiẽdis rebus dicũtur idest in prædicatis quidditatiuis quæ ingrediũtur definitionẽ ipecierum, per se notũ est processum in infinitum esse possibilem: cum quia cum rerum essentiæ definibiles sint finitæ, nõ possint habere prædicata quidditatiua infinita, tum etiam quia definitio datur vt per illam natura rei innotescat, si autem infinita esset in definitione, non esset definitio cognoscibilis. Infinitum enim est cognoscibile. 3. Physic. text. 63. ¶ At vero vt res vniuersaliter in omnibus prædicatis innotescat, notandum est (inquit) tripliciter aliquã prædicationem esse accidẽtalem. Est nanque prædicatio per accidens, aut quando accidens prædicatur de accidente, vt album ambulat, aut quando subiectum prædicatur de accidente, vt hoc magnum est lignum, aut quando accidens prędicatur de subiecto, vt lignũ est magnum, homo ambulat. Et est inter has prædicationes differentia, quod cũ subiectũ prædicatur de accidenti, vt album est lignum, nõ denotatur quod album sit subiectum ligni (modus est loquendi Aristotelis, neotericis multis ignotus) quia vt aliquid sit subiectum alicuius formæ, requiritur aut quod perpetuo fuerit subiectum, vt homo est animal, aut quod illud subiectum fuerit factum tale, vt lignum factum est album: at vero album nec perpetuo fuit ligni (quia hæc nõ est necessaria, album est lignum) nec album factũ est lignum, sed ecõuerso, lignum factũ est album. Vnde illa, albũ est lignũ, est per accidẽs ea ratione: quia id cui accidit albedo, puta hoc lignum, est lignum. Et eadem ratione cum vnum accidens prædicatur de alio, vt musicum est album, non est prędicatio per accidens, eo quod accidens quod est musica sit subiectum albedinis, sed eo quod id cui accidit musica accidit albedo. Attamen, lignum est album, est per accidẽs quia lignum est subiectum albedinis: quia scilicet, lignum factum est album: quare lignum non est album ratione alterius, sicut album ratione huius ligni est lignum. ¶ Ait ergo Arist. quòd si licet nomina imponere, quando simpliciter appellauerimus prædicationẽ per accidens, intelligamus eã solum in qua accidẽs prędicatur de subiecto, vt homo ambulat: nam illã simpliciter est prædicatio, quia est directa. Alię vero prędicationes non sunt simpliciter prædicationes, sed per accidens idest secundum quid. Ratio est, quia in demonstrationibus non vtimur nisi prædicationibus directis & secundum naturam: & natura rei est quod accidẽs insit subiecto tanquam forma, & per consequẽs tanquam prædicatum, non autem subiectum accidenti, aut accidens accidenti. Cauendũ ergo est ne quis decipiatur in verbo æquiuoco, per accidẽs, accipitur enim vno modo vt distinguitur cõtra per se & quidditatiue, quãuis faciat prædicationẽ simpliciter, vt homo est albus, alio modo vt distinguatur cõtra prædicationem absolutę & simpliciter: & tũc tantũ valet sicut secũdum quid. Et ita supponit Arist. hic ꝙ quę absolute est prædicatio, nõ est per accidens: non obstante ꝙ absolute & simpliciter prædicatio distinguatur statim in essentialem & accidentalem. ¶ In secunda igitur particula. Quare cum vnum, subdistinguit prædicationem quæ simpliciter & absolute est prædicatio, in prædicationem essentialem & accidẽtalem. Ait enim quòd cum vnũ prædicatur de vno (nam prædicatio in qua plura prædicantur de vno non cadit sub arte) illud, scilicet, prædicatum aut definiendo subiecto cõpetit idest aut est prædicatũ quidditatiuum ꝙ intrat definitionẽ subiecti, aut est quale aut quantum. &c. ¶ Et subdit differentiam inter huiusmodi prædicata, videlicet, quòd prædicatum substantiale significat id quod illud est scilicet, subiectum, idest, totũ esse subiecti, vt homo est animal rationale, aut id ꝙ est illud quoddam idest aut aliquã partem quidditatis subiecti, vt homo est animal. Definitio enim dicit totam essentiam subiecti: sed partes definitionis significant quodammodo partes subiecti: eo modo quo in prædicabilibus in de genere & in de differentia exposi-

Prędic. per accidens.

2. Partic.

expositum est. Sed prædicatum accidentale non significat id quod est subiectum. Cum enim dico, homo est albus, nõ assero, esse hominem idem esse, quod esse albũ. Subdit. Atque ea quæ non substantiam significant idest prædicata accidentalia debent prædicari de subiecto. Et non debent esse quicquam album idest subiectũ substantiale quod est album, non quia est aliud quicquam: quemadmodum, homo est albus, non quia homo est aliud. Quod eo dicit, quia musicum, quanquam sit accidens, potest esse album quia est aliud quicquam: scilicet, quia est Petrus cui accidit & Musica & albedo. ¶ At vero quia dixerat Aristo. prædicatum substantiale esse id quod est suum subiectum, puta idem esse Petrum & hominem & animal, nequis obijciat argumentum ex ideis Platonis, quas Platonici dicebant prędicari de singularibus, non tamen esse realiter in singularibus, sed habere esse perpetuum separatum ab illis, excludit illas ideas, quæ latine etiam dicuntur formæ, dicens. Formæ nanque valeant, fidium enim sunt attrectationes. Boetius vertit species gaudeant, monstra enim sunt. Litera Græca sic habet: Tagar eide chereto, teritísmatagar est in: chæreto, est verbum salutandi, significans, & gaudeant, & valeant, Boetius transtulit in prima significatione: quo caliginem multis effudit, vt crederent, Aristotelẽ hic laudare Platonis ideas, propterea quod sunt immateriales: cum tamen manifeste velit dicere, quod valeant id est recedant: vt est illud Comicum, valeant qui inter nos diſsidium curant, quia nihil ad rem pertinet: teretísmata enim sunt illa præludia quæ citharœdus antequam opus incipiat præmittit, pulsando chordas. Et ideo alij transtulerunt cantilenæ enim sunt: & Boetius, nescio qua ratione ductus monstra enim sunt: sed melius Argyropylos dixit, fidium attrectationes, sunt enim strepitus illi chordarũ qui nihil ad musicam pertinent. Et hoc est quod ait Aristo. nempe quòd illæ ideæ aut nihil sunt, aut nihil pertinent ad rem prędictem tanquam prędicata de quibus disputatur an procedant in infinitum. ¶ Interia particula, Præterea si non. &c. præmissis suppositionibus accedit ad probandum intentionem dialecticæ. Quod facit tribus rationibꝰ. Primò enim probat quod non sit processus in infinitũ in prædicatis directis & in directis simul sumptis, per modum circuli: & deinde quod non sit talis processus directe ascendẽdo aut descendendo. Et supponit primo, quod si directe & secundum naturam. a. prædicatur de. b. b. non prædicatur directe de. a. Et hoc est quod ait. Si non hoc illius est qualitas & illud huius: neque qualitatis est qualitas, fieri profecto nequit. &c. Qualitatem hic vocat nõ solum accidens quarti prędicamenti, sed quãcunque dispositionem formalem quæ directe de alio prædicatur: siue sit in prædicatis quidditatiuis siue in accidentalibus. Ait ergo, quod si animal, & rationale, & album, & alia prædicamenta sunt prædicata directa de homine, homo non erit prædicatum illorum. Sed sit, inquit, vt verum dicas, aut non sit vt econtra prædices vere id est hæc, homo est rationalis, homo est albus sit vt sint veræ propositiones & simpliciter prædicationes, conuertentes vero possunt esse veræ propositiones, si sint particulares, nunquam tamen erunt simpliciter prædicationes. ¶ Et nihilominus admissis huiusmodi prædicationibus indirectis probat, quod nec illis erit in infinitum abire. Aut enim prædicatum indirecte prædicabitur tanquam accidens, aut tanquam genus, aut differentia, itaque subiectum sit genus aut differentia prædicati: vt animal est homo, bipes est animal. Si tanquam genus & differentia vt dicas directe, homo est bipes: & indirecte, bipes est animal: & directe animal est sensibile, & indirecte sensibile est corpus. &c. in his iam dictũ est in principio huius capitis non esse processum infinitum. Quod probat: quia omnis talis substantia est definibilis: illa vero substantia cuius sunt infinita prędicata essentialia definiri non potest, vt nos supra exposuimus. Si autem talis indirecta prædicatio est, sicut substantia prędicatur de quali aut quãto. &c. vt album est homo: aut vnum accidens de alio, vt musicum est album, iam huiusmodi propositiones exclusæ sunt ab arte syllogistica: quia non sunt simpliciter prædicationes. Accidentia enim secundum naturam prædicantur de substantia, sed nõ è conuerso. Nec vnũ accidẽs prædicatur de alio proprie. Et hoc est quod dixerat, qualitatis non est qualitas, quia qualitas non inest proprie accidenti tanquam subiecto: sed si conceditur, musicum est album: quia vtrunque accidens ineſt eidem subiecto: & quamuis qualitas insit quantitati tanquam subiecto, quo, est quia tam qualitas quam quantitas insunt substantiæ tanquam subiecto, quod. ¶ In quarta particula. Sed nec versus supra. Subditur secunda ratio dialectica, qua probatur nec in prædicatis directis esse in infinitũ abire. Supponit enim primo, quòd cum vnum de vno prædicatur, prædicatum se habet respectu subiecti, aut tanquam quale quid, aut tanquam quantum quid, aut tanquam vnum aliud nouę prædicamentorum accidentium, aut tanquam vnum eorum quæ sunt in substantia, id est, in essentia rei puta, genus, aut differentia. Secundo supponit ex iam modo dictis, quòd genera & differentiæ sunt finita. Et tertio supponit, quòd prædicamenta accidentium sunt finita, vt numerata sunt in prædicamentis. Et quarto supponit, quòd hic non loquitur de prædicatione vbi plura prædicantur de vno: quia prędicata complexa possunt secundum partes multis modis multiplicari. Et quinto supponit etiam ex dictis, quòd loquimur de prædicationibus simpliciter, puta in qua prædicatur genus aut differentia, aut accidens de subiecto: siue sit accidens per se vt propria passio, siue accidens commune: quia vnum accidens non est subiectum alterius. Hinc formar virtualiter hanc rationem. Aut esset processus in infinitum descendendo aut ascendendo: neutrum istorum: ergo. Probatur maior. In prædicatis directis accidentia debent prædicari de prædicatis quidditatiuis substantiæ, & inter prædicata substantiæ superiora debent prædicari de inferioribus: vt paret ex prima suppositione. Sed in prædicatis quidditatiuis substãtiæ descendendo nõ est processus in infinitum, quæ erat secunda suppositio: nec prædicata accidentalia sunt infinita, vt dicebat tertia suppositio: ergo, in prædicatis quidditatiuis non est descensus infinitus. Exempli gratia. Si dicas substantia est qualis, quanta. &c. cum sint solum nouem prædicamenta non possunt esse prædicata infinita: quod si subsumas, omnis substantia est qualis, corpus est substantia ergo corpus est quale, & rursus si sub ly corpus, subsumas, animal, & ita descendendo, non descendes in infinitum, sed sistes in Petro. Sed quod nec sit ascensus versus supera, idest, ascendẽdo probat, quia neutra idest nec prædicata essentialia nec accidentalia sunt infinita. Et ita concludit hanc esse vnum modum probandi, quod nec ascendẽdo nec descendendo sit processus in infinitum. ¶ In quinta particula, alius autem, subiungit alium modũ probandi

Valeãt species.

3. Partic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et etiam dialecticum: supponit enim primo omnem propositionem mediatam esse demonstrabilem. Et mediatum appellat de cuius subiecto aliud prius dicitur, vt homo est corpus, de cuius subiecto prius dicitur, animal per quod corpus demonstratur de homine. Secundo supponit, quòd ad propositionem demonstrabilem non possumus esse meliùs dispositi, quam si illam sciamus, ad principium autem immediatum possumus esse melius dispositi. Nam propositionem demonstrabilem cognoscimus per scientiam, principium vero immediatum, per intellectum, qui est melior habitus. Tertio supponit ex secundo capitulo quod nisi sciamus aut intelligamus principia demonstrationis non possumus conclusionem scire. Nisi forte secundum quid ex aliquibus suppositis & admissis á respondente disputationis gratia, vel sicut perspectiuus ex suppositis & receptis á geometra demonstrat. Tunc arguit Aristotel. Omnis propositio mediata est per aliqua principia demonstrabilis & scibilis, & non potest ipsa sciri nisi cognita eius principia sciantur, ergo necesse est omnia eius principia sciri, sed infinita non possunt sciri, vt ipse docet. 1. & 3 physi. ergo principia debent esse finitia. & per consequens non proceditur in infinitum. ¶ In text. 36. (Resoluitur autem) probat eandé conclusionē argumento sumpto ex propria ratione demonstrationis. Rationes enim superiores dialecticæ sunt communes omnibus prædicatis tam essentialibus quam accidentalibus: demonstratiuæ vero solum procedunt ex propositionibus quæ sunt per se. Ait ergo Aristot. quod resolutiue, id est, ex proprijs rationibus demonstrationis breuius, & perspicacius ostenderetur, nec sursum nec deorsum in infinitum abire demonstrationem. Et format hanc rationem. Omnis demōstratio procedit ex propositionibus per se aut primo modo, puta in quibus prædicatū est de ratione subiecti: vt homo est animal, numerus est multitudo: aut secundo modo, puta in quibus subiectū est de ratione prædicati: vt homo est risibilis, numer⁹ est par vel impar: sed neutra istorū prædicatorum sunt infinita ergo. Probatur minor & primo in prædicatis secūdis, scilicet, in proprijs passionibus, dupliciter. Ipse ponit exemplum de numero cuius passio est par vel impar: ponamus nos de homine & risibili. Si sit abire in infinitum in passionibus, tunc sicut risibile prædicatur de homine in secundo modo per se, ita secunda passio prædicabitur de risibili, & tertia de secunda, &c. & per consequens risibile erit de definitione secūde passionis, & secunda de definitione tertiæ &c. tunc sic, risibile est de definitione secundæ passionis, ergo homo, quòd est de definitione risibilis, erit etiam mediate de definitione secundæ passionis & per consequēs tertiæ & sequentium, sed tam probatum est ea quæ intrant definitionem non esse infinita: ergo in huiusmodi passionibus non est processus in infinitum. ¶ Secundo id confirmatur ibi. (At vero necesse est.) Esto per impossibile daretur huiusmodi processus infinitus in passionibus nō tamen esset processus prædicandi secundum, sub, & supra, de quō hic disputatur: nam vt capit. 15. dictum est omnes passiones conuertibiliter prædicantur de subiecto. Probat deinde secundam partem minoris: videlicet quod nec sit processus infinitus in primo modo dicendi per se, vbi, ait nec item ea, nam in primo modo dicendi per se solum sunt propositiones, in quibus prædicatum est de definitione subiecti: & iam sæpe repetitum est ea quæ intrant definitionem non esse infinita. ¶ Non fecit mentionem de tertio & quarto modo per se, quia illi. vt. 4. cap. dictum est, non sunt modi prædicandi: sed tertius est modus per se essendi, & quartus per se causandi. ¶ Concludit tandem, quod si nec ascendendo nec descendendo est processus in infinitum: sit vt nec inter infinitum subiectum & supremū prædicatum sint infinita media cap. 16. satis monstratum est. ¶ In secunda particula textus. Quod rursus. Ex dictis & maxime ex vltima cōclusione immediate præcedenti infert aliqua esse prima principia demonstrationum, & per consequēs non omnium esse demonstrationem, vt aliqui philosophi dicebant quorū cap. 5. meminit. Subdit rationem. Etenim si principia inquit sint illa non sunt demonstrabilia: nec erit processus in infinitum in demonstrationibus. ¶ Quod adhuc noua ratione confirmat, quæ talis est, Dicere, quod nullum est primū principium, aut quod demonstrationes in infinitū abeant, tantūdem est ac si dicatur, quod nulla est propositio immediata, sed tam dictum est aliquas esse immediatas propositiones: nam probatum est inter extrema finitæ distantię non mediare infinita: & per consequens dari aliquod prædicatum quod immediate conuenit at subiecto: ergo falsum est dicere, quod nullum est primum principium aut quòd demōstrationes procedant in infinitum. Probat Aristo maiorem. Nam medium demonstrationis non sumitur de foris: videlicet, quod sit extraneum extremis: sed debet esse intrinsecū vtrique medians inter subiectum & prædicatum: sicut, animal, mediat inter corpus, & hominem: ergo dicere quod demōstrationes possint procedere in infinitum, est dicere, quod inter aliqua duo extrema vnius propositionis dantur infinita media: quod in superioribus præsertim capit. 16. probatum est esse impossibile.

Quod non sit proces. in infin. in propositionibus mediatis

Cap. XIX.

DEmōstratis autem his patet si quippiam idem vt. a. duobus insit: quibusdam vt. c. atque. d. quorum alterum de altero aut nullo modo, aut non de quolibet prædicatur, non semper illud per cōmune aliquid ipsis cōpetere: triangulo nāque duorū æqualium, & omniū inęqualiū laterum, angulos habere duobus rectis æquales, per commune competit quoddam: cōpetit enim vt vtero; est quędā figura, & nō vt aliud quicquā. At nō semper id ita se habet. Si enim b per. qd. a. tā ipsi. c. quā. d. cōpetere dicitur: patet igitur, ipsum. b. per aliud commune quippiam ipsis competere: & illud itē per aliud: quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, non ergo necesse est pluribus idem per aliquod commune semper inesse, siquidem sint interualla quę medio vacant.

Tex. xxx vlij. ¶ Terminos tamē eodem in genere vnquam cadet. Hoc autem est, id cui inesse oportet. At in tertio modo, nec id á quo negare nec, id quod negare seiungereque oportet, terminus sumendus vnquàm egreditur.

genere & indiuiduis ex eisdē necesse est esse, siquidem ipsum commune rationem eorum, quæ per se competunt, subit. Fieri nanque potest, vt ea quæ demonstrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac transeant, vti diximus. Patet etiam, cum. a. competit ipsi. b. atque est aliquod medium, tum. a. posse ostendi ipsi competere. b. atque huius hæc erunt, & totidem elementa quot media sunt. Propositiones enim eæ quæ medio vacant, elementa sunt aut omnes, aut eæ quæ vniuersales sunt. Quod si nullum sit medium, non est alterius demonstratio: sed hæc est ea via, qua acceditur ad principia. Similiter sit & si. a. nō competit ipsi. b. Nam si est mediū aliquod aut prius, cui non competit ipsum. a. est sine dubio demonstratio: si vero non est, nulla est demōstratio. Atque quot sunt termini, tot sunt elementa principia ve. Propositiones enim quæ ex hisce constant, ipsius sunt demonstrationis principia. Et vt quædam principia sunt indemonstrabilia, hoc pacto hoc est illud, & illud ineſt huic: sic & hoc modo: hoc non est illud, & illud non ineſt huic: quare quædam essendi quippiam, quædam non essendi principia erunt. Cùm autem ostendendum quippiam est, sumendum est quippiam quod primùm de ipso. b. prædicatur: sitque id, c. de quo similiter ipsum dicatur. a. Atquæ hoc modo semper proficiscenti, nulla propositio tibi, nullusque terminus affirmandus extra ipsum. a. sumuntur in probando: sed medium semper densatur, quousque indiuisibilia & vnum fiant. Est autē, tūc vnum cum fuerit vacans medio inter nullum, ac vna simpliciter propositio, quæquidem medio vacat. ¶ Atque vt cęteris in rebus principium simplex est, idque non est idem vbique, sed in pondere quidem est mina, in modulatione vero primus sensibilis sonus, & in alijs aliud: sic in ratiocinatione quidē vnū vacans medio propositio est, in demonstratione verò & scientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibus nihil extra id quod ineſt atque competit, cadit: in negatiuis autem vbi quidem est id quod ineſſe oportet, nihil extra hoc cadit: veluti si a. per. c. non competat. b. nam si. c. quidem cuilibet insit. b. ipsum autem. a. nulli competat. c. rursusque sit. a. nulli competere. c. demonstrandum medius inter hæc ipsa sumendus est terminus: atque hoc modo semper pergendū. Quod si sit ipsum. d. nulli. c. cōpetere demonstrandū, hoc pacto, vt. c. cuilibet quidē. d. nulli verò vel non cuilibet insit. e. nullus extra ipsum. e. terminus

1. Conclu. Ex his quæ hactenus de reductione mediatorum principiorum ad immediata dicta sunt, infert Aristotel. in hoc. 19. capit. quatuor corollarias conclusiones. Atqui in diuisione Cōmētatoris cap. hoc duos habet textus: sanè trigesimum septimum & trigesimū octauum. In trigesimoseptimo infert Aristotel. ex dictis hanc conclusionem: quod si aliqua passio conueniat duabus distinctis speciebus, quæ de se aut nullo modo, aut non vniuersaliter prædicantur, debet illis conuenire per aliquod medium conueniens vtrique, non tamen procedit in infinitum, sed deueniendum est ad aliquod primum cui per se primo conuenitat. Exempli gratia. Sensibile, conuenit homini & equo, quę de se nullo modo prædicātur, & risibile homini & masculo, quæ de se non vniuersaliter prædicantur: quia non omnis homo est masculus. Cōuenit ergo sensibile homini & equo per definitionem animalis cōmunem vtrique & risibile conuenit masculo per definitionem hominis. Tamen sensibile per se primo conuenit animali aut eius definitioni. Exemplum Aristot. est. Habere tres angulos æquales duobus rectis, conuenit isoscheli & scaleno per definitionem trianguli, cui per se primo conuenit illa definitio. Et probat quod non sit procedere in infinitum: nam sit. b. mediū, per quod. a. passio tam ipsi. c. quā. d. competere dicitur, si ipsum. b. per aliud medium competit. c. & sic in infinitum, dabuntur inter. a. & c. infinita media: contra id quod hactenus determinatum est. ¶ In textu. 38. (Terminos tamen) sunt quinque particulæ. In prima excludit quandam obiectionem ad proximam cōclusionem. Posset enim quis obijcere, quod talis passio potest demonstrari de dictis speciebus per infinita media multiplicata accidentaliter & extraneē, vt si diceremus, quod esse sensibile conuenit homini & equo, non solum quia sunt animalia, sed quia habent quantitatem, & quia habent colorem. &c. Respōdet ergo, quod medium & termini, scilicet, extrema debent esse in eodem genere & in eisdē indiuiduis. Indiuidua vocat extrema immediata, quæ, scilicet, non possunt diuidi per terminum medium. At quod debeat medium esse in eodem genere, patet, quia debet demonstratio procedere ex propositionibus per se, nec transeundum est de genere in genus, vt capit. 7. tex. 20. declaratum est. In secunda particula. (Patet etiam) infert secundā conclusionē, quod cum est aliqua propositio mediata illa est demōstrabilis per illud medium, & quot sunt media inter illa extrema, tot erunt demonstrationes. Propositiones autem quæ medio vacant sunt veluti prima elementa quæ non possunt diuidi per aliud medium: vt homo est qualitas, demonstrabitur per medium corpus, & homo est corpus, per medium animal: & homo est animal, per animal rationale, & sic deuenitur ad hanc immediatam, homo est animal rationale. Ait vero omnes immediatas esse elementa aut saltem immediatas vniuersales, quia singularis, vt Petrus est homo, non censetur principium demonstrationis. Aut forsan appellat vniuersales propositiones per se notas, quæ sunt velut prima elementa. 2. Conclu.

¶ In tertia particula, (Similiter si.) idem ostendit in propositionib⁹ negatiuis, quia enim hæc, nullus 3. Conclu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimo est qualitas, est immediata, demõstrabitur per om-
nia media quæ per, animal, nullũ animal est qualitas:
omnis homo est animal: ergo. Et maior nullum animal
est qualitas, demõstrabitur per corpus, & corp⁹ per sub
stantiam, quo adusque veniatur ad hãc immediatam, &
nulla substantia est qualitas. ¶ In quarta particula,
4. Conclu. Cum autem) infert tertiam conclusionem, qua osten-
ditur qui arte tendam nobis sit in resoluendis pro-
positionibus mediatis. Ait enim quod cum fuerit alí-
qua propositio mediata: vt omne. c. est. a. scilicet, om-
nis homo est substantia, tunc sumendum est. b. medũ
quod primo conueniat ipsi. c. vt animal, & ita ascenden
do per terminos immediatos nullus terminus sumetur
extra. a. ideſt, superior ad maiorem extremitatem: qui
supergreditur illam: sed sic per densatur (inquit) me-
Densari. dium quousque individua & vnum fiant. Dẽsari me
dium. vt capit. 11. dictum est, est quod propositio fiat
immediatior quasi extrema magis inuicem appropin-
quẽt: vt commodis illic exemplis id eluctauimus. Ex-
empli gratia. Si demonstres quod homo est substan-
tia, per animal: & animal est substantia, per corpus ani
matum: & corpus animatũ est substantia, per corpus, vt
des quomodo extrema magis ac magis appropinquãt,
quoadusque veniatur ad hanc immediatam & individui-
5. Conclu. bilem, corpus est substantia. ¶ In quinta particula,
Mensura. Atque vt cæteris) artificiose explicat Aristotel. Prima
principia demonstrationum, per similitudinem ad
primas mensuras in alijs rebus. Docet namque. 10. Me
taphysi. text. 1. mensuram in omni genere esse quid in-
diuisibile, vt vnitas in numero, tonus in musica &c.
Mna. Ait ergo, quod quemadmodum in pondere mina ceu
mna est mensura, in modulatione vero sensibilis sonus,
id est, tonus minimus qui sentiri potest, sic in ratione
quidem, id est, in syllogismo dialectico primum ele-
mentum est propositio immediata, scilicet, quæ caret
medio per quod probetur: in demõstratione vero pri
mum principium est intellectus, hoc est propositio per
se nota, cuius assensus nuncupatur intellectus. ¶ Pro
mna, sic ctius vertit. vnica. Græcè tamen est, mna, seu
mina quæ Latinè est libra paulouè maior: continet e-
nim dimidiam vnciã supra duodecim. Et quia libra: vt
est inter minora pondera maximum, ita est inter maio
6. Conclu. ra minimum, ponitur exempli gratia, pro indiuisibi-
li mensura. ¶ Concludit ergo per modum epilogi
quartam conclusionem, videlicet, quod in demon-
strationibus affirmatiuis medium non cadit extra id
quod inest: id est, non sumitur medium quod sit su-
perius ad maiorem extremitatem quæ demonstratur
Extra esse. inesse minori. Hoc enim est. a. esse extra. b. quod est
excedere & supergredi illud ascendendo. Et quia af-
firmatiua vniuersalis vt supra dictum est cap. 12. text.
32. non potest demonstrari nisi in prima figura: vbi
maior extremitas debet prædicari in maiori de medio
distributo, sic vt medium non cadat extra maiorem ex
tremitatem: sed mediet inter ambas. (In negatiuis au-
tem (inquit) vbi quidem est id quod inesse oportet id
est in præmissa affirmatiua) nihil extra hoc (scilicet,
medium) cadit (id est) extremitas non est extra me-
dium tanquam supertius exuperans ipsum. Et ratio
est quia si negatiua concludatur in modo euidenti
primæ figuræ, minor debet esse affirmatiua, & per
consequens medium quod illic prædicatur, debet
esse aut conuertibile aut superius ad minorem extre-
mitatem. Si autem debeat concludi in secunda figura,
tunc siue maior siue minor sit affirmatiua, cum medi-
um vtrobique sit prædicatum, debet etiam proinde esse
conuertibile aut superius ad extremitates. Exemplum
tamen quod subdit Aristot. est difficile quod omnes ex
positores discruciat. Ait enim quòd si demonstrãdum
sit. d. nulli contingere. e. scilicet, nullũ. c. est. d. per hoc
quod. c. competat omni. d. & nulli. e. scilicet, omne. d.
est. e. nullum. e. est. c. ergo nullum. e. est. d. in Came-
stres, tunc nihil erit extra. e. id est medium non erit su-
perius ad minorem extremitatem. ¶ Hoc tamen vide-
tur repugnare regulæ superiori, videlicet, quod extre
mitas non debet superare medium in prima & secunda
figura: sed potius medium est superius ad extremita-
tes. ¶ At vero nihil repugnantiæ est. Imo vtrunque est
necessarium in secunda figura, scilicet, quod in affirma
tiua medium sit conuertibile aut superius ad subiectũ,
& in negatiua non sit superius: nam alias negatiua vni-
uersalis erit falsa, ergo pro. d. dicito homo: pro. e. lapis,
& pro. c. animal, & fiet syllogismus, omnis homo est ani
mal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo.
¶ Et per hoc clarescit vltimum exemplum Aristotel.
de tertia figura. Cuius litera ita est ordinanda. In ter-
tio modo (id est in tertia figura) terminus sumendus
(id est medium) nunquam egredietur, id est nunquam
erit superius & excedens id, a quo negari oportet, id
est, subiectum conclusionis, nec id quod negare opor-
tet, ideſt, prædicatum. Et ratio est, quia medium in ter
tia figura in vtraque præmissa debet esse subiectum:
& ideo debet esse conuertibile aut inferius ad vtran-
que extremitatem: alias esset predicatio indirecta, quę
ab arte demonstratiua explota est, & si præmissa esset
vniuersalis esset falsa: Formandus ergo est syllogismus
negatiuus in tertia figura hoc modo, nullus homo est
lapis: omnis homo est animal: ergo animal non est la-
pis. Nec puto hic alia latere mysteria quæ ex horum in
consideratione solẽt hi: expositores diuinare. ¶ Haud
nescio, aliqua hinc restare dubia, quæ possemus in
quæstionem reuocare, sed video opus amplius, quam
putaram augeri: ob idque satius existimo nonnulla
rescindere.

De demonstratione vniuersali & particulari.

Cap. XX.

Text. 39. CVM autem demonstrationum alia vniuersalis, alia particularis sit: & alia affirmatiua, alia negatiua ambigitur, vtra sit præstabilior: ac eodem modo de ea quæ rectè demõstrare, & de ea quæ reducere ad impossibile dicitur, quæri potest. Primum igitur de vniuersali & particulari, deinde de affirmatiua negatiuaq;: & posteà de recta & deducente ad impossibile determinabimus. Forsitan itaque cuipiam hoc pacto considerãti, particularis præstabilior vniuersali videbitur. Nam si ea demõstratio qua magis scimus, est præstabilior (hæc enim sanè demonstrationis est virtus atq; magis vnũquodq; tum scimus, cũ ipsam per se, quã cum per aliud scimus: ceu musi-

sicum Coriscum: tũ scimus magis, cùm per-
cipimus Coriscum esse musicum, quàm cùm
cognoscimus hominem esse musicum, & in cæ
teris similiter) vniuersalis autem ostendit quip
piam, non vt ipsum est, sed vt aliud: veluti trian
gulum duorum æqualium laterũ angulos ha-
bere duobus rectis æquales, nõ hoc sanè quod
duorum est æqualium laterum, sed quod trian
gulus est, particulari demonstratione cuipiam
inesse quippiam, vt ipsum est ostendere: si igi-
tur ea demonstratio præstabilior est quæ per
se quippiam demonstrat, & particularis est ta-
lis, ipsa demonstratio particularis magis nimi-
rum demonstratio ac præstabilior quam vni-
uersalis esse videbitur. ¶ Præterea si vniuersale
quidem non sit præter res singulas quicquam,
demonstratio autem opinionem efficit esse ali
quid id de quo demonstrat, vt quadam in ra-
tione rerum talem esse naturam: ceu trianguli
circa singulos, figuræ circa singulas, numeri de
nique circa singulos. Atque ea demonstratio
quæ circa id versatur, quod est in ratione rerũ,
ea est demonstratione præstantior quæ circa
id versatur, quòd rationem eorum quæ sunt
egreditur, eaque rursus per quam non efficitur
error, præstantior est ea per quam error effici-
tur: vniuersalis autem talis est demonstratio,
quod quidem intueri licet cùm rationum simi
litudo mutato ordine demõstratur (nam id in-
quiunt quod est quid tale, similitudinem mu-
tato ordine rationum subdit, quod quidem ne
que linea, neque numerus est, neque solidum,
neq; planum, sed præter hæc aliud quiddam)
si igitur hæc demonstratio vniuersalis est ma-
gis, & est de eo quod minus esse videtur, quam
id de quo particularis demonstrat, atque opi-
nionem efficit falsam: vniuersalis profectò de-
monstratio inferior erit lõge particulari. ¶ An
harum altera ratio non magis est de vniuersa-
li, quàm de particulari? Nam si duobus rectis
æquales habere, non hoc ei triangulo compe-
tit, qui duorum est æqualium laterum, quo est
talis, sed quo triangulus est: is qui scit illud ipsi
competere, quo duorum est æqualium laterũ:
minus profectò scit cuinam quatenus ipsum
est competit, quam qui scit idem eidem ea ra-
tione competere, qua triangulus est: atque om
nino si illud non eo triangulo competit quo
triangulus est, deinde quispiã id ipsum osten-
dit, non erit ipsius vtique demonstratio. Sin
vero triangulo competit vt triangulus est, is
magis profecto scit, qui illud triangulo quo
triangulus est percipit competere. Eadem est
& in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura
se se extendit, ratioque est eadem, & non solo
communis est nomine, atque cuius insunt triã
gulo tres anguli duobus rectis æquales: nõ sa-
nè triangulus vt duorum est æqualium laterũ,
sed è contra, qui duorum est æqualium laterũ,
vt triangulus est, tales angulos habet. Quare
qui scit vniuersaliter, is magis scit vt quodque
cuiq; competit, quam is qui particulariter scit:
vniuersalis igitur demonstratio præstabilior
est demonstratione particulari. ¶ Præterea si
vniuersale vna quædam sit ratio, & non solo
commune nomine, non minus erit quam res
nonnullæ particulares. Quin etiam magis erit,
ac tanto quanto in illis sunt ea quæ non inte-
reunt: particularia autem magis occidũt. Præ-
tereà, nulla prorsus necessitas cogit, ideò præ-
ter hæc aliquid hoc esse putare, quia vnum si-
gnificat, non enim id in ipso magis quam in a-
lijs compelleret quęcunque non substantiam,
sed quantum, aut quale, cæteraque significant
talia. Quod si putatur non demonstratio sanè,
sed is qui audit huius est causa. ¶ Præterea si de
monstratio quidem est ratiocinatio causam o-
stendens & propter quid est, vniuersale autem
magis est causa: nam cui per se quippiam inest,
id sibi ipsi est causa, atqui vniuersale primum
est: sanè ergo causa vniuersale est: demonstra-
tio nimirum vniuersalis præstabilior demon-
stratione particulari est: est enim magis causæ,
& ipsius propter quid est. ¶ Præterea usque ad
hoc propter quid quærimus, tunc que scire ar-
bitramur: cum nõ est aliquid aliud quam hoc,
ob quod, aut sit, aut est quippiam. Sic enim ip-
sum extremum iam finis ac vltimum est, velu-
ti gratia cuius accesit, vt argumentum accì-
piat. Et hoc gratia cuius: vt reddat id quod mu
tuo cepit, ac debet. Et hoc item gratia cuius? vt
non iniuriam faciat. Et sic entes cùm non est
ob aliud vlterius, nec est aliud cuius gratia, tũ
ob ipsum vt finem accesisse, & esse, ac fieri di-
cimus? & tum maximè scire propter quid ac-
cesit putamus. Quòd si cunctis in causis ita res
se habet, & cum propter quid quæritur: in his
autem quæ sic sunt causæ, vt harum gratia cæ-
tera sint & fiant, hoc scimus maximè pacto: &
in cæteris tum maximè scimus, cùm non vlte-
rius hoc est, quia aliud est. Perecpto igitur
hoc, angulos externos qua-
tuor rectis æquales habere:
quia duorum est æqualium la
terum rectat quærere, propter
quid hoc eos angulos habet:
atque cognito, quia triangu-
lus est, restat item quærere, propter quid hoc
eos triangulos habet? quos si percipiam, quia
est figura quæ rectis ex lineis constat, cui qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem non propterea quod aliud quippiam est, anguli competunt dicti: tum profectò maximè scimus, ac etiam tum vniuersaliter scimus: demonstratio igitur vniuersalis præstabilior est longe particulari. ¶ Præterea demonstratio quò particularis est magis, eo magis in infinitum incidit: quo vero vniuersalis magis, eo ad simplex ac ipsum vltimũ pergit: at res quo sunt infinitæ, eo nequeunt sciri: quò vero sunt finitæ, eo sub scientiam cadunt: quibus efficitur, vt res quo sunt vniuersales, eo magis sub scientiam cadunt, quam hoc sanè quo sunt particulares: vniuersalia igitur sunt demonstrabilia magis. At eorum magis est demonstratio quæ sunt demonstrabilia magis: nam ea quæ referuntur simul, sunt talia magis: vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est longe particulari, cùm sit & magis, vt probatum est, demonstratio. Præterea si ea demonstratio magis est expetenda, per quam hoc & aliud scitur, quam ea per quam hoc solùm percipitur: is quę habet vniuersale, scit & particulare, & non è contra, patet vniuersalem demonstrationem expetendã esse magis, & præstabiliorem hoc quoque pacto quam demonstrationem particularem. ¶ Insuper vniuersaliter magis demonstrare, nihil aliud est quam per id ostendere medium, quod principio propinquius est. Propinquissimum autem id est, quod vacat medio, atque hoc est principium: si igitur demonstratio, quę conficitur ex principio, vel ex magis principio, exactior est ea quę non ex principio, vel ex minus principio, proficiscitur, atque talis est ea quæ magis vniuersalis est demonstratio: vniuersalis profectò demonstratio præstabilior est demonstratione particulari, veluti si demonstrare oporteat. a. competere. d. mediaque sint. b. atque. c. &. b. sit superius ipso. c. ea sane demonstratio quæ per b. medium conficitur magis erit vniuersalis, quam ea quæ per medium. c. extruetur. At eũ harum rationum nonnullæ differendi subeũt modum, maximè autem inde patet, vniuersalem magis præstabilem esse: nam cum propositionem priorem habemus, posteriorẽ quoque tum quodammodo scimus potentiaque habemus, velut si quis omnem triangulum scit duobus rectis æquales habere, eum quoque qui duorum est æqualium laterum scit quodammodo, potentiaque duobus rectis æquales habere, etsi nescit ipsum triangulum esse: sed qui propositionem hanc habet, is vniuersalem nullo scit modo, neque potentia, neque actu. ¶ Præterea vniuersalis quidem intelligibilis est, particularis autem ad ipsum sensum vtique terminatur. Vniuersalem igitur demonstrationẽ præstabiliorem particulari esse, satis iam per ea quæ dicta sunt demonstrauimus.

HOC est sextum atque vltimum membrum huius primi libri, in quo Aristoteles tandem agit de demonstratione & scientia comparatiuè. Quod protenditur per octo capitula vsque ad finem libri. Diuiditur autem in tres partes. In primis enim tribus capitulis comparatur demonstratio demonstrationi: in tribus sequentibus comparatur vna scientia ad aliam: & in duobus vltimis comparatur scientia ad alios habitus, puta fidé, & opinionem, & solertiam. Arq; in diuisione Commentatoris capitulum hoc vigesimum est vnicus textus 39. visum tamen nobis est in tredecim particulas distribuendum. ¶ Proponit ergo primum tres diuisiones demonstrationum, scilicet, in vniuersalem & particularẽ, in affirmatiuam & negatiuam, in directam & ad impossibile. De quarum singulis, in singulis capitulis disserit. in hoc capite intendit docere demonstrationem vniuersalem præstantiorem esse particulari. Vbi notandum, quod cum omnis demonstratio demonstret aliquã propriam passionem, & individui nulla sit propria passio, præter illam quæ est vniuersalis speciei, fit vt omnis demonstratio maiorem saltem assumat vniuersalem. Distinguitur ergo demonstratio vniuersalis, à particulari ratione minoris extremitatis & conclusionis. Non tamẽ accipitur hic particulare pro propositione de subiecto non distributo. Sed pro propositione de subiecto singulari. Est ergo demonstratio particularis, cuius conclusio est singularis: vt, omnis homo est risibilis, Petrus est homo, ergo Petrus est risibilis: & vniuersalis quæ concludit propositionem de subiecto communi. Respectiue tamen illa quæ concludit passionem superioris speciei, vt sensibile, de animali, dicetur magis vniuersalis, respectu cuius illa quæ concludit eandem passionem de inferiori specie censetur particularis. ¶ In tribus ergo primis particulis adducit primò tres apparentes rationes, quod demonstratio particularis sit dignior. Prima illa demonstratio est præstantior quæ magis facit scire (nam illa est præstantior quæ maiorem virtutem habet demonstrandi, & virtus demonstrandi, non est nisi virtus generandi scientiam) sed demonstratio particularis magis facit scire, quam vniuersalis, ergo est præstantior. Probatur minor. Illa quæ facit scire per se, magis facit scire, quam illa quæ facit scire per aliud: sed particularis facit scire per se, & vniuersalis per aliud, ergo particularis est præstantior. Probatur maior exemplo, cum scio in particulari Coriscum esse musicum, Coriscus nomen proprium est, scio id quod per se conuenit Coriscо: sed cum scio hominem esse musicum, scio Coriscо posse conuenire musicam in quantum est homo: & ideo magis & proprius scio primo, quã secundo modo. Sed minor probatur alio exemplo, quia demonstratio vniuersalis demonstrat per rationẽ communem: vt habere tres angulos æquales duobus rectis, conuenire isoscели, non quia est isosceles, sed quia est triangulus. ¶ In secunda particula (præterea si vniuersale) sequitur secunda ratio. Demonstratio opinionem facit, id est, cognitionem, & scientiam aliquid esse in rerum natura, vt hominem esse risibilem, ignem esse calefactiuum, &c. sed vniuersalia nullum habent esse reale præter singularia, quia nullus est triangulus, nisi hic singularis: ergo demonstratio quæ concludit in particulari hanc naturam conuenire huic rei, præstantior est quam

Triplex diuisio.

De modo vniuersa. & partica.

1. Partica.

2. Particu.

3. Particu.

quam illa quæ demonstrat in vniuersali, cum propinquius attingat ad modũ essendi rerum. ¶ In tertia particula. (Atque ea demonstratio) subsequitur tertia ratio, quæ talis est. Illa demonstratio præstantior est, quæ versatur circa illa quæ magis participant de ratione rerum, seu de ratione essendi, vt vertit Boetius. & ea rursus quę non potest esse causa errandi, quam illa quę versatur circa illud quod minus participat de ratione essendi, & minus potest esse causa errandi: sed demonstratio particularis se habet hoc modo respectu vniuersalis, ergo est præstantior. Probatur minor, vniuersalia circa quæ versatur demonstratio vniuersalis, in quantũ sunt vniuersalia, abstrahuntur à rebus, & per consequens minus participant de ratione essendi, quam singulare: & ideo ex illis potest generari error quod fiat realiter separata: nã propter huiusmodi demõstrationes vniuersales Plato asseruit ideas separatas. Ponit exemplũ Aristo. quod cap. 5. text. 13. ante posuerat: videlicet. Si per mutatim proportionari, quod nõ est proprium lineari, nec numerorum, id est, quantitatis continuæ, nec discretæ, sed alicuius communis & nominati (quod possumus appellare, proportionabile) demonstraretur de aliquo, suspicaretur quis illud esse aliquid vniuersale separatum. ¶ In quarta particula. (An harum altera) molitur rationes soluere. Solutio primæ est hæc, quod illa non concludit inconueniens magis de vniuersali, quam particulari demonstratione. Modus peculiaris respondendi Aristot. est per interrogationem. Quinimo è contrario demonstratio vniuersalis magis facit scire: nam qui scit isoscelem habere tres angulos æquales duobus rectis, minus scit cui illa passio per se primo conueniat, quam qui scit illam passionem conuenire propriè rationi trianguli, quoniam isosceli non conuenit illa passio in quantum est isosceles, sed in quãtum est triangulus: & si eadem passio conueniret triangulo, non in quantũ triangulus est, qui talem passionem demonstraret de triangulo, non proprie & per se demonstraret. In summa vult dicere, quod cum demonstratio semper demonstret passionem vniuersalem, & demonstratio vniuersalis demonstret illam per propriam rationem communem, cui per se primo conuenit: magis facit scire quam demonstratio particularis quæ demõstrat eandem passionem de singulari, vel de aliquo inferiori, cui illa ratio communis non per se primo conuenit. ¶ Et hoc est quod concludit. Si igitur triangulus ad plura se extendat, non tanquam æquiuocum, sed tanquam genus aut species, & singulis speciebus trianguli conueniat vna communis passio, illa conueniet per rationem communem triangulitob idque demonstratio vniuersalis, quæ illam demonstrat per talem rationem communem, magis facit scire, & per consequens est dignior quam particularis. ¶ In quinta particula. ¶ (Præterea si vniuersale.) Soluit secundam rationem, videlicet, quod cum vniuersale dicat vnicam rationem communem, non minus participat de ratione essendi quam singularis; imo quamuis non habeat esse realiter nisi in singularibus, tamen in quantum abstractum, est magis ens, quia est per se incorruptibile & perpetuum: cum singularia sint per se corruptibilia, vt quæstione. 1. super prologũ Porphyrij expositũ reliquimus. ¶ In sexta particula. (Præterea nulla.) Soluit tertiam rationem, dicens: nullã esse necessitatem asserendi propter demonstrationes vniuersales, vniuersalia esse realiter separata à singularibus. Nullam, inquit, maiorem necessitatem quam in accidentibus: quamuis enim idem sit albũ & dulce, & quis demonstret de albo dissuadere visum, nihil considerando de dulci, non propterea negat album esse dulce: & propterea quod mathematicus demonstret proprietates quantitatis nihil laquendo de substanta, non negat quantitatem inhærere substantiæ. Et ita qui aliquid demonstrat de triangulo abstrahendo per intellectum ab hoc & ab illo, non asserit aliquem esse triangulum realiter à singularibus separatum, sed ipse qui hoc existimat fallitur. ¶ In septima particula. (Præterea si demõstratio.) Postquam rationes in contrarium dissoluit, pergit formare septem rationes ad probandum intentum. Prima est. Illa demonstratio est præstantior quæ reddit causam conclusionis (nam cum scire sit rem per causam cognoscere, illa facit magis scire) sed demõstratio vniuersalis procedit per causam: nam causa passionis, quæ demonstratur debet esse ratio communis alicuius speciei specialissimæ, aut subalternæ: ergo demonstratio vniuersalis est præstantior. ¶ In octaua particula. (Præterea vsque.) Sequitur secunda ratio, quæ est velut superioris explicatio. Tũc vnamquamque rem scire arbitramur cum ipsam vsque ad vltimam causam resoluimus: sed hoc fit per demonstrationem vniuersalem: ergo. Exponit primo maiorem in causis finalibus, vbi res est perspicacior. Veluti si quis quærat à mercenario, cuius huc gratia venis? quo respondẽte, vt argentum accipiat: iterum quæratur, ad quid vis argentum? & respondente vt mutuum soluat, illius adhuc causam respondeat, ne infinitam faciat: quæ cum sit opus virtutis, est iã prima causa. Ait ergo Aristoteles, quod quemadmodũ in hoc casu non scimus simpliciter cur ipse venit, quousque sciamus illum vltimum finem, ita res se habet in alijs generibus causarum. Probat deinde minorem, videlicet, quod hoc spectet ad demõstrationem vniuersalem. ¶ Vbi notandum est, quod omnes sex anguli trianguli æquiualent sex rectis, vt apparet in figura text. Nam. a. &. b. æquiualent duobus rectis, cum fiant à linea cadente super lineam rectam: & eadem ratione c. &. d. æquiualent duobus rectis: & pariter. e. &. f. Cum igitur tres intrinseci æquiualeant duobus rectis, fit vt tres extrinseci æquiualeãt quatuor, nec hoc solũ est verum in triangulo: sed quotcunque angulares figuræ rectilineæ anguli omnes extrinseci æquiualeant quatuor rectis, vt ex. 32. conclusione Euclidis colligitur. Air ergo Aristoteles, quod si quis à Geometra quærat, an omnes anguli extrinseci isoscelis æquiualeant quatuor rectis, id affirmabit. Sed si quæratur, cur illi tales anguli æquiualent quatuor rectis, non respondebit particulariter, quia est isosceles, id est, quia habet duo latera æqualia: sed quia est triangulus, & rursus triangulo hoc conuenit, quia est figura rectilinea. Vbi constat resolutionem causarum semper fieri procedendo ad vniuersaliora. & per consequens demonstratio vniuersalis est præstantior. ¶ In nona particula. (Præterea demonstratio.) Sequitur tertia ratio, quæ talis est. Demonstratio quanto magis est particularis, tãto magis tendit ad infinita: nam individua non habent numerum determinatum, sed ratione materiæ possunt procedere in infinitum: sicut air Aristoteles. 6. Physicorum, text. 1. quod dictũ materialis continui procedit in infinitum: demonstratio vero vniuersalis tendit ad vnum simplex vniuersale, quod continet sub se inferiora: sed infinita non cadunt sub scientia, ergo demonstratio vniuersalis magis facit scire, & per consequens est præstantior. Et addit, quod demonstratio vniuersalis est magis demonstratio quam particularis, quia vniuersalia sunt magis demonstrabilia, quã particularia. ¶ In decima particula. (Præterea si ea.) Sequitur quarta ratio. Illa demonstratio

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis est expetenda & æstimanda: per quam plura sciũ
tur, quàm illa per quam sciuntur pauciora: sed per de-
monstrationem vniuersalem, dũ scitur vniuersale, scium
tur & omnia particularia, dummodo sciantur contineri
sub tali vniuersali, vt qui scit omnem mulam sub ratio-
ne communi esse sterilem, quacunque statim cognita,
scit illam esse sterilem: & tamen è conuerso qui scit hãc
mulam esse sterilem, nõ propterea cognoscit omnẽ mu-
lam esse sterilem, ergo demonstratio vniuersalis præ-
Vndecima. stãtior est. ¶ In vndecima particula. (Insuper vniuersali
ter.) Subiungitur quinta ratio, quæ est huiusmodi. Illa
demonstratio est præstabilior quæ demonstrat, aut ex
primo principio, aut ex illo quod huic est proximũ, aut
propinquius: sed demonstratio vniuersalis est huius-
modi, particularis vero non, ergo vniuersalis est præsta
bilior. Probatur maior: quia cum virtus demonstratio-
nis sit facere, scire, & nihil scimus nisi per resolutionẽ
ad prima principia: nulla certè quæ procedit ex immedia
tioribus erit dignior. Sed minor probatur, quia id quod
est magis vniuersale, magis accedit ad primum princi-
pium quod est vniuersalissimum, veluti si demonstran-
dum sit. a. competere ipsi. d. per. b. c. media: vt si demõ-
stranda sit hæc, omnis homo est substantia, prius demon
stratur per animal, deinde per corpus, quod cum sit vni
uersalius, magis accedit ad substantiam, adeo vt hæc sit
immediata, omne corpus est substantia: sed illa demon-
stratio est vniuersalior, quæ vniuersaliori medio vti-
tur: ergo illa præstabilior est. ¶ Subdit Aristotel. quòd
Duodecima. aliquæ prædictarum rationum subeunt modum disse-
rendi, id est, sunt dialecticæ: potissimum. 3. & 4. quę nõ
veniunt peculiari ratione demonstrationis, sed medio
communi: procedunt namque de quacunque cognitio-
ne, non solùm de scientifica. ¶ In particula duodecima.
(Maximè autem.) Sequitur sexta ratio, quæ ferè recedit
in quartam. Qui scit propositionem vniuersalem,
scit in potentia omnes singulares illius vniuersalis, vt
qui scit omnem triangulum habere tres angulos, &c.
scit in potentia isosceles, & alias species habere tres an
gulos, &c. qui verò è converso scit particulare, non sub-
inde scit vniuersalem: ergo scientia vniuersalis est præ-
stantior, & per consequẽs demonstratio vniuersalis per
Tertia de- quam illa gignitur, dignior est particulari. ¶ In tertia
cima. decima particula. (Præterea vniuersalis.) Sequitur, de-
mum septima & postrema ratio. Demonstratio quæ
ad intellectum terminatur, præstabilior est illa quæ ter
minatur ad sensum, sed vniuersalis terminatur ad intel-
lectum: nam demonstrat vniuersale, quod solo intelle-
ctu directè cognoscatur. Etenim species vniuersales di-
rectè repræsentantes vniuersalem non sunt nisi per ab-
stractionem intellectus, & ideo solùm sunt in intelle-
ctu: demonstratio vero particularis terminatur ad sen-
sum: nam singularia solo sensu cognoscuntur directè,
ab intellectu vero solùm cognoscuntur reflexè, scilicet,
per reflexionem ad singulare phantasma. Cuius ratio
est, quia cum in intellectu nulla fit species nisi per ab-
stractionem, nulla est proinde illic singularis: per vni-
uersalem vero non potest intellectus hoc potius, quam
illud singulare repræsentare, nisi reflectendo se
supra singulare phantasma, vt. 3. de anima
Deo dante faciemus
notum.

De demonstratione affirmatiua, & negatiua. Cap. XXI.

AFFIRMATIVAM autem negatiuæ demonstrationi præstare, hinc sanè patebit. Sit enim ea præstabilior demõstratio (cætera modo sint eadem) quæ è postulationibus suppositionibusve, aut propositionibus paucioribus constat. Nam si notæ similiter sint, citiùs per hasce cognitio comparabitur, quod quidem magis est expetendum: ratio autem propositionis huius, præstabiliorem eam inquam esse quæ ex pauciori bus constat, vniuersaliter hæc est. Nam si similiter sunt ipsa media nota, priora vero sunt notiora, sit vna quidem demonstratio, qua. b. c. d. medijs. a. demonstratur ipsi competere. e. alia vero, qua rursus. a. per. b. c. media ipsi. d. compe tere demonstratur: hæ igitur. a. d. inquam, &. a. e. simili modo se se habent, sed. a. d. prior est, at-que notior. a. e. per illam enim hæc demonstra tur, atqui id magis creditur, per quod ostendi-tur aliud: demonstratio igitur ea, quæ de pau-cioribus constat (modo sint cætera paria) præ-stabilior est, vt probauimus. Ambæ igitur per tres terminos, propositionesve duas demon-strãt: verum altera esse quippiam, altera & esse quippiam, & non esse sumit: ex pluribus ergo constat, quare inferior est, vt constat, quam af-firmatiua. ¶ Præterea id ita esse patet, cum de-monstratum sit ratiocinationem esse non pos-se, si ambæ propositiones negatiuæ sint, sed al-teram talem, alteram affirmatiuam esse opor-tere. ¶ Præterea insuper hoc sumere oportet: nam cum demonstratio accrescit, affirmatiuas quidem propositiones necesse est fieri plures, sed fieri nequit, vt vlla in ratiocinatione plures vna sint negatiuæ. a. namque nulli competat b. & b. cuilibet insit. c. Si igitur ambæ propositiones sunt augendæ, media sunt interponenda, atque inter. a. b. si. d. inter. b. c sit. e. patet igi-tur. e. quidem affirmatiuè tam subijci, quam e-tiam dici. d. verò dici quidem affirmatiuè, subij ci autem negatiuè. Nam ipsum quidẽ de quo-libet. b. prædicetur. a. vero nulli ipsi insit opor-tet. Fit igitur vna propositio negatiua, ipsa in-quã. a. d. Idem est & cæteris in ratiocinationi-bus modus etenim necesse est mediũ quidẽ id. quod inter affirmatiuæ propositionis termi-nos cadit, interuallum vtrumque affirmatiuũ, alterum negatiuum efficere: quare tãtum vna sit hæc propositio talis: cæteræ omnes sunt, vt patet

patet, affirmatiuæ. Si igitur id per quod quip-piam demonstratur notius est, magisque credi tur: & negatiua quidem per affirmatiuam de-monstratur, vt patuit: affirmatiua vero, per ne-gatiuam non demonstratur: hęc ipsa sanè cùm prior sit & notior, & magis credatur, præstabi-lior erit sine dubio negatiua. ¶ Præterea si vni-uersalis ea propositio quæ vacat medio, ratio-cinationis est, vt patet, principium: atque in af-firmatiua quidem affirmatiua, in negatiua ve-ro est negatiua: constat autem affirmatiuam negatiua priorem esse, notioremue (negatio namque per affirmationem innotescere solet, præcedetq; negationes affirmatio, perinde ac esse præcedit non esse) affirmatiua profectò demonstratio probabilior est negatiua, quip-pe cum principium ipsius sit negatiuæ princi-pio præstabilius: eamque præstabiliorem esse oporteat, quæ præstabilioribus principijs vta-tur. ¶ Insuper antiquior est: nam absque affir-matiua negatiua esse non potest.

SEQVITVR in hoc capite vigesimo primo cõ-paratio demonstrationis affirmatiuæ ad negatiuã. Quod cum apud Commentatorem vnicus sit textus quadragesimus, in quinque tamen particulas secatur: nam tot rationibus Aristoteles probat affirmatiuam de-monstrationem præstare negatiuæ. Prima ergo ratio est. Illa demõstratio est excellentior, quę ex pauciorib⁹ petitionibus, suppositionibusve, aut propositionibus, id est dignitatibus procedit (nomina hæc latissime ex-posuimus capi. 8. super textum. 25.) sed demonstratio
1. Ratio. affirmatiua ex paucioribus huiusmodi principijs pro-cedit quam negatiua: ergo est excellentior. Maiorẽ pro bat Aristoteles dupliciter. Primò, quia licet omnia prin cipia essent æque nota, tamen per pauciora citius & fa-cilius attingimus scientiam, quod maximè est expeten dum: ergo demonstratio quæ per pauciora demonstrat expetibilior est. Secundò id probat vniuersaliter. Esto principia eiusdem ordinis sint æquè nota, scilicet, com-parando primum primo, & secundum secundo, &c. Ni-hilominus quanto principium est prius & immediatius, tanto est notius, vt ex supradictis constat. Hoc suppo-sito ostendit maiorẽ hoc exemplo. Detur propositio me-diata. a. e. scilicet, omne. c. est. a. quæ debet demonstrari per tria media, scilicet. b. c. d. sit vero. a. d. quæ solùm demõstratur per duo, scilicet. b. c. vt sit, verbi gratia. a. c. omnis homo est substãtia, &. a. d. omne animal est sub stantia, vt. a. sit substantia. c. homo (nam præcedens litera semper designat prædicatum). d. sit animal. c. corpus animatum, &. b. corpus. Manifestum est hic, quod. a. d. notior est quam. a. e. nam vt dictum est cap. 2. magis sci-tus principia, quam conclusiones: sed. a. e. demonstra-tur per. a. d. vt omnis homo est substantia, per, omne ani mal est substantia: ergo. a. d. est notius, & per consequẽs illa demonstratio quæ per pauciora media demonstrat notiorem conclusionem concludit, quam illa quæ per plura demonstrat, atque adeo præstabilior est. Minorẽ autem, videlicet, affirmatiuam per pauciora media demonstrare probat, quia licet vtraque demonstret per tres terminos, & duas præmissas; tamen affirmatiua de-monstrat per vnum genus propositionis, scilicet, solùm per affirmatiuas, negatiua vero demonstrat per duo ge nera: quippe cuius altera præmissa debet esse affirmati-ua, altera negatiua. ¶ In secunda particula. (Præterea id.) Sequitur secunda ratio facilis. Demonstratio affir-
2. Ratio. matiua procedit ex ambabus affirmatiuis, negatiua ve-ro ex vna affirmatiua: ergo affirmatiua est præstantior. Probatur consequentia, quia post quam ex puris nega-tiuis nihil sequitur, sed in omni demonstratione nega-tiua requiritur saltem vna præmissa affirmatiua, & in propositione affirmatiua nulla requiritur negatiua, si-gnum est propositionem affirmatiuam maiorem habe-re virtutem ad demonstrandum, quam negatiuã: & per consequens demonstrationem affirmatiuam, quæ vtrã-que præmissam habet affirmatiuam, præstãtiorem esse. ¶ In tertia particula. (Præterea insuper.) Subsequitur
3. Ratio. tertia ratio. Propositio affirmatiua plus & frequentius seruit ad resoluendum propositiones mediatas ad im-mediatas quam negatiua, ergo est dignior: & per conse quens demonstratio affirmatiua quæ constat ex amba-bus præmissis affirmatiuis est dignior. Probat maiorẽ. Nam si propositio mediata est affirmatiua, debet redu-ci per ambas præmissas affirmatiuas, si vero propositio illa mediata est negatiua, debet reduci per vnam solam negatiuam & alteram affirmatiuam. Sit verbi gratia, quod. a. nulli competat. b. id est, sit propositio mediata, nullum. b. est. a. id est, nullum corpus animatũ est quali tas, &. b. cuilibet insit. c. id est, sit hęc mediata, omnis ho mo est corp⁹ animatũ in Celarẽt, & inter. a. b. scilicet, ex trema negatiuè, medier. d. puta corpus: & inter. b. c. scili cet, extrema affirmatiuè mediet. d. scilicet, animal. Igit minor affirmatiua resoluitur per duas affirmatiuas, sci-licet, omne animal est corpus animatum, omnis homo est animal: ergo. Maior vero negatiua resoluitur per vnam negatiuam, & alteram affirmatiuam, scilicet, nul-lum corpus est qualitas, omne corpus animatum est cor pus: ergo. Et ita ostenditur propositionem affirmatiuã, plus quam negatiuã resolutioni deseruire. Cõcludit er go Aristoteles, quod si id per quod aliud notificatur no tius est, & negatiua propositio probatur per affirmati-uam, & non è conuerso, fit vt affirmatiua propositio sit notior quam negatiua: & per consequens demonstratio affirmatiua, vtpote quæ ex notioribus procedit, sit præ stabilior. ¶ In quarta particula. (Præterea si vniuersa-
4. Ratio. lis.) Sequitur quarta ratio, quæ talis est. Illa demonstra tio est præstantior, cuius primum & immediatum prin-cipium est præstantius, sed talis est demonstratio affir-matiua: ergo. Probatur minor. Principium immediatũ propositionis affirmatiuæ, est propositio affirmatiua; principium autem immediatum propositionis negati-uæ, est propositio negatiua: sed affirmatiua propositio præstantior est quam negatiua, tum quia vt dictum est, prior est & notior in demonstratione, cum negatiua de-monstretur per affirmatiuam, & non è conuerso, tũ quia quamuis vtraque sit in suo genere immediata, quia si-cut affirmatiua immediata non habet priorem affirma-tiuam, ita nec negatiua immediata habet priorem nega tiuam: tamen secundum esse naturæ rerum affirmatio præcedit negationem, sicuti esse præcedit nõ esse: & per affirmationem innotescit negatio, sicut per positiuum innotescit priuatio. ¶ Quod si quis arguat negationem præcedere affirmationem: tuã autea quam mundus esset verum erat dicere, mundus non est: & quodcunque indi uiduum prius non est, quam sit. ¶ Respondetur, quod via generationis ex non esse, proceditur ad esse: tamẽ id quod non est, non produceretur nisi ab illo quod est: si-cut aqua non calefieret nisi ab igne qui est actu calidus.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nisi Deus fuisset æternus, nihil produceretur. Hac de causa priuatio innotescit per habitum: vt tenebræ sunt absentia lucis, & cæcitas carentia visus. Vnde de Chimera quæ nunquam fuit, nullam cognitionem habemus, nisi per negationem rerum quas nouimus, vt quod neque sit homo, neq; equus, &c. In quinta particula. (Insuper antiquior est.) Concluditur quinta & vltima ratio, videlicet, quod demonstratio affirmatiua sit præstantior, quippe antiquior sit, & natura prior, cum negatiua propositio dependeat ab affirmatiua, per quam demonstratur: non tamen è conuerso.

5. Ratio.

De demonstratione ad impossibile.

Cap. XXII.

Text. 41.

QVM autem affirmatiua præstabilior sit negatiua, patet rectam etiam ea præstabiliorē esse, quæ ad id deducit, quod fieri nequit. Atque primò scire differētiam ipsarum oportet. Igitur. a. quidem nulli. b. competat. b. verò cuilibet inest. c. atque hoc pacto negatiua recta sit demonstratio, qua quidem a. processione recta nulli competere demonstratur. Sed ea quæ ducit ad id quod fieri nequit, sic se se habet: nam si demonstrandū est c. nulli competere. b. sumendum est è contra, cuilibet eidem ipsum competere: at. b. etiam cuilibet. c. quare fit, vt. a. cuilibet competat. c. Sit autem notum atque concessum, hoc minimè fieri posse, non ergo fieri potest, vt. a. competat ipsi. b. quod si. b. conceditur ipsi competere. c. fieri profectò nequit, vt. a. competat ipsi b. ¶ Termini igitur ordine simili disponuntur, verum differentia in propositionum negatiuarum cognitione cōsistit, vtra inquam istarum sit notior: vtrùm hæc. a. nulli cōpetit. b. an ista. a. nulli competit. c. cum igitur cōclusio notior est, tum ea sanè sit demonstratio, qua deducitur in id quod haud quaquam fieri potest: sed cum ea propositio quæ in ratiocinatione sumitur notior est, tum recta nimirùm efficitur demonstratio. ¶ At constat propositionem hāc. a. nulli competit. b. priorem hac esse natura. a. nulli competit. c. Ea namque sunt conclusione priora, ex quibus emergit ipsa cōclusio, atque patet hanc quidem. a. nulli. c. competit, conclusionem esse: illam autem. a. nulli. b. competit, id esse ex quo emergit ipsa conclusio. Non enim si sit vt quippiam tollatur, hoc quidem est conclusio, illa vero ex quibus: sed id quidē ex quo fit ratiocinatio, quæ sic se se habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum rationem habeat: ac. a. c. &. a. b. propositiones non sic inter se se habent, vt patet. Si igitur ea demonstratio, quæ ex notioribus, prioribusve conficitur, semper est præstabilior: vtraque vero demonstratio dicta, ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore, altera ex posteriore, negatiua demonstratio præstabilior est ea simpliciter demonstratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit. Quare patet, affirmatiuam quoque demonstrationem rectam, quæ quidem negatiuæ præstat, vt patuit, præstabiliorem esse eadem.

SVBSEQVITVR in hoc capite vigesimo secundo, vt mostretur demonstrationem directam præstantiorem esse illa, quæ est ad impossibile. Atqui apud Commentatorem vnicus est hic textus. 41. diuiditur autem in tres particulas. ¶ In prima definitur quid sit domonstratio ad impossibile, quod explicatur per comparationem ad demonstrationem directam. Assumantur enim duæ præmissæ in Celarent, nullum. b. est a. omne. c. est. b. Ex his fiet demonstratio directa si concludatur, nullum. c est. a. At vero vt maior illa negatiua demonstretur ad impossibile, sumendū est, inquit, contrarium, scilicet. a. nulli competere. b. Non est solicitus Aristoteles in tanto rigore loqui: non enim sumendum est contrariū, sed contradictoriū: nām qui negaret, nullum. b. est. a. negare etiam posset, omne. b. est. a. cum duæ contrariæ possint esse falsæ. Ergo, vel loquitur in materia naturali, vbi contrariæ non possunt esse falsæ: vel accipit indifferenter contrarium pro cōtradictorio. ¶ Est ergo demōstratio ad impossibile, quādo ex contrario, aut cōtradictorio propositionis negatę infertur aliquod impossibile, per quod ostenditur propositionem negatiuam esse veram: vt si negetur, nullum. b. est. a in materia naturali, scilicet, nullum animal est lapis, dato contrario, omne. b. est. a. & subsumpto, omne. c. est. b. scilicet, omnis homo est animal, inferam, omnis homo est lapis, consequens est falsum, & non minor: ergo maior, & per consequens contrarium est verum. ¶ In secūda particula. (Termini igitur.) Infert conuenientiam, & differentia inter huiusmodi demonstrationes. Conueniunt enim, quod vtraq; procedit ex eadem dispositione triū terminorum: puta ex eodem medio, & ex eisdem extremitatibus, licet non ex eisdem præmissis: quia directa fit in Celarent, & ad impossibile, in Barbara. Differentiam tamen (inquit) est, quod si illa negatiua quæ sumpta est pro maiori de Celarent notior est in veritate, quam contraria conclusionis quæ infertur in Barbara (semper loquitur in materia naturali) fit tunc demonstratio directa in Celarent. Sin vero contraria conclusionis quæ infertur in Barbara est notior, tunc demōstratio fit ad impossibile. Exempli gratia. Negauti hāc, nullum animal rationale est irrationale, in vanum sanè demonstraretur ad impossibile ex eius contraria, scilicet, omne animal rationale est irrationale, omnis homo est animal rationale, ergo nullus homo est irrationalis: consequens est falsum, quia sua contraria in materia naturali est vera, scilicet, nullus homo est irrationalis, ergo aliquæ præmissarum, &c. In vanū inquam esset, quia illa contraria conclusionis, scilicet, nullus homo est irrationalis, quæ sumitur pro præmissa ignotior est, quam, nullum animal rationale est irrationale, vbi formaliter exprimitur prædicatum repugnare rationi subiecti. Vnde potius ex hac arguendum est directè in Celarēt, nullum animal rationale, est irrationale; omnis homo est animal rationale, ergo nullus homo est irrationalis. At vero è conuerso neganti hanc, nullus homo est irrationalis, potest ad impossibile demonstrari ex contraria, scilicet, omnis homo est irrationalis, omne animal irrationale est homo, ergo omne animal rationale est irrationale; consequens est falsum: imo, nullum animal rationale est irrationale, quæ clarior est quam illa primo negata. Eodē modo neganti hanc, animal nō est equus, arguitur ad impossibile ex cōtradictoria: omne animal est equus, omnis homo est animal, ergo omnis homo est equus; consequens est falsum: ergo, &c. nam rustico notius est hominem non esse equum, quam animal nō esse equum. ¶ In tertia particula. (At constat, &c.) His suppositis probat conclusionem intentam. Et probatio est hæc. Demonstratio affirmatiua potior est quam negatiua, & negatiua quam ad impossibile: ergo omnis demōstratio directa præstantior est quam ad impossibile. Et hoc modo fit nota illa consequentia in principio capituli, quæ prima fronte nō habet apparentiam. Cum affirmatiua demonstratio præstantior sit quam negatiua, patet rectam præstabiliorem esse ea quæ est ad impossibile. Est enim sensus, quod supposito ex dictis affirmatiuam præstabiliorem esse negatiua, & ostenso iam nunc negatiuam præstabiliorem esse ea quæ est ad impossibile, sit vt omnis directa sit præstātior. Quod autem negatiua directa præstantior sit demonstratione ad impossibile, probat hoc modo. Illa demonstratio est præstabilior, vt ex dictis patet, quæ procedit ex prioribus & notioribus: sed demonstratio negatiua directa procedit ex prioribus & notioribus, ergo est præstabilior.

Demonstratio ad impossi.

Text. 31. Probat rursus minorem eo quod illa propositio, nullū. b. est. a. quæ est maior in demonstratione directa in Celarent, est prior (& per consequens notior) quam illa, nullum. c. est. a. contraria conclusionis demonstrationis ad impossibile, eo quod est præmissa respectu illius, quia nullum. c. est. a. infertur in Celarent ex illa, nullū. b. est. a. & illa, nullum. c. est. a. est quodammodo præmissa rursus in demonstratione ad impossibile: puta, omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. consequens est falsum, imo nullum. c. est. c. ergo aliqua præmissarum: ergo præmissa demonstrationis directæ est prior quam præmissa demonstrationis ad impossibile. ¶ Quod si quis contra arguat, nullum. c. est. a. esse priorem quam, nullum. b. est. a. post quam in demonstratione ad impossibile, nullum. c. est. a. est præmissa, & nullum. b. est. a. est conclusio. ¶ Respondet Aristoteles, ingeniose licet obscure illic. (Non enim si fit, &c.) & responsio stat in hoc, quod illa nullum. c. est. a. non est propriè præmissa in demonstratione ad impossibile respectu illius: nullum. b. est. a. Propterea namque quod tollatur conclusio demonstrationis ad impossibile: dicendo, consequens est falsum, nō accipitur eius contrariū, aut contradictoriū formaliter pro præmissa: debet se enim cōclusio habere ad præmissas, sicut pars ad totū: quia præmissæ constant ex tribus terminis, scilicet, medio ex extremitatibus, ex quibus extremitatibus debet cōstare conclusio. Et tū contrarium, aut contradictoriū conclusionis ad impossibile, nō ita se habet respectu propositionis negatæ ex cuius contrario procedebat demōstratio ad impossibile. Colligitur ergo, quod licet demonstratio ad impossibile quandoq; sit affirmatiua, nihilominus demonstratio negatiua, si sit directa est præstantior: quia cęteræ nō sunt pares. ¶ Scholiste multos de huiusmodi demonstrationum comparationibus multa disputare. Sed nec res est tanti momenti, & Aristo. ex abunde tractauit.

De certitudine & vnitate scientiarum.

Cap. XXIII.

Text. xliij. SCIENTIA autem scientia exactior priorque est ea, quæ eadem & ipsius esse, & propter quid esse est, sed non ea quæ est ipsius esse, sine ea quæ est ipsius propter quid est, & ea quæ non est de subiecto, vt Arithmetica ipsa Musica: & item ea, quæ est ex paucioribus ea, quæ est ex additione, vt Arithmetica ipsa Geometria. Ex additione autem dico hoc pacto: vnitas est substantia positione vacans, punctum vero cum positione substantia est: hoc igitur ex additione esse dico. ¶ Vna autem scientia est, quæ vnius est generis, quæ componuntur ex primis, & sunt partes, aut effectus horum per se: diuersæ vero scientię sunt, quarū principia ex eisdem nō sunt, nec ex vnius principijs principia alterius proficiscūtur. Huius autē est signum cum ad ea quæ non demonstrantur est ventum: oportet enim ipsa eodem in genere esse, in quo sunt ea quæ sunt demōstrata: est autem & huius signum cum ea quæ demonstrantur per ipsa eodem in genere sunt, atque propinqua. ¶ Atq; fieri potest, vt plures eiusdem sint demonstrationes, non solùm si ex eadem serie medium non cohærēs accipiatur, vt si inter. a. b. nunc. c. d. nunc medium accipiatur: sed etiā si ex diuersa sumatur. Sit enim, a. mutatur. c. mouetur. b. voluptate afficitur: verum igitur dices, si. c. de. b. &. a. de. d. prædicaueris: qui nanque voluptate afficitur, mouetur, & qui mouetur, mutatur. Rursum inter eosdem terminos medium. d. ponatur, in quo sit, quietem consequitur: verum igitur identidem dices, si. a. de. b. &. b. de. d. prædicaueris, qui nanque afficitur voluptate, is quietem consequitur, is mutatur. Quare per diuersa media, non ex eadem serie sumpta conficitur ratiocinatio: non tamen adeo diuersa, vt neutrum dicatur de altero, necesse est enim ambo cuipiam eidem inesse. Considerandum est, quot modis per cæteras quoque figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest.

HÆC est secunda pars huius sexti membri, in qua post comparationes factas inter demonstrationes sequitur, vt scientia quæ est effectus demonstrationis, comparetur ad scientiam. Et quia in scientia sunt tria, scilicet, habitus, obiectum, & principium. In hoc expir. 23. fit comparatio inter habitus scientiæ, & in sequenti, inter obiecta scientiæ, & in 25. inter principia scientiæ. Atquin diuisione Commentatoris continet textum. 42. & partem textus. 43. In textu. 42. comparatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur scientiæ quantum ad certitudinem: & in.41. quã-
tum ad vnitatem. ¶ Est ergo prima conclusio, scientia
exactior ac prior est alia scientia tripliciter. Boetius pro,
exactior, vertit, certior. Et quanquam idem sit, tamẽ vo
cabulum, certior, clarius est ac magis vtratum. Primo
modo, vna scientia est certior alia, eo quod facit cogno
scere & conclusionem & propter quid illius. Alia vero
solum facit cognoscere conclusionem. Boetius dicit,
quod illa est certior quæ facit cognoscere, & propter
quid, & quia, vbi illa particula causalis, quia, rem obscu
rat. Posset enim quis suspicari sensum Aristotelis esse,
quod vna eadem scientia demonstret a causa, & ab effec
tu, & alia non demonstret nisi solum ab effectu. Attamen quicquid sit de hoc, non est hic sensus Aristotelis,
sed sensus est, quod illa scientia qua quis scit non solum
hoc esse hoc, puta lunam esse eclipsabilem, aut barbara
barum pergare choleram, sed etiam scit eius causam
certior est illa qua solum scit hoc esse hoc, aut ab effectu
aut signis, aut alijs coniecturis. ¶ Secundo modo vna
scientia est certior alia, quia non est de subiecto, cum a-
lia sit de subiecto. Non est sensus, quod aliqua scientia
non habeat subiectum, sed quod illa scientia cuius sub-
iectum abstrahit a subiecto sensibilis, est certior quam
illa quæ concernit subiectum sensibile & naturale, vt
Arithmetica certior est quã musica: quia tractat de quã
titate abstrahendo a subiecto. Musica vero de quantita
te sensibili: & res sensibilis est subiectum quantitatis.
¶ Tertio modo vna scientia est certior altera, quia eius
subiectum est simplicius, & subiectum alterius sit per
compositionẽ, id est, additionem ad illud: vt Arithmeti
ca certior est quam Geometria, quia vnitas quæ est prin
cipium numeri, de qua tractat Arithmeticus simplicior
est quam punctum, quod est principiũ quantitatis con-
tinuæ, de qua tractat Geometra. Est enim, inquit, vnitas,
substantia indiuisibilis non habens positionẽ: & punctũ
est substantia indiuisibilis habens positionem in contí-
nuo. Hic sunt, qui existiment Aristo. insinuare quandam
opinionẽ Platonis, qui tenebat rerum substantias nihil
aliud esse quam vnitates quasdam mathematicas, quam
proinde refert hic S. Tho. At vero forte Aristo. non lo-
quitur nisi secundum veram opinionem. Non enim ac-
cipit hic numerũ, substantia, pro primo prædicamento, vt
distinguitur ab accidentibus: sed accipit loco generis
pro essentia cuiuscunq; rei, siue accidens sit, siue substã
tia quemadmodũ ipse docet accipi nomen, substantia. 5.
metaph. text. 14. Et dicit, quod vnitas definitur per hoc so
lum quod sit res indiuisibilis quæ nõ habet positionem
in continuo: qui enim solum dicit, duo, aut tria: nullum
ponit ordinẽ vnitatum, vt vnum sit hic, & aliud illic, aut
vnum sursum, & aliud deorsum, &c. Punctum vero dicit
quid indiuisibile quod habeat positionem in continuo:
nam in cõtinuo punctum medium est inter extrema, &
vnũ est sursum, & aliud deorsum. Et sic geometra quasi
ex indiuisibilitate vnitatis, & positione in continuo cõ-
ponit definitionẽ puncti. Quo igitur exẽplo nihil aliud
vult docere Aristo. nisi quod illæ scientiæ quæ vtuntur
principijs magis compositis, & magis in particulari, nõ
sunt ita certæ, sicut illa quæ tractãt de rebus in vniuer-
sali & magis abstractæ. ¶ In secunda particula, quæ est
text. 43. Vna autẽ scientia. Est secunda cõparatio scien-
tiæ ad scientiã in vnitate & diuersitate. Vbi ponitur se-
cunda conclusio. Illa scientia est vna quæ est vnius ge-
neris subiecti, illæ vero sunt diuersæ quæ procedunt ex
principijs diuersis. Ad cuius intelligentia notandũ est,
vt egregie hic notat Diuꝰ Thomas, quod scientia est mo-
tus quidam rationis, quo intellectus ex quibusdã prin-

Text. 34. Scientiæ vnitas.

cipijs tendit in cognitionẽ alicuius rei, sicut sensatio est
motus in sensibili: & quia motus, vt author est Aristote-
les. 5. Physicorum, textu quinto distinguuntur & sortiũ
tur speciem ex termino & fine, vt augmentatio distin-
guitur ab alteratione: quia alter est motus ad quantita
tem, & alter ad qualitatem, hinc fit vt scientia dicatur
vna, & ab alia distincta ab vnitate rei, cuius cognitio
per talem scientiam intenditur: vt Geometria quamuis
multas & diuersas conclusiones diuersarum linearum,
& figurarum complectatur, est vna scientia, quia omnia
illa tenduntin cognitionem quãtitatis continuæ, & sub
tali ratione omnia considerantur, atque adeo Arithme-
tica quæ tractat de numero est alia distincta, & ita de
cæteris, quemadmodum visus distinguitur ab auditu,
quia sunt diuersorum obiectorum. ¶ Explicat statim
Aristoteles, quæ nam dicantur comprehendi sub vno
genere, & dicit illa esse tria, scilicet, principia, & partes,
& affectus, id est, passiones quæ per se conueniant eidẽ
subiecto. Principia sunt propositiones immediatę infra
limites illius generis: vt in Geometria, a quolibet pun-
cto in quodlibet punctum lineam ducere, & ab æqualí-
bus continuis quantitatibus æquales demas, &c. Dixe-
rim infra limites illius generis, quia vt supra dictũ est,
non est transeundum in demonstrationibus a genere in
genus, vt, scilicet, vna scientia probet sua principia per
principia alterius scientiæ, & licet subalternata ascen-
dat ad subalternantem tamen habet sua propria princi
pia, vt musica fit de numero sonoro, & Arithmetica de
numero abstracto. ¶ Partes intelliguntur esse partes sub
iectiuæ, id est, species propriæ, vt Geometria tractat de
lineis, superficiebus, & corporibus, quæ sunt per se spe-
cies quantitatis continuæ. Dicit per se, quia non tractat
de figura lignea, ænea, &c. quæ sunt accidẽtales species
figuræ. Et eodem modo tractat de passionibus per se
quantitatis, vt habere tres æquales duobus rectis, &c.
Sed non tractat quæ nam figura sit pulchrior, quæ vt sit
ad motum accommodatior, circularis ne, an potius an-
gularis. ¶ Subditur. (Diuersæ vero scientiæ sunt quarũ
principia non sunt ex eisdem, neque principia vnius ex
alterius principijs proficiscuntur.) Arguete hic quispiã
posset Aristotelem inaduertentiæ, quippe qui vnitatem
scientiæ desoluit ex vnitate obiecti, & tamen diuersita-
tem scientiarum explicat ex diuersitate principiorum,
cum debuisset explicare diuersitatem ex diuersitate ob
iectorum. ¶ Ad hoc respondetur. Primum quod Aristo-
teles non dicit expresse, quod vnitas scientiæ sit ex vni-
tate obiecti: tametsi sub his verbis soleat hic locus cita-
ri: sed dicit, quod vna scientia est illa quæ est vnius ge-
neris, & nomine vnius generis intelligit illa tria, scili-
cet, principia, partes, & passiones: & ideo ex vnitate
principiorum sumit vnitatem scientiæ, & ex eorũ subin
de diuersitate ostendit diuersitatem scientiarũ. Secun-
do respondetur, quod idem est dicere, vnitas obiecti, &
vnitas principiorum: nam vnitas scientiæ, vt quæstione
7. explicabimus, non sumitur ex vnitate materiali sub-
iecti: nam de eadẽ re materiali sunt diuersæ scientiæ: de
quantitate enim quæ est subiectum Geometriæ, tractat
etiam philosophus naturalis quatenus quantitas requi
ritur ad motum. Sed attenditur vnitas scientiæ penes
vnitatem formalẽ obiecti, quæ sumitur ex ratione prin
cipiorum. Differt enim Geometria a Philosophia natu-
rali, quia Geometria tractat de quãtitate per principia
abstrahentia a materia sensibili. Philosophia vero per
principia concernẽtia motum. Ait vero. (Quorũ princi
pia non sunt ex eisdem.) veluti principia trianguli, &
quadranguli, quæ sunt ex principijs figuræ. Et rursus,
quod

Sub vno ge nere.

Diuersa scientiæ.

quod principia vnius nõ sint ex principijs alterius, (sic-
uti principia isoscelis sumuntur ex principijs triangu-
li, quæ omnia ad eandẽ pertinẽt scientiam. Probat deín
de conclusionem a signo dicens, Signum motus vnitatis
& diuersitatis tunc apparere, cum fit resolutio scientiæ
vsque ad immediata principia. Tũc enim apparet quo-
modo prima principia vnius scientię differunt a primis
alterius, & cũ prima principia sint eiusdem generis cum
alijs mediatis quæ ex primis per se sequuntur: inde ap-
paret quomodo omnia principia vnius scientiæ differ-
unt a principijs alterius. ¶ In tertia particula. (Atque
fieri potest.) Exponendo hoc quod postremo nunc di-
xit, ostendit quomodo aliqua diuersitas principiorum
facit diuersitatem scientiarum, alia vero non. Eadem e-
nim cõclusio potest pluribus demõstrationibus demõ-
strari dupliciter. Vno modo quando plura media sunt
eiusdem coordinationis & generis: vt, omnis homo est
substantia, demõstratur per animal, quod est immedia-
tum homini, & mediatum substantiæ, quod Argyropy-
lus dicit, non cohærens, & Boetius non continuũ, & de-
monstratur per corpus, & per corpus animatũ. Sed om-
nia ista principia pertinẽt ad eandem scientiã, quia sunt
eiusdem generis. Alio modo quãdo media sunt diuersa,
& ex diuersa coordinatione, vt si. a. prædicatum sit mu-
tari, &. b. subiectum sit voluptate affici, tunc hęc conclu
sio, omne. b. est. a. id est, quicquid delectatur, muratur:
potest concludi per diuersa media, scilicet, per. c. quod
sit moueri, & per. d. quod sit quiescere. Enimuero quic-
quid monetur, mutatur, & quicquid delectatur, mouce-
tur: nam delectatio sensualis est motus sanguinis a cor-
de, & delectatio spiritualis non est saltẽ sine præceden-
ti motu appetitus rationalis: ergo quicquid delectatur,
mouet. Rursus, quicquid quiescit, mutatur: quia quies
est finis motus: & quicquid delectatur, quiescit: quia est
in tertio sibi conueniente: ergo quicquid delectatur, mo-
uetur. Exemplum hoc Aristo. non ostendit in istis ter-
minis, quod ista contraria media faciant diuersas scien-
tias, quia contrariorũ eadem est disciplina: sed vult per
hoc explicare, quod eadẽ cõclusio pertinet ad diuersas
scientias: vt, quod terra sit rotunda probatur in philoso
phia naturali quia omnes eius partes fluunt ad centrũ,
& in Astrologia a posteriori: quia cum lunã intrat vm-
bra terræ, orbicularitter eclipsatur. Quæstiuncula septi-
ma hoc amplius examinabitur, si modo prius duo sequẽ
tia capitula quæ huic annectuntur, exponantur.

Quod fortuitorum & sensibi-lium non sit scientia.

Cap. XXIIII.

Text. xlij. IVS autem quod proficiscitur a fortuna, causaque fortuita est fluctuante, per demonstrationẽ scien-
tia non est. Quoniam omne quod fortuito fit: nec est, vt necessarium, nec vt ple-
runque: sed est id quod fit præter ista. Demon
stratio vero alterius est istorum. Omnis enim
ratiocinatio, quæ per propositiones fit, aut per
necessarias, aut per eas quę sunt plerunq; con-
ficitur: atque si necessariæ quidem sint, conclu
sio quoque necessaria est: sin vero plerunque
sint: conclusio quoque talis efficitur, quare frid
quod proficiscitur a fortuna, neque plerunque
neque necessario fit, nulla prorsus ipsius erit
fine dubio demonstratio.

Text. xlij. ¶ At vero neq; per sensum fit, vt sciamus: nã etsi sensus talis & nõ huius alicuius est: sentiri tamen necesse hoc aliquid est, & ali-
quo in loco, & nunc: vniuersale vero & quod
est supra omnia fieri nequit, vt sentiatur quip-
pe cum non sit hoc, neque nunc: nõ enim vni-
uersale esset supra omnia, fieri nequit, vt sentia
tur quippe cum non sit hoc, neque nunc non
enim vniuersale esset. Quod enim semper est,
& vbique, id vniuersale dicimus esse. Cum igi-
tur demonstrationes quidem sint vniuersales:
vniuersalia vero sentiri nequeant, perspicuum
est fieri nõ posse, vt per sensum sciam⁹. ¶ Quin
vt patet, si fieri posset, vt sensu triangulum an-
gulos habere duobus rectis æquales percipere
mus, quæreremus vtique demõstrationem: &
non, vt quidã inquiunt, sciremus. Sentire nan-
que singulare necesse est: at scientia in vniuer-
salis cognitione consistit. Quamobrem si in lu
na etiam essemus, terramque se lunę obijcientẽ
videremus, non profecto causam ipsam defec-
tionis sciremus: sciremus enim lunam defice-
re, & non propter quid omnino sensu percipe-
remus: non enim ipsius vniuersalis est sensus;
attamen ex eo, quia sæpe hoc accidere videre-
mus ipsum vniuersa venati: demonstrationem
vtique haberemus, ex singularibus enim pluri
bus vniuersale ipsum patefieri solet. ¶ Ipsum
autem vniuersale præstabile nimirum est, pro-
terea quod ipsam causam indicat, quare de ta
libus notitia vniuersalis præstabilior est perce
ptione sensuum, & intellectione eorum, quorũ
est alia causa. De primis autẽ alia ratio est. Pa-
tet igitur fieri non posse, vt quisquam sentien-
do quicquam eorum sciat, quæ demonstrabi-
lia sunt, nisi sentire quispiam id esse dicat, scien
tiam inquam per demonstrationem habere.
¶ Sunt tamen inter ea quæ proponuntur nõ-
nulla, quæ quidem ad sensus reducuntur defec-
tionẽ: nonnulla nanque non quæreremus, si
illa visu perciperemus, non propterea quod sci
mus videndo, sed quod ex eo quia videmus,
habemus tandem ipsum vniuersale, veluti si vi
trum perforatum esse, lumenque per meatus
penetrare visu perciperemus, patet etiam no-
bis propter quid post vitrum lumen efficitur.
ex eo plane, quia videremus quidẽ eorsum id
ipsum fieri in vnoquoque: intelligeremus autẽ
simul in vniuersis hoc fieri pacto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVM superiori capite ex vnitate subiecti & principiorum ostenderit vnitatem scientiæ, in hoc cap. prosequitur dicere de subiecto, & in sequenti de principijs. Et sunt quinque hic particulæ. Vbi notandū, quod cum dixerat ad vnitatem generis necessarium esse, vt tā passiones, quam prima principia per se conueniant subiecto scientiæ: excludit hic duo genera obiectorū à ratione scientiæ, scilicet, & fortuita quæ non sunt passiones & effectus per se, & sensibilia quę licet sint prima in nostra cognitione, non tamen sunt prima simpliciter. ¶ Est ergo in prima particula prima conclusio. De his quæ sunt à fortuna nō est scientia, vt de inuētione thesauri, & alijs quæ non habent certam & per se causam. Quam sic probat. Quicquid sub scientia cadit, sequitur ex suis principijs necessario simpliciter, aut plerumque, & frequēter: sed ea quæ sunt à fortuna non necessario sequūtur, nec frequēter: ergo illa non cadūt sub scientia. Eadem ratione probat tertio Ethicorū, quod nec cadunt sub consilio. Minor manifesta est, nā fortuita sunt quæ euenisunt præter intentionem agentis, quod autem non per se intenditur, fortuito contingit. Sed in minori hoc animaduertito, quod quæstione. 3. & quæstione. 4. annotauimus, videlicet, distinctos esse gradus scientiarum: aliæ enim demonstrāt ex simpliciter necessarijs, vt Mathematicæ: & aliæ ex his quæ plurimum contingūt, vt naturales. Talis nanque est natura rerū, vt nonnunquam deficere possit: semitat enim oliuæ per se conuenit oliuam generare, licet impediri nonnunquā possit. Quod autem fodiens vt oliuam plantet, thesaurum inueniat, id per accidēs quidem atque adeo raro contingit. ¶ In secunda particula. (At vero) sequitur secunda conclusio. Scientia non est singularium & eorū quæ cadūt sub sensu. Quam hac ratione patefacit. Quicquid cadit sub scientia, est vniuersale: id vero quod cadit sub sensu non est vniuersale, sed hoc aliquid, id est, prima substantia, ergo de obiecto sensibili non est scientia. Et hoc est quod ait. (Nā si sensus talis, & nō huius alicuius est, id est, si sensus alicuius est qualitatis tanquā proprij obiecti, nam ly talis, genitiuus est, & non est per se substantiæ, sentire enim necesse est hoc aliquid, id est, singularem substantiam.) Quod probat, quia id quod sentitur est hic, & nunc, id est, hic color, &c. vniuersale autē non est hic, & nunc. In prima quæstio. supra prologum Porphyrij expositimus, quemadmodū vniuersalia non sint hic & nunc, sed sunt vbique & semper. Vbique inquam, & semper, non positiue, & per se: nam si homo in quantū homo esset vbique. omne illud in quo reperitur ratio hominis deberet esse vbique, & semper, & ita Petrus esset vbique. Sed debet intelligi per modum negationis, videlicet, quod vniuersale in quantum per intellectum abstrahitur, non est hic, & nunc, sicut nec est corruptibile: sed hæc omnia habet ratione singularis in quo est. ¶ In tertia particula. Quin vt patet, excludit errorem quorundam credentium scientiam consistere in sensatione: nempe qui credebant intellectum & sensum eandem esse potentiam: quorum memini. 3. de anima, & 4. metaphysicorum, text. 21. & ratio stat in hoc. Per solum sensum potest quis cognoscere triangulum, quem videt esse album, vel nigrum: non tamen sine doctore cognoscere posset tres angulos æquiualere duobus rectis, cum nec per sensum cognoscat quid sit angulus rectus. At vero esto, quis posset hoc percipere in hoc particulari triangulo, non tamen proinde sciret omnem triangulum ea ratione qua triangulus est, habere tres angulos æquales duobus rectis: & ideo qui haberet hāc experientiam, adhuc egeret demonstratione vniuersali. ¶ Et quia vniuersale cognoscitur, aut demonstratione, aut inductione ex singularibus: subdit secundum exemplum. Si quis, inquit, esset positus in luna, videretque illam semel intrare vmbram terræ & per illam eclipsari, non subinde haberet scientiā eclipsis, quia posset suspicari id tunc à casu contigisse, & non ex ratione motus lunæ. Cum autem id ipse expertus esset, tunc ex multis singularibus inferret vniuersale, scilicet, quod quotescunque luminaria sunt in talibus punctis, luna eclipsatur. Colligitur ergo scientiam non esse singularium. ¶ In quarta particula. Ipsum autē vniuersale comparat scientiam vniuersaliū ad sensationem singularium. Ait enim cognitionem vniuersalium præstabiliorē esse, quia propter quod vnumquodque tale & illud magis, sed scientia vniuersalis significat causam effectuum singularium, vt cap. 10. expositū est: ergo. ¶ Et ne quis obijciat, quod cognitio principiorum immediatorum est præstantior scientia, licet non habeatur per causam: respondet aliam esse rationem eorum, quia immediata nō habent causam, & ideo cognitio eorum est simplicior, & præstantior quam scientia. Et ita concludit, eorum quæ demonstrabilia sunt, nō esse scientiam per sensum. Nisi quis, inquit, forsan æquiuoce scientiam ipsam appellet sensationē: & propterea quod scientia sit cognitio certissima, & ad vnum determinata: sicut quis dicitur recte sentire de rebus, quia recte iudicat. ¶ In quinta particula. Sunt tamen, ostendit tandem cognitionem sensitiuam ordinari ad scientiam, explicans conclusionē, text. 33. videlicet, quod deficiente sensu, deficit scientia. Ait nanque, quod nonnunquam defectus scientiæ, videlicet, aut quod nō sit scientia, aut quod sit obscura scientia, reducitur in defectum scientiæ. Ilo enim nō habemus propriam scientiam, & quidditatiuam Dei, & intelligentiarum, quia illa non percipimus sensu: cognosceret tamen ea anima separata, quando non dependebit à sensu. Exemplum vero Aristotelis est huiusmodi: quidam antiqui philosophi falsō credebant causam transparentiæ vitri esse, quod vitrum putabant habere poros quos appellabant strictissima foramina per quæ transit lumen: ait ergo Aristoteles, quod propterea illi non habebant certam scientiam huius, quia parutissima illa foramina videre sensu non poterant.

Quod non omnium syllogismorum eadem sunt principia.

Cap. XXV.

AT qui fieri nō potest, vt omniū ratiocinationum eadem principia sint: quod quidem prius differendi modo contēplabimur: nā ratiocinationū alię verę sunt aliæ falsæ: quamquā enim fieri potest, vt verum concludatur ex falsis, tamen id semel efficitur, veluti si. a. quidem vere de. c. prædicetur, medium autem. b. falsum sumatur: tunc enim neque. a. competit ipsi. b. neque. b. competit ipsi. c. sed si inter has propositiones sumantur media, falsa erunt ex eo, quia conclusio omnis falsa è propositionibus proficiscitur falsis: ex veris autem, verę conclusiones emerguntur

emerguntur: at patet à falsis vera differre, ac esse diuersa.

¶ Deinde neque ipsa falsa ex eisdem proficiscuntur: sunt enim, & talia falsa: vt inter se se sint contraria, & simul esse non possint: vt iustitiam esse, vel iniustitiam, vel timiditatem, & hominē, vel equum, vel bouem esse: & æquale quod est, vt maius vel minus esse. Ex his autē quæ certa sunt hoc pacto. ¶ Neque enim ratiocinationem verarum omnium eadem principia sunt. Complurium nanque principia diuersa sunt genere: neque quibuslibet accommodantur quæuis. Vnitates enim non accommodantur punctis: illæ nanque positione vacant, his eadem competit. Necesse est autem, aut ad media accommodari, aut supera ex parte, aut infera: aut alios inter alios extra terminorum habere. At neque fieri potest, vt principiorū cōmunium vlla sint, ex quibus cuncta demōstrabuntur. Dico autem communia, veluti quodlibet affirmandum, aut negandum est. Genera enim eorum quæ sunt, non eadem sunt, sed diuersa: atque alia solis competunt quantis, alia solis hisce quæ rationem subeunt qualitatis, alia sunt hisce quæ communia demonstrationes conficiuntur. Præterea principia non multo sunt pauciora conclusionibus: principia enim ipsæ sunt propositiones. Propositiones autem sunt, cum aut additur, aut interponitur terminus. Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti. Insuper principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia. Hoc igitur modo considerantibus, fieri non posse porro videntur, vt eadem sint principia finita, si conclusiones sint infinitæ. Quod si quispiam alio modo dicat, veluti hæc quidem Geometriæ, hæc autē Arithmeticæ, & hæc Medicinæ principia esse, quid aliud erit quod dicitur quam scientiarum principia esse. At ex eo dicere eadem esse, quia ipsa sibi ipsis eadem sunt, ridiculum est: hoc enim pacto cuncta eadem fiunt. ¶ At vero neque hoc est, ex omnibus inquam quoduis demonstrari quærere, omnium eadem principia esse, est enim insignis stultitiæ sane: nam neque in manifestis hoc fit scientijs, neque in resolutione fieri potest. Propositiones enim vacantes medio principia sunt: atque diuersa plane conclusio fit, assumpta vacante medio propositione. Quod si quispiam ipsas primas vacantes medio propositiones omniū esse principia dicat, sciat is vnam in vno quoque genere esse. Quod si neque eadem omniū principia sunt hoc pacto, vt ex omnibus quod uis oporteat demonstrari, neque sunt adeo diuersa, vt vniuscuiusque scientię sint diuersa, restat si principia omnium generis sint eiusdem ex his tamen hæc, ex alijs vero alia demonstrētur. ¶ At patet & hoc fieri non posse. Demonstratum est enim scientiarum quæ genere differunt, principia diuersa genere esse: principia nāque duplicia sunt, ex quibus, & circa quod: principia igitur, ex quibus, communia sunt: principia vero circa quod, propria vt vnitas, magnitudo.

POSTQVAM in præcedēti capite dictum est de obiecto scientiæ: sequitur in hoc. 25. dicere de eius principijs. Docuerat enim ca. 23. quod vna scientia differt ab alia per hoc, quod quæuis scientia habet sua propria principia. Ostēdit ergo hic diuersarū scientiarum nō esse eadē principia cōmunia. In tribus enim primis particulis ostēdit illud dialecticè, id est, rationibus cōmunibus: & in alijs duabus ostēdit illud rationibus analyticis, scilicet sumptis ex propria ratione demōstrationis. ¶ Conclusio ergo est (Atq; fieri non potest, vt omnium ratiocinationū,) id est, syllogismorum, eadem sint principia. Probat id primo, quia syllogismorū alij sunt veri, id est vere concludentes: & alij falsi, id est falso concludentes: sed vera conclusio nō concluditur nisi ex veris; & falsa non nisi ex falsis: ergo diuersarū conclusionū, & à fortiori diuersarū scientiarū, diuersa sunt principia. ¶ At quia posset quis huic rationi obuiare dicens, quod falsi principia seruntur, & syllogismo vero, & syllogismo falso: nam verū cōcluditur ex falsis in syllogismo dialectico. Respondet, q; hoc solū est verum semel, id est, in primo syllogismo, vt si dicas, omne animal est risibile, omnis homo est animal, ergo omnis homo est risibilis. Sed tamē si illa maior falsa, debeat rursus resolui per alia principia, tūc ex falsis nō concludetur nisi falsum. Et ideo loquendo de omnibus principijs, vsque ad principia immediata, non possunt principia falsa esse principia syllogismi veri. ¶ In secūda particula. Deinde neque, &c. idē ostendit in syllogismis falsis, dicēs, quod neq; omniū syllogismorum falsorū eadē sunt principia cōmunia: nam falsę cōclusiones multæ sunt inter se cōtrariæ. Et enim quod iustitia sit iniustitia contrariatur, id est, diuersum ab eo, quod iustitia est fortitudo: nam alia ratione falsum est iustitiā esse iniustitiā, quia videlicet prædicatum est contrariū subiecto, & alia ratione falsum est, iustitiam esse fortitudinem, scilicet, quia sunt distinctæ virtutes, & alia ratione homo nō est equus, quia scilicet, non est hinnibilis, & alia non est bos, nempe, quia non est mugibilis: & alia ratione æquale non est maius, vtpote, quia non excedit: & alia nō est minus, puta, quia nō exceditur. ¶ In tertia particula. Neque enim id ostēdit syllogismis veris quinque rationibus. Prima est hęc. Principia Geometriæ, & principia Arithmeticę nō sunt eadem: nam principium Arithmeticæ est vnitas, & Geometriæ punctum, quorum vnitas non habet positionem in continuo quam habet punctum, vt paulo ante dicebamus, ergo diuersarum scientiarum diuersa sunt principia. Quod autem illa sint distincta principia probat text. supradictis Aristote. Nam media quæ sunt principia demonstrationum in eadem scientia, aut debēt sumi sursum directe ascendendo, aut deorsum descendendo, aut inter extrema sumendo: sed punctū nec sumitur supra, nec sub vnitate: ergo sunt distincta principia. Explicatur maior exēplo. Ascendendo multiplicantur media si quod fuit maior extremitas in priori syllogismo, assu-

Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

matur pro medio in alio: vt si dicas, omne animal est corpus animatum, omnis homo est animal, ergo omnis homo est corpus animatum, rursus, omne corpus animatum est substantia, omnis homo est corpus, ergo omnis homo est substantia. Descendendo vero multiplicantur. si è conuerso, & sunt minor extremitas sumatur pro modo: vt si dicas, omne corpus est substãtia, omne corpus animatũ est corp⁹, ergo omne corpus animatũ est substantia: rursus, omne corpus animatum est substãtia, omne animal est corpus animatũ, ergo omne animal est substantia: rursus, omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Sed inter ponendo multiplicantur media, si omnis homo est substantia, demonstretur per animal, & maior, scilicet, omne animal est substãtia, per corpus animatum, & omne corpus animatum est substãtia per corpus. Et clarum est ⁊ punctum & linea non se habent isto modo, & per consequens nec media diuersa
2. Ratio. rũ scientiarum sunt eadẽ & cõmunia. ¶ Secũda ratio est ibi. (Atque neque fieri.) & est hęc. Si eadem essent principia diuersarum scientiarum habere sicut hoc principium vniuersale, de quolibet idem affirmatur & negatur, sed hoc nõ est sufficiens principiũ in omnibus scientijs quia vt dictum est in text. 16. hoc non intrat forma liter demonstrationem: & ideo præter illud debent esse
3. Ratio. principia alia particularia, vt in scientia de quantitate, principia quãtitatis, & in sciẽtia de qualitate, principia qualitatis, ergo quæuis scientia habet sua peculiaria, & per se principia. ¶ Tertia ratio est ibi. (Præterea principia.) quæ licuti quarta, obscura est: & ideo à diuersis ex positoribus diuersimode intelligitur. Dubium enim est quomodo principia sint pauciora conclusionibus: nã videtur contrariũ esse verũ: cum quæuis conclusio syllogismi ex duabus ad minus præmissis concludatur, & sic principia sunt plura conclusionibus. Item esto sint pauciora, nõ apparet quomodo paululũ sint pauciora. Primõ dicit S. Tho. quod licet quælibet conclusio habeat duas præmissas, tamen quæcunque præmissa potest esse principiũ multarũ conclusionũ, & sic principia sunt pauciora. Secundò possumus dicere forsan ad mentẽ Arist. quod eodem fere modo quo crescunt conclusiones, crescunt principia, vt patet in exemplo: quod modo apponebamus primæ rationi. Sit enim subsãtia. a. corpus. b. corpus animatum. c. animal. d. homo. e. Tunc series demonstrationum est hæc, omne. d. est. c. omne. e. est. d. ergo omne. e. est. c. rursus, omne. c. est. b. omne. e. est. c. ergo omne. e. est. b. vbi sicut additur vnum principium, ita & vna conclusio. Nam conclusio prioris syllogismi facta est minor in secũdo: rursus, omne. b. est. a. omne. e. est b. ergo omne. e. est. a. vbi additur aliud principiũ, & alia conclusio. Et hoc est quod ait principia esse non multo pauciora. ¶ Quod si contra quis arguat, quod hac ratione tot deberent esse principia quot conclusiones, siquidẽ vt crescunt cõclusiones, augẽtur & principia, & quæ modo est conclusio, statim est principiũ. Respondetur, quod principia simpliciter solum sunt propositiones immediatæ, vt. b. est. a. c. est. b. d. est. c. e. est. d. (Sit hoc est quod ait, propositiones sunt cum aut additur, aut interponitur terminus) tunc enim fit propositio, id est, principium immediatum: conclusiones autem sunt omnes propositiones mediatæ, quæ plures possunt esse, vt. d. est. c. e. est. b. e. est. a. rursus. d. est. b. d. est. a. rursus. e. est. a. Stat ergo ratio in hoc, si propria principia alicuius sciẽtiæ sunt fere tot, quot sunt conclusiones, necesse est, vt quælibet scientia habeat sua propria principia: nam principia communia possunt seruire multis scientijs: vt
4. Ratio. quodlibet est, vel non est. ¶ Quartam rationem addit, dicens. (Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti.) vbi dubitant expositores, quomodo propositiones sunt infinitæ, & termini finiti: videtur enim hoc esse contra id quod supra determinatũ est cap. 18. text. 25. videlicet, quod non est procedere in infinitũ in prędicationibus, & per consequẽs neque in demõstrationibus. ¶ Item est dubiũ, ad quod propositũ addita est hæc ratio, & quomodo probet intentam conclusionẽ. Omissis autem opinionibus existimo terminos hic appellare Aristo. prædicata, quæ quidem in quacunque coordinatione prædicamentali sunt finita: & hoc est quod loco citato cap. 18. probauit Aristot quia & ascendendo statur in supremo genere, & descendẽdo sistitur in vltima specie: & inter ista extrema nõ possunt esse infinita media. Ait ergo Aristo. quod quamuis termini & prædicata sint finita, quia in vno quoque prædicamento prædicata essentialia sunt infinita, & prædicamenta ipsa itidẽ sunt finita, quia numero decem nihilominus ex istis finitis terminis possunt infinitæ, id est, innumeræ propositiones cõstitui essentiales & accidẽtales, dum superiora de inferioribus, & vnũ prædicamentum de alio, & aliud de alio prædicantur. Quemadmodũ in naturalibus ex quatuor elementis innumeræ mixtorum species componuntur, & ex viginti tribus, aut quatuor elementis alphabeti conflantur dictiones sine numero. Vnde hac de causa adiunxit hanc rationem. Cum enim in quarta ratione dixisset, non multo pauciora esse principia, quam cõclusiones: vbi loquebatur de principijs tantũ demonstrationis, quæ sunt immediata & per se, extendit rationem ad syllogismos dialecticos qui vtuntur prædicationibus accidẽtalibus quæ modis innumeris multiplicari possunt. Vnde cum illa quæ modo est conclusio, postea est principiũ, sequitur vt etiam in syllogismo dialectico quot sunt cõclusiones, tot sint etiam fere principia, vt quę adeo vnaquæq; sciẽtia habeat sua propria principia. ¶ Alij dicũt, quod sicut species figurarũ possunt crescere in infinitum, vt triangulus, quadrãgulus, & ita numeratim ascendendo, ita & conclusiones per se in quãlibet scientia possunt in infinitum multiplicari. Sed puta priorem expositionem sensum Aristotelis planũ aperire. ¶ Subiungit tandem quintã rationem, dicens, (insuper principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia) quasi dicat, cum necessariorũ principia sint necessaria, & contingentium contingentia, fit vt non sint diuersarum conclusionum, atque adeo diuersarum scientiarum, eadem principia. ¶ Subsequenter ibi. (Quod si quispiam,) excludit demum quendam sophisticum sensum, quo quis posset dicere eadem esse principia communia, vt ly eadem faciat suppositionem accommodã, vt dicunt antiqui, seu proportionabilem, videlicet, eadem esse principia Geometriæ, Arithmeticæ, & Medicinæ, quia, scilicet, sicut in Geometria principia sunt propositiones immediatæ, & eiusdem generis cum suis conclusionibus, ita & in Arithmetica, & in Medicina, & in alijs scientijs. Ait enim sensum istum esse ridiculum: nam idem est, ac si diceretur, quod principia scientiarum sunt eadem, non quod principium vniut sit alterius, sed quod vnum quodlibet sit sibi ipsi idem, id est, quod sicut principia vnius scientiæ sunt omnia eiusdem rationis: ita & principia alterius scientiæ inter se. ¶ In quarta particula. (At vero) subsequitur prima ratio analytica sumpta ex natura demõstrationis: quę talis est. Si quis dixerit eadẽ esse omniũ scientiarũ principia cõmunia, intendens, quod quodlibet demonstratur, ex quolibet,
5. Ratio.

libet, hoc erit, inquit, insignis stultitiæ: quia neque in manifestis, id est, in demonstrationibus quæ immediate procedunt ex primis & immediatis principijs, neque in illis quæ procedunt ex principijs mediatis, quæ resoluuntur per alia immediata id fieri potest. Quod probat: nam principia immediata in vnaquaque scientia sunt distincta & peculiaria, & ex illis proceditur vsque ad vltimam conclusionem per propositiones quæ ex eisdem per se sequuntur: ergo non quodlibet demonstratur ex quolibet. ¶ Et subiungit quod si quispiam dixerit prima principia esse communia omnibus scientijs, licet in vna quaque scientia sint alia principia proxima vnicuique propria. Respondet, quod non solum principia proxima & mediata, sed principia immediata debent esse propria in vno quoque genere, vt hactenus sæpe dictũ & expositum est. ¶ Concludit ergo, quod si principia non sunt hoc pacto communia, vt quodlibet demonstretur ex quolibet: quamuis nec sint adeo diuersa, quin habeant illa principia generalissima communia, quodlibet est, vel non est, & nihil est, & non est: nihilominus cum principia omnia eiusdem scientiæ tam mediata, quam immediata debent esse eiusdem generis, sic vt hęc scientia ex his principijs procedat: & hæc, ex his, id est, vt quælibet scientia habeat sua propria principia. ¶ In quinta particula. At patet, concludit tandem secundam rationem analyticam, dicens, duplicia esse principia demonstrationis: aliud enim est principium circa quod, puta subiectum circa cuius cognitionem versatur scientia: vt vnitas seu numerus in Arithmetica: & punctus seu magnitudo in Geometria: alia sunt principia ex quibus, scilicet, propositiones. At qui principia quidem ex quibus non inconuenit aliqua esse communia, sicut illud generalissimum, quodlibet est, vel non est, est omnibus commune, & principia subalternantis seruant subalternatæ: & Metaphysica est communis sciẽtia probans principia aliarum scientiarum, vt cap. octauo, text. 26. ostendimus: nihilominus principiũ circa quod, est vnicuique scientiæ proprium, & per consequens quæcunque scientia habet sua propria principia complexa, habentia attributionẽ eiusdẽ generis ad idem subiectũ.

Quæstio Septima.

Vtrũm ex vnitate generis vnitas sumatur scientiæ.

PARTE negatiua arguitur: Metaphysica est vna scientia vt habetur. 4. metaphy. text. 1. & lib. 6. text. 2. & tamen eius vnitas non sumitur ab vnitate generis obiecti: ergo pars negatiua vera. Probatur minor, quia vt locis citatis est videre subiectum Metaphysicæ est ens: quod vt in prædicamẽtis, ca. 4. quæst. 1. monstrauimus, non est genus. ¶ Secundo principaliter arguitur, aut vnitas generis intelligitur, vt nomen sonat, videlicet, vnitas alicuius obiecti generici continentis multas species, aut intelligitur genus pro specie, vt vnitas scientiæ sumenda sit ab vnitate specifica obiecti. Si primo modo certe omnes scientiæ quę tractant de substantia essent vna scientia, quippe cum omnes substantiæ sint illo modo eiusdem generis, id est, eiusdẽ prædicamenti: atque adeo Philosophia naturalis quæ tractat de ente mobili, & Astrologia quæ tractat de cælo, & Medicina quæ tractat de corpore sanabili, essent eadẽ scientia, & eadem ratione Geometria & Arithmetica, cum magnitudo & numerus sint eiusdẽ generis generalissimi quãtitatis. Si vero accipiatur genus pro specie, tunc sequitur quod Philosophia naturalis non esset vna sciẽtia, vt pote quæ tractat de cælo & terra, de elementis & mixtis, de animatis & inanimatis, quę sunt res diuersissimæ. Imo neq; Geometria esset vna cũ tractet de speciebus varijs figurarũ. ¶ Et confir. Habitus quicunque scientiæ est vna res: ergo constituitur in propria specie per proprium genus & propriam differentiam, sicut homo, & equus, & res alia quæcunque, atque adeo nõ sortitur vnitatẽ ex obiecto. ¶ Tertio principaliter arguitur, quod nec diuersitas scientię debeat attendi penes diuersitatem obiecti, aut principiorũ: quæ est secunda pars cõclusionis Aristotelis. Si enim loquamur de scientia particulari vnius, conclusio vna differt ab alia: quia extrema ex quibus constituuntur sunt distincta. Si enim loquamur de vna scientia totali, tunc differunt ratione subiecti in quo sunt. Differt enim Philosophia quæ est in Petro, ab illa quæ est in Paulo, per hoc quod sunt in diuersis subiectis, licet sint de eodem obiecto & procedant ex eisdem principijs. Quarto principaliter arguitur. Sciẽtia, fides, & opinio sunt habitus diuersissimi, vt capite sequenti videbitur, & tamẽ possunt esse eiusdem obiectum: nam de mysterijs Trinitatis beati habent euidentiam, nos vero fidem, sed gẽtiles possunt habere opinionem. Item sciẽtia practica & speculativa, vt habetur secundo Metaphy. text. 3. sunt diuersæ quæ tamen sunt eiusdem obiectum: nam de domo potest haberi sciẽtia, vna speculativa & alia practica. Imo Metaphysica, Physica, & Mathematica, quæ sunt diuersæ sciẽtiæ, sunt nihilominus de eodem obiecto, nam de quantitate possunt omnes tractare. ¶ Et confirmatur. Demõstratio, quia, & propter quid, sunt rationes differentes specie, tamen & versantur circa eandem conclusionem, puta, luna est eclipsabilis. Quinimo Philosophia naturalis & Astronomia sunt diuersissimæ scientiæ: & tamẽ versantur circa eandem conclusionem, scilicet, terra rotunda, imo forsan idem numero iudicium producunt illius conclusionis. ¶ In contrarium est Aristoteles, capit. 23. text. 43. vbi vnitatem scientiæ constituit penes vnitatem generis: & diuersitatem penes diuersitatem principiorum.

¶ AD euidentiam huius quæstionis notandum est. Primo, quod hic non disputamus quæstionem vtrum aliqua tota alia scientia constet ex collectione plurium habituum, an potius sit vnicus simplex habitus: hæc enim non est ad propositum: quam tamen quæstionem, 3 procul dubio tractauimus. ¶ Secundo notandum est, quod vt cæterarum rerum, ita & scientiarum triplex potest cõsiderari distinctio. Differunt enim scientiæ, aut numero, aut specie, aut genere. Atque quemadmodum alijs in rebus, vt octauo Metaphysicorum, text. 12. author est Aristoteles, numeralis distinctio attenditur ratione materiæ differentia vero generica, per hoc quod sunt res diuersorũ prædicamentorũ (idem enim est esse res eiusdem generis, & eiusdem prædicamenti) differentia vero specifica attenditur ratione formæ (differt enim substantia genere a quantitate, quia sunt diuersorum prædicamentorum. Homo vero ab equo differt specie, ratione formarum, sed Petrus & Paulus differãt numero, quia eorum formæ recipiuntur in diuersis materijs) ad hunc modum vnitas in scientijs, atque diuersitas sumenda est. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem quinque conclusionibus. Prima, scientię differũt numero, ra-
Triplex distinctio.
1. Conclus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione subiecti, puta, quia sunt in diuersis intellectibus.

2. Conclu. Hæc est per se manifesta. ¶ Secunda conclusio. Scientię & in vniuersum quicunque habitus, differunt genere non ratione obiecti, sed aliunde: quia, videlicet, aut differunt in genere cognitionis, vt differunt scientia, fides, & opinio, penes sui ipsius rationem, certitudinem, & claritatem, vt capito sequenti patebit: & differunt illi quinque habitus intellectuales. Ethicor. cap. 3. scilicet, intellectus, ars, scientia, prudentia, & sapientia: aut differũt ex parte finis, vt scientia practica, & speculatiua. 3. de anima, text. 38. Aor qua vna procedit per causam, & alia per effectum, vt scientia quia, & scientia propter quid. Differentia inquam horum habituum non est ex parte obiecti: sed differunt genere ratione cognitionis. De hac igitur differentia non loquitur Aristo. in præsenti.

3. Conclu. ¶ Tertia conclu. Scientiæ differunt specie penes differentiam specificam obiectorum: atque est vna, cuius omnes cõclusiones conueniunt in vnitate specifica obiecti, & differt specie ab alia, cuius cõclusiones conueniũt in alia vnitate obiecti. Hanc conclusionem prætendit hic Aristoteles. Cuius expositionem sabtilissimus ex Sanct. 2 hom. quia. scilicet, scientia est motus in obiectum, & motus distinguuntur penes terminum. Habet enim se obiectum respectu habitus, sicut forma in rebus naturalibus, vnde sicut ratione formæ distinguuntur res naturales, ita & habitus, & respectu obiectorum. Et hoc est quod ait Aristoteles. 2. de anima, text. 33. obiecta sunt priora actibus, & actus priora potentijs. Vnde doctores dicunt regulam illam, scilicet, actus, & habitus, atque adeo potentias distinguũt ratione obiectorum. Nec solũ scientiæ, sed etiam virtutes morales distinguuntur specie per obiecta, vt fortitudo à iustitia, & iustitia à temperantia.

4. Conclu. ¶ Ad maiorem autem explicationem sit quarta conclusio, quam in. 5. quæstio. præcenali posuimus, vbi quatuor genera distinctionum inter scientias & habitus intellectuales, ex diuersis locis Arist. retulimus. Cõclusio ergo quarta est. Distinctio hæc scientiarum specifica non debet attendi penes obiecta materialia, sed penes obiecta formalia, id est, non debet attendi penes res scitas, sed penes rationem formalem qua cadunt sub tali scientia. Conclusio est hic Sanct. Thom. & opus. 70 quæstio. quinta, articul. primo. Quæ quidem per distinctionem sensum elucidatur. Et primo color considerari potest. Primo in quantum est res quædam, puta talis qualitas, & secundum hoc non est species specialissima, sed genus subalternum multas sub se habens species coloris. Secundo consideratur in ratione sensibilis: & sic considerantes, est species specialissima: quia omnes colores conueniunt in vna ratione visibilis: non omnes multiplicãt species sine motu; & mediante lumine sicut omnes sani conueniunt in vna ratione auditibilis, quia multiplicãt species per motum localem: vt secundo de anima explicabitur. Eodem modo, quamcunque numerus sonorus in quantum res quædam naturalis: habet sub se diuersas species, puta voces humanas, & sonos organorum & lyræ, &c. Tamen quia considerantur in musica, quatenus ferunt certas proportiones, quæ in omnibus sonis sunt eiusdem rationis, habent rationem huius obiecti, & per consequens musica est vna scientia, licet ista omnia de quibus tractat Philosophia habent vnam rationem generalem mobilis: & illa quæ tractat Geometria habent rationem formalem continui, & ita in cæteris scientijs: atque hæc de causa Aristot. 3. de anima, text. 38. partitione, & locutus, & scientias, inquit, se cari sicut res ex quibus sunt. ¶ Quinta conclusio. Hæc ratio communis scibilis, per quã scientię habent vnitatem & distinctionem, debet accipi secundum rationem abstractionis à materia. Conclusio hæc habetur ex Aristotele, sexto Metaphysicorum. secundo. Ratio eius est: quia cum scientia non sit nisi de vniuersali, quod fit per abstractionem intellectus, sequitur vt vbi fit diuersa ratio abstractionis, sit diuersitas scientiæ. Exempli gratia. Res tribus modis se habent ad materiam sensibilem. Aliæ enim sunt, quæ nõ solum per intellectum, sed realiter sunt abstractæ à materia, sicut ratio entis in communi reperitur in intelligentijs quæ sunt prorsus immateriales. Aliæ sunt res, quæ licet realiter non sint separatæ à materia abstrahuntur tamẽ per intellectum, vt quantitas. Aliæ sunt quæ in suis definitionibus includunt materiam, vt elementa & mixta, & aliæ res naturales. Hac ratione loco modo citato distinxit Aristoteles Metaphysicam quæ tractat de ente, & Mathematicas quæ tractant de quantitate, & Philosophiam quæ tractat de rebus naturalibus. Vnde mathematicus definit rectum & curuum, vt abstrahit à materia, philosophus vero vt est in materia. Definit namque quod aquilitas est nasi curuitas. ¶ Hoc insinuauit hic Aristoteles, cum dixit, diuersitatem scientiæ attendi penes diuersa principia: idem enim est scientiam tractare de subiecto magis abstracto, & procedere per principia magis abstracta & magis immaterialia. Vnde ad vnitatem scientiæ requiritur vnitas formalis obiecti, quæ attenditur penes media & principia ex quibus procedit, & diuersitas scientiarum attenditur penes diuersa principia, ex quibus arguitur diuersa ratio formalis obiecti. ¶ Hinc elicitur, quod scientia de cælo, & scientia de generatione, & scientia de anima, & aliæ partes philosophiæ naturalis non sunt adeo distinctæ scientiæ, sicut mathematica & philosophia naturalis: sed sunt sicut partes eiusdẽ scientiæ, scilicet, philosophiæ naturalis, quia tractant de differentibus speciebus motus: cum scientia naturalis sit de ente mobili. Veluti scientia de figura superficiem & corporem sunt partes Geometriæ. Nili quit velit dicere, quod motus localis est æ loram sit abstractior & minus materialis quam motus alterationis & generationis. ¶ Quod si quis arguat eadem ratione Geometriam & Arithmeticam non esse distinctas scientias, sed partes vniuersalis mathematicæ generalis, quia quantitas continua & numerus sunt species eiusdem quantitatis. Respondetur ex Aristotele. 7. Metaphysicæ text. 35. vbi dicit, quod alia est materia sensibilis vt lignum, & alia intelligibilis vt Mathematica, scilicet, cõtinuitas. Continuum enim est vnum numero, quod si diuidatur, fit plura numero: ob idque Arithmetica est abstractior quam Geometria, quia abstrahit à continuitate. Et hoc docuit hic etiam Aristot. text. 41. in certo modo certitudinis scientiæ, & ideo sunt omnino distinctæ scientiæ. Qua de causa pluraliter dicuntur Mathematicæ, & non vna Matrematica, sicut vna Philosophia naturalis. Dicitur autem vna Geometria, quia omnes species figuratas habent vnam rationẽ abstractionis & immaterialitatis. At perspectiua est distincta scientia à Geometria, quia perspectiua respicit materiam sensibilem, à qua abstrahit Geometria. Et eodem modo differunt Arithmetica & Musica. Hac igitur arte abstractionis & immaterialitatis vtendum est, ad discernendum vnitatem & diuersitatem scientiarum.

Metaphy. Mathe. & Philoso.

Geometr. & Arith.

¶ AD primum igitur argumentum principale respondetur ex dictis, quod non accipitur hic genus pro genere prædicamentali, sed pro vna ratione specifica obiecti: & ideo eorum est subiecta Metaphysicæ, quia vniuersa quæ tractat Metaphysica, considerat sub ratione entis,

Ad. 1. arg.

entis, & eadem ratione Deus est subiectum Theologiæ, quamuis neque ens, neque Deus sint genera prædicamentalia. ¶ Eodem modo respondetur ad secundam, & quartam, & quintam conclusionem: non enim vnitas scientiæ attenditur penes vnitatem materialem obiectorum, sed penes rationem formalem, quæ nõ satis est, vt sit generica: sed accipitur vnitas generis pro vnitate specifica specialissima in ratione scibilis. Et omnia quæ considerat philosophia naturalis, quãuis differant specie & genere in esse reali, tamen ratio scibilis est omnibus vna specifica, quia tractat de ente mobili, quod non abstrahit à materia sensibili: quamuis tractet de illo in vniuersali abstrahendo à singularibus. Et pari ratione Geometria est vna scientia, & ita de alijs. ¶ Ad confirmationem conceditur, quod habitus habet suum proprium genus intrinsecum & differentiam, est enim qualitas spiritualis. a. (vt. a. sit vltima differentia.) Sed tamen illa vltima differentia in genere cognitionis sumitur ab obiecto: sicut differentia specifica visionis sumitur à colore, & omnis differentia specifica motus sumitur à termino. Ad tertium principale conceditur, quod distinctio numerica inter duas conclusiones attenditur penes hoc, quod constat ex distinctis extremis, vt Petrus est homo, Petrus est animal. Sed tamen distinctio earum specifica etiam attenditur penes obiectum, puta penes rem significatam, vt homo disputat, equus currit. Et pariter conceditur, quod scientię totales differunt numero ratione subiecti in quo sunt, vt Dialectica quæ est in Petro, & Dialectica quæ est in Paulo: sed hic non loquitur nisi de distinctione specifica. Quartum argumentũ per idem soluitur, militat enim de differentia generica habituum, quæ non sumitur ab obiecto, sed aliunde, vt in secunda conclusione expositum est. ¶ Et eodem modo respondetur ad confirmationem, quod, scilicet, demonstratio, quia, & propter quid, differunt specie: quãuis si simul afferunt ad eandem conclusionem forsan vt supra diximus, eundem assensum producunt. Et pari ratione Philosophia naturalis, & Astrologia sunt distinctæ scientiæ: licet versentur circa eandem conclusionem, quia, vt inquit Aristoteles procedunt per diuersa principia, & ideo sub diuersa ratione tractant de rotunditate terræ, vt superius dictum est.

De scientia, & opinione. Cap. XXVI.

INTERIMIT autem inter id quod sub scientiam, & id quod sub opinionem cadit: nam scientia quidem vniuersalis est cognitio, & per necessaria comparatur: necessarium autem aliter se se habere non potest: at sunt quædam vera quidem, & numerantur inter ea quæ sunt: tamen & aliter se se habere possunt. Patet igitur circa hæc scientiam non esse: nam ea non possent aliter se se habere, quæ aliter se se habere possunt. At vero nec intellectus: intellectum enim principium scientiæ dico, neque sine demonstratione scientia, quæ quidem est existimatio vacantis medio propositionis. Est autem intellectus verus, & scientia, & opinio. Et id quod per hæc dicitur. Quare restat, opinionem esse circa id quod verum quidem est, aut falsum: aliter autem se se habere potest. Hæc autem est vacantis medio, & non necessariæ propositionis existimatio. ¶ Atque hoc consentaneum est etiam ijs quæ apparent: tam enim opinatio, quam talis natura incertum est sane. Nemo præterea tunc opinari quippiam arbitratur, cum illud putat aliter se se habere non posse. sed scire. Sed cum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se se habere posse, nihil prohibet illum tam opinari: propterea quod rei quidem talis opinio est, necessariè vero scientia. ¶ Quomodo igitur fit vt idẽ vnus opinetur, alius sciat? & cur opinio non erit scientia, si quispiam posuerit fieri posse, vt de eodem omni opinio habeatur, quod scite proficiscetur enim & hic qui scit, & hicce qui opinatur per media, quousque perueniat ad ea quæ medio vacant: quare si ille scit, & qui opinatur scit. Fieri enim potest, vt quemadmodum ipsum esse, sic & ipsum propter quid est, opinemur: hoc autem constat ipsum medium esse.

¶ An si existimauerit quidem, ea quæ aliter sese habere nequeunt, perinde atque habent, definitiones se se habere, per quas ipsæ demonstrationes conficiuntur, sciet, non opinabitur, sin autem vera quidem esse crediderit, non tamen hæc ipsis putauerit cõpetere, ratione substantiæ atque formæ opinabitur, nõ vere sciet, atque si per ea quidem quæ medio vacãt processerit, ipsum esse, & propter quid est, opinabitur: sin vero non per ea quæ vacant medio, tantum ipsum esse opinabitur.

¶ Opinio namque, scientiaque omnino eiusdem non est: sed vt est, & vera, & falsa modo quodam eiusdem opinio, sic & scientia, & opinio est eiusdem. Etenim opinionem quidẽ veram ac falsam, vt quidem inquiunt eiusdem esse, cum alia absurda, tum hoc secum trahit, vt non opinetur quispiam quod opinatur falso. Sed cũ multipliciter idem dicatur, partim esse potest, partim esse non potest. Nam opinari vere diametrum comensurabilem esse, absurdum est sane: sed sic est eiusdem, quia diameter circa quem sunt ipsæ opiniones est idem, vtriusque tamen ratio non eadem est. Pari modo scientia eiusdem esse, atque opinio potest. Illa namque sic erit animalis existimatio, vt fieri non possit: veluti si illa quidem existimatio sit homini substantiæ ratione competere: hæc autem homini quidem, sed non illo cõpetere modo. Idem est enim id, circa quod vtraque sit, est enim homo, sed modus non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem, vt patet: ex his autem emergit, fieri non posse vt simul idem opinetur quispiã, ac sciat: nam simul existimationem haberet, & aliter, & non aliter idem se se habere: quod quidẽ fieri nequit. Etenim fieri quidem potest, vt in alio, atque alio sit eiusdem vtrumque, sicuti diximus: sed in eodem sic hoc pacto fieri nequit. Haberet enim simul existimationem hominẽ per se animal esse, & non per se animal esse, quorum primum est non posse, secundum sit posse hominem non animal esse. De reliquis autem quonam pacto distribuenda sint de mente, inquam, de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia, de sapientia alijs in locis pertractabitur. Quædam enim ipsorum ad naturalem, quædam ad morum magis pertinent contemplationem.

HÆC est tertia & postrema pars sexti, atque vltimi membri principalis huius libri, in qua post comparationes demonstrationis ad demonstrationẽ, & scientiæ ad scientiam, comparat scientiã ad alios habitus nempe in hoc capite ad opinionẽ, & in capite sequẽti ad solertiam. Atqui capitula hæc apud Commentatorem vnicum continent textum, qui est quadragesimus quartus, atque postremus huius libri. Habet nihilominus hoc vigesimũ sextũ cap. particulas quinq;. In prima ponit conclusionẽ hanc. Interest inter id quod sub scientiam, & id quod sub opinionẽ cadit. Boetius ad mentem propius Aristot. quam ad literam vertit. Scibile & scientia differt ab opinabili & opinione. Parum refert. Probat conclusionem tribus rationibus. Prima. Scientia est cognitio obiecti vniuersalis, quæ fit per necessaria principia: opinio vero est contingentium, & per media contingentia: ergo scibile, & opinabile differũt, atque adeo scientia & opinio. Probat minorem (nam maior satis hactenus probata est.) Contingentia possunt aliqua cognitione à nobis cognosci: sed contingentium non est scientia, alias cum scientia sit eorum quæ non possunt aliter se habere, sequeretur, quod illa quę aliter possunt se habere, non possent aliter se habere, neque contingentiũ est intellectus. Intellectum appellat assensum primorũ principiorum, & per circunloquutionem dicit, quod intellectus est sine demonstratione scientia, quia intellectus non acquiritur per demonstrationẽ. Vnde quod dixit prius, neque intellectus appositiue, & expressiue subiunxit, neque sine demonstratione scientia. Vnde id quod interponitur, scilicet, (intellectum principium scientiæ dico) legendum est vt parenthesis: alioqui littera est obscura. Si ergo contingentium neque est scientia, neque intellectus, & contingentia possunt esse vera, sicut intellectus & scientia (non solum assensus, sed obiecta ipsa sunt vera) restat vt contingentium cognitio sit opinio. Ex quo sequitur opinionẽ esse circa id quod verum & falsum esse potest. Subiungit autem. (Hæc autem est vacantis medio) id est, immediatæ (& non necessariæ propositionis existimatio.) Quo verbo docet, quod sicut scientia reducitur ad propositiones immediatas necessarias, ita opinio contingentis mediate reducit ad contingentem immediatam, vt cum à longe video aliquid quod opinor non currere, id contingit, quia video ipsum non moueri, & non moueri opinor: quia non video ipsum mutare locum. ¶ In secunda particula. (Atque hoc) subiungit alias duas rationes breues. Secunda ergo ex definitione opinionis sumitur. Etenim tam opinio quam natura talis, id est, obiectũ opinionis est quid incertum, scientia vero & scibile sunt certa: ergo scientia & scibile differũt ab opinabili & opinione. ¶ Hinc doctores eliciunt hanc definitionem opinionis. Opinio est assensus verus, aut falsus, incertus, seu cũ formidine. Tertia ratio sumitur ex huiusmodi consensu. Tũc enim scire aliquid putamus, cum arbitramur illud non posse aliter se habere: cum autem putamus id posse aliter se habere, quãuis in rei veritate sit necessarium, solam habemus opinionem. Signum ergo est, quod scibile & opinabile sint diuersa obiecta. ¶ In tertia particula. (Quomodo igitur.) Mouet duas dubitationes quę ex dictis resultant. In tertia enim proxima ratione insinuauit, quod possit de eodem subiecto alius habere scientiã, alius vero opinionẽ, dum alius, id quod est necessariũ existimat esse necessarium, alius vero opinatur esse contingens. Prima ergo dubitatio est, cũ ante dictũ sit obiectum scibile esse necessariũ, opinabile vero esse contingens, quomodo fieri potest, vt de eodẽ vnus habeat scientiam, alius opinionem. Secunda dubitatio est. Si de eodem habetur scientia & opinio, quomodo non inde sequitur quod opinio sit scientia. Videtur enim id consequi: si enim obiectum scientiæ & opinionis est idẽ, & tam opinio, quam scientia reducitur ad propositiones immediatas, vt paulo ante dicebamus, videtur subsequi opinionem esse scientiam. Quod autem opinio reducatur etiam ad causas immediatas; probat, quia non solum possumus opinari ipsum esse, scilicet, lunam eclipsari, sed etiam propter quid: nam potest quis habere opinionem quod causa eclipsis Lunæ est nubecula illa anteposita. ¶ In quarta particula. (An si existimauerit quidem) respondet primo ad secundam quæstionem quæ est facilior. Vbi notandum est, quod cum perfectio sit ex integra causa, imperfectio autem ex defectu cuiuscũque circunstantię, ad perfectionem scientiæ requiruntur duo, scilicet, & quod obiectum ipsum sit in rei veritate necessarium, & quod ita existimetur: sed ad rationẽ opinionis sufficit alterũ illorum, scilicet, aut quod medium sit contingens, aut quod existimetur esse tale. Et ideo dicit Aristoteles, quod cum quis existimauerit medium necessarium: quia intelligit eius definitionem per quã ipsum demonstrat, tunc scit illud: si autem aliquis non intelligat eius definitionem, nec illud per propria principia demonstret, habebit solum opinionem: & sic scientia & opinio quamuis sint de eadem re, non sunt idem. ¶ In quinta particula. (Opinio nãque.) Soluit primam dubitationem quomodo videlicet fiet, quod obiectum scientiæ sit necessarium, obiectum vero opinionis sit contingens, & nihilominus sint idem. Atque intentio eius est ostendere, quod sunt eadem res incomplexe significata, tamen non sunt idem obiectum complexe significabile, quod est proximũ obiectum assensus: nam de quantitate habemus scientiam, quod accidit substantiæ, quia non est de intrinseca ratione illius: & habemus opinionem quod realiter distinguatur ab illa. Itaque propositiones sunt diuersæ, sed subiectum earum est idem. ¶ At pro intelligentia literæ notandum est, fuisse quosdam philosophos, vt Democritum, & Empedoclem, & alios quos refert Aristoteles. 4. metaphysicorum, text. 21, & infra, qui putabant non esse aliam rerũ veritatem, quam quæ est in apparentia sensus: vt si res mihi gustata iudicatur amara, est amara, & si tibi iudicatur dulcis, est dulcis. Ex quorũ opinione vt infert illic Aristoteles, sequitur, quod idem est verum & falsum: nam vinum

Conclusio.

Definitio opinionis.

vinum esse dulce, est verũ, quia sanus ita iudicat: & est falsum, quia infirmus ita iudicat. Et præter hoc aliaque multa id genus inconuenientia, quæ illic congerit Aristoteles. infert etiam nunc, quod secundũ illos nulla posset esse opinio: nam si talis est res qualis mihi apparet, nullo modo possem opinione mea decipi, & per consequẽs esset scientia. ¶ Soluit ergo Aris. primã dubitationem dicens quod scientia & opinio possunt esse aliquo modo eiusdem, vt pote in diuersis hominibus: quia de eadem, conclusione, puta Luna est eclipsabilis, Astrologus habet scientiam, & rusticus potest habere opinionem. Non tamẽ possunt esse omnino eiusdem, quia idem homo non potest habere eiusdem conclusionis simul scientiam & opinionem: nisi sicut potest habere simul & opinionem veram & opinionem falsam. Interponit parenthesim quod non potest opinio eadẽ simul esse vera & falsa, vt dicebant illi philosophi, videlicet quod idem simul est verum & falsum: nam tunc præter alia absurda sequitur quod nulla est opinio: sed omnis assensus est scientia. At potest, inquit, tamen habere quis opinionẽ veram & simul opinionem falsam de eadem, sed non de eadem propositione. Exemplum Aristot. est, vt opinio quæ asserit diametrum esse commensurabilẽ costę, ita est falsa, vt nullatenus possit esse vera. Potest tamen cum illa simul esse altã opinio vera de eodem diametro, vt puta quod. Diameter excedit costã. Ad hunc igitur modum potest simul esse scientia & opinio de eodem homine per diuersas propositiones: vt si quis iudicet hominẽ necessario esse animal, & simul iudicet animal conuenire homini in quantum homo est substantia, habet quidem scientiam de homine, scilicet, quod est animal saltẽ, quia, de quo tamẽ habet opinionẽ falsam: quia homo nõ est animal in quantũ substãtia, sed in quantũ homo. Et ita errat in propter quid. Et eadẽ ratione potest habere scientiã de homine quod sit risibilis quia est animal rationale: & opinionẽ quod distinguitur à sua quantitate. Sed tamẽ de eadẽ cõclusione nõ potest magis quis habere scientiã & opinionem simul, quam habere simul opinionem veram & opinionem falsam. Vbi notato, quod secundum Aristotel. tantum repugnant scientię & opinio eiusdem conclusionis propter certitudinem vnius & incertitudinẽ alterius, quantum repugnat vt idem assensus sit simul verus & falsus. Nam per scientiam, inquit, iudicamus rẽ non posse aliter se habere, & per opinionem iudicamus rem posse aliter se habere, quæ sunt repugnantia. ¶ Et ita tandem concludit, quod in diuersis hominibus potest esse scientia & opinio de eadem conclusione: in eadem tamen nequaquam. ¶ Excusat se tandem Aristot. à tractatione aliorum habituum de quibus meminit. 6. Ethicor. cap. 3. quæ sunt intellectus, sciẽtia, ars, prudentia, & sapiẽtia. Enimuero de scientia solũ hic dictũ est dialectice, quatenus est finis demonstrationis. At vero de ipsa & intellectu ad libros de anima petinet exactius dicere. Et de sapientia ad libros metaphy. de prudentia vero & arte, ad philosophiam moralem.

Solutio primi dubij.

Scientia & opinio repugnant.

De Solertia Cap. XXVII.

SOlertia vero quędam est coniectatio medij in tempore admodũ breui, veluti si quispiam hoc viso, lunã eam partem quæ est versus solem lucidam semper habere cito perceperit, proterea id ipsum effici, quod lumen ex sole suscipiat lumina, aut si viso paupere diuitem adeũte, hoc illum propterea facere quod mutuo argentum accipi intellexerit, aut si cognouerit, cur hi sunt amici, quia sunt eiusdem hominis inimici: omnes enim medias causas, qui vidit extrema cognouit. Lucidã partem versus solẽ habere sit. a. solis lucere lumine, sit. b. luna sit, c. igitur ipsum. b. id solis lucere lumine, competit. c. ipsi inquam lunæ: at ipsum. a. lucidam inquam semper versus solem habere partem, ipsi inest: quare sit, vt. a. per. b. mediũ ipsi competat. c.

IN hoc demum capite. xxvij. postremoque primi libri comparat scientiam ad solertiam, quæ etiam deficit à ratione scientiæ, quia non procedit ex simpliciter necessarijs, sed ex coniecturis. Facit hic autem mẽtionẽ de solertia, propterea quod non simpliciter coinciditur cum aliquo illorum quinque habituum quos. 6. Ethicorum posuit. Est enim solertia pars quædam prudentiæ, vt. 1. 2. q. 49. articul. 4. docet Sanct. Tho. Prudentia nanque est virtus consiliatiua practica, scilicet, circa operationes. Solertia vero est quædam vis facile & de repente inuenienti causam rei, vt patet in exemplis Aristotelis. vt si ignarus philosophiæ videat lunam illuminari in illa parte quæ est versus solem, inde cõiecet lunam recipere lumen à sole, aut si videns pauperem ingredientem domum diuitis coniecter causam esse vt argẽtũ ab illo mutuet. Vnde sicut facilitas & subtilitas vt quis facile ab alio doceatur dicitur docilitas, ita per spicacitas vt quisq; per se de repente media inueniat dicetur solertia, & habet locum in necessarijs & contingẽtibus, practicis & speculatiuis, & potest nonnũquam deficere & deceptionem facere, & ideo proprie non est virtus. At vero quia solertia non solum per effectus facile coniectat media & causas, sed etiam ex causis infert effectus, Aristo. posuit exemplum solertiæ in demonstratione propter quid, scilicet, quicquid recipit lumen à sole illuminatur in parte quę est versus solem, luna recipit lumen à sole, ergo illuminatur in parte quę est versus solem, quamuis solers prius per effectum indagauit causam sic arguens, quicquid illuminatur in parte quæ est versus solẽ recipit lumen à sole (vt patet in istis inferioribus) sed luna illuminat in parte quæ est versus solem, ergo recipit lumen à sole. Itaque ex istis inferioribus fecit de luna coniecturam,

Solertia.

Quæstio octaua.

Vtrùm sciẽtia & opinio adeo differant, vt eis repugnet esse in eodem subiecto.

IN hac quæstione non solum titulus vt lacer disputandus est, sed alij nonnulli loci textus, sunt examinandi. Quæ propter arguitur primo. Fides est habitus medius inter scientiam & opinionẽ, deficit enim à sciẽtia, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est euidens, & excedit opinionem, qualacst certa, vt ait Sanct. Thom. 1. 2. quæst. 67. articul. 3. ergo insufficienter Aristote. de habitibus tractauit, nullam faciens mentionem fidei. ¶ Et confir. Fides est assensus certus & ineuidens, sed assensus certus & ineuidens nulla authoritate aut ratione sufficienter producitur, ergo insufficienter tradidit media, quibus habitus intellectus generatur. Probatur minor. Aut ratio vel authoritas, conuincit intellectum, & tunc generabit assensum euidentem, aut non conuincit, & tuc sola producetur opinio. ¶ Secundo arguitur contra definitionem opinionis quam posuit Aristotel videlicet quod opinio est assensus propositionis immediatæ non necessariæ. Opinio non solum est propositionis immediatæ, sed cuiuscunque propositionis contingentis, tam mediatæ quam immediatæ: ergo definitio non est bona. ¶ Et confir. quia nulla videtur posse dari prima opinio: nulla enim videtur esse immediata propositio, nisi quia aut terminis est per se nota, aut ex experientia, quæ proinde nec est opinio, nec potest ponere opinionem sed scientiam. Et confir. secundo. Opinio non solum est assensus propositionis contingentis, aut quæ existimatur esse contingens, sed etiam assensus propositionis quã opinamur esse necessariam: nam existimare aliquid esse necessarium, non solum contingit per certitudinem, sed per opinionem. Quinimo quicunque opinatur quantitatem distinguit re quanta, opinatur illud esse necessarium, nam si distinguitur, necessario distinguitur, & si non distinguitur, necessario non distinguitur; ergo huiusmodi assensus est opinio & tamen neque est propositionis contingentis, neque eius quæ existimatur esse contingens. ¶ Hinc sumitur tertium argumẽtum principale: quod facit Dur. in. 1. quæst. prol. ad probandum, quod scientiæ & opinioni nihil repugnet esse in eodem subiecto: nam si aliquid obstaret aut esset ex parte obiecti, quia scilicet, per scientiam indicamus rem non posse aliter se habere, & per opinionẽ indicamus posse aliter se habere, vt hic ait Aristotel. & hoc non, quia vt modo arguebamus possumus per opinionem iudicare rem non posse aliter se habere, sed esse necessariam, aut esse repugnantiam ex parte mediorum ex quibus prodeunt, & hoc non, quia ad eandem conclusionem potest applicari, & demonstratio & ratio probabilis, imo sæpe mathematici & maxime astrologi ad conclusionem demonstratam afferunt etiam rationes probabiles, vt postquam astrologus per eclipsim lunæ quæsit circulariter, demõstrauit terram esse rotundam, adducit eam rationem probabilem, quod sicut cœlum est rotundum, eandem figuram habeant elementa & per consequens terra. Veluti theologi ad conclusiones fidei afferunt sæpe rationes apparentes naturales. ¶ Et confirm. Quia possent mihi adduci duo media ad eandem conclusionem necessariam, alterum quod est necessarium, & ego certo scio esse tale, alterum, quod opinor esse necessarium in quo casu nihil videtur repugnare quod medium illud quod scio esse necessarium causet scientiam, & alterum causet opinionem, postquam per vtrunque iudico conclusionem esse necessariam. ¶ Quod si quis dicat scientiam & opinionem repugnare propter certitudinẽ vnius & incertitudinẽ alterius, arguit sic. Certitudo & incertitudo solũ dicerunt, sicut pertestũ & imperfectum, perfectum autem & imperfectum non repugnant, nam forma substantialis ignis & calor in eodem subiecto sunt. Et hac ratione videtur Sanct. Thom. concedere. 3. part. quæstio. 9. articu. 3. ad. 1. quod scientia per demonstrationem, & opinio per rationem probabilem sunt in eodẽ subiecto. ¶ Confirm. secundo. Aut formido opinionis est passio ab ea distincta, vt secundum Sanct. Thom. ruibilitas distinguitur ab homine, aut est priuatio certitudinis quæ est ipsemet assensus opinantius. Si primũ, possent tot rationes probabiles adduci, vt tota corrumperetur formido, aut saltem Deus supernaturaliter posset illam ab assensu separare, & per consequens tunc posset opinio simul esse cum scientia. Si vero formido non distinguitur ab opinione, sequeretur quod æqualiter dum intenditur opinio intenderetur formido, quod est contra experientiam, nam quanto plures rationes adducuntur intendentes opinionem, tato minori formidine assentimur. ¶ Quarto principaliter arguitur. Fides & scientia possunt esse simul, ergo fides & opinio, quia tanta videtur repugnantia inter euidentiam & cognitionem obscuram, quanta est inter certitudinem, & incertitudinem, Antecedens tamen patet. Primo in beatis, in quibus verisimile est durare fidem cum visione, sicut alias virtutes permanebunt quibus gloriam meruerunt. Et secundo in Paulo rapto vsque ad tertium cœlum. Et tertio id patet in philosophis Christianis qui simul habent scientiam, & opinionem quod Deus est. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si habent habitum opinionis alicuius conclusionis afferatur demonstratio eiusdem, illa demonstratio generabit habitũ scientiæ qui simul erit cum habitu opinionis, sed non est minor repugnantia inter habitus scientiæ & opinionis quam inter actus, ergo neque actus repugnant. ¶ Quod si dicas demõstrationes non generare habitum scientiæ antequam corrumpant habitum opinionis, arguitur contra. Nam, vt in prædicamentis capit. de qualitate dictum est, vnica demonstratio sufficit generare habitum scientiæ, quia conuincit intellectum. Sed habitus opinionis cum habeat partes non potest nisi succesiue corrumpi, ergo per aliquam moram erunt simul habitus ambo, alias daretur vltimũ instans esse rei permanẽtis, scilicet, habitus opinionis. ¶ Et confirm. Habitus intellectus corrumpunt se sicut habitus voluntatis contrarij, sed quando intemperatus incipit in actibus sese temperantiæ exercere actus illi vt patet ad experientiam non statim corrumpunt habitum intemperantiæ, vnde sequi videtur simul esse habitum temperantiæ & intemperantiæ, & per cõsequens eadem ratione habitum scientiæ & opinionis. ¶ Sexto tandem arguitur contra id quod diximus solertiam non esse virtutem, eo quod est indifferens ad verum & falsum. Prudentia est virtus, vt habetur. 6. Ethi. capit. 5. Sed prudentia est indifferens ad verum & falsum, nam est circa singularia vt illic subditur capit. 7. circa quæ contingit errare: vt patet, quia non repugnat virtuti prudentiæ, vt aliquando prudens erret in suis consilijs propter incertitudinem rerum humanarum circa quas versatur: ergo quod sit indifferens ad verum vel falsum, non repugnat rationi virtutis. ¶ Et confirm. Prudentia est virtus, & solertia est pars illius, vt ait Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 49. art. 4. ergo solertia est virtus.

¶ Quæstio hæc, vt est vltima, ita & inter præcipuas est huius libri. Vbi constituemus sex conclusiones: non solum quibus ad titulum quæstionis, sed ad argumenta pro textus expositione respondeatur. Faciemus nãque duos articulos. In primo erunt tres conclusiones de fide: & in altero de opinione totidem. ¶ Vnde circa materiam primi argumenti sit prima conclusio. Apud Aristo.

1. Conclu.

Aristotel. quinque tantum inueniuntur intellectuales habitus quibus anima potest subesse falsum, atque adeo habent & nomen & rationem virtutis. Vt sunt (scientia, intellectus, Sapientia, Prudentia, & Artiquos. 6. Ethicor. capit. 3. connumerat. Conclusio hæc manifesta erit his qui Aristotel. doctrinam perlustrauerint. Arquitres priores habitus vel sunt circa necessaria: nempe Intellectus circa prima principia. Scientia vero, circa conclusiones. Sed sapientia, in vna significatione est habitus cõprehendens conclusiones & principia, & alia est scientia altissimarũ causarũ, qualis philosophia est Metaph. & Christianis Theologia. Alij duo habitus esse possunt circa contingentia. Prudentia nanq; vt loco citato docet Aristotel. cum sit circa agibilia, para circa actus immanentes, qualia sunt opera virtutum, & de vniuersalibus, est de singularibus considerat nanq; rationes legis quæ vniuersales, quas ad singulares applicat actiones. Ars vero est circa factibilia quæ transeũt in exteriorem materiam. Quibus nõ potest subesse falsum eo modo quo in responsione ad vltimum explicabitur. Quocirca illi tres habitus sunt speculativi: hi vero duo sunt practici. Subiungit demum illic Aristote. opinionem & suspicionem, quæ excluse a ratione intellectualis virtutis, eo quòd indifferenter se haberent ad verum, & falsum. Et eadem ratione excluditur hic solertia. ¶ Secunda conclusio. Neque Aristot. neque alij philosophi naturales cognouerunt aliquem habitum vel assensum fidei qui specie differret ab opinione. Ad cuius intelligentiam notandum est duplicem esse fidem. Alia enim est diuina, qua per reuelationem Christi fit vt nobis assentiamur sacræ scripturæ. Alia vero est humana, qua absque formidine assentimur veritatibus aliquibus humanis circa euidentiam, vt ego sine vlla prorsus formidine assentior Romam esse, quam non vidi, & fabulas quas nostri inuenerunt. ¶ Et inter has duas species fidei: præter quã quod prima est de rebus pertinentibus ad religionem, & secunda de veritatibus humanis, est etiam essentialis differentia, quod fides catholicæ non potest subesse falsum tum Deus qui est prima veritas nec falli nec fallere potest: fides autem humanæ potest subesse falsum. Ex qua differentia Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 4. artic. 5. ad secũdum colligit, quod fides catholica est virtus. Fides autem humana non est virtus. Probatur ergo cõclusio. Fides diuinam nec Aristotel. nec aliquis philosophorum cognouit: quia non cognouerunt homines sine reuelatione diuina aliquid cognoscere. Fides autẽ humana non differt specie ab opinione. Quod probatur. Nam cuicunque fidei humanæ quantumcunq; certissimæ potest subesse falsum, saltem non repugnat ex natura assensus. Etenim quantũcunq; absque vlla formidine ego credam Romam esse in Italia, & patrem meum esse mortuum quem tamen non vidi mori, nihilominus non repugnat fidei quam habeo, illud esse falsum: quia nec de huiusmodi veritatibus habet experientiam, nec euidentiam per reductionem ad prima principia: ergo non differt specie ab opinione. Et ideo, vt Sanct. Thom. loco citato egregie aduertauit. Aristotel. 6. Ethic. sub nomine opinionis comprehendit quamcunque fidem humanam: quam excluse a ratione virtutis, eo quod quantumcunque sit certissima, non repugnat illi subesse falsum. ¶ Differunt autem in doctrina Aristotel. fides & opinio secundum magis & minus. Vnde primo Topic. capit. 5. Fides inquit, videtur esse vehemens opinio, id est, assensus certus siue verus sit, siue falsus. Quo fit vt apud Aristotel. formido ad modum loquẽdi doctorum huius temporis non sit de tertio isto ratione oppositi, sed hoc solum quod sit assensus indifferens ad verum & ad falsum: vt arctic. 2. quæstio. 1. explicabitur. ¶ Quod si quis obijciat illud, 2. de anima text. 137. opinionem sequitur fides, vbi videtur ponere distinctionem inter opinionem & fidem: respondetur quod non intendit talem distinctionem, sed accipit fidem pro assensu: & vult dicere, quod bene sequitur, si quis habet opinionẽ q̃ habeat eam assẽtiendi opinionis ipsa est assensus. Quã differentiã ponit inter opinionẽ & phantasticã imaginationẽ, quæ nõ est assensus. ¶ Ex qua sequitur primo, quod non valet hæc consequentia, est assensus certus: ergo verus (licet hoc tempore inter dialecticos confectur bona) Enumero Mahumetici ita certo assentiunt suis erroribus, vt nos nostræ fidei: & aliqui Iudæi ita certo credunt, quòd Messias non venit, quam nos contrarium. Vnde Aristo teb 9. Ethi capit. 3. quidam inquit sunt falsis opinionibus non minus assentiunt, quam alij suæ scientiæ. Et illos assensus falsos Aristo. appellasset fidem: & ita sunt Latinæ appellandi quæcunque enim appellamus opinionem. Latine possimus nuncupare fidem. Dicimur enim adhibere fidem alicui, licet eius authoritas solam nobis adgeneret opinionem: & econuerso fides etiam appellaret opinio. Tametsi inter Christianos ex accõmodatione vsus, solam reuelationem sacræ scripturæ appellamus fidem.

Defini. fidei.

¶ Sequitur secundo, quòd hæc definitio fidei, assensus verus certus & ineuidẽs non cõprehendit fidẽ humanã: quippe quæ indifferens est ad falsum: sed solum conuenit fidei catholicæ, vt potest cui non potest subesse falsum. Imo est nobis certior quam scientia: propter ipsam enim negamus hanc consequentiam, omnis essentia diuina est pater: filius est essentia diuina ergo filius est pater: quã philosophi naturales reputarẽt euidẽte. ¶ Solutum ergo satis est primum argumentum, non enim Aristotel. insufficienter tractauit de habitibus intellectus, siquidem fides catholica, supra naturalis est, & illi incognita, fidem autem humanam nomine opinionis comprehendit. ¶ Pro materia confirmationis est tertia conclusio. Tam fides diuina quam humana, imo & opinio, generatur in nobis ratione aliqua aut authoritate, cum pia affectione voluntatis. Quæ licet videri posset ad rem præsentem non pertinere posita est tamen ob rum quia neotherici fere hic tractãt, tum etiam, quia neque est adeo impertinens propositio. Hanc cõclusionem probat Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 1. artic. 4. hac ratione. Intellectus nõ potest alicui assentire nisi altero duorum modorum, vt scilicet aut conuictus ab obiecto, aut voluntate eum inclinante ad vnam partem, sed ad ea quibus assentimur per fidem, vel per opinionem, non simpliciter intellectus conuincitur ergo illi assentiret ex inclinatione voluntatis. Minor suppontur a Sanct. Thom. tanquam nota: probatur tamẽ, quia cum non sit nisi duplex potentia, scilicet, rationalis & irrationalis, vt. 1. Ethic. author est Aristot. non est nisi duplex modus quo posset aliqua potentia passiua moueri, scilicet, aut ex necessitate, vt potentia irrationalis: aut libere, vt potentia rationalis. Minor autem patet: quia intellectus regulariter non cõsulet vt simpliciter nisi ab euidentia, scilicet, ab experientia, vel ex principijs per se notis, vel per reductionem ad illa vt reducitur scientia. Existimo profectò si quis tenent fidem posse produci a sola ratione hanc rationẽ perpendisset, forsan non contradixisset. Sanct. Tho. ¶ Et confirmatur conclusio experientia: experimur enim

3. Cõcl. Fides ex pia affectione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim quòd volūtas est euidentia rei multum refert affectio, vt dū magis credant Augustino, Alij Hieronymo, alij Thomæ, alij alijs. ¶ Et de fide catholica secundo probatur conclusio, ex illo. 2. ad Corinth. 10. in captiuitatem rédigentes intellectum in obsequium Christi: captiuare namque intellectum munus est voluntatis. Ad quod etiam pertinet illud Lucæ, 17. Adauge nobis fidem, quo verbo non solum petebant Apostoli, claritatem fidei ex rationibus aut miraculis, sed quod voluntatem eorum inclinaret & afficeret ad credendum. Quæ de causa Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 4. articul. 2. docet quod quamuis fides formaliter inhæreat intellectui, tamen per quandam redundantiam est etiam in voluntate nam vtranque inquit, potentiam necesse est esse perfectam ad credendum. ¶ Et confirm. ratione. Credere est quodammodo actus obedientiæ & meriti: obedire autem & mereri ad voluntatem pertinet. Nec satisfacit responsio dicentium satis esse ad rationem meriti quod credere sit antecedenter in potestate voluntatis, quatenus libere quis audit prædicatores: non enim hoc solum est meritorium: sed hoc quod est captiuare intellectum ad credendum illud quod non est euidens. ¶ Offerunt se tamen in contrarium argumenta nonnulla exigua. Primum ex his quæ paulo ante diecebamus. Experimur nanque aliquando citra euidentiam sola authoritate alicuius cōmouemur ad credendū verbi gratia, quod Roma est, quod modo Cæsari cum Gallo bellum sit quibus renuente voluntate assentimur. ¶ Secundo arguitur. Aut affectio pia voluntatis est actus quo volumus id quòd asseritur esse verum, aut actus quo volumus asserentem esse veracem, aut actus quo volumus assentire. Non primum, nam cum audio nuntium: obijsse parentem, aut Turcam litora nostra inuasisse, nollem esse verum, & tamen absque formidine credo. Et eadem ratione arguitur contra secundum membrum: quia stat cum qui mihi id nunciat esse inimicum, quem nollem esse veracem, & tamen illi credo. Sed quod neque sit tertium arguitur. Primo quia alias staret in nostra potestate assentire cuicunque propositioni, quòd est contra Aristotel. 2. de anima. (in diuisione Commento.) 134 dicentem to nostra esse potestate phantasiare cum volumus, opinari vero non. Et est contra experientiā: quia non est in potestate mea modo assentire astra esse paria aut imparia. Et præterea, quia experimur nos sæpe exire in actum fidei: quam primum audimus Deum esse hominem, aliud articulum naturaliter sine tali volitione, quia volumus assentire. ¶ Ad primum respondetur: quod opinio Sanct. Thom. intelligitur regulariter, & per se ex natura rei: nil tamen vetat quin aliquando sit tam vehemens authoritas, vt citra euidentiam conuincatur intellectus sine inclinatione voluntatis. ¶ Ad secundum respondetur, quod pia affectio voluntatis est volitio aut actualis aut habitualis, qua volo assentire cum non sim ratione conuictus: nihilominus volitio hæc & propensio voluntatis, non nunquam contingit ex volitione qua vellem id quòd asseritur esse verum: nam ea quæ multum optamus facile credimus (quod est aliud argumentum fidem dependere a voluntate.) aliquando contingit ex amore quo afficimur erga asserentem. Vnde sectæ philosophorum ortum habere nonnunquam solent. Enimuero postquam aliquis afficitur alicui doctori, æqualitione facilius venit in eius sententiam, quam in sententiam alterius. Nihilominus aliquando, vt probant argumenta aduersus duo priora membra, siue istis assentimur propter vehementiam authoritatis tenentes voluntate. ¶ Primum argumentum aduersus tertium membrum, vehementius militaret aduersus Occham. Sunt enim aduersus Sanct. Thom. duæ extremæ opiniones. Prima est Holcoth in. 1. quæst. 1. videlicet quod sola authoritas vel ratio sufficit ad generationem fidei, quod si intelligat de fide humana, & quando est vehementissima authoritas, nos non negamus. Alia est Occham in. 2. distinctio. 25. vbi videtur tenere, quod solum imperium voluntatis sine authoritate aut ratione sufficit ad credendum. Contra quem militat authoritas Aristotel. & experientia. Nos vero respondemus, quod non est in nostra voluntate simpliciter assentire vbi nulla est authoritas aut ratio. Sed dicimus, quod imperium voluntatis facit, quod aliqua authoritate aut ratione moueatur: quæ per se non posset nos conuincere. Et ideo non possumus assentire quòd astra sint paria. Ad postremum respōdetur, quod quando quis primo recipit fidem, tunc requiritur motus voluntatis in actu, postquam vero quis tam habet habitum, tunc ex habituali motu voluntatis statim assentit, nec requiritur quod voluntas de nouo inclinet & determinet intellectum. ¶ Tandem hinc notandū est, quod citra euidentiam multo plus mouet authoritas ex genere suo quam ratio quæuis probabilis: nam ratio probabilis non fundatur in aliqua euidentia: authoritas vero sæpe nititur experientiæ aut euidentiæ dicentis. Cum enim homo fide dignus aut decem aut viginti dicunt aliquid se propriis oculis vidisse, profecto non possumus nō credere, nā licet illud nō sit nobis euidens, est tā euidēs esse credibile, vnde ad fidē saltē humanam minus requiritur imperium & affectio voluntatis quam ad opinionem: quod notandum est apud Sanct. Thom. nequis credat doctrinam eius esse, ad solum actum fidei requiri imperium voluntatis cum requiratur etiā ad opinionē. Sed tū vltra ad limites dialecticæ in materiam mergimur fidei. Satis ergo de fide. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur, quòd Aristotel. non negasset ad fidem, & opinionem requiri motum voluntatis, sed tamen ipse non tractauit nisi de principijs habituum quę sunt in intellectu, scilicet, de propositionibus, & de terminis ex quibus ratiocinatio construitur.

¶ Descendendo ergo ad materiam opinionis, pro secundo argumento est prima conclusio. Sicut inter propositiones euidentes, ita & inter opiniones est aliqua opinio mediata, & aliqua prima & immediata quę non indiget probari per aliam. Hęc primo probatur ex doctrina Aristotel. in hoc libro. Hæc enim de causa capit. 28. text. 15. non solum ex rationibus demonstrationis, sed dialecticæ etiam probauit non esse processum in infinitum in principijs, nempe vt ostenderet, quod non modo in demonstrationibus, rerum & in syllogismis dialecticis & probabilibus, sit deuenire ad primum principium. ¶ Secundo probatur conclusio exemplis. Potest enim prima opinio multis modis generari. Aliquando ex terminis ipsis: propositis nanque his propositionibus, mater diligit filium, pauper cupit ditescere, & cognitis terminis statim generatur earū opinio: sicut cognitis terminis huius, omne totum est maius sua parte, statim generatur eius euidentia. Secundo generatur prima opinio ex præmissis euidentibus per ineuidentiam consequentiæ, quæ ex terminis ipsis est ineuidens, vt ex hoc quod omnes quotquot vidi fullanos occidentis sunt deformes, infero omnes insulanos esse deformes: & ex hoc quod Germani quos vidi

Occham.

Authoritas

Argumēta.

Responsiones.

Articul. 2. 1. Conclu.

Prima opinio.

dissunt proceri corporis, infero Germanos esse magnæ staturæ. Et tertio ex contrarijs cuius exempla ponit Aristotel. de fortitia. Video pauperem adire diuitem, opinor statim eleemosynam petere. His ergo modis & alijs plurimis generatur opinio. Quod vero sint aliæ opiniones mediatæ patet, cum opinor quantitatem distinguitā re quāta, Deū non posse producere infinitum: quæ quidem opiniones inferuntur ex alijs principijs cognitis etiam per opinionem.

¶ Ex hoc sequitur solutio secundi argumenti, videlicet, quod quando dixit Aristotel. opinionem esse assensum propositionis immediatæ non necessariæ, non intendit adæquatē definire opinionem, vt excluderet opinionem mediatam, sed meminit solum propositionis immediatæ, tum quia manifestum est, si propositio immediata est opinio, illam quę inde sequitur esse opinionem, tum etiam fortè vt assignaret differentiam inter opinionem & scientiam, quod propositionis immediatæ vnde sequitur scientia non est scientia sed intellectus, propositionis vero immediatæ vnde sequitur opinio est pariter opinio, vt conclusio. Et per hęc etiam patet solutio primæ confirmationis. Definitio ergo opinionis quæ colligitur ex Aristotel. est, quod sit assensus verus vel falsus obiecti contingentis. ¶ Sed pro solutione secundæ confirmationis est secunda conclusio in hac materia consideranda. Contingens in definitione opinionis non accipitur vt sit solum conditio ex parte obiecti, sed etiam ex parte subiecti, scilicet, ex parte intellectus. Conclusio est Sanct. Thom. 1. 2. quæstio. 67. articulo. 3. Quod est dicere, ad hoc quod aliquis assensus sit opinionis satis est, quod sit de obiecto quod in rei veritate est contingens, vel quod æstimetur esse contingens, adhunc sensum quod non euidenter iudicetur esse necessarium. Itaque licet ego assentiam propositioni necessariæ, si tamen non euidenter iudico esse necessariā, licet opiner esse necessariā reputatur hic ab Aris assensus obiecti contingētis ex parte subiecti quia cū solū opinor esse necessariū, in existimatione mea forte nō est necessariū: & hoc qđ dico forte Aristot. appellat contingens. Et hæc est propria significatio huius aduerbij, forte. Quod non animaduerterunt, qui putant non fecisse hic Aristotel. mentionem de omni opinione, sed solum de illa, quæ est obiecti contingentis, aut quæ existimatur esse contingens, de quorum numero est Durādus in prima quæstione prologi Nam Aristotel. loquebatur secundum propriam significationem nominis. Itaque quod doctores dicunt opinionem esse assensum cum formidine, Aristotel. appellat assensum contingentem. Nam in Aristo. non est illa particula, cum formidine, sed doctores exponentes verbum, contingens, excogitarunt illam. Imo vero quamuis sit assensus propositionis contingentis, si cognita sit per experientiam, vt Petrus scribit, eo non est opinio, quia est assensus sine formidine: & qui ita assentit non diceret forte esse verum, sed esse euidens. Quo ergo naturam opinionis tandem concludamus dicenda sunt duo. Primum, quod in doctrina Aristotel. de intrinseca ratione opinionis non est formido ad modum quo loquuntur nunc moderni. Nam iudicium quo assentio nunc Romā esse, est opinio: & tamē proprie loquendo non est cum formidine, nisi appellemus formidinem hoc quod non repugnat illum assensum esse falsum, cum non sit euidens. ¶ Secundo dico, quod postquam iam abijt in vsum ponere distinctionem essentialem inter fidem humanam & opinionem, hoc demus vsui dialecticorum, scilicet, quod opinio sit habitus de cuius intrinseca ratione est assentire cum formidine. Fides autē humana est assensus certus, ineuidens, siue verus siue falsus. Nihilominus licet loquamur vt plures, licet sapientibus sentire cum paucis, & loqui ad modum quo loquitur Aristote. Eo vel maxime quod Sanct. Thom. 1. 2. quæstio. 67. articul. 3. licet opinionem dicat esse assensum cum formidine, tamen nomine formidinis forsan comprehendit quamcunque fidem humanam: propterea quod non repugnet illi esse falsam: & ideo quando ponit fidem esse medium inter scientiam & opinionem: solum intelligit de fide catholica. Et ita profecto omnes philosophi & antiqui doctores loquuntur.

Fides humana.

3. Conclu.

¶ Sit ergo tertia conclusio huius articuli qua ad titulū quæstionis respondetur: Scientia & opinio de eadem conclusione, nec secundū actus, nec secundum habitus esse possunt simul in eodem intellectu. Probatur prima pars. Assensus certus & euidens, & assensus incertus & ineuidēs formaliter repugnant vt ait Aristotel. sicut duo assensus contrarij: sed duo assensus contrarij esse non possunt simul, ergo nec scientia & opinio. Et experientia ipsa magistra id euidentius docet quam vt pluribus testibus opus sit nemo enim hoc potest mente concipere, vt possit quis certe & euidenter iudicare hoc esse verū, & formidare an ita sit. Dicerim de eadem conclusione, nam de eadem re possumus diuersas conclusiones formare, vt de Deo quis potest habere scientiam naturalem, quod est vnus sicut habuit Aristot. & fidem quod est Trinitas, & opinionem quod non potest infinitū producere. ¶ Inde sequitur secunda pars conclusionis, nam eam habitus fiunt propter actus, si actus simul esse non possunt, fit vt neque possint esse habitus. ¶ Et confirmatur hoc. In moralibus habitibus, experientia constat, quod nullus potest esse habituatus simul ad duo contraria: sed prius actus verbi gratia temperantiæ corrumpunt habitum intemperantiæ, quam generent habitum temperantiæ. Sed scientia & opinio secundum actus contrariantur: ergo nullus potest simul habere habitus ad huiusmodi contrarios actus, inclinantes. Hæc tamen secunda pars latius patebit in solutione ad quintum argumentum. ¶ Hinc sequitur corollarie, quod fides eodem modo repugnat esse simul & cum scientia, vt ait Sanct. Thom. 1. 2. quæstio. 67. articul. 3. & cum opinione. Cum enim sit assensus obscurus, repugnat claritati scientię: & cum sit certus non secum patitur opinionis formidinē.

¶ Duo igitur argumenta prioraeorumque confirmationes soluta sunt. Ad tertium principale quod est Durandi respondetur, quòd non solum opinio qua iudicamus obiectum esse contingens repugnat scientiæ, sed illa etiam qua cum formidine assentimur obiectum esse necessarium: quod Durandus, alias nobilis author, minus attente considerauit, credens Aristotelem solum ponere repugnantiam opinionis cum scientia primo modo: cum tamen hoc quod est cum formidine iudicare obiectum esse necessarium Aristote. censerer contingentiam ex parte subiecti: vt in secunda conclusione secundi articuli explicatum est. Et quando id Aristo. non dixisset, experientia quisque comperiet non posse simul euidenter scire aliquid esse verum & cum formidine assentiri illi. Si enim quis per vnum assensum euidenter scit vnam partem contradictionis, non potest per alium habere formidinem alterius partis. Quinimo nec scientia & fides humana stant simul, quippe cum fides humana non facit tantam certitudinem eo quod potest esse falsa. ¶ Vnde ad aliam proba-

tionem

Ad secūdū argumētū.

Definitio opinionis.

2. conclusi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem & simul ad primam confirmationem conceditur, quod possunt simul adduci duo media ad eandem conclusionem, vnum demonstratiuum, & aliud probabile: non tamen generabunt duos assensus sed vnum scientificum. Ratio enim probabilis adiuncta demonstrationi confirmat assensum scientificum. Et hoc est quod prætendit Sanct. Thom. 3. part. quæstio. 9. articul. 3. ad. 2. vbi insinuat quod ratio probabilis concurrit cum demonstratione ad assensum scientiæ. ¶ Eodem modo cum Christianus docetur Theologiam, rationes probabiles quas adducit ad veritates creditas, neque generat opinionem, neque corrumpunt habitum fidei, (vt aliqui neoterici gratis timent) sed tonat habitum fidei ad producendum assensum fidei clariorem.

¶ Ad secundam confirmationem in nulla via tenẽdum est quòd formido distinguatur ab opinione. Nam vt in prædicabilibus capit. de proprio dictum est, non distinguitur secundum Sanct. Thom. omnis passio à suo subiecto, sed illa solum quæ est potentia ad producendum velre cipiendum aliquod accidens: formido vero non est potentia: sed priuatio certitudinis quæ est de intrinseca ratione opinionis, & ipsamet opinio. Quare nec rationes probabiles si adducerentur infinitæ, nec Deus ipse potest separare formidinem à tali assensu manente in genere assensus, sicut non potest facere equum non carere ratione. Negatur nihilominus, quod æqualiter dum intenditur opinio, intendatur formido: imo hæc est natura priuationis, vt quanto plus intenditur in ratione positiui, tanto plus remittatur in ratione priuatiui. ¶ Cum dicimus formidinem non posse separari ab opinione, intelligitur proportionabiliter vel ad doctrinam Aristotel. vel ad modum loquendi dialecticorum huius temporis. Si enim ponatur distinctio essentialis inter opinionem & fidem humanam, tunc non potest manere assensus vel habitus opinatiuus sine formidine. Tamen in doctrina Aristotel. aliter dicendum est, videlicet, quod assensus opinatiuus quem ego modo habeo verbi gratia quod Cæsar debellauit Geldrenses, cuius rumorem audiui, si fama crebrescat authoritas dicentium, manebit ipse sine formidine certus, quia formido secundum Aristotel. non est de intrinseca ratione opinionis: & ideo idem assensus, qui modo est opinio, potest effici fides humana, cui hoc solum erit intrinsecum quòd potest esse falsus. ¶ Dubitant hic autem iuniores quid nam sit formido: arguentes, quòd opinio non sit assensus vnius partis contradictionis cum formidine alterius. Primo, quia stat quempiam assentire quantitatem distingui à re quanta, quando nihil cogitet de parte contradictoria. Itẽ quia si quæreretur quid est habere formidinem de altera parte, necesse esset respondere, aut quòd esset assensus alterius partis, quòd est impossibile, nam duo assensus duarum contradictoriarum esse no possunt simul: aut esset respondendũ, quòd formido partis negatiuæ est quòd assensus affirmatiuę sit formidolosus, quod esset per circulum respondere de re. ¶ Dicendũ est autem omissis opinionibus, quòd formido non potest melius explicari quã si dicas, quòd est priuatio certitudinis. Vnde hoc est assentiri vni parti cum formidine alterius: quòd est intellectum non ita esse determinatum ad hanc partem, quin fluctuet quodammodo circa aliam. ¶ Ad quartum principale negatur, quòd scientia & fides possint esse simul. Et ad primam probationem respondet Sanct. Thom. 1. 2. quæstio. 67. articul. 3. quod cum non stent simul assensus euidens, qualem habent beati, & assensus ænigmaticus, qualis est assensus fidei, (est enim fides argumentum non apparentium, ad Hebræ. 11.) nulla est causa vt habitus fidei maneat in patria. Fides enim data est nobis in hac vita, vt ex parte & in ænigmate cognoscamus Deum. Cum autem aduenerit visio cessabit fides, vt ait Apostolus. 1. ad Corinth. 13. Et quamuis sententia hæc verisimilior sit. ¶ Sunt qui dicunt posse illic manere habitum fidei non ad producendum assensum obscurum, qui non se compatitur cum visione: sed ad producendum assensus euidẽtes, sicut dictũ est rationem probabilem cum demõstratione producere scientiam. Nihilominus non est par ratio, quia visio articulorum fidei producitur in patria, à solo Deo cum intellectu, quo circa habitus fidei illic esset otiosus sine actu.

¶ AD aliud de Paulo in raptu conceditur, quòd simul dum videbat arcana Dei permanebat in illo habitus fidei, vt ait Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 157. articul. 3. quia visio illa non erat permansura sicut beatifica, & ideo semper durabit in statu merenditi nihilominus tamen non potuit talis habitus elicere simul assensum obscurum eorum quæ Paulus videbat.

¶ AD tertiam vero probationem respondetur, quod philosophus Christianus non habet assensum obscurum fidei huius propositionis, Deus est, aut Deus est vnus, sed habitus fidei simul cum rationibus naturalibus producunt vnicum assensum illius qui est certissimus certitudine fidei, & clarus propter rationes naturales. ¶ Ad quintum principale Dialectici huius temporis respondent, quod demonstrationes non generabunt habitũ scientiæ, quoadusq; corrũpant habitũ opinionis, & tunc dicendũ est, quod licet actus scientię & actus opinionis repugnẽt & subsequenter habitus & habitus, nihilominus actus scientiæ stat cum habitu opinionis in illa mora temporis quo currumpitur, sicuti in virtutibus moralibus. ¶ Existimo tamen aliter esse dicendum vt diximus in prædicamentis capit. de qualitate, videlicet quòd vna demonstratio, quippe quæ intellectum conuincit, sufficit generare habitum: nam statim experitur se homo habilem ad assentiendum quotiescunque proponatur conclusio: & ideo in eodem instanti corrumpitur habitus opinionis, non tamen per vltimum sui esse, sed per primum non esse, quod est primum esse habitus scientifici. Dico, quod corrumpitur habitus in genere habitus formidolosi, nam sustinendo quod formido non sit de intrinseca ratione habitus forsan manebit vt simul cum demonstratione producat scientiam, vt dictum est de ratione probabili. Et ideo non datur vltimum instans rei permanẽtis, sed primum instans in quo habitus desinit esse, aut in quo desinit habere formidinem. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur: quod non est eadem ratio de habitu scientiæ & de habitibus moralibus, nã actio moralis nec vna nec quatuor sufficiunt generare habitum: & ideo sunt simul cum habitu contrario quoadusque illum corrumpant, demonstratio vero vnico actu generat habitum.

Formido.

¶ AD sextum tandem conceditur, quod prudentia sit virtus. Distinguitur tamen, quod sit indifferens ad verum & falsum. Si consideretur enim vt est habitus intellectualis, conceditur, quod potest illi subesse falsum speculatiuum. Si autem consideretur in quantum est virtus moralis mouens appetitum ad agendum, negatur quod possit illi subesse falsum. Exempli gratia. Dux prudens in bello post maturum consilium elicit hoc iudicium, aggrediendum

dum est modõ, quia coniecturæ humanæ ita persuadebant: dico quod licet forsan iudicia speculatiua fuerint falsa: quia scilicet, putabat dormire hostes, aut sine armis esse, nihilominus illud iudicium prudentiale, aggrediendum est, erat verum, quia ad eius veritatem sufficiebant coniecturæ, nec requirebatur euidentia, quod hostes dormirent, sed hoc alterius est negotij. Solertia quia non est virtus moralis, sed est habitus mere speculatiuus: quia nõ facit euidentiam rei & per consequens est indifferens ad falsum: non est virtus: nam virtus intellectualis non est nisi quę extrinseca ratione est determinata ad verum, quod est obiectum intellectus.

Primi posteriorum finis.

REVE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posteriorum secundus.

Reuerendi Patris Dominici Soto Segouiensis Theologi, ordinis Prædicatorum, in secundum librum posteriorum Commentarij.

De quatuor quæsitis. Cap. I.

HAQVÆ queruntur, totidē numero sunt, quot sunt ea quæ sciūtur. Quærimus autē quatuor: vel an hoc illud vel cur hoc illud sit, vel omnino ne sit, vel quid quicquā sit. Nam cū hoc an hoc sit quippiā plura cōpectētes, vt deficiat an nō deficiat sol quærimus, ibi an hoc illud sit quærimus. Cuius indicium est: hoc enim inuento, solēinquā ipsum deficere, statim querere cessamus. At cum principio solē deficere, scimus, non vtiq; vtrū deficiat quærimus. Cum autē scimus hoc illud esse, tū propter quid hoc illud sit quærimus. Deficere nāque solē terrāq; moueri scientes, cur deficiat, cur moueatur, querimus. Atq; hæc quidē hoc pacto, quædā vero aliter quærūtur. Quærim⁹ enim, sit an nō sit Cētaurus, sit an nō sit Deus: sit autē necne, simpliciter dico, non autē album sit necne. Hoc igit percepto: Deū inquā esse, itē hominem esse, quid sit postea querimus: vt qd sit Deꝰ quid sit hō. Hæc igit, ac tot sunt, quę quærere consueuimus, quęq; iā intenta scimꝰ.

Tex. 1. QVæ nam fuerit Arist. intentio in hoc libro nondū habent expositores pro certo. Alexander enim Aphrodiseus credidit materiā huiꝰ libri esse de definitione quæ est medīū demōstrationis, propterea, qd bona pars libri in hoc consumitur, vt ostendatur quomodo sit inuestiganda definitio. Philoponus censet intentionē esse tractare de medio demonstrationis quod importat causam cōclusionis: & quia inter quatuor genera cautarū definitio importat causā formalē, tractat de ea partialiter. At vero, vt autor est hic S. Th. intentio Arist. hic est tractare de principijs: puta de medio, quod est principiū incomplexū, & de principijs etiam complexis. Enimuero quantū ego conijcere possum vtiliter gustari libri hoc modo, quod cū in primo tractatu sit quomodo conclusio demonstretur ac cognoscatur per principia resoluendo ea vsq; ad immediata, intendit in hoc tractare quomodo principia ipsa immediata cognoscantur. Verum est tamē, quod latius atque adeo potissimū tractat hic Aristo. de medio demōstrationis scilicet, de quod quid est, expressum per definitionē quod est principiū incōplexum: & de propter quid. Vnde quemadmodū in libris priorum. text. 119. postquam tractauit de forma syllogistica, dedit artem inueniēdi medīū in vnaquaq; figura, vt syllogismus haberet formā syllogisticā, ita modo postquā in superiori libro dictū est de principijs demonstrationis, quem admodum sint necessaria, & per se, nec procedant in infinitū. &c. docet in hoc secūdo libro quomodo sit inuestigandū medium, vt principia sint propria per se & necessaria. ¶ Atqui liber hic apud Argyropilum distribuitur per decē & octo capita, quę in diuisione Cōmentatoris cōtinētur tex. 28. Possumus autē eū, vel superiorē secimus, in sex mēbra partiri. Nēpe in duobus primis capitulis continētibus duos textus, cōstituit Arist. hāc conclusionē, ꝙ omnis quæstio de aliqua re est de medio & causa illius rei, quæ est vel ut præambula ad materiā totius lib. In octo sequētibus, octo cōplectētibus text. multis verbis disputat an definitio, vel ꝙ quid est idest quidditas, significata per definitionē ponit per demōstrationē cognosci. Atq; in tribus sequētibus, quę cōtinēt sex textus, idem disputat de propter quid. In duob⁹ sequētibus qui sex alios textus attingūt, docet quomodo oporteat venari, ꝙ quid est, inquirere definitionē quidditatiū. In duob⁹ aljs proximis: quę quatuor textus cōplectentur, docet quomodo generaliter oporteat inquirere, propter quid, id est, causam quācunque cōclusionis. In vltimo tandē capite quod est vnic⁹ tex. agit breuiter quomodo principia complexa manifestētur. ¶ Igitur cū intētio Arist. in hoc libro sit tractare de medio demonstrationis, præmittit in hoc primo mēbro hanc conclusionē: Quod omnis quæstio quæ de re aliqua quæritur est formaliter aut virtualiter de medio. Qua de causa in hoc primo capite proponit statim numerū quæstionū quas de aliqua re percōtamur, dicens. (Ea quę queruntur totidem numero sunt quot sunt ea quę sciūtur.) Boetius vertit (quæstiones sunt æquales. &c. Sit licet parū referat, exactior tamē est & melior trāslatio Argyropyli, nō solū, quia Græco est, κατουσιωσα, quod est, quæsita, verum etiā, quia quæstio solū dicitur de cōplexo propositionali: vt vtrū luna eclipsetur: quę situ vero, seu id quod quæritur, non solū est propositio, sed prædicatū ipsum ꝙ quæritur an cōueniat subiecto verbi gratia de hinio ipsa quæritur an conueniat subiecto: & esse, quæritur de Cētauro, an Centaurus sit. Et hoc est quod asserit Arist. videlicet quod tot sunt ea quę quærūtur, quod sunt ea quæ sciuntur. ¶ Subiungit ea quæ quęruntur esse quatuor, videlicet, an hoc sit illud cur hoc sit illud an quod sit, & quid hoc sit. Boetius vertit, quia, propter quid. &c. Sed illa particula, quia, vt sæpe admonuimus: facit equiuocationē & obscuritatē: quare non debet accipi hic causaliter, aut quod quia, sit quæstio de effectu, sed debeat accipi vt sit cōiunctio, nā quæsito, de quia non quærit nisi solū de veritate propositionis de, est, tertio adiacente, vt vtrū homo sit risibilis, quod patet in verbis Arist. Dicit enim quod prima quæstio plura cōplectitur scilicet subiectū & prædicatū: vt vtrū sol eclipsetur, quo inuento cessat prima quæstio. Sed postquam scimus ꝙ sol eclipsatur, aut ꝙ terra mouetur in terrę motu, sequitur secunda quæst. cur sol eclipsetur: cur terra concutitur. ¶ Proportionaliter se habēt aliæ duæ quæstiones, scilicet, an sit, & quid sit. Percepto nanq; quod res sit: puta quod Deus sit, sequitur secunda quæstio, quidnam sit. ¶ Ponit autē differētiā inter quæstionē, an res est, & quia est, dicens ꝙ quæstio an res sit, est quæstio simplex: nam, est, secundū adiacens, dicit esse simpliciter: est, vero tertiū adiacens, dicens esse compositum & secundū quid, vt esse risibile, esse album. &c. ¶ Notandum est to his quæstionibus, quod duæ illarū sunt de re simplici, vt an res sit, & quid sit: duæ autem sunt compositæ scilicet, quia, & propter quid. Neque tamen proponuntur ab Aristot. eo ordine quo suapte natura interrogantur: nā, vt inquit Boetius in principio prædicabilium, primū quod de re percontamur est an res sit puta an sit sol, mox quid sit, deinde an sol eclipsetur, ac postremo propter quid eclipsatur. Imo vt visum est in primo capite primi libri tex. 1. duo priora prærequiruntur ad scientiam. Aristo. vero ante posuit quæstiones compositas: quia composita sunt nobis notiora, vel forte qua solæ propositiones sunt quas simpliciter scimus. ¶ Est hic dubium quomodo sint tot ea quæ quærūntur, quot sunt ea quæ sciuntur. Quærimus enim an res sit, & quid sit, hæc tamen non sciuntur proprie, quia nec demonstratur rem esse, nec definitio: sed vtrunque præsupponitur ante scientiam, vt modo dicebamus. ¶ Respondetur, quod Aristot. accepit scire pro hoc quod est cognoscere id qd inuestigādo inuenimus, licet non demōstretur. Posuit enim supra cap. 8. tex. 15. differentiā inter dignitatē & positionē, qualis est definitio, quod dignitas nec interrogatur nec scitur, sed per se ipsa cognoscitur, definitio vero interrogatur à discipulo, & à doctore explicatur: & licet non demonstretur, inuestigatur tamen per diuisionem vt infra videbitur, & pariter an res sit interrogatur.

Diuisio.

Dubium.

Intentio.

Conclusio.

Quod omnis quæstio sit de medio. Cap. II.

QVIDEM cum aut num hoc illud sit, aut omnino num sit quærimus ibi an mediū eius vllum extet quærimus. Cū vero vel num hoc illud sit vel omnino nū sit, idq; vel simpliciter vel ex parte iam quidē scimus: at vero vel quare sit vel quid sit quęrimus, ibi quodnā mediū sit quærimus. Porro vel hoc illud esse, vel omnino hoc esse, vel simpliciter, vel ex parte dico: ex parte quidem, vt num luna deficiat, augeatur ve (aut enim fit hoc illud, aut non sit, in talibus quæritur) simpliciter vero, vt est luna necne: est nox necne. Fit igitur, omnibus vt in quæstionibus, aut nū sit medium, aut quod nam sit medium quæratur. ¶ Causa enim est medium, ea vero in omnibus quæritur, deficit luna, est ne huius aliqua causa: postea cognito hoc, causam inquam alienam esse, quænam illa sit causa quærimus. ¶ Causa enim tam vt quicquam sit simpliciter, quam vt quippiam eorum quæ vel per se, vel per accidens competunt sit, ipsum medium est. Ac simpliciter quidem esse subiectum ipsum, vt luna aut solem, aut terram, aut triangulum: quippiam vero esse vt defectionem, vt medium obtinere, non obtinere, æqualitatem, inæqualitatem, & huiusmodi dico. In his em̄ omnib⁹ idē quid est, ac propter quid est, esse patet, quid, est lunæ defectio? priuatio lunaris lucis, ob interpositionem terræ: propter quid hæc defectio est, aut cur luna deficit? quia lux eius obijciente se terræ destituitur: quid concentus est numerorum inter acutū & graue proportio: cur inter se graue atque acutum consona sunt? quia numerorum inter sese susceptiunt rationem acutū ipsum & graue: est ne inter acutum & graue concentus? consistit ne ratio ipsorum numeris? quod simul atq; percipimus quænam sit illa ratio quærimus. ¶ Equidem nil nos quam medium ipsum quærere satis ea docent, quorum medium percipi sensu potest: nam lunæ defectionem exiguam dum sensu non contingimus, sit lunæ defectio nec ne, quærimus, quod si in ipsa luna essemus, neque si fiat, neq; cur fiat defectio, vtique quæreremus, sed simul vtrunque se nobis vltro offerret atque patefieret. Etenim ex sensus perceptione, & vniuersale ipsum notum nobis fuisset: sensu nanque terram nunc sese obijcere lunæ, cognosceremus: pateret enim visu, nunc lunā deficere: atque ex hoc ipsum emersisset vniuersale. Vt igitur dicebamus, idem scire est quid sit propter quid sit quicquā. Et hoc aut simpliciter & nō aliquid eorū quæ insunt, aut aliquid eorū quæ insunt, veluti duo recti aut maius vel minus, & huiusce modi. Patet igitur, omnia quę quærūtur medij quæstionem esse.

Tex. 2.

IN hoc secundo capite quod tres habet particulas, ostendit, quod omnes quatuor quæstiones formaliter aut virtualiter sunt de medio & causa rei. Et in diuisione Commentatoris duæ primæ particulæ comprehēdūtur sub primo tex. & in tertia incipit secūdꝰ textus. Probat ergo omnem quæstionem esse de medio, tribus rationibus. Primo inductione. Vbi notādum est, quod de propositione immediata & per se nota nulla est quæstio: non enim quærimus vtrum quodlibet sit vel non sit, quia id cadere non potest sub dubio, ergo cū quærimus, quia. i. an hoc sit hoc, puta vtrum sol eclipsetur, licet formaliter non quæramus medium & causam, quæ rimus tamen virtualiter vtrum sit aliquod medium & causa cur eclipsetur. Cuius signū est, quod statim postquā scimus solē eclipsari quærimus propter quid eclipsatur, quod est quærere, quod est illud mediū seu quę est illa causa cur sol eclipsatur. Eadē ratione si esset nobis per se notum aliquam rem nullius esse quidditatis & essentię, certe nō quęreremus an sit, nam res quę nullius est quidditatis, vt chimæra, esse non potest. Igitur cū quærimus an res sit, virtualiter quærimus an res sit alicuius quidditatis & essentię. Cuius signū est qd postquā scimus rē esse, statim quærimus quid sit, id est, quæ est illa essentia. ¶ Vbi notandum est, quod quærere an res sit, non est quærere an actu existat, sed est quærere an res vera sit, nam in hyeme scimus rosam esse, quia est

An res sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in suis causis naturalib⁹,& ideo quærere an sit, est quærere an sit aliqui⁹ quidditatis, ¶ Et hoc est quod ait Aristo. (cū vero vol nō hoc illud sit) idest, cū scimus hoc illud esse per quæstionē, quia vel simpliciter hoc esse, per quæstionē an est, ex parte tunc scimus, quia virtualiter in prima quæstione scimus aliquam esse causam illius veritatis, & in secunda virtualiter scimus aliquam esse quidditatem rei. Cum vero postea scimus, quare, id est, propter quid hoc est illud, formaliter scimus quæ est illa causa, & cum scimus quid est hoc, formaliter scimus quæ est illa quidditas. Sicut enim scire propter quid, se habet ad scire, quia tm scire, quid se habet ad scire, an sit. Concludit ergo Aristote. quod si in quæstione, quia, virtualiter quærimus an sit aliqua causa propter quam, & in quæstione, propter quid, formaliter quærimus quæ sit illa causa, & in quæstione, an est, virtualiter, quærimus an sit aliqua quidditas rei: & in quæst. quidem formaliter quærimus quæ sit illa quidditas, colligitur vt omnis quæstio sit de causa, propter quid, aut de medio quod est, quid. Per medium vniuersaliter intelligit Aristot. quidditatem quæ exprimitur per definitionem. Ingeniose ergo Aristo. quatuor quæstiones reduxit ad duas, scilicet, quia, ad propter quid, & an est, ad quid est. ¶ In secunda particula (causa enim est medium. &c.) probat eandem conclusionem ratione. Reassumit has duas quæstiones ad quas alias reduxerat virtualiter reducere ad vnam quæ est de medio, scilicet, quid est, Est ergo ratio hæc. Causa & medium idem sunt, sed in omnibus quæstionibus quæritur causa rei: ergo in omnibus quæritur medium. Minor est nota ex dictis, probat autem maiorem dicens, quod causa tam vt quicquam sit simpliciter, tam vt sit aliquam eorum quæ per se aut per accidens competunt, est medium. Exponit terminos, quod exprimitur per, est, secundum adiacens pertinens ad quæstionem, an sit, scilicet, lunam esse, solem esse. &c. Esse autem compositum est id quod explicatur per, est, tertium adiacens, siue prædicatum per se prædicetur, siue per accidens, quod pertinet ad quæstionem, quia, vt sol eclipsatur, triangulus habet tres angulos æquales. &c. Et quod in his eadem sit causa & medium, probatur, quia si quæratur quid est defectio, id est, eclipsis lunæ (quæ est quæstio de medio) respondebitur quod est privatio lucis propter interpositionem terræ. Sed si rursus quæratur, propter quid luna eclipsatur (quæ est quæstio de causa) itidem respondebitur, quod propter interpositionem terræ inter solem & lunam. Et si quæratur quid est concentus, id est, consonantia, respondebitur, quod est proportio numerorum inter acutum & graue. Et si rursus quæratur propter quid acutum, & graue bene consonant, itidem respondebitur, propterea, quod est inter illa proportio numerorum. Proportio numerorum idem est quod proportio rationalis, quæ ex eo ita vocatur, quod inter numeros omnis proportio est rationalis: nam saltem vnitas est pars aliquota omnium numerorum: in quantitate autem continua vt inter diametrum & costam, est proportio irrationalis: & consonantia inter voces est, quia habent proportionem rationalem, & dissonantia, quia habent proportionem irrationalem. Si ergo ad quæstionem, quid est, & propter quid est, idem respondetur, sequitur quod medium & causa idem sunt. ¶ Restat hic tamen dubium quod Arist. ponit hic exemplum de definitione passionis, & tamen passio non demonstratur de subiecto nisi per definitionem subiecti. Respondetur, quod proxima causa per quam passio demonstratur de subiecto est definitio ipsius passionis, sed illa definitio demonstratur postea de subiecto per definitionē subiecti. Exempli gratia. Risibile demonstrabitur de homine hoc modo, omne animal aptum natū ridere est risibile, omnis homo est aptus nat⁹ ridere, ergo est risibilis, sed minor rursus demōstratur per definitionem subiecti hoc modo, omne animal rationale est aptum natum ridere, omnis homo est animal rationale: ergo est aptus natus ridere. ¶ In tertia particula vbi incipit text. secundus. Equidem nil nos, probatur tertia cōclusio a signo quod est huiusmodi. In his quorum medium & causam sensa percipimus nec quærimus an res sit, nec quærim⁹, quia, scilicet, an hoc sit hoc: ergo signum est quod quæstio an est & quæstio quia reducatur ad quid est. Probatur antecedens, vt si quis esset positus in luna & videret quod dum terra obijcitur illi eclipsatur, nec quæreret, an sit eclipsis, nec an luna eclipsetur, nec propter quid, quia manifesta est illi causa & quidditas eclipsis. At qa posset quis dicere quod scientia non est singularium, & ille talis solum haberet & experientiam singularū. Respondet, quod ex singularibus per inductionem haberet scientiam vniuersalem, scilicet, quod quotiescūque terra interponitur Luna eclipsatur. ¶ Et sic concludit, quod quæstio, propter quid, & quæstio, quid, virtualiter reducuntur ad vnam quæstionem, & cum aliæ duæ quæstiones superius reductæ sunt ad has, sequitur quod omnes reducantur ad vnā, quæ est de medio, scilicet, de quidditate quæ exprimitur per definitionem. Quę est conclusio in hoc primo membro intenta. Nihilominus in subsequentibus, seorsum disputat de quo quid est, & propter quid, & in his duobus fere vertitur tota disputatio huius libri.

Omnis quæstio est de medio.

Quod demonstra.& definitio non sint eiusdem, disceptatio. Cap. III.

HIS ita determinatis dicendū esse videtur, quonam pacto ipsum quid est ostendatur, quisq; disquisitionis eius modus: quid deniq;, & quorū definitio sit, atq; dubitandum esse videtur antea idq; initium faciendū quod maxime dicendis accōmodatum fiet. Dubitauerit itaque quispiam, vtrum fieri possit, vt idem ratione eiusdē definitione demōstratione que scia tur: an idipsum fieri nequeat. Et enim definitio ipsius quid est, esse videtur. Omne autē quid est, vniuersale est, atq; affirmatiuum. At ratiocinationem alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet, vniuersæ nanque ratiocinationes de secundo schemate negatiuę sunt de tertio vero, vniuersales non sunt. Deinde nec eorum omnium est definitio, quę prima affirmatiue figura mōstrātur: quare omnem triangulum, tres duobus rectis æquales habere, aliaq; similia sunt. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest, nil aliud est quam demonstrationem eius habere, quare si talium

talium est demonstratio, patet eorundē & definitionem non esse. Nam si sit, etiam per definitionē sciret quispiā, demonstrationē non habens, nihil enim vtrunq; simul non habere vetat. Inductione etiam idem satis ostendi creditq; potest. Nihil enim vnquam eorū quę vel per se, vel per accidens insunt, definiendo cognouimus. Præterea si definitio substantiā explicat atque declarat, alias non substantias esse patet, perspicuum igitur est, nō omnis eius definitionem esse, cuius est demonstratio.

¶ Quid ergo est ne cius omnis demonstratio cuius est definitio? At videtur non esse vnia enim eademque etiam huius erit ratio. Constat enim vnius ea ratione, qua vnum est, scietiam vnam esse: quare si id scire quod demonstrari potest, nil aliud quam demonstrationem eius habere est, aliquid sane impossibile eueniet. Is enim, qui definitionem habet, sine demonstratione profecto sciet. Præterea demonstrationum principia definitiones sunt, quorum demonstrationes non esse demōstratum est prius. Etenim aut principia demonstratū, & principiorū sunt semper principia, modusq; nullus vnquam occurrit, aut in primis stetur necesse est, quę quidem & definitiones sunt, & demonstrari non possunt. ¶ At si non omnis eiusdem alicuius ne saltem eiusdem definitio demonstratioq; est? an neque hoc esse potest, non eius enim demonstratio est, vnius est definitio. Etenim definitio est ipsius quid est, substantiamque declarat, demōstrationes autem idipsum subijcere sumere que videntur. Mathematicæ nanque, quid est vnitas, quis par, quid impar accipiunt, cæteræque demonstrationes similiter. Adde quod omnis demōstratio aliquid de aliquo vt esse, aut non esse demonstrat: in definitione nihil de aliquo prædicatur: veluti neque animal de bipede, neque hoc de animali, nec item figura de plano. Non enim planum figura est, neq; figura planum. Præterea differt, quid & hoc illud est ostendere, at definitio quidem quid est patefacit, demōstratio vero quippiam inesse cuipiam, vel non inesse monstrat. Diuersorum autē diuersa demonstratio est, nisi hoc pars illius existat. Quod quidem sic dico, vt si triangulum omnem duobus rectis tres equos habere demonstratum sit, etiam æqui crurum tres æquos duobus habere constet. Hoc nanque partis, illud totius rationem habet. At quid est, hoc illud est, non ita sese habent: quippe cum alterum ad alterum partis nō habeat rationem. Patet igitur, nec eius omnis demonstrationem esse cuius est definitio: nec eius omnis definitionem esse, cuius est demonstratio: quibus efficitur, vt omnium cuiusquam eiusdem vtrunq; haberi non possit: quare perspicuum est neque idem esse definitionem demonstrationemque neque alterum in altero esse. Nam ea quæ subijciuntur, similiter profecto sese haberent. Sed de his hactenus, satis enim de hisce diximus dubitando.

INcipit secundum membrū principale, in quo postquā determinatum est omnem quæstionem esse de medio aut de propter quid ostendere intendit manifestis his octo capitulis, quod illud est mediū demōstrationis, demōstrari non potest. At in quinque prioribus procedit arguendo ad partem negatiuam & in alijs tribus determinando veritatem. In hoc ergo capitulo agit de definitione explicāte quod quid est, in sequēti incipit agere de quidditate explicante definitionē, quod in disiunctione Commentatoris est para text. secundi. Proponit ergo tria examinanda in subsequentibus, scilicet quo pacto quod quid est manifestatur, & quis sit mod⁹ inquisitionis illius, & quorum sit definitio. Subungit autem accōmodatissimum esse principium, si primum disputetur si eadem res sub eadem ratione possit & definitione & demonstratione sciri. Est enim intentio in hoc capite ostendere differentiam inter definitionem quæ explicat quod quid, & demonstrationem quæ explicat propter quid. Atque adeo in tribus particulis disputat tria dubia. Primum est, vtrum cuiuscunque est demonstratio sit etiam definitio, idest, vtrum quicquid demonstratur definatur: & arguit quod nō, quatuor rationibus. Prima est quod quid est, id est, definitio prædicatur affirmatiue & vniuersaliter de definito: sed non omnis syllogismus concludit affirmatiue vt patet in secunda figura, neque omnis vniuersaliter, vt patet in tertia: ergo non cuiuscunque est demonstratio est definitio. ¶ Secunda est ibi (deinde. &c.) qua probat, quod nec in prima figura concludente vniuersaliter & affirmatiue, cuiuscunque est demonstratio, sit definitio. Et ratio est, inquit, quia aliquid esse demonstratione scibile, est quod tunc solum sciatur quando habetur eius demonstratio: ergo illud non erit definitione scibile, alias, sine demonstratione per definitionem sciretur. ¶ Tertia ratio est ibi (inductione, &c.) & ratio ea. Ea quæ sciuntur sunt conclusiones in quibus aliquid per se aut per accidens prædicatur: nam per se quarto modo, vt ædificator ædificat, est propositio scibilis, & nihilominus est accidentalis in prædicando, licet sit per se in causando. Conclusionis (inquit) autem non est definitio, sed solum subiecti: ergo non cuiuscunque est demonstratio est definitio. ¶ Postrema ratio est ibi (præterea si, &c.) & est confirmatio præcedentis, definitio substantiam: id est, quidditatem & essentiam subiecti significat: id autem quod demonstratur est accidens, scilicet, passio, ergo illius quod demonstratur non est definitio. Dubiū.1.

¶ In secunda particula textus (quid ergo) disputat secundā quęstiunculam, vtrum e conuerso quicquid definatur demonstretur. Et arguit ad partē negatiuā duabus rationibus, quarum prima est eadem quæ supra secundo loco tacta est. Vna res non habet nisi vnū modum determinatum quo sciatur, nam debet procedere Dubium.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonstratio ex propositionibus per se eiusdem generis, vt supra dictū est, si ergo aliquid est scibile per demonstrationem: illud non scitur nisi dum demonstratur: & tamen si haberes definitionem posset sciri per definitionem sine demonstratione, & sic sequeretur vnū impossibile; scilicet, quod illud nō esset scibile nisi per demonstrationem, & quod esset scibile alia via. ¶ Secundario est tibi, præterea, quæ talis est. Definitio est principium primum demonstrationis, vt dictum est capite primo text. 2. Principiorum autem principiorum non est demonstratio, alias esset processus in infinitum: ergo non cuiuscunque est definitio est demonstratio. In tertia particula, an si non omnis, disputat tertiam quæstionem; scilicet, esto quicquid demonstratur definitur, nec econuerso vtique aliter; an fuit et particulariter definitur aliquando, cui sit simul & definitio & demonstratio. Et arguit, quod, non tripliciter. Primo definitio est ipsius quod quid est, explicans essentiā rei sicd quid est, vt primo libro dictum est, supponitur ante demonstratio nem; supponit enim mathematicus quid est vnitas. ergo hercinquit vt eiusdem sit definitio & demonstratio. ¶ Secunda ratio est ibi: adde quod. Demonstratio aliquid de aliquo demonstrat per conclusionem in qua vnum prædicatur de alio, in definitione autem nostra pars prædicatur de alio, cum enim dicimus animal rationale, neque animal de rationali, neque econuerso prædico, quia vbi non est verbum, non est prædicatio. ¶ Tertia est ibi, præterea differt, quæ talis est. Differunt quæstio quia est, scilicet, an hoc sit illud? & quæstio quid est? & definitio ostendit quid est, demonstratio vero hoc esse illud: diuersarum autem diuersa est demonstratio, id est ratio, qua manifestantur, nisi vnum sit pars subiectiua, id est, species alterius, sicut isosceles est species trianguli, quorum proinde eadem est ratio scientiæ, sed nec definitio est species demonstrationis, neque econuerso, sed sunt omnino diuersæ rationes: ergo cuius est demonstratio non est definitio neque econuerso.

Dubium.

Quod quid est non esse demō strabile.

Cap. IIII.

VID ergo, prorsus ne ipsius quid est ratiocinatio demonstratioque nulla existit, qualiter iam dedisse videbamur? Patet enim ratiocinationem quidem aliquid per medium de aliquo semper ostendere, ipsum autem quid est esse, & hoc ipso quod est prædicari. Hæc autem conuerti necesse est: Nam si. a. sit proprium ipsius. c. patet. b. quoque ipsius. c. & a. rursus ipsius. b. proprium esse. Quo fit vt omnia conuertantur, mutuamque prædicationem suscipiant. At vero si tam. a. competit ipsi. b. vt quid est ipsius quam. b. competat idem ipsi. c. necesse est tum. a. de. c. prædicetur, vt quid est ipsius: quod si non hoc pacto bis illud quispiam sumpserit, nulla fane necessitas omnino compellet, vt. a. de. c. vt quid est ipsius dicatur: vt si. a. quidem vt quid est ipsius, b. competere dixeris. b. vero non eo dem modo de quolibet. c. prædicaueris: quare non solum. a. de. b. dicatur oportet, vt quid est ipsius, sed. b. quoq; de. c. modo eodem prædicetur necesse est. Hæc cum ita sint, si in vtroq; ratiocinationis interuallo ipsum qd est quid ditasque sumatur, quidditas nimirū ante aquā concludatur in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur. ¶ Atq; omnino si fieri potest vt ostendatur quidā sit homo, sit. c. qui dem homo. a. vero quid ipsius, sint. d. animal bipes, siue aliquid aliud est. Si quidē igitur iusta ratiocinatio fiet, necesse est. a. de quolibet. b. prædicetur. Hoc autem vt constat, alia media definitione opus est quę quidē etiam quid est ipsius hominis erit. Sumitur igitur id profecto, quod demōstrare oportet. b. nanq; definitio ipsius hominis est. Id autem ipsum in duabus propositionibus primis: immediatisq; cōsiderare oportet. Maxime enim id quod dictū est elucescit. Qui igitur per ea quæ conuertuntur, quid anima, quid ve homo, vel aliarum quidquis sit conantur ostendere, ij petunt id sine dubio, quod initio quærunt demonstrare- quę nituntur, vt si quid animam esse, quod est sibi videndi causa, id vero numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulet adeo, animam numerum esse seipsum mouentem vt idem sit anima numerusque seipsum mouens. Non enim si. a. quidem ipsum b. b. vero. c. ipsius sequatur. a. definitio erit ipsius. c. sed de ipso tamen vere dicetur, vt patet. Neq; si rursus. a. ratione substantiæ. b. competit, de omnique eo prædicatur. a. continuo definitio erit ipsius. c. Quanquam enim animalis esse, de hominis esse dicit, omne enim animal rationis particeps, substantia verax est animæ particeps, quæ est principiū sentiendi quēadmoduin & omnis homo est animal, non tamē hoc dicitur pacto vt vnū sit. Si igitur quispiam non hoc pacto terminos sumpserit, nunquam a. sine quidditatem ipsius. c. substantiamque esse concluset. Sin autē hoc acceperit modo, tū antea profecto. b. ipsius. c. definitionem sumpserit esse. Quare non demonstrabit, sumit enim id quod initio quærebatur.

IN QVARTO CAPITE quod in diuisione Commentatoris est text. 5. habet q; duas particulas, post quā in superiori disputauit, quod non. idē cognoscitur per demōstrationē & per definitionē, disputat, quod ipsum quod quid est, id est, quidditas significata per definitionē nō demōstratur. Neque vero incidit hæc quæstio enim præcedentibus: nā si superiori capite solum est posita differētia inter definitionem & demonstrationem, quod videlicet sint diuersæ rationes notificandi aliquod ignotum, cum definitio explicet & quid, & demonstratio propter quid. Hic vero disputatur vtrum ipsum quod quid est significatum per definitionem possit de suo proprio subiecto demōstrari. Et similiter capite vndecimo idem percontabitur de propter quid, an sit demonstrabile. Arguit vero ad partem negatiuam quatuor præiactis fundamentis, proposita tamen prius quæstione, vtrum ipsius, quod quid est, sit demonstratio, id est, vtrum demonstretur de suo subiecto. Primum suppositum est quod ratiocinatio, id est, syllogismus demōstrat aliquid per medium. Secundum, quod quid est, prædicatur de suo subiecto in eo quod quid & conuertibiliter. Ratione primi, patet non dicit, quod quid est subiecti, & ratione secundi, genus non dicit totum, quod quid est speciei. Tertiū quod inde sequitur est, quod si quod quid est, demonstrandum esset de subiecto necesse est vt medium & extremitates essent termini conuertibiles, nam cum demonstratio consteret ex propositionibus directis, debent in præmissis prædicata conuerti cum subiectis, aut esse eis superiora si vero. a. scilicet, maior extremitas sit superior ad. b. medium, a fortiori erit superior ad. c. de quo directe prædicatur. b. & si. b medium sit superius ad. c. a fortiori. a. quod prædicatur de. b. erit superius ad. c. quare. a. nō conuertetur cum. c. & per cōsequens nec erit qđ quid est illius, vt patet ex secunda suppositione. Quartum fundamentum est quod ad demonstrandum, quod quid est, de suo subiecto non satis est demonstrare quod quid est, vere & vniuersaliter prædicari de subiecto, sed est demonstrandum quod prædicatur quidditatiue, ex quo sequitur necessarium esse vt eam maior extremitas prædicetur quidditatiue de medio, quam medium de minori: nam si non sit vtraque præmissa quidditatiua, non necessario inferent quod conclusio sit quidditatiua. Exempli gratia. Quamuis bene sequatur, omne animal est album omnis homo est animal, ergo omnis homo est albus: tamen quia album, nō prædicatur quidditatiue de animali, non sequitur vt quidditatiue prædicetur de homine, & quamuis sequatur, omne album est coloratum, omnis homo est albus, ergo omnis homo est coloratus: tamen quia album, non prædicatur de homine quidditatiue, nō sequitur vt coloratum prædicetur de illo quidditatiue. ¶ Ex his igitur quatuor fundamentis scire sane infert, quod quid est, non demonstrari de suo subiecto, nam sequeretur ex dictis, quod in tali demonstratione peteretur principium, quia si quicquid est, in maiori quidditatiue debet prædicari de medio, & medium in minori certam quidditatiue necesse est vt medium ipsum dicat certam quod quid est: vnde in minori prædicabitur quod quid est, de suo subiecto, & per consequens anto conclusionem tam suppositur id quod demonstratio intendit concludere & demonstrare, quæ est petitio principij. ¶ In secunda particula. (Atque omnino.) Subdit exempla. Sit enim inquit. c. homo. a. vero quod quid est eius, puta animal bipes, aut alia quidditatiua definitio: necesse est tunc vt vtraque præmissa vt vera & directa & quidditatiua quod medium etiam. b. sit definitio hominis quare in minori, scilicet. c. est. b. prædicatur quod quid est de suo subiecto, quod intenditur demonstrari. ¶ Quod si quis arguat, nihil prohibere quin maior extremitas sit vna definitio, & medium sit alia. Respōdetur quod hic non est quæstio de quod quid est, in ordine ad definitionē; nam de definitionibus positis dicemus quod vna potest demonstrari de alia, & ita forsan vna definitio potest per aliam definitionem demonstrari de subiecto. Sed quæstio est de quidditate ipsa significata, quæ cum in minori iam prædicetur de subiecto significata per suam significatione quidditatiuam, tam supponitur id quod intenditur demonstrari. Vel secundo dicendum, quòd definitio quidditatiua non est nisi vna in rigore, quæ si in minori prędicatur, tam non demonstratur. Sed prima solutio propius admentem Aristotel. accedit. ¶ Et hac de causa subdit secundum exemplum de anima. cui attribuit duas definitiones, scilicet, anima est causa sibi ipsi viuendi, corpus enim viuit per animam, & anima per se eo modo quo forma dicitur viuere: & maxime, quia anima separata viuit vita intellectiua: & item anima est numerus seipsum mouens: quæ in re idem prorsus significant, nisi quòd hæc datur secundum Platonem qui omnes substantias appellabat numeros. Non est locus hic disputandi an proprie anima moueat se, hocenim ad philosophiam pertinet: vbi ostenditur quod nihil eadem ratione potest esse mouens & motū. Ait ergo quod si quis facit hac demonstrationem, 'omnis numerus seipsum mouēs est sibi ipse causa mouendi: anima est numerus seipsum mouens: ergo est sibi ipsa causa mouendi: is, inquit, necesse est vt postulet adeo, id est petat certe a respondente & supponat quod anima est numerus seipsum mouens, si quidem definitio petitur & supponitur: & per consequens tam in inferio petit quidditatem ipsius animæ quam intendit demonstrare. ¶ Colligit tandem per modū epilogi, quod quāuis sit. a. prædicetur de. b. & b. de. c. necesse sit vt. b. prædicetur de. c. tamen si ambę præmissę non sint quidditatiuæ, & extremorum conuertibilium non inferent: quod quid est, de suo subiecto. Vt quāuis omne animal sit substantia sensibilis: & omnis homo sit animal: & proinde sequatur, quòd omnis homo est substantia sensibilis: non tamen sequitur, quòd illa sit definitio hominis, quia animal non prædicabitur conuertibiliter de homine.

Quatuor suppositiones.

Quod neque per diuisionem quod quid est, demonstretur.

Cap. V.

AT nec diuisione hoc illius definitionem esse colligi potest, qualiter in resolutione figurarū est dictū. Nunquā enim in diuisione fit, vt cum hæc sint, necessario illa sequātur, sed fit perinde atq; cum quispiam inducit, non enim demonstrat. Nam nec interrogare conclusionē nec si data sit, ideo ipsam esse oportet, sed ipsam esse cū illa sint necesse est, etiā si is qui respōdet minime assentiatur. Etenim si qs hoc roget pacto hō animat' an inanimatus est? dim de animatum esse sumat ratiocinationē nullā facit. Rursus animal omne aut gressibile aut aquaticum est? si esse gressibile sumat nullam ratiocinationem profecto facit: nec, hominē

Tex. 111.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hocesse totum, animal inquam gresibile, necessario ex dictis emergit, sed hoc quoq; perinde vt illa sumit. Atque nihilominus refert, si ut in multis siue in paucis hoc pacto fiat, est enim idem. Fit igitur hisce qui hoc procedunt modo inutilia hic diuisionis vsus, etiam ad ea quorum alioqui fieri ratiocinatio poterat. Quid enim prohibet vt illud totum vere quidem de homine dicatur, minime tamen quid sit homo declaret? Quid insuper obstat, vt aut addatur substantiæ quippiam, aut auferatur, aut præmittatur? Atque hęc quidem eueniũt: sed soluere contingit, si quis vniuersa ea quæ hoc ipso qd est prędicantur sumat, & adhibita diligentia post primi diuisionẽ alterius ve postulationẽ ipsius rursus postulari distributionem deinceps faciat. Atque adeo vt nihil præ termittatur quod quidem est necessarium. Si omne cadit in diuisionem: & nihil deest: id vero est necessarium, indiuiduum enim iam esse oportet. At quãquã id fieri potest, nulla tamẽ hoc pacto vnquam efficitur ratiocinatio, sed si noscere diuisio facit, alio quodã id facit modo. ¶ Atq; hoc quidem non est absurdũ. Neque enim is qui vtitur inductione, fortasse demõstrat, notum tamen aliquid facit: ratiocinatione autem non dicit, quid definitionem ex diuisione dicit: nam vt in conclusionibus quę sine mediis inferũtur si quippiã dixerit hoc ne esse est esse, cũ ista sint, sit vt interroget propter quid, sic & in definitionibus, cum per diuisionem inuestigãtur, fieri potest. Nam cum hæc conficitur definitio hominis, animal mortale, pedes habens, bipes, ac alis vacãs: cur hoc in vnaquaque partium additione sit nimirũ interrogatio fieri potest. Dicẽt enim atque ostendet, per diuisionẽ vt putat, omne animal aut immortale esse aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem esse ostẽ ditur. Quare etiam si definitio per diuisionem demonstraretur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.

POstquã in superiori capite ostẽsum est, quod quid sit demonstrari non posse, in hoc quinto, quod apud Cõmentatorem est vnius textus quartus duasq; habet particulas, probatur qd neq; via diuisionis possit demonstrari, quod quid est, tribus rationibus. Prima est hæc. Ditotio non est necessaria consequẽtia, vt, scilicet, ex præmissis sequatur conclusio, nisi aliquid detur & hîmittatur à respondẽte, sed demonstratio debet necessario cum inuitere velit nolit respondens: ergo via diuisionis, quod quid est non demonstratur. Minor patet ex quæ dicta sunt patet. Sed probat maiorem exemplis. Si enim quis inuestigans genus hominis, quærat à respondente, animatus ne sit an inanimatus, licet respondens concedat esse animatum, non necessario concludit, quod quid est. Primo, quia concludit esse animatum ex concessione alterius. Et præterea, quia adhuc solum habet genus definiti, scilicet, quod homo est animal. Sed si rursus per diuisionem inquirat differentiam petens, sitne animal gresibile, an aquaticum, an volatile, & accipiat esse gresibile, adhuc non est euidens, animal gresibile esse totam definitionem. Nec refert inquam in paucis id fiat aut in multis, nam licet rursus quærat sitne gresibile pennatum aut sine pennis, & accipiat, quòd est sine pennis: non concludit euidenter quod illa sit tota definitio: propter duo. Primum, (Quid enim, inquid probes;) idest, quia licet sit certum omnia illa conuenire homini, non tamen per diuisionem fit euidens vt illa prædicentur in quia, quod requiritur ad, quod quid est. Et præterea, (Quid insuper, inquit, obstat, idest, neque est euidens talis ne definitio superflua sit an diminuta. ¶ Argute comparat viam arguendo per diuisionem, ad modum arguendi per inductionem. Vt enim ex tribus aut quatuor singularibus puta iste Æthiops est niger, & iste, & iste, non infertur omnem Æthiopem esse nigrum, nisi respondens admiserit non esse plures singulares aut ita esse in omnibus, ita & in diuisione, non sequitur, hoc est gresibile aut aquatile: non est aquatile, ergo gresibile, nisi respondens dederit non esse plures species animalis. ¶ In secunda particula. (Atque hæc quidem,) respondet obiectioni cuidam. Dicit enim quis posse demonstrari, quod quid est, via diuisionis, si diligenter omnia diuidantur quæ prædicantur in, quidit vt si inquirens genus hominis incipiat á generalissimo, scilicet, an est substantia vel accidẽs, & habito quod sit substantia quærat an sit corpus vel spiritus & habito tãdem q; si animal, quærat differentiam, puta an sit gresibile, aquaticum, vel volatile: & habito q; sit gresibile, an sit bipes, aut quadrupes: & dato quòd sit bipes, an sit pennatum an sine pennis. ¶ Respondet Aristote. concedendo per hanc viam posse aliquo modo notificari, quod quid est, non tamen erit ratiocinatio, idest, euidens demonstratio, sed erit aliqualis cognitio, qualis fit per inductionem: quæ non concludit euidenter vniuersalem, cum non possint omnia singulariter demonstrari: facit tamen aliquam fidem illius. ¶ Et præsertim neque inductio nec diuisio demõstrat propter quid, nam habito per inductionem aut diuisionem quod homo sit gresibilis. &c. restat interrogatio, cur sit gresibilis, quia neutra reddit causam,

Quod quid est non demõstrari ex suppositione.

Cap. VI.

SED fieri ne potest vt ipsum qd est accõmodatum substantiæ, demonstretur? Ex suppositione tamẽ, hoc pacto, vt sumatur id quidẽ propriũ quod ex hisce constat, quæ hoc ipso quid est prædicantur, definitionẽ esse, hæc autẽ sola dicto prædicari modo, totumque quod, ex hijsce constat, proprium esse: id est enim illius naturam ratio. An & hic rursus sumitur defi-

definitio. Necesse est enim, per mediũ ipsum ostendere. Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid est ratiocinare. Semper enim tota vel pars est propositio, ex quibus ratiocinatio constat sic neq; definitio nẽ oportet in ratiocinatione inesse, sed seorsum à propositionibus esse. Atq; vt si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta necne, obuiã dum est asserẽdo ratiocinationem esse extructam: id enim ratiocinatio, sic & ad eum qui dicit non definitionem esse conclusam: asserendum est definitionem esse conclusam id enim nobis supponebat esse ratio, definitiove. Quare necesse est & sine ratiocinationis & sine definitionis ratione, aliquid per ratiocinationẽ
Tex. 6. conclusum esse. ¶ At enim neq; sic bene sese habebit ipsius quid est probatio, si ex suppositione etiam quispiam ipsum ostendit, hoc pacto, si ratio mali est diuisibile esse quibus autẽ est contrarium, eorum & ratio contraria est rationi contrarij, atq; bonum est malo contrarium: & indiuisibile diuisibili, ratio boni nimirum est indiuisibile esse. Et hic enim sumens definitionem, ostẽdit. Sumit autem definitionem, ad ostendendam definitionem. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici sumitur: non tamẽ ipsum: neque id cuius est eadem ratio, neq; quod conuertitur. Ad vtrosq; autem quorũ alter diuisione alter tali ratiocinatione ostendit, eadem est dubitatio, cur homo simul animal bipes gresibile, non autem animal seorsum, & bipes seorsum sit, nulla nanq; necessitas cogit vt ex ijs quæ sumũtur vnum efficiatur quod prędicetur: sed erit forsitan, perinde atque idem homo & musicus est & grãmaticus.

Tex. 7. CApitulũ hoc apud Cõmentatorem secatur in textus duos qui sunt quintus & sextus. In quo Arist. pergit ostendere, quod quid est, non bene demonstrari ex suppositione. Et primo arguit, quod nõ demõstretur supposita definitione definitionis. Exẽpli gratia. Si quis supponat, quod definitio est oratio cõstans ex his quæ prædicantur in eo quod quid, continens totum quod prædicatur in eo quod quid, scilicet, genꝰ & differentiã, itaq; sola definitio hoc modo prædicetur, illã vero quæ hoc modo prędicat, esse proprium, id est, propriam & adæquatã definitionem: Vtrum ex hac suppositione demonstrabit, quod quid est, hominis de homine. ¶ Et probat, quod licet suppositio hęc sit vera, tamẽ quia hoc supponit nõ indemõstrare potest, quod quid est. Primo, quia iste videtur assumere definitionẽ: cum tamen si quod quid est, sit demonstrabile, deberet etiã hæc definitio definitionis demõstrari: & per consequẽs non est illud primum principium. Præterea quemadmodum in syllogismo, scilicet, omne animal est substãtia, omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia, non sumitur definitio syllogismi tanquam præmissa, ita definitio hominis demonstrandae est de homine non debet sumi tanquam præmissa definitio explicans quid sit definitio. Sed deber, inquit, talis definitio esse extra demonstrationem, vt si quis neget illam consequentiam esse in, barbara, debet illud probari per definitionem syllogismi de barbara, quam quilibet debet habere in mente sine demonstratione. Et eodem modo, si quis negaret, animal rationale, esse definitionem hominis, probandum esset: quia constat ex genere & differentiaquæ veruntamen probatio non est demonstratio, sed est examinatio an illa sit definitio, per regulam & legem definitionis. Intendit Arist. in summa dicere, quod huiusmodi probatio. Huic orationi animal rationale, conueniunt leges definitionis: ergo est definitio: licet sit bona, tamen non est demonstratio ipsius, quod quid est, de homine. In texto. 6. (Altenim,) Text. 6.
ostendit, quod neq; definitio quidditatiua vnius possit demõstrari per suppositionem definitionis alterius. Vbi ad intelligentiam exemplꝰ Aristote. notandum est quòd cum omnia appetant bonum, & videamus omnia appetere vnitatem, quia omnis res quanta resistit sue diuisioni, Philosophabantur Platonici vnitatem & indiuisibilitatẽ esse de genere bonorum: diuisionem vero & pluritatem de genere malorum, quia tendit ad corruptionem. Ait ergo Aristotel. si supponatur, quod ratio, id est, definitio mali sit, esse diuisibile. vtrum ex hac suppositione demõstrari possit, q; ratio & definitio boni sit esse indiuisibile: & videtur quod sic, nam contrariorum contrariæ sunt definitiones: sed bonum & malum sunt contraria, sicut diuisibile & indiuisibile: ergo si esse diuisibile, est definitio mali esse indiuisibile est definitio boni. ¶ Respondet, quod nec iste modus arguẽdi sit demõstratio. Quod probat triplicíter. Primo quia tam assumitur in antecedenti definitio contrariorum, & definitio mali: & per consequens, si definitio omnis potest demonstrari, illa non sunt prima principia. Secundo ibi, (At si aliquid aliud.) Quasi dicat, non solum iste non demonstrat, quia accipit pro primo principio definitionem, sed quia assumit idipsum quod debet demonstrare: nam in demonstrationibus, licet accipiatur pro medio quod quid erat esse, tamen concluditur: aliud de alio, vt risibile de homine: tamen in proposito idem vel eiusdem rationis supponitur quod concluditur, supponitur enim, malum esse diuisibile, & eiusdem prorsus rationis est quod bonum sit diuisibile. ¶ Tertio id probat quia, inquit, tam ille qui demonstrat per diuisionem quam ille qui demonstrat ex suppositione adhuc tenetur respondere cur animal & bipes & gresibile sint vnum. Quod est dicere: ad hoc quod aliqua faciãt definitionem non sufficit quod singula prædicentur de definito, sed quod omnia faciant per se vnum, idest, dicant vnam naturam. Nam album & musicum, licet dicantur de homine, non tamen constituũt definitionem: quia sunt diuersa accidentia quæ non faciunt vnum nisi per accidens: ergo licet per diuisionem concludatur quod homo est animal, & quod est gresibile, & quod est bipes, nondum demonstratur ab hæc omnia dicãt vnam naturam hominis: & pariter cum supponitur malum esse diuisibile, nondum ostenditur quod diuisibilitas dicat quidditatiuam naturam mali, an vero accidens,

Quod quid est non demonstratur. Cap. VII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Text. vij.

HAC cum sint quonã pacto is qui definit substãtiã, & ipsum quid est ostendet rei definiẽdæ. Neq; enim vt is quid demõstrat, ex hisce quæ conceduntur notũ faciet ipsum: vt cũ illa sint, necessario aliquid aliud sit, hoc enim est demõstratio: neque etiam vt is qui per singula nota indicat vniuersa, ex eo sic se habere, quia nihil singulorũ, sese aliter habet: non enim quid esse sed esse aut nõ esse ostẽdit. Quis igitur aliꝰ modus restat nõ eiñ sensu veldigito demõstrabit. ¶ Præterea quonam pacto ipsum quod est ostendet, necesse est enim eum qui scit quid est homo, aut aliud, quoduis & esse etiã scire. Id enim quod nõ est in ratione, nemo scit vnquã quid est, sed quidnam oratio vel nomẽ significat. Cũ dico hippocentaurus, bene quidẽ percipimꝰ: fieri vero nequit, vt quid hippocentaurus sit sciamꝰ. At vero si quis qd est ostẽderit, & esse quoq; ostẽdet: & quonã modo, ratione eadẽ ostẽdet: nã vnũ quiddã definitio ipsa declarat, & demõstratio etiã vnum: quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sanè, non eadẽ sunt. Deinde etiam dicimus vnum quod uis, nisi sit substantia, necessario per demõstrationem esse ostendi: esse vero rei nullius est, vt patet, substantia: id enim quod non est genus. Demõstratio igitur idest, quo quippiam ostẽditur esse quod quidẽ etiam nunc ipsæ scientiæ faciunt. Geometra nanque quid significat quidem triangulus sumpsit, esse autem ipsum demonstrat. Quomodo igitur ostendet ipse definiens quid est triangulus? sciens ergo quispiam definitionẽ quippiam quid est, an sit illud nesciet? at nunquam fieri potest. Patet autem per ipsos etiam definitionum quæ nunc assignantur, modos eos qui definiunt non ostendere esse, nam etsi est è medio æquale aliquid, at cur sit ipsum definitũ, & cur hoc circulus sit quęretur. Poterit enim illud dicere quispiam, definitionem orichalci etiam esse. Neque enim id esse posse quod dicitur, ipsæ definitiones insuper faciunt manifestum: neq; illud, & non aliud esse cuius inquiũt definitionem esse, sed propter quid semper dicere licet. ¶ Si igitur is qui definit, alterutrum aut quid sit aut quid ipsum nomen significat ostẽdit (si modo illa ipsius quidem definitio est) erit ipsa profectò oratio idem quod nomen significans. At hoc absurdũ est sane. Primo nãque & non substantiarum, & eorum quæ non sunt in ratione rerum erit vtique definitio. Nam & ea quæ non sunt, significare nomine licet. Deinde omnes orationes definitiones erunt, sine discrimine vllo. Fieri nanq; potest, vt cuiuis orationi nomen ponatur. Quare definitionibus omnes omnia disseremus loquemurq;. Et Ilias ipsa definitio erit. Præterea nulla scientia nomen hoc indicare significareque demõstrat: ergo nec definitiones idipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse definitionẽ ratiocinationemq; videtur. Et insuper neque definitionem demonstrare quidnam sit quicquam, fierique non posse vt ipsum quid est demonstratione definitioneve vnquam percipiatur, aut cognoscatur.

IN capite hoc septimo postquã in superioribus per singulos modos cognoscendi facta inductione ostẽsum est, quod quid est, non posse demõstrari, addit adhuc rationes communes ad id manifestandum. Continet hoc caput tres particulas, quarũ prima pertinet ad textũ superiorem sextum, aliæ duę ad textum septimũ. ¶ Colligit ergo ex dictis in prima particula ꝙ cum ostensum sit, quod quid est, nec demonstrari per terminos cõuertibiles, nec per diuisionem, nec ex suppositione, non restat nisi vt forte demõstretur inductione. At vero inductio, inquit, non demõstrat quid hoc sit, nisi quod sit aut sit tale. Est enim inductio velut si quis digito ostẽdat, hic æthiops est niger, & hic & hic qui licet ostendat rem esse talem, non tamen demonstrat situe illud quidditas an accidens illius. ¶ In text. 7. (Præterea quonam pacto) probat prius tribus rationibus communibus, quòd quod quid est non euidenter ostẽdatur de monstratione & deinde obiter addit vnum verbũ de definitione. Prima ergo ratio est hęc. Quicunq; ostendit, ꝙ quid est, debet prius scire illud esse, nam vt. 2. cap. dictum est, quæstio quid est, supponit quęstionem, an est, ꝙ modo etiam probat: quia id, inquit, quod non est in ratione, idest, quod non est actu vel saltem in causis naturalibus nõ potest sciri quid sit, sed solum sciri potest quid nomen significat. Scimus enim quod Hippocentaurus significat mõstrum pro medietate virum & pro medietate equum: at quia non scimus illud esse, fit vt nec sciamus eius quidditatem. Hippocentaurus idem est quod equum stimulans, ab hippos quod est equus, & centein, quod est stimulare: quo nomine dicti sunt populi Thessaliæ, ex eo quod equis velocissimis vtuntur. Vnde Poetæ fingunt monstra esse pro medietate viros & pro medietate equos. Hoc supposito format Aristotel. primam rationem. Cum tam definitio quã demonstratio constet ex his quę sunt per se, non potest esse vna definitio, nisi vnius definibilis: nec vna demonstratio nisi vnius scibilis: sed esse hominem, & quod quid est, homini, diuersa sunt: ergo demõstratio quæ demonstrat esse, puta hominem esse risibilem, non demonstrabit quid est hoc.

Esse & essentia.

¶ Notandum est hic sententiam esse Aristotel. id quod aliqui putant esse inuentum Sanct. Thom. scilicet, quod esse & essentia in creaturis distinguantur ad hunc saltem sensum, quod quidditas hominis est perpetua, esse autem est illi temporale á Deo productum: in Deo autem sunt idẽ, vt latius cap. quarto. Prædica. quæst. prima explicuimus. ¶ Secunda ratio est ibi (Deinde etiã dicimus) & fere est confirmatio superioris. Demonstratio solũ demõstrat, quia est, id est hoc esse illud, quia demõstrat prędicatũ conuenire subiecto, definitio autem ostendens, quid, nihil dicit de esse aut non esse: ergo, quod quid est, non ostenditur per demonstrationem. Ostendit autem maiorẽ exemplo, quia mathematicus, inquit, supponens quid est triangulus, demonstrat illum esse, scilicet, super datam lineam rectam triangulum collocare. Ait autem in maiori, quod demonstratio non demonstrat quid est, nisi forsan diceretur, quod esse & substãtia, id est, quidditas essent idẽ: nam tunc qui demonstraret esse, demõstraret quidditatem. Sed tamen illud, inquit, est falsum: quia ens, non est genus. Sensus est, quod si esse, & quidditas essent idem, cum ens significet esse, ens prædicaretur in quid, & per consequens esset genus: quod est falsum. Hoc est quod Sanctus Thomas significauit. 1. par. quæst. 3. artic. 5. dicens, quod cum in Deo esse & essentia sint idem, si Deus ponere tur in genere, genus eius esset ens: & ideo cũ ens non sit genus, Deus non ponitur in genere. Quomodo ens non prædicetur, inquit, cap. 4. Prædi. quæst. 1. exposuimus. ¶ Tertia ratio est ibi (Patet autem.) Ait enim quod ex definitionibus ipsis, quibus vtiuntur in scientijs constat definitionem nõ dicere, esse. Cum enim dicitur, circulus est figura à cuius centro ad extremum conferentiã omnes lineæ rectæ sunt æquales, non asseritur talem figuram esse: sed restat quærere, an sit: nam similiter definire possumus illud quod non est: vt orichalcum id est, montem æneum. Oreos enim idẽ est quod mons, & chalcos, æs. Cum enim demonstratio solũ demonstret rẽ esse, sed licet, esse talem, sit vt per demonstrationem non concludatur quod quid est. ¶ In tertia particula capituli. (Si igitur is) quia dixerat definitionem significare quidditatem & essentiam rei, respondet cuidã obiectioni. Posset enim quis dicere, quod non omnis definitio explicat naturam & quidditatem definiti: nam aliqua est solum explicans significationem nominis, quæ dicitur definitio quid nominis. Dicit ergo quod definitio quid nominis non est proprie definitio: nam illa solũ est vna oratio significans idem quod significat nomen quę non explicat naturam rei, magis quam nomen ipsum: vt si quis dicat nomen, Camelus, significare animal gibbosum, coloris bouis, non significat magis genus, aut quid ditatem Camelli, quàm nomen Camelus, licet per accidentia Camelum describat. ¶ Et quod talis oratio simpliciter non sit definitio, probat tripliciter. Primò, quia tunc sequeretur quod accidentium, & non entium esset definitio: nam accidẽtia & Chimæram ipsam possumus hoc modo definire, & tamen non entium sicut non est scientia, vt dictum est lib. 1. text. quinto, ita neque est definitio: sed neque accidentia simpliciter definiuntur, quia nõ habent simpliciter quidditatem, vt habetur. 7. Metaphysic. text. 15. ¶ Secunda ratio est ibi. (Deinde.) Sequeretur enim, inquit, omnes orationes, etiam historiam longam esse definitionẽ: nam cuius orationi quãtumcunque longæ poßet imponi vnum nomen vt historia Troiana quam scripsit Homerus, dicitur Ilias. Ilium nanque nomen est Troiæ. ¶ Tertia ratio est ibi. (Præterea nullæ.) quæ talis est. Scientia nõ ostendit quid nomina conclusionis significent, sed quæ est causa veritatis conclusionis: ergo nec definitio explicat quid nomẽ significat, sed quæ est rei significatæ natura: patet consequentia, quia id quod exprimitur per definitionem est subiectũ scientiæ. Colligitur ergo, vt definitio quid nominis nõ sit simpliciter definitio, sed secundum quid. Facit tandem Aristo. epilogum eorum quæ dicta sunt qui est clarus.

Ens non est genus.

Definitio.

Quod vna definitio per aliam demonstretur.

Cap. VIII.

VERVM considerandum est rursus, quidnam horum dictum bene, & quid non bene rectęq; sit, & quid sit definitio: & vtrum aliquo modo ipsius quid est demonstratio, definitio existit: an vero nullo sit modo. Cum itaque scire quid est, & scire causam ipsius si est, idem sit, vti diximus: fieri potest, vt quid est, ostendatur: cuius quidem hæc ratio est. Etenim quędam vtique causa: & hæc, aut est eadem, aut alia: & si sit alia, aut est demonstrabilis, aut indemonstrabilis. Si igitur alia sit, demonstrarique potest, cum causa sit medium, & prima figura ratiocinationis ostendatur necesse est: nam id quod ostenditur, vniuersale est, & affirmatiuum, vt patet. Vnus igitur is est modus, quem nũc inquisiuimus, per aliud inquam ipsum quid est, ostendi: nam medium ipsorum quid est, necesse est esse quid est, & proprium identidem proprium: quare definitionum eiusdem rei alia ostendet, alia non ostendet. Atque isce modus demonstratio ipsius quid est, vt antea diximus, non est, sed ratiocinatio quædam ad differendi modum accommodata.

Text. viij.

POSTQVAM in quinque superioribus capitulis disputatum est, an quod quid est sit demonstrabile, in tribus subsequentibus examinando ea quæ dicta sunt, determinat: quæ nam sit in hac parte rei veritas. In hoc ergo cap. 8. ostendit quod quamuis vna definitio possit syllogistice concludi per aliam, tamen talis syllogismus non erit demõstratio. Proponit ergo, quod examinanda sunt ea, quæ dicta sunt, & vtrum definitio ipsius quod quid est, sit aliquo modo demonstratio illius. Et ponit hanc conclusionem. Quod quid est, potest ostendi per aliud, quod quid est: supponit autem prius, quod scire quod quid est, est scire causam ipsius, an est: ostensum enim est cap. 2. quod scire, an res sit virtualiter est scire aliquam esse causam sui esse, & scire quid est, est scire quæ sit illa causa, sicuti scire, quia est virtualiter, est scire aliquam esse causam quare hoc est hoc, & scire propter quid, est scire illam causam. Secundò supponit, quod inter causas quædam est eadẽ, id est, intrinseca ipsi rei: vt materia & forma, & quædam est alta, id est, extrinseca, vt efficiẽs & finalis. Dicit ergo, quod per definitionem importantem causam finalem possumus ostendere definitionem importantem causam efficientem, vt si dicas, omnis habitus ordinãs hominem ad fœlicitatem est operatiuus secundum rationem: omnis virtus est habitus, ordinans hominem ad fœlicitatem: ergo omnis virtus est habitus operatiuus secundum rationem. In quo syllogismo vna definitio quidditatiua est medium ad demonstrandum aliam. Non tamen, inquit,

Vna definitio demonstratur per aliam.

quit ex omni causa necesse est procedere per demonstrationem: quando, videlicet, non est causa adæquata, vt ex febri non semper sequitur agitatio pulsus, puta cum homo prope mortē tenuissimū habet pulsum. Subiungit autem quod modus iste non est demōstratio: sed est quædam ratiocinatio differendi modo, id est, sylloyssimus dialecticus. Intellige quod non est demonstratio demonstrans propriè quod quid est: quia licet consequentia sit optima, & ex premissis necessarijs demonstretur conclusionem esse necessariam: & per consequēs sit demonstratio demonstrans conclusionem esse veram: non tamen demonstratur quod prædicatum dicatur in quid, & sit definitio expleans adæquatè, quod quid est subiecti. Sed solum demōstratur conditionaliter, quod si medium est definitio finalis subiecti, maior extremitas erit etiam definitio formalis eius: quod autem medium sit definitio non demonstratur, sed supponitur. Et hæc expositio ad intelligentiam subsequentium est animaduertenda.

De quid, & quod est. Cap. IX.

QVO autem modo fieri potest, vt quid est ex demonstratione elicia tur deinceps dicam° oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam quemadmodum quærimus propter quid est, prius esse habentes, interdum vero & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, vt antea cognoscamus cur est, quam percipiamus esse: sic pari ratione, neque quid est, quærere atque cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit, vt quod est vnquā sciamus, si ignoremus si est: habemus autem si est nonnunquam per accidens, nonnunquam aliquid habentes ipsius rei: veluti tonitruum esse scimus, habentes sonum quendam nubium esse: & defectionem lucis, esse quandam priuationem: hominem item quoddam animal esse, & animam etiam id esse, quod ipsum se motu sciet. Quæ igitur per accidens esse scimus, necesse est ad eorum quid est, percipiēdum, nullo modo nos quicquam habere: neq; enim illa esse scimus, atque quærere quid est, non habentes esse, perinde est, ac si nihil prorsus quæratur: quorum autē habemus aliquid, eorum quid est facilius percipere possumus. Quapropter vt habemus ipsum esse, sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi. ¶ Quarum igitur rerum aliquid habemus ipsius quid est, earum hæc sunt exempla. Sit defectus pro quo.a. luna pro quo.c. interpositio, vel obiectio terræ, pro quo est ipsum positum b. Quærere igitur, vtrum deficiat luna, necne; nil aliud est quam ipsum.b. quærere si sit, necne: at idipsum non secus habet, quam si quæras, vel num ratio eius sit, & vt hoc si sit, & illud dicamus esse, vel vtrius partium contradictionis sit ratio: habendi ne duobus rectis æquales, an nō habendi quod cum inueniremus, & esse simul, & propter quid sit scimus, si modo sit medium: si vero non sit, esse quidem scimus, propter quid autem nescimus: atque idipsum patefieri hoc exemplo potest. Sit nanque. c. luna. a. defectio. b. nō posse cum est tota defecta lumine vmbram efficere, intercedente manifesto corpore nullo. Si igitur. b. quidem ipsi. c. insit. a. vero competat ipsi. b. lunam quidem deficere notum sit nobis: cur autem deficit, nondū est notum. Atque defectionem quidem esse scimus, sed quid est defectio nescimus. At cum. a. quidem ipsi inesse. c. patet: quæritur autem propter quid ineſt, nil aliud tum quam quidnā ipsum. b. obiectione terræ, an conuersio lunæ, an lucis eius extinctio sit, quæritur. Hoc autem alterius extremi ratio est, vt hoc in exemplo ipsius. a. Est enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum est? extinctio ignis in nube: propter quid tonitat? quia ignis in nube extinguitur: nubes sit. c. tonitruum. a. ignis extinctio. b. Igitur ipsi. c. nubi inquam. b. ipsum inest: extinguitur enim ignis in nube, at huic. a. ipsum inest tonitruum, seu sonus: atque. b. ratio ipsius est. a. primi inquam extremi. Quod si rursus huius alium medium sit, id est, hisce rationibus erit, quæ restant. Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est, quoque notum sit satis iam diximus. Quare ratiocinatio quidem ipsius quid est, demonstratioque non sit per ratiocinationem, tamen & demōstrationem innotescit. Quocirca, neque sine demonstratione fieri potest, vt cognoscatur ipsum quid est, cuius quidem alia causa est: neque rursus ipsius est demonstratio, vt in dubitationibus etiam diximus.

IN capit. hoc nono quod vt est obscurissimum, sic diuersissime à doctoribus exponitur, Aristoteles intendit adhuc tractare hanc conclusionem, quam in calce capituli proximi concluſit, scilicet, quod cōtingit quod quid est, concludi in demonstratione, non tamen demonstrari: quia, videlicet, demonstratur vere competere subiecto, non tamen demonstratur esse quidditatiuā definitionem. Et ex inconsideratione huius sensus, nunquam satis sunt capitula hæc exposita. ¶ Atqui sunt in hoc capite tres particulæ: quod tamen apud Commentatorem totum est sub text. 8. ¶ In prima particula supponit tria. Primum est, quod quemadmodum nunquam de aliqua propositione quærimus propter quid, nisi scimus quia, id est, ipsam esse veram, aut saltem demonstrātes propter quid homo est risibilis, simul demonstramus ipsum esse risibilem: nunquam tamen scimus propter quid non scientes illud esse verum, ita nec scire possumus de aliqua re quid sit, nisi prius aut saltem simul sciamus ipsam esse. ¶ Secundum suppositum est ibi. (Habemus autem.) Sit est hoc, quod vtrum esse aliquā do scimus solum per aliquod accidens ipsius. aliquādo vero per hoc quod scimus aliquam eius partem. Nā ponit exemplum primi: est tamen ad propositum exemplum, vt scimus intelligentias esse, non in se, sed ab effectu per hoc quod mouent orbes. Exemplum secundi est, inquit, vt si quis de tonitruo sciat saltem genus, puta esse sonum quem audimus, & de eclipsi sciat esse priuationem lucis, & de homine esse animal, licet nō sciat plene differentias definitionis. ¶ Tertia suppositio est. Quando scimus rem esse solum per accidens, nisi habemus proprium ad inquirēdum quod quid est illius: hæc enim de causa ignoramus, quod quid est, intelligentiarum. Veluti si homines nūquam solem per se vidissent, puta qui nunquam sursum leuassent caput, nec aliquam vnquam de illo habuissent notitiā, præter quam, quod videntes terram illuminari, coniecissent aliquid esse sursum quod est causa huius lucis, tunc hominem nō essent dispositi ad sciendum quid est sol, quia nec propriè tunc scirent an sit sol, sicut modo naturaliter non propriè per se scimus esse intelligentias. Cum autē scimus rem esse per aliquid ipsius, vt cum scimus sonum quem audimus esse tonitruum, & eclipsim esse priuationem lucis, dispositi sumus ad inuestigandum quidditatem. ¶ In secūda particula. (Quarum igitur rerum.) Probat hanc conclusionem intentam, videlicet, quod aliquando, quod quid est, demonstratur quidem competere subiecto in illis saltem quæ cognoscimus esse per aliquid proprium illorum, tamen nunquam demonstratur hoc esse quod quid est. Et ponit exemplū de, quod quid est, passionis. Cum enim propriè passio sit accidens subiecti, habet etiam suam definitionem quidditatiuam distinctam à definitione subiecti, licet dependentem ab illa. Sit enim, inquit, defectus, id est, eclipsis, pro qua. a. id est, pro maiori extremitate: luna pro qua. c. id est, pro minori extremitate, & interpositio terræ sit pro quo positum est. b. id est, sit medium: tunc cum quærimus, an luna eclipsatur (quod est quærere quia) virtualiter quærimus, an sit. b. id est, an sit terræ interpositio, quod est quærere quid est eclipsis: ergo demonstrare quod luna eclipsatur, est virtualiter demonstrare, quod quid est eclipsis, puta quod est terræ interpositio. Item quærere vtrius partium contradictionis sit ratio, habēdi ne tres angulos æquales duobus rectis, annō habendi, est quærere quæ pars contradictionis est vera, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, ac contrariat & cum scit: scilla ratio, simul scitur pars affirmatiua, cur triangulus habet tres, &c. ¶ Concludit ergo Aristoteles quod quando proposito ostenditur per verum medium, tunc simul scitur, propter quid, & quia. Si tamen nō scitur per medium verum, sed per signum à posteriori, tūc scitur quia, id est, scitur conclusionem esse veram, nō tamen scitur, propter quid. Cuius exemplum, vt intelligas, notato; quod cum luna est plena in oppositione solis tunc si non eclipsetur, & nulla nebula interponatur inter nos & ipsam, est adeo clara, vt homo causet vmbrā post se sicut in sole. Quod ergo luna non impedita per nubem, non causet vmbram, non est causa, sed effectus & signum, quod luna eclipsatur. Qui ergo percipiat lunā eclipsari, hoc modo quotiescunque luna non impedita per nubem, non causat vmbram, aliquo nostro interposito eclipsatur, modo non causat vmbram: ergo modo eclipsatur, & demonstrat lunam eclipsari, non tamen propter quid. Resumit igitur, quod cum scimus. a. ipsi. b. esse, id est, hanc esse veram luna eclipsatur, quærimus autem propter quid: virtualiter quærimus definitionem

quidditatiuam eclipsis, puta quid sit eclipsis: sit ne interpositio terræ inter ipsam & solem, vt est rei veritas: an sit conuersio lunæ, vt aliqui falso putabant, dicentes lunam à se intrinsece pro medietate esse lucidam, & pro alia mediate obscuram, & eclipsim esse quod vertebat ad nos partem obscuram: an sit extinctio lucis, vt alij decepti opinabantur, videlicet, quod sicut candela modo lucet, modo extinguitur, ita luna modo lucet: propter copiam exhalationum quibus nutriebatur eius lumen, modo extingueretur propter earum defectum. ¶ Subiungit secundum exemplum de tonitruo, dicens: quod idem virtualiter est quærere, quid est tonitruum, & quærere propter quid tonat. Et quamuis vera definitio tonitrui secundum Aristotelem. 2. Meteo. cap. nono, sit sonus factus ex repercussione exhalationis calidæ ad latera nubis, quemadmodum castanea sonitu exilit à pruni, cum aer internus calefactus mouetur intra castaneam: ponit nihilominus exemplum secundum opinionem aliorum, vt sit extinctio ignis in nube, ad modum quo ferrum candens immersum aquæ strepitum facit. Vnde dicit, quod in hoc syllogismo, vbicunque extinguitur ignis, est tonitruum, in nube extinguitur ignis, ergo in nube est tonitruum, cum formaliter demonstratur propter quid est tonitruum, virtualiter demonstratur quod quid est tonitrui. ¶ In tertia particula. (Quare ratiocinatio.) Colligit tandem conclusionem Aristotelis, dicens: quod ipsius quod quid est, est quidem ratiocinatio, sed non demonstratio: innotescit tamen per ratiocinationem & demonstrationem. Quæ verba videntur repugnare, dum prius asserit quod ipsius propter quid, non est demonstratio: & statim subdit, quod innotescit tamen non solum per syllogismum, sed per demōstrationem. Quæ proinde verba exponuntur communiter hoc modo, scilicet, quod ipsum quod quid est, non quidem demonstratur tanquam conclusio: innotescit tamen per demonstrationem, quia est medium demōstrationis. ¶ Non tamen hoc plane videtur satisfacere. Primò, quia medium demonstrationis non innotescit per demonstrationem, sed facit innotescere conclusionem. Præterea, quia hoc modo quodcunque, quod quid est, & quæcunque definitio, etiam si non haberet ullam causam, innotesceret per demonstrationem: cum tamen statim subiungat Aristoteles, quod solum, quod quid est, cuius est alia causa innotescit per demonstrationem. ¶ Sensus ergo manifestus est, vt ex superioribus colligitur, & statim capite sequenti subiungitur, quod inter ipsa, quod quid est, & definitiones quidditatiuas est aliqua quæ nullam habet priorem causam, & talis definitio & quod quid est, non innotescit per demonstrationem, sed supponitur tanquam immediatum principiū: & talis est definitio subiecti, quæ datur per genus & differentiam intrinsecam, vt animal rationale: sed aliud est quod quid est, quod habet aliam causam, puta aliā quidditatem, per quam demonstretur: vt est definitio passionis, de qua hactenus posuit Aristoteles exemplum: sicut enim demonstratur passio de subiecto, ita definitio passionis per definitionem subiecti: vt, omne animal rationale est aptum natum ridere, omnis homo est animal rationale, ergo. Et pariter in rebus quæ habēt causas finales, & efficientes, & materiales, materialis demonstratur per formalem: nam talis est dispositio materiæ, qualis requiritur ad formā: & formalis demōstratur per finalē, quæ est sicut primū principiū in demonstrabile, cūfinis sit prima causarum. Et hoc est dicere, quod quid est, cuius est alia causa innotescere per demonstrationem. Nunquam tamen ipsius, quod quid est, etiam habenti

Conclusio.

Tonitruū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beutis causam, est demonstratio ad hunc sensum, quod per talem demonstrationem demonstretur illud esse quod quid est, id est, definitionem quidditatiuam: nam quamuis per definitionem subiecti demonstretur definitio passionis de eodem subiecto, id est, demonstretur necessarium esse, vt homo sit aptus natus ridere, non tamen demonstratur, quod illa sit definitio quidditatiua, sed aliunde per leges definitionis id debet constare. Et pariter, quemadmodum superiori capite diximus, licet vna definitio demonstretur per aliam, non tamen demonstratur, quod illa explicet quod quid est, & sit definitio. Sum hic paululum moratus, quia est hoc principale punctum huius libri.

De definitione quid est, & propter quid.

Cap. X.

Text.ix. EST autem quorundam quidem alia quædam causa, quorundam autem non. Quare patet ipsorū quid est, quædam vacare medio, principiaque esse, quæ quidem & esse: & quid sunt supponere, vel alio modo manifesta facere oportet, quod Arithmeticus facit: nā & quid sit vnitas, & vnitatem esse supponit. Eorum autē quæ medium habent, & quorum aliqua causa alia à substantia est: fieri vt per demonstrationem ipsum quid est, vt diximus, declaretur, nō demonstretur.

Text.x. ¶ Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quid est, patet quandam definitionem: orationem esse quæ id explicat, quod nomen significat, quæque nominis interpretationem complectitur: veluti quid trianguli nomine significetur: quem quidem postquam esse tenemus, quærimus deinde propter quid sit. Difficile autē est hoc pacto sumere ea quæ nescimus esse, causamque difficultatis antea diximus: nam neque si sint, an non sint scimus, nisi per accidens. At enim oratio est vna duplici ter: alia nanq; coniunctione vna est, vt Ilias: alia, quia vnum de vno declarat, non per accidens. Vna igitur hæc est definitionis, quam diximus, definitio: alia autem est definitio, oratio quæ declarat propter quid est. ¶ Quare prior significat quidem, sed non ostendit: posteriorem autem patet, quasi demonstrationē esse ipsius quid est, positione tantum à demonstratione differentem, interest enim propter quid tonitrat, atque quid est tonitruum dicitur: quippe cum ad primum hæc accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur: ad secundum hęc competat, tonus, cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerso dicitur modo. Et illo quidē modo continua est demonstratio, hoc autem est definitio. Præterea est tonitrui definitio, sonus in nubibus, atque hæc demonstrationis ipsius quid est conclusio: eorum autem definitio quæ medijs vacant, indemōstrabilis est ipsius quid est positio. Est igitur definitio vna quidem oratio ipsius quid est indemonstrabilis, alia vero ratiocinatio ipsius quid est, à demonstratione differens casu: & tertia, demonstrationis ipsius quid est conclusio. Patet igitur ex hisce quę diximus, quo pacto est, & quo pacto non est ipsius quid est demonstratio, & quorum est, & quorum non est: quotque modis præterea dicitur definitio, quoque pacto ipsum quid est, ostendit, & quo pacto etiam non ostendit: atque quorum est, & quorum non est: insuper quomodo se se ad demonstrationem habet: quo denique modo fieri potest, & quomodo fieri nequit, vt eiusdem definitio, demonstratioque sit.

CAPVT hoc decimum in diuisione Commentatoris continet text. nonum & decimum. In text. no no, colligit ex superioribus distinctionem, quam iā nos modo explicabamus, dicens, quod ipsorum quod quid est, aliud est medio vacans, id est, immediatum quod nō ignotescit per demonstrationem: aliud vero est mediatum, quod per aliud quod quid est, demonstratione innotescit: non tamen demonstrari potest esse quod quid est, vt etiam nunc exponebamus. Itaque colligenda est hæc conclusio ex dictis, quod quemadmodū inter principia complexa, alia sunt immediata & indemonstrabilia; alia vero mediata & demonstrabilia: ita est & inter ipsa, quod quid est, significata per definitiones. Cū quo tamen stat certa conclusio, quod quid est, nunquam demonstrari, ad hunc sensum quod demonstretur ipsum esse quod quid est, id est, quidditas talis subiecti. ¶ In text. 10. (Cum autem definitio.) Postquam dictum est de quod quid est, significato per definitionem, transit ad definitionem ipsam significatem quod quid est. Vbi intendit distinguere quotuplex est definitio, & quæ sit definitio quidditatiua, quæ simpliciter dicitur definitio. Ait ergo quod definitio definitionis dupliciter potest dari, vno modo in genere, vt comprehendat tam definitionem quidditatiuam, quam quid nominis, & hoc modo dicendū est, quod definitio est oratio ipsius quod quid, id est, est oratio significans rem significatam per nomen, siue explicet naturam eius, siue non. Et talis est duplex: alia enim est quid nominis, scilicet, quæ solum declarat significationem nominis: vt si dicamus, quod triangulus est illa figura quæ habet tres angulos: quia data adhuc restat quærere quid est triangulus. Et repetit quod quærere definitionem quidditatiuam in his, quorū esse non propriè cognoscimus, est difficile: quasi dicat, quod dare definitionem quid nominis intelligentiarum erit facile: sed definire quid sit intelligentia, est difficile: quia naturaliter, nō propriè per se cognoscimus ipsas esse, & per consequēs, nec eas habere quidditates. ¶ Atque insinuando differentiam inter has definitiones dicit, quod definitio quid nominis est quidem vna per accidens: nam potest interpretatio nominis fieri per plura quæ non faciunt vnum: sicut historia Homeri potest dici interpretatio huius nominis, Ilias. Sed definitio quidditatiua debet esse vna per se: nā genus & differentia explicant vnā per se naturam. Concludit ergo, quod vna definitio definitionis potest esse: alia generalis data: sed in particulari talis est definitio definitionis quidditatiuę. Sit enim oratio explicās propter quid est id est, explicans naturā rei quę sumitur pro medio in demonstratione propter quid. ¶ In secūda particula text. (Quare prior significat.) Ponit essentiale differentiū inter definitionē quid nominis, & quid rei, scilicet, quod prima significat quidē naturā rei, nō tamen illā ostendit, & ideo nihil conducit ad demonstrationē. Definitio vero quid rei, quia explicat naturam rei, adeo est necessaria demonstrationi, vt sit ipsamet demonstratio sola positione differens. Nam si quæratur, inquit, quid est tonitruum, respondetur quod est sonus cum extinguitur ignis in nubibus: si autem quæratur, propter quid tonat, respondebitur, propterea quod extinguitur ignis in nubes vbi apparet idem respondere ad quæstionē quid est, & ad quæstionem propter quid est, & pcē conclusa eadem est, & definitio, & demonstratio, nisi quod definitio datur in recto, scilicet, est sonus, &c. & demonstratio sit per modum causæ, id est, propterea quod extinguitur, &c. Vel potest intelligi, sola positione differens, vt in text. 2. 1. lib. 1. dictum est, videlicet, quod non deficit definitioni vt sit demonstratio, nisi dispositio in modo & figura. ¶ At quia dixerat definitionem esse fere demonstrationem, subiungit quod aliquando est etiam conclusio, puta quando talis definitio habet aliam priorem, per quā demonstretur. Vnde colligit triplex genus definitionis. Alia enim est definitio quæ nullo modo est demonstrabilis, pura illa quæ non habet priorem, vt animal rationale. Alia vero est definitio quæ est fere ipsa demōstratio, vt definitio passionis quæ est proxima causa ipsius. Alia vero est definitio quæ est conclusio demonstrationis. Quod si intelligat esse aliquam definitionem, quæ tantum potest esse conclusio, & nō principium, insinuat definitionem, quid nominis, de qua iam modo dictum est, quod cum non explicet naturam rei, non est medium demonstrationis, sed potest concludi de subiecto cuius significationem explicat. Definitio autem passionis ita potest esse medium, vt possit etiam in demonstratione concludi modo exposito in calce superioris capituli. In fine tandem Aristoteles facit epilogum eorum quæ dicta sunt in octo capitulis, quæ sunt secundum membrum huius libri.

Text.x.

Definitio quidditatiua.

Triplex definitio.

Quod per omne genus causæ demonstratio fiat.

Cap. XI.

Text.xj. CVM autem tum arbitremur scire cum causam nouimus, quatuor vero causæ sint: vna quidē has, alia autem quæ cū illa sunt, hoc esse necesse est, & tertia quę primum mouit: & quarta gratia cuius cætera fiunt, omnes hæ per demonstrationis medium ostenduntur. Nam hæc cùm quia illud sit, necesse est hoc esse, non vna propositione sumpta, sed duabus inimmum est. Hoc autem est, cum medium vnum habent: hoc igitur vno sumpto conclusionē esse necesse est: patet autē & hoc pacto. Cuc rectus is angulus est, qui in semicirculo designatur? quo nam existente rectus est ille? sit itaque rectus. a. dimidium duorum rectorum. b. angulus denique iqui est in semicirculo designatus. c. Vt igitur. a. id est, rectus competat ipsi. c. id est, angulo qui est in semicirculo designatus, causa est ipsum. b. Nam duorum quidem rectorum dimidium æquale est ipsi. a. Ipsum autem. c. æquale est ipsi. b. angulus enim in semicirculo designatus, duorum rectorum dimidium est: cum igitur. b. duorum rectorum dimidiū sit. a. competit ipsi. c. quod quidem est rectum eum angulum esse, qui est in semicirculo designatus. Quidditas autē est idem quod hoc, ex eo sane, quia hoc significat ipsa ratio. At vero quidditatem etiam causam esse mediam, antea demonstrauimus. ¶ Idem sit cum quęritur propter quid aduersus Athenienses Persicum bellum exarsit: quæ causa fuit, vt Athenienses bello vexentur? quia contra Sardes ipsi cum Eretriensibus irruerūt: hoc enim primum mouit. Sit itaque bellum. a. prius irruisse. b. Athenienses. c. b. igitur, priores inquam irruisse, ipsi. c. id est, Athenienses in est. a. quoque. b. ipsi competit. Medi nanque lacessiti bellum aduersus eos agitant, qui priores iniuriam intulerunt. a. igitur, id est, bellum vexarique bello. b. ipsi inest, id est, hisce qui priores bellum gessere. b. vero ipsi. c. id est, Athenię sibus inest: hi nanque tractare bellum cœperę. Medosque lacessiuere: medium igitur & hoc in loco causa est, eaque quæ primum mouit. ¶ Ea vero quorum causa est id quod alicuius est gratia, eundem subeunt modum. Ceu propter quid deābulat? vt valeat: cur domus est? vt cōseruetur supellex: nempe valetudinis deābulatio, supellectilis conseruādæ gratia domus est. Atque inter hæc, propter quid post cœnā ambulare oportet & cuius oportet gratia, nihil interesse videtur, sit itaque deambulatio post cœnam. c. nō natare cibum cum occupet locum, pro quo est. b. valere sit. a. competit igitur deambulationi post cœnam, id efficere, cibum inquam sumptum in ore ventris non supernatare, atque id ipsum sanitatem conseruet: sic enim videtur. b. igitur, cibum inquam haud natare. c. ipsi, id est, deambulationi post cœnam inest: at. a. valetudinem inquam conseruare. b. ipsi competit. Quæ igitur est causa, vt. a. gratia cuius cætera fiunt, ipsi competat. c. nempe. b. ipsum est, non supernatare inquam cibum:

atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque hoc est tanquam ipsius ratio, nam a hoc assignabitur pacto. Cur autem b competit ipsi c quia sanum esse id nimirum est, sic inquam se se habere. ¶ Verum mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto singula elucescent. Ordo autem generationis ac ortus verso modo se se in his & in mouentibus causis habet. In illis enim primo mediū fiat oportet, in his autem c. ipsum extremum primo, deinde id vltimum gratia cuius cætera fiunt.

Text. xij. ¶ Fieri autem potest, vt idem & alicuius gratia, & ex necessitate sit: veluti, propter quid per laternā penetrat lumen: etenim id quod minores partes subtilioresve habet, per meatus maiores amplioresue penetrat necessario: si quidem lumen sit quia transit, & cursum gratia vt ne deuiemus, pedesque etiam offendamus. Nū vero vt est in hisce quæ sunt, sic etiam est in hisce quæ fiunt? vt si cum ignis extinguitur tonitrat, necesse est strepitus sonusque fiat: & vt Pythagorici dicunt erroris gratia, quo pertineant ij qui in tartaro degunt. ¶ Atque plurima talia sunt, præsertim in hisce quæ natura talia fiunt, & constat. Alia nanque natura alicuius gratia, alia necessitate facit. Necessitas autem duplex est, alia enim est secundum naturam & appetitionem, alia violenta, quæ quidem præter appetitionem est. Hæ necessitates extant, cum lapis nunc sursum, nunc deorsum mouetur: nam tametsi necessitate lapis vtroque motu cietur, non eadem tamē necessitate. In his autem quæ proficisci à mente solent quædam à casu nunquam sunt: vt domus, vt statua, neque necessitate, sed alicuius gratia sunt, quædam sunt etiam à fortuna, vt sanitas atque salus: maxime vero in quibus fit, vt sic & aliter se se habeant, cum generatio a fortuna non est. Quare si finis bonus, ea quæ ad illum consequendum efficiuntur, alicuius gratia fiunt, & aut à natura, aut ab arte: à fortuna vero nihil cuiusquam fieri gratia solet. ¶ Eadem autem causa est in his quæ sunt, & in ijs quæ fiunt, & in ijs quæ fuere, & in ijs item quæ fiet, futuraque sunt. Medium enim ipsum causam esse conflat, verum differentia quædam esse videtur. Eorum enim quæ sunt, est eorum quæ fiunt, fit, eorum quæ fuere, fit, eorum denique quæ fient, erit: nam vt hæ patefient exemplo, cum interrogamur, cur fuit, vel sit, vel erit, vel est Lunæ defectio? quia vel fuit, vel fit, vel erit, vel est terra inter Solem & Lunam, accommodatissime respondemus. Quid est glacies? & accipiatur aquam congelatam ipsam esse: atque sit aqua quidem. c. congelata autem. a. causa deinde collocetur in medio quod ipsum occupat. b. absentia ipsius caloris omnimoda. b. igitur ipsi. c. inest. a. quoque. b. ipsi cōpetit atque fit glacies, cum ipsum. b. sit, & fuit cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur quæ hoc pacto est causa, fit, & est, & fuit, & erit, vna cum eo cuius esse causa dicitur.

Text. xiij.

HOC est tertium membrum huius libri, in quo post quam disputatum est de quod quid est, in tribus subsequentibus capitulis disputatur generaliter de propter quid. Enimuero nō solum, quod quid est, quod est quidditas & intrinseca natura subiecti, potest esse medium demonstrationis, verum quodcunque aliud genus causæ. Atqui in diuisione Commentatoris capitulus hoc vndecimum continet vndecimum textum & duodecimum, habet nihilominus particulas sex. Proponit ergo primo, quod cum tunc scire arbitremur cum causam nouimus, quatuor sunt genera causarum, per quas potest concluho demonstrari. Vna quidem & dignissima est quidditas, quę importat causam formalem. Est enim alia forma partis, quæ dicitur forma Physica: vt anima est forma materiæ, & alia forma totius quæ dicitur Metaphysica: vt quidditas rei quam significat definitio quam appellamus, humanitatem, equinitatem, &c. Alia vero est causa materialis, vt partes respectu totius quæ cum sint vnitæ, necesse est totum esse. Et tertia est causa efficiens. Et quarta gratia cuius, id est, finalis. Et subdit, quod hæ omnes per demonstrationis medium ostenduntur. Non intelligit quod omnes concludantur in demōstratione, sed quod constat has omnes esse causas, cum singulæ possint esse demonstrationis medium. Subiungit singulorum generum exempla. Et in prima particula ponit exemplum de causa materiali quæ est infinita. Atqui exemplum facile esset hoc, omne materiale est corruptibile, omne lignum est materiale, ergo omne lignum est corruptibile. Ponit tamen exemplum, vt solet in Mathematicis, quod est huiusmodi: omnis angulus qui est medietas duorum æqualium duobus rectis est rectus: & omnis angulus semicirculi est medietas duorum æqualium duobus rectis: ergo omnis angulus semicirculi est rectus. Boetius, pro angulo recto, vertit lineam rectam: sed nec attingit literam Græcam, nec mentem Aristotelis. Triangulus semicirculi est ille qui describitur intra semicirculum, cuius vnum latus est diameter ipse semicirculi, & alia duo procedūt ab extremis eiusdem diametri vsque ad circunferentiam circuli, angulus qui fit in contractu circunferentiæ dicitur angulus semicirculi.

¶ Et est notandum, quod non solum vbi illa duo latera quę procedunt ab extremis diametri sunt æqualia, vbicised etiam si sint inæqualia, vbicunque concurrant in circunferentia circuli vniuersaliter faciunt angulum rectum vt hic. ¶ Sanctus Thomas claritatis & breuitatis gratia id probauit particulariter, vbi illa duo latera sunt æqualia. Si enim ille triangulus diuidatur per lineam a. b. vsque ad d. in duos triangulos æquales, patet quod angulus quem talis linea perpendicularis fecerit in centro diametri, scilicet in d. est rectus: & cum ille paruus triangulus æquiualeat duobus rectis, sequitur quod alij duo, put a. a. & medietas b. quæ sunt æquales, nō valeant alii alia in rectum: ex quo sequitur

Text. xiij. Forma duplex.

Demonstratio per causam efficientem.

Demonstratio per materiam.

sequitur quod medietas b. sit medietas recti, & per consequens totus b. sit rectus. At vero demonstratio Aristotelis procedit vniuersaliter de quocunque angulo semicirculi, quod sit rectus, quæ est trigesima conclusio Euclidis lib. 3. cuius probatio est illic, quam hic affert Aristoteles, videlicet, quod omnis talis angulus circunferentiæ circuli, æquiualet alijs duobus qui fiunt in extremis diametri, quod longum esset modo declarare: & cū omnes tres simul æquiualeant duobus rectis, sequitur vt angulus semicirculi sit medietas duorum æqualium duobus rectis, & per consequēs sit rectus. ¶ Est ergo demōstratio Aristo. omnis angulus qui est medietas duorū æqualiū duobus rectis est rectus, omnis trianguli semicirculi est medietas duorū æqualiū duobus rectis: ergo omnis angulus semicirculi est rectus. ¶ Vnde sequitur solutio argumenti, q̄ quis posset hic facere ex Aristo. 3. Metaphysicorum, dicente, quod Mathematici non demonstrant per causam materialem. Solutio inquam est, quod non demonstrat per materiā sensibilem sed bene per partem & totum. Ait enim. 6. Metaphysicorum, text. 35. quod continuitas est quędam ratio materiæ intelligibilis, vt in. 1. quæstio. 7. adnotauimus. ¶ De demōstratione per causam formalem, id est, per definitionem ex genere & differētia, excusat se Aristoteles ponere exemplum eo quod ex superioribus sitis superq̄ constat. ¶ Igitur in secūda particula. (Idē fit cum quæritur,) adiungit exemplum demonstrationis per causam efficientem, de bello Persico, quod Athenienses fuit atrocissimum aduersus Medos ita fuit quod Athenienses in fauorem foederum suorum Cretensium, aggressi sunt Sardenses qui erāt amici Medorum appellat morem illo. a. maiorem extremitatem. b. medium. c. minorem, vt fiat hæc demonstratio. Quicunq̄ue prius Medos bello lacessiuerint necesse est, vt à Medis vicissim bello vexentur. Athenienses prius Medos bello lacessiuerunt: ergo necesse est Athenienses à Medis bello vexeantur. ¶ In tertia particula. (Ea vero quorum causa.) Subiungit exemplum de demonstratione per causam finalem. Et enim deambulare post cœnam, est causa efficiens digestionis cibi, & digestio est causa finalis deambulationis: sed digestionis finis adhuc est bona valetudo. Hæc igitur demonstratio, qui cunq; dat operam ne cibus stomacho supernatet, conseruat valetudinem quicunque deambulat post cœnam, dat operā ne cibus stomacho supernatet: ergo quicunque deambulat post cœnam, conseruat valetudinem. Hæc demōstratio dicitur per causam finalem, nam medium, scilicet, non supernatare cibum, est ratio cur finis, scilicet, conseruatio valetudinis conueniat deambulanti post cœnam. ¶ Subiungit autem differentiam inter demonstrationem per causam efficientem, & demōstrationem per causam finalem, dicens: Verum mutētur, &c. Id est, differt inter has demonstrationes, quod in priori prima causa efficiens debet accipi pro medio, vt Athenienses prius aggressos fuisse Medos: sed hic prima causa efficiens debet accipi pro minori extremitate, & vltimus finis pro maiori, & prima ratio illius finis pro medio. ¶ In quarta particula, vbi incipit text. 12. (Fieri autem poterit.) Addit Aristoteles, quod aliquando contingit, vt aliquis effectus, & fiat ex necessitate causæ efficientis, & partier ex necessitate finis. Ponit exemplum de lumine transparente per laternam secundum opinionem quam supra recitauimus eorum, qui opinabantur lumen esse quoddam tenuissimum corpus: vitrum vero & parter cornu laternæ habere paruissimos poros, per quos penetrat lumen: hoc enim est falsum, quia nec lumen est corpus, nec cornu habet foramina, sed solet Aristoteles adducere exemplum aliorum. Ait ergo, quod lumen trāsparere per laternā prouenit necessitate causæ efficientis: nam cum lumen suapte natura, vt illi dicebāt, sit corpus tenuissimū & mobile, necesse est ipsum per foramina transmeare. Sit etiam ex necessitate finis, nempe vt homines beneficio luminis non errent noctu, nec pedem offendant. Subdit secundum exemplum Pythagoricum, qui putabant tonitruum fieri ex necessitate causæ efficientis: quia, videlicet, ignē extinctum in nube necesse est strepitum facere, & simul ex necessitate finis, quia, scilicet, Iupiter tonitruis & fulminibus vtitur ad deterrendum eos qui sunt in Tartaris, prauos homines. In quinta particula. (Atque plurima.) Ostendit adhuc latius quomodo hęc contingant frequentissime, & in his quæ sunt a natura, & in his quæ fiūt à proposito. Differenter tamen natura enim nunquam agit de casu, sed semper propter finem, vt late probat Aristoteles secundo Physicorum. Opus namque naturę est opus intelligentiæ. Licet enim dentes anteriores sint acuti, & molares obtusi ex necessitate agentis: tamen agens mouetur à prima causa propter finem scilicet, vt anterioribus scindamus cibum, & molaribus masticemus: vnde molares, à molendo dicuntur. ¶ At quia dixerat, ea quę fiunt ex necessitate agentis fieri à natura, ne quis vniuersaliter de omni necessitate intelligeret: subiungit duplicem esse necessitatem, aliam, scilicet, quæ est ab intrinseco, & illa est naturalis: alia vero quæ est ab extrinseco, quæ dicitur violentia. Lapis enim si dimittatur, necessario descendet: & si sursum projiciatur, necessario ascendit, non tamen eadem necessitate: descendit enim necessitate naturali, & ascendit necessitate violentiæ. ¶ In his autem, inquit, quæ à mente proficiscuntur, id est, quæ fiunt à proposito, aliqua quidem semper fiunt ex necessitate finis, vt domus, & statua, & vniuersaliter omnia quæ fiunt ab arte: alia vero sunt quę fiunt à fortuna, puta præter intentionem agentis, vt sanitas atque salus.

Molares.

Fortuna.

¶ Sanitas est quæ fit ab intrinseco, etenim quamuis infirmos sæpe sanetur ab arte, nonnunquam tamen sanatur à fortuna: fiunt namque à fortuna illa quæ fiunt præter intentionem agentis: vt si infirmus ad extinguendā sitim magnum potum aquæ frigidæ bibens, febrim præter intentionem extinguat, & ita euadat. Salus autem est quæ fit ab extrinseco: vt si quis plaustrum timens, ad domum festinet, & ita præter intentionem manus hostis fugiat, quia tum prope accidebat ipsum occisurus. Concludit tandem Aristoteles, quod quando finis est bonus, ea quæ fiunt propter ipsum, fiunt propter finem: nam intentio naturæ & artis semper sunt ad bonum, si enim natura corrumpit aquam, non est nisi vt generet ignem. Illa autem quæ fiunt à fortuna, cum fiant præter intentionem agentis, possunt & bona esse & mala. ¶ In sexta particula, eadem autem causa, post quam exempla posuit omnium quatuor generum causarum, pergit illa applicare ad demonstrationes. Vbi notandum est, quod inter causas aliæ sunt quæ fiunt simul cum suis effectibus, videlicet, quibus positis ponuntur effectus, & demptis, demuntur secundum eandem differentiam temporis: vt interpositio terræ est causa eclipsis: aliæ sunt quæ non fiunt simul necessario cum suis effectibus: vt pater meus fuit causa mei. De illis secundis dicet statim capitulo sequenti. De primis vero ponit hic conclusionem.

Text. xij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem. Per causas quę simul fiunt cum suis effectibus vniuersaliter demonstratur effectus secūdum exigentiam eiusdem temporis: vt si causa est, effectus est: si causa fit, effectus fit: si causa fuit, effectus fuit: si causa erit, effectus erit. Vt si interrogetur, cur nūc est eclipsis Lunæ? quia est interpositio terræ, cur fit eclipsis? quia interponitur terra. Quandiu durat motus quo Luna intrat vmbram terræ, terra dicitur interponi, & eclipsis fieri: quādo iam tota intrauit, eclipsis est, quia interpositio est: postquam vero exiuit vmbram: si quæratur, cur heri eclipsata fuit Luna? quia terra fuit interposita: cur cras eclipsabitur? quia eras interponetur: causam ergo fieri non est potentiam acquirere ad causandum, vt quando ædificator acquirit artem: sed est actu incipere applicari ad opus. ¶ Subiungit aliud exemplum de glacie, quā Boetius transferr crystallum, quæ est aqua congelata propter exhalationem caloris: est enim glacies, quia calor est prorsus ab aqua exhalatus: est autē glacies in fieri quando calor est in motu exhalationis, fuit glacies, quia fuit exhalatio, eritque glacies quando erit exhalatio, vnde format hunc syllogismum. Quotiescunque calor exhalatur, ab aqua congelatur: nunc calor exhalatus est ab aqua, ergo nunc aqua congelatur

De fieri & facto.
Cap. XII.

Text. xiij. SED in hisce quæ simul non sunt, an ne continuo in tempore quemadmodum nobis videtur, alia aliorum causæ sunt, ceu factum facti; fiens fientis, futurumque futuri. At constat in his ab eo ratiocinationem extruendam esse, quod postea fuit: principia autem & horū sunt ea quæ prius fuerunt. Quapropter idem & in hisce quæ fiunt seruādus est modus. Sed ab eo quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio: vt quoniam hoc fuit, hoc quod est posterius ortū est, similiter & in futuro. Siue nanque determinatum, siue indeterminatum fuerit tempus: nō erit vnquam vt cum hoc fuisse vere dicatur, & illud vere fuisse dicatur posterius inquā ipsum. In medio enim tempore falsum erit profecto, hoc ortum fuisse dicere altero iam orto. Eadē est & in futuro penitus ratio, neque quoniam hoc fuit, hoc erit. Medium enim simul semper emergat oportet, vt sit factum factorum, futurorumque futurum, & cæterorum similiter. At id quod fuit, & id quod erit, fieri nequit, vt ortum habeant simul, præterea fieri non potest, vt aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum mediū tempus. Falsum enim erit, in medio illud dicere tempore.

Text. xiiij. ¶ Considerandum est autem, quidnam sit quod continet, vt in rebus post factum esse, sit fieri. At patet facto fiens non hærere? nec enim facto factum etiam hæret: sunt enim fines ac indiuidua: nam vt punctum punc to non hæret, sic neque facto factum. Ambo nanq; sunt indiuisibilia, nec igitur ob idipsum facto fiens hærere potest: fiens enim diuisibile, factum indiuisibile constat esse: vt igitur linea se se habet ad pūctum, sic fiens ad factum: nam in eo quod fit, infinita sunt facta. Magis autem de his clarius in vniuersalibus de motu libris est dicendum. ¶ Etenim quomodo se se habeat medium, cum deinceps sit generatio, id eo vsque sumatur: nam & in his ipsis medium, & primum medio vacare necesse est: velut. a. fuit, cum sit factum. c. verum. c. posterius. a. antea fuit atque. c. principium est, ex eo quia propinquius est eo puncto, quod est principium temporis. Item. c. fuit, quoniam. d. fuit, orto igitur. d. necesse est. c. fuisse. c. vero orto necesse est. a. prius ortum fuisse. Atque si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accesseris, quod medio vacat. ¶ At vero non semper ob infinitionem medium incidit. non enim factum facto hęret, vt diximus: attamen à medio incipiēdum est, & ab eo quod nunc est primum. Idem & in futuris seruandum est: nam si verum est d. fore, verum sit prius oportet. a. fore, huius autem causa est ipsum. c. etenim si erit. d. prius. c. ipsum erit, & si. c. rursus erit. a. prius erit. Similliter autem & in his ipsis infinitio diuisionis exi stit: futurum nanque futuro non hæret, atque principium: & in ijs sumendum est, quod medio vacet. Nec autem in ipsis operibus ita se se habēt, vt diximus: nam si domus extructa est, lapides incisos fuisse necesse est. Ad id quam ob rem? quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si vero fundamenta iacta fuere, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit, pari ratione muri prius erunt: quod quidem per medium modo demonstratur eodem, iacientur enim fundamenta prius.

IN capite hoc duodecimo, quod apud Commentatorem continet text. tertium decimum, & quartum decimū, & à nobis in quatuor particulas diuisum est, prosequitur Aristoteles dicere de causis quæ non sunt simul cum suis effectibus, id est, inter quas & effectus nō est mutua conuertentia. ¶ Capitulum ab omnibus fere censetur difficillimum, cui subinde multas ac varias expositiones attribuunt. Existimo tamen nō esse adeo difficile. ¶ Notandum est igitur primo, quod dum dicitur causam non esse simul cum suo effectu, non accipitur causa materialiter pro re illa quæ est causa, nullum non est dubium, quin inter rem quæ fuit pater meus, & me, nulla sit consequentia, non enim sequitur. Paulus est, ergo Dominicus est, aut fuit, vel erit, quia potuit me non generare. Sed accipitur causa formaliter pro eo tempore quo causat. Et adhuc isto modo sunt causæ, quæ non sunt simul cum effectibus. In illo enim temporis articulo quo pater generat, filius nondum est vsque ad tempus quo animatur fœtus. ¶ Secundo notandū est, quod inter has causas quæ non sunt simul cum suis effectibus, aliquæ

aliquæ sunt quas consequuntur effectus, nō statim sed in tempore determinato à natura, posita nanque seminatione sequitur animatio fœtus post sexagesimum diem. Et proposita potione debite secundum artem, sequitur sanitas in aliquo certo tempore, dummodo sit potio quæ possit præualere morbo, & non impediatur. Sed aliæ sunt causę quas non consequuntur effectus in tempore determinato à natura, vt cum cæduntur lapides, iam quodammodo incipiunt esse causa domus, & cum ponuntur in fundamento: & tamē stat domū nō fore. ¶ Petit ergo statim Arist. quæstionem vtrum in istis, vt nobis videtur, scilicet, in superioribus, sint aliæ aliorum causæ secundum eandem differentiam temporis, vt, scilicet, præterita sit causa præteriti, & præsens præsentis, & futura futuri. Vtitur Argyropyl° hoc participio, fiens, passiuè, videlicet, virum id quod modo fit, sit causa eius quod etiam modo fit. At vero ante quam formaliter respondeat præmittit Arist. hanc conclusionem, quod videlicet in huiusmodi causis quamuis rerū generatio procedat à causis ad effectus, tamē ratiocinatio, id est, syllogismus necesse est incipiat ab his quæ posita sunt, id est, quod procedat à posteriori ad prius, scilicet. dom° est, ergo fundamēta sūt, fundamēta sunt ergo lapides scisi sunt. Nāa priori, inqt, ad posteri° cōsequētia nō valet. Hanc secūdam partem probat dupliciter. Primo, quia si effectus ponatur fieri in tempore determinato, puta tali die, vt est in naturalibus, scilicet, seminatio hominis facta est, ergo sexagesima die filius est non sequitur: nam in tempore medio, scilicet decimo die antecedens est verū & consequens falsum. ¶ Quod si quis arguat contra, quod saltem consequentia naturali sequitur, seminatio est: ergo fœtus sexagesima die animatus erit. Respondetur quòd Arist. hic non intendit negare in naturalibus esse bonas consequentias de materia si causæ non impediantur, sequitur enim, sol oritur ergo occidet, sed sibi vult dicere, quod quantū est ex natura ordinis temporis non sequitur per locum intrinsecum in huiusmodi causis, causa actu causat, ergo effectus actu fit. Facta ergo seminatione, antecedens est verum, scilicet, quod causa in genere causę respectu filij iam est posita, & tamen effectus non est. ¶ Nec etiā sequitur in tempore indeterminato. Fundamentum iactum fuit, ergo domus aliquando erit, Concludit ergo quod huiusmodi consequentia mutua non est, nisi vbi medium & causa simul emergit, id est consequitur cum effectu, scilicet vt si causa sit præterita, effectus sit præteritus: & si effectus est futurus, causa sit futura, vt dictum est in calce superioris capitis. ¶ Addit secundam probationem ibi. (Præterea fieri.) Ait enim quod inter illud instans in quo ponit causa & illud in quo sequitur effectus, non potest signari vnum tempus determinatum, scilicet, vna hora, aut tēpus indeterminatū quodcunque in quo illa consequentia sit bona à causa ad effectum. ¶ In secunda particula, vbi incipit text. 14. (Considerādum est autem.) postquam ostendit in istis quod à causa ad effectum non sequitur reuertitur ad explicādam quomodo à posteriori valeat syllogismus ad prius. Et quia demonstrator si demonstrat a priori debet incipere à causa immediata, dubitat hic vtrum in istis possit dari causa immediata effectus. Et dubium oritur ex quadam eius doctrina. 6. Physi. text. 4. & infra vbi ostendit quod in his quę fiūt mota successiuo, motus ipse vt calefactio diuiditur sicut tempus in quo fit. Et quemadmodum in tempore, quęcunque pars tēporis est diuisibilis, quia tempus est ex genere quantitatis, instantia vero continuantia partes sunt indiuisibilia, ita & motu calefieri, quia dicit°, motum est quid diuisibile, sed calefactum esse est indiuisibile: nam in quolibet instanti est aliquod calefactum esse, id est, aliquis certus gradus caloris acquisitus, qui non erat in alio. Vnde sicut duo instantia non possunt esse immediata, ita neque duo calefacta possunt esse immediata. Non enim possunt lignari duo certi gradus caloris, scilicet vt vnum, & duo, qui acquirātur immediate, sed in medio tempore fuit acquisitus cum dimidio, & ante illum gradus cum vna quarta, &c. Item sicut tempus nō continuatur instanti, nam continua sunt quorum vltima sunt vnum, & instantis non habet vltimum cum sit indiuisibile, sed per instans continuantur partes temporis: ita nec fieri & factum esse propriè continuantur, sed vnum factum esse, scilicet, gradum. & vnū esse acquisitum continuat fieri præteritum cum fieri futuro. ¶ Et hoc est quod ait. Aut pater facto fiens non hęrere. &c.) id est, factum esse, non continuari huic quod est, fieri, nec vnū factum alteri facto: sed facta esse sunt indiuidua, id est, indiuisibilia sicut puncta lineæ, fieri autem, sunt diuisibilia sicut est linea. ¶ Remittit se tamē ad libros Physicorum: puta ad sextū ibi latius hoc patēt. ¶ Igitur in tertia particula. (Etenim quomodo) ex his formāt dubiū cum in his successiuis, fieri quod est causa ipsius, factum esse, non posse esse illi immediatum, nec vnum factum alteri facto, quomodo dabitur in his immediata causa vltimi effectus? Et respōdeo stat in hoc, quod instās præsens est sicut principium tam tē poris præteriti quam futuri, quia continuat ambo: & ideo respectu præteriti, causa vel effectus simpliciter posterior, censetur prioritquia est propinquior huic instāti, quod est principium. Simus ergo nunc in instanti quo domus iam est facta (qui est vltimus huius) & detur prima causa puta lapides fuisse dejectos, quæ sit a. & secunda puta parietes fuisse erectos, sit. c. & domum esse nunc factam, quæ sit demonstratio à posteriori quod est huic instanti propinquius ad prius, scilicet, si domus est facta, parietes sunt erecti: & si parietes sunt erecti, lapides fuerunt dejecti: ergo de primo ad vltimum si domus est erecta, lapides sunt dejecti. Quod si stat aliud mediū inter. c. & a. scilicet fundamēta esse iacta fit alia demōstratio: si parietes sunt erecti fundamēta sunt iacta: & si fundamēta sūt iacta lapides sunt dejecti: ergo. &c. Quoadusq; inquit Arist. veniatur ad id quō medio vacat, id est, ad causam immediatam. ¶ Sed in quarta particula. (At vero) mouet dubium, cum in istis vt dictum est videatur esse processus in infinitum: quia inter duo facta esse mediant infinita, sicut inter quæcunque duo instantia, videtur quod nunquam sit deuenire ad immediatū. Respondet, nihilominus quod in ipsis operibus non ita res se habet sicut in successione motus: nā incipiendum est respectu præteriti ab instanti præsenti in quo dom° est extructa, & illa causa quæ huic est proxima est immediata. Sit proportionabili modo se habet res in futuris. Sumendum enim est aliquod vltimū instans in quo effectus est factus, & causa illi proxima syllogizandū est versus instans præsentis: nam in futuro ea causa quæ instāti præsenti est proxima, est remotior & mediatior respectu vltimi finis, e conuerso ad præteritum. Ex quo sequitur conclusio intenta in hoc capite videlicet, quod in causis quæ non sunt simul cum suis effectibus demonstratio debet incipere ab vltimo fine, & procedere ad causam primam & immediatam.

Conclusio.

Text. 14.

Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De circulari demonstratione. Cap. XIII.

SED quoniam in hisce quæ fiunt, generationem quandam modo circuli conuerti videmus, fieri potest vt idipsum sit, si medium & termini mutuo se sequantur. In iis enim consistit ipsa conuersio. Atque id ipsum in sermonibus primis ostendimus, conuerti inquam ipsas cõclusiones. Hoc est enim circuli modo ratiocinationem conuerti: In rebus autem ipsis hoc videtur fieri modo. Humida facta pluuia terra, vapor necesse est oriatur: quo quidem orto, nubem cõstare necesse est: qua facta, fieri aquam, quæ orta terra pluuia necesse est humectetur, hoc autẽ id erat, quod initio sumpsimus. Quare modo circuli conuersio fuit: quicquid enim ex his e sumpseris, aliud sequitur quidem, & illud cum sit, aliud item est, quod rursus cum sit, primum ipsum emergit.

Tex. xvj. ¶ Sunt autem rerũ nonnullæ quæ fiunt vniuersaliter: semper enim & omnes, aut eodem modo se se habent, aut eodem fiunt pacto. Nonnullæ sunt rursus quę semper quidem eodem modo non fiunt, fiunt tamen plerumque: nam non omnis quidem mas homo barbam emittit: fit tamen plerumq;, vt homo mas barbam emittat, talium igitur & medium esse plerumque necesse est: nam si tam. a. de. b. quã b. de. c. vniuersaliter prædicetur, & a. de. c. necesse est, & semper, & de quolibet prædicari: id enim est vniuersaliter prædicari de omni semperque dici. At supponebatur. a. plerumque de c. prædicari, necesse est ergo medium etiam ipsum. b. conditionem eandem subire, ac esse plerumque. Erunt igitur & eorum quæ sunt plerumque, ea medijs vacantia principia, quę plerumque sic sunt, vel fiunt.

HOC capitulum xiij. in diuisione Commentatoris continet alios duos textus, scilicet 15. & 16. In text. 15. postquam in superiori capite visum est, quomodo to causis directe ordinatis demonstratio incipiat ab illa quæ est proxima effectui, & procedat vsque ad primam & immediatam, determinat quomodo sit facienda demonstratio circularis in causis circularibus. Ereuim secundo de generatione, textu. 63. docet, quod sicut motus cæli qui est causa omnium anteriorum est circularis; ita contingit aliqua circulariter generari. Exempli gratia, ex terra madefacta officio solis eleuatur vapor, ex qua condensata nubes resoluitur in pluuiam: qua rursus terra madefacta eleuatur alius vapor, vnde iterum fit nubes, & ita fit circulus. Ait ergo Aristoteles, quod potest elenatio vaporis demonstrari ex descensu pluuiæ hoc modo. Si vapor eleuatur, madefacta fuit terra: & si madefactus fuit terra, a pluuia fuit madefactus: & per consequens de primo ad vltimum, si vapor est eleuatus, causa fuit pluuiæ. Et è conuerso descensus pluuiæ demonstratur ex eleuatione vaporis. Fluuium vero si descendit pluuia, condensata fuit nubes: & si condensata fuit nubes, eleuatus fuit vapor, & per cõsequens de primo ad vltimum, descensus pluuiæ factus est ex eleuatione vaporis. ¶ Est tamen hic duplex dubium: vnum naturale ex. 2. Metaphy. text. 5. vbi ait Aristote. quod in causis rum efficientibus quam materialibus quum finalibus est deuenire ad primam causam, in circulo autem nõ datur prima. ¶ Alterum dubiũ est dialecticum ex supradictis libro. 1. cap. 5. vbi dictum est, quod non datur circulus in demonstrationibus. ¶ Ad primum respondetur, quod in causis per se nõ contingit circulus: est enim causa efficiens pluuiæ calor solis, qui producitur fluuie, & non è conuerso: & causa materialis per se pluuiæ non est solus vapor, imo ex quocunque elemento potest generari aqua mediante, vel immediate, nec ex omni vapore generatur aqua. Sed præterea respondetur, quod illa pluuia numero ex ipsa generatur vapor, non potest postea generari ex eodem vapore genitos, sed est solum circulus in eadem specie, vt ex. a. aqua generetur. b. vapor, & ex. b. vapore. a. aqua. & ex. c. aqua. d. vapor, &c. ¶ Vnde respondetur ad secundum dubium, vt diximus quæstione. 1. quod solum prohibetur circulus in eisdem causis numero, vt ita demonstretur per. b. & b. per. a. tamen in eisdem secundum speciem nihil vetat dari demonstrationem circularem, & maxime quando præmissæ & conclusio conuertuntur: vt dictum est capitul. 9. text. 29. quem locum citat hic Aristoteles, dicens id ipsum in sermonibus primis ostendimus. ¶ In text. 16. (Sunt autem rerum, &c.) Ostendit quomodo fiat demonstratio in his quæ non fiunt semper, sed frequenter: qualis est generatio pluuiæ ex vapore: natu hac de causa annexit hunc textum superiori. Ait enim esse res quæ fiunt vniuersaliter, scilicet, posterioristice; ita vt & semper fiant, aut fiant, & in omnibus subiectis eiusdem speciei, vt hominem esse risibilem, talem quotidie oriri, & occidere. Alia vero sunt quæ fiunt frequenter, licet nonnunquam deficiant, vt masculum certo tempore barbam emittere. Et dicit, quod proportionabiliter debet accipi medium, vt videlicet ad concludendum effectus quæ sunt de omni & semper, sumatur medium quod conuenit omni & semper: sed ad concludendum effectum qui conuenit frequenter, sumendum est medium quod conuenit frequenter. Nam si effectus, inquit, conuenit frequenter, & medium omni & semper, contingeret præmissas esse veras, & conclusionem falsam, vt si tam. a. maior extremitas de. b. medio, quam. b. de. c. minori necessario prædicetur, sit vt necessario. a. conueniat ipsi. c. si vero admittas solum illi conuenire vt plurimum, tunc quando non conuenerit, dabuntur præmissæ veræ, & conclusio falsa.

Duplex dubium.

Text. xvj.

De inuestigatione quod quid est. Cap. XIIII.

AT enim quoniam pacto ipsum quid est ad ratiocinationis terminos accommodetur, & quomodo vel est ipsius, vel non est demonstratio

monstratio definitiove satis antea pertractauimus: nunc dicendum esse videtur, quonam pacto venari nos ea oportet, quæ hoc ipso quid est prædicantur. Eorum itaque semper eiscunque competunt, quædam extendunt se se quidem ad plura, non tamen genus egrediantur suum. Atque ea se se ad plura extendere dico: quæ quanquam vniuersaliter eiscque competunt, non tamẽ soli, sed etiam alijs insunt. Est enim quoddam quod omni competit trinitati, & etiam non trinitati. Esse enim ipsum, & trinitati, & etiam non numero competit: at impar esse & ipsum cuius trinitatis, & alijs etiam pluribus, quinario nempe competit; non tamẽ genus hoc egreditur: quinarius enim numerus est, & extra numerũ impar nihil est. ¶ Talia igitur eousque sumenda sunt, quousque tot fuerint sumpta primo, vt vnum quodque quidem illorũ pluribus competat, cuncta autem simul non ad plura se se extendant: hanc enim necesse est substantiã esse rei definiendæ: velut omni trinitati competit, vt sit numerus, vt sit impar, vt sit primus: idque vtroque modo, & quia non mensuratur numero, & quia non ex numeris constat: igitur iam ipsa trinitas est, numerus inquam impar primus, atque hoc pacto primus. Horũ enim prima, cæteris etiam vniuersis imparibus insunt, vltimum dualitati etiam competit: at vniuersa simul nulli præter trinitatem numero competunt. ¶ Cum autem necessariã quidem sint, ea quæ hoc ipso quid est, prædicãtur; vt antea patefecimus: vniuersalia namque necessaria sunt, trinitati vero, velcuiuis alij sic competunt ea quæ sumuntur, hoc modo necessario quidem trinitas ea quæ diximus, erit. Substantiam autem hæc eius esse, rationemve ex hisce patere potest. Nam si id quod assignauimus, non sit ipsis ratio trinitatis: necesse est ipsum quasi genus quoddã ipsius esse, aut nomine vocitatũ, aut nomine carens. Igitur non trinitati modo, sed præter ipsum alijs etiam competet. Genus enim huiuscemodi ponatur esse naturæ, vt insit potentia pluribus, atq; ad plura se se extendat, quod si istud præter individua alij nulli competit rei, id erit profecto ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur, id cuiusque substantiam esse, quod vltimum de individuis taii dicitur modo. Quare similiter, & in quibusuis alijs id erit cuiusque ratio, quod hoc ostenditur modo.

1. Documẽtum.

Text. xviij. ¶ Oportet autem eum notum aliquod quispiam tractat, genus in ea diuidere quæ sunt prima, atque individua specie, velut numerum in dualitatem trinitatemve, deinde illorum eniti definitiones accipere, vt rectæ lineæ: & circuli, atque anguli recti, post hoc sumpto quidnam sit genus, vtrũ quantitas, an qualitas proprios effectus per communes primos contemplari: nam ea quæ ijs accidunt quæ componuntur ex individuis, ex definitionibus innotescent, propterea quod definitio simplexque principium est omnium: & ea quæ simplicibus accidant per se quidem ipsis solis, per ipsa vero cæteris competunt.

2. Documẽtum.

Text. xix. ¶ Atqui diuisiones quæ per differentias proficiscuntur, vtiles ad hoc pacto vestigandas definitiones sunt, ipsas tamen non ostendere, dictum est prius: vtiles autem erunt hoc pacto solum ad ratiocinandum ipsum quid est. Atque videbitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed vniuersa statim sumere: perinde atque si eadem ab initio sine diuisione quispiam sumeret. ¶ Refert autem ea, quæ prædicantur; primum, an posterius prædicentur: veluti si animal mite, bipes, an bipes animal mite dicatur. Etenim si è duobus omnis definitio constet, & vnũ quid sit ipsum animal mansuetum, atque rursus ex hoc & differentia fiat vnum, homo inquam, vel quicquid tandem id sit quod vnum efficitur, necesse est dividentem petere semper.

3. Documẽtum.

¶ Præterea hoc pacto dunt taxat fieri potest, vt nihil eorum permutetur quæ sunt in definitione ponenda: sumpto nãque genere primo si accipiatur aliqua diuisionum inferiorum, non omne cadet in illam: ceu non omne animal, aut continuarum, aut diuisarum alterum est, sed volatile animal omne: huius est enim hæc differentia. Prima autem animalis ea est differentia, in quam omne animal cadit, & cuiusque cæterorum similiter generum, & eorum quæ sunt extra animal. Et eorum quę sub ipso sunt collocata. Ceu volucris ea est differentia prima, in quam omnis volucris cadit, vt pisces itidem ea, in quam omnis piscis. Hoc igitur si proficiscatur quispiam pacto, sciat nihil prorsus prætermisisse: quod si non hoc modo procedat, & prætermittere eum necesse est, & id ipsum quoque nescire.

4. Documẽtum.

Text. xx. ¶ Non autem oportet eum qui definit ac diuidit, omnia scire quæ sunt: quanquam nonnulli censent fieri nõ posse, vt quisquam vnquam differentias ad vnumquodque cuiusque sciat, nisi scierit vnum quodque: sine vero differentijs nunquam fieri posse, vt quicquam sciat. A quo namque non differt quippiam, idem quod illud inquiunt esse: à quo vero differt, ab eo diuersum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse. Primo igitur hoc est falsum: nõ enim quã uis differentiæ sunt res diuersæ. Complures enim insunt rebus eisdem specie differentiæ, sed non per substantiam, neque per se. Deinde vũ quispiam acceperit ea quæ opponũtur, & differentiam, & omne, aut in hanc partem, aut in illã cadere dixerit, sumpserit quę in altera parte rem eam quã quærit esse, & idipsum cognouerit, nihil refert si sciat, nec ne de quibus aliæ differentiæ prædicantur. Patet enim eum habiturum esse rationem substantiæ, si sic proficiscens ad ea tandem peruenerit, quorum vlterius non est differentia. ¶ Omne autem in ipsam diuisionem cadere, si sint ea opposita quorum non est medium quicquam postulatio non est. Necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si illius est differentia.

Textus xxj. ¶ Ad extruendam autem, probandamve per diuisiones definitionem, hæc tria sunt obseruanda. Primum, vt ea sumantur, quæ hoc ipso quid est prædicantur: secundum, vt hæc ita disponantur, vt primum primo, secundum secundo in loco ponatur: tertium, vt hæc omnia sint. Atque primum istorum erit, si possumus quemadmodum ad accidens ratiocinari, ipsum inquam competere, & per genus probare. ¶ Secundum fiet, si ipsum primum sumpserimus: hoc autem erit, si id accipiatur quod tale est, vt ipsum quidem omnia deinde sequantur, omnia autem ipsum è contra non sequantur: necesse est enim aliquid esse tale: quo sumpto, idem iam erit & in inferioribus modus. Id enim erit, secundum quod cæterorum est primum: & id etiam tertium, quod est hærentium primum: supero namque sublato, id quod hæret cæterorum erit primum, vt patet. Et in cæteris eodem modo. Patebit autem hæc omnia esse, quod erat tertium, si sumpserimus primum ipsum per diuisionem, omne aut hoc animal esse, esse autem hoc: & rursus totius differentiam, huius vero extremi non vlterius differentiam esse: vel etiam statim, cum vltima differentia ab ipso toto non differre id specie. Patet enim, neque plus quam oportet quicquam additum esse: omnia namque sumpta, hoc ipso quid est prædicantur: neque quicquam deesse: nam aut genus, aut differentia esset. At genus est ipsum primum, & hoc cum differentijs simul est sumptum: differentiæ etiam vniuersæ sunt sumptæ, nulla enim prorsus posterior est. Specie namque differret ipsum extremum. At hoc dictum est non differre.

Textus xxij. ¶ Quærere autem oportet, inspiciendo primum ad ea quæ sunt similia, & nullam inter se differentiam habent, quidnam idem habeant vniuersa, deinde ad alia quæ sub eodem cum illis genere collocantur: & sunt quidem eiusdem inter se speciei ab illis autem specie sunt diuersa. Atque si in ijs accipiatur aliquid penitus idem, & in alijs simili modo, rursus considerandum est, si in ijs quæ sunt sumpta, sit aliquid idem, quousque ad vnam rationem fiat accessio. Hæc enim erit ipsius definitio rei. Quod si non ad vnam rationem, sed ad duas vel plures itur, patet id quod quæritur non vnum quid esse, sed plura. ¶ Veluti si quæratur quidnam sit magnitudo animi, considerandum est in aliquibus, quos quidem scimus esse magnanimos, quidnam habeant vnum omnes, eo pacto quo tales esse dicuntur. Ceu si Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles: ac etiam Aiax quid vnum omnes habeant. Atque id est eos contumeliam non ferre: nam primus, intulit bellum: secundus iratus, se à socijs defendendis seiunxit: tertius, sibi mortem conscuit. Rursus in alijs considerandum est, vt Lysandro ac Socrate, quidnam & istis inerat vnum. Atque id est æquabiliter se se habere in secundis, atque aduersis rebus fortunæ. His sumptis, considero quidnam idem habeant hæc, æquabilitas inquam in rebus fortunæ, & pati cum illata contumelia est, non posse. Quod si nihil habeant idem, duæ profecto magnanimitatis species erunt. Omnis autem definitio vniuersalis est semper. Medicus enim salubre non cuidam oculo, sed aut omni, aut specie determinato definit.

Quod species facilius quam genera definiatur.

Cap. XV.

AT QVE facilius definire singularia quã vniuersale est. Quapropter æquiuocationes enim in vniuersalibus magis latent, quã in ijs quæ nõ differunt. Vt autem in demonstrationibus ratiocinandi forma, sic in definitionibus dilucidi tas insit oportet: quæ quidem fuerit, si eorsum id definiat quispiam quod in pluribus generibus est, per ea quæ in vno quoque dicũtur: veluti simile non omne, sed id quod in coloribus & figuris est: & acutum similiter, quod est in voce: & sic ad ipsum cõmode proficiscatur, caues ne æquiuocationẽ offendat. Quod si neque

neque differre translationibus oportet, patet neque definire oportere, aut translationibus, aut hisce quæ per translationem dicuntur. Erit enim necessitas, vt translationibus differatur.

HOC est quartum membrum, atque adeo postissimum huius libri, in quo postquam in secundo visum est non posse, quod quid est, demonstrari, tradit in his duobus capitulis Aristoteles, modum quo venari, inuestigareque possumus genus & differentiam quibus constituitur quidditatiua definitio. Atqui in diuisione Commentatoris capitulum hoc decimum quartum vsque ad sex textus attingit. In primo qui est numero decimus septimus, constituit statim qualia debent esse illa, ex quibus definitio quidditatiua componitur: habetque tres particulas. In prima proposita prius intentione quæ est dicere quo pacto nos oporteat venari, quod quid est præiacet distinctionem. Eorum, inquit, quæ semper & vniuersaliter de quolibet supposito subiecti prædicantur: alia sunt superiora, quæ, videlicet, excedunt subiectũ, non tamen transgrediuntur genus generalissimũ subiecti, alia sunt quæ transgrediuntur genus ipsius subiecti. Exempli gratia, de ternario prædicatur ens necessario & vniuersaliter, transgreditur tamen generalissimum ternarij, quia nõ solum quantitati, sed qualitati & substantiæ conuenit, at vero impar numerus superior quidem est quam ternarius, quia compertit quinario & alijs, non tamen excedit generalissimum, quia solum dicitur de numero. Idem exemplum est de his prædicatis, animal, corpus respectu hominis. ¶ In secunda particula, (talia igitur.) subdit quales esse debent partes definitionis. Est ergo conclusio. Definitio quidditatiua constituitur quando componuntur plures partes quæ essentialiter prædicantur, quarum singulæ sunt superiores ad definitum, collectio tamen omnium conuertitur cum ipso. Exemplum est, si dicas, ternarius est numerus impar vtroque modo: primus numerus enim alijs conuenit quam ternario, & pariter numerus impar, & pariter numerus vtroque modo primus: numerus enim dicitur vno modo primus, quia non mensuratur numero, id est, cuius numerus non est pars aliquota, sed sola vnitas, & isto modo non solum ternarius, sed quinarius & septenarius est numerus primus: alio modo dicitur primus, quia non componitur ex pluribus numeris, & isto modo inter impares solus ternarius est primus: nam quinarius componitur ex ternario & binario, ternarius vero solum ex binario & vnitate quæ non est numerus. Sed tamen isto modo etiam binarius est primus, est enim binarius isto modo primus inter pares, & ternarius primus inter impares. Ait ergo Aristoteles, quod singulæ particulæ sunt superiores ad ternarium, tamen omnes simul conuertuntur cum ternario: quia per hoc quod est primus secundo modo separatur ab alijs imparibus, & per hoc est quod impar separatur à binario. ¶ Est tamen hic dubium ex Aristotele 7. Metaphysicorum, text. 43. vbi ait, quod vltima differentia conuertitur cum specie: ex quo sequitur, quod nõ est necesse, vt quælibet pars definitionis per se sit superior ad definitum. ¶ Respondetur, vt diximus in prædicabilibus capitulo de differentia, quod inuenta vltima differentia illa quidem conuertitur cum specie, sed quia est difficillimum vltimas differentias singularum specierum inuenire, illam solet semper Aristotel. per plures communes circunscribere. Sicut qui opinantur intelligentias, aut corpora cælestia esse animalia rationalia (quos forte secutus est Porphyr.) dicit hominem esse animal rationale mortale, quorum quælibet pars excedit definitum, & omnes simul conuertuntur cum illo. ¶ Hic tertia particula. (Cum aute necessaria.) Probat id quod intendit in hoc primo text. videlicet, quod talis prædicatorum compositio sit definitio quidditatiua. Et ratio est hæc. Talis collectio prædicatorum conuenit quidditatiue vniuersaliter subiecto, id est, omni vero individuo & semper (semper enim loquitur de vniuersali posterio rissimo) & conuenit etiam conuertibiliter, ergo est definitio. Antecedens supponit ex dictis, & probat consequentiam: nam dato oppositio quod non est definitio, sequitur quod erit genus postquam quidditatiue prædicatur: & per consequens conuenit alijs à ternario, cuius contrarium supponũ est, quod si non est genus, sequitur vt sit definitio, quia non est aliud quidditatiuum prædicatum. ¶ In text. 18. (Oportet autem.) Constituto qualia debent esse ea ex quibus definitio quidditatiua componitur, incipit tradere modum quo sit inquirenda. Et tradit duos modos, scilicet, via diuisionis in quantũ ex tibus, & via compositionis in textu. 22. ¶ Atqui primũ documentum quod hic raro intelligitur, & est nihilominus initium inquirendæ definitionis est, quod cum quis tractat aliquod totum, id est, cum inquirere vult definitionem alicuius speciei, siue specialissimæ, siue subalternæ, quæ dicitur totum, eo quod componitur ex genere & differentia, statuere debet primum omnium in quo sit prædicamento. Quod facturus est diuidendo genus, id est, quodcunque prædicamentũ à generalissimo procedendo vsque ad individua in specie, scilicet, specialissimas species, videlicet, per arborem prædicamentalem, vt quantitatem in continuum & discretum, discretã in numerum parem & imparem, & parem in numerum primum (qualis est) qualis dualitas & compositum est numerus (quaternarius & alij) & eodem modo imparẽ, & ita venietur ad dualitatem & ternarium quę sunt duę species specialissimæ. Et cũne cuiuscunque speciei inueniganda est definitiõ, id est, proprietates, vt dignoscatur illa species quæ proponitur definienda in quo sit prædicamento: vt puta quid sit linea recta, quid circularis. Transfert se ad species quantitatis continuæ, vt ostendat eandem esse rationem in continuis & in discretis. ¶ Post hoc, inquit, sumpto per huiusmodi diuisiones & proprietates, quidnam sit genus speciei definiendæ, videlicet, ad quod prædicamentum pertineat, sit ne quantitas, an qualitas, &c. per effectus communes illius prædicamenti inuestigandæ sunt propriæ differentiæ illius speciei. Exempli gratia, vestigare quis intendit definitionem hominis, perpendat primum sit ne substantia, an quantitas, aut qualitas: id autem cognoscet per modos intrinsecos, & per proprietates prædicamentorum, pura sit ne per se an in alio. (Nam ea, inquit, quæ his accidunt quæ componuntur ex individuis, id est, simplicibus.) ex definitionibus innotescent, scilicet, simplicium: nam definitio simplex principium est omnium inferiorum, & quæ simplicibus per se accidunt, ratione ipsorum simplicium conueniunt compositis. Simplicia hic vocat superiora genera, composita vero inferiores species, quippe quæ ex superioribus generibus addita semper differentia componuntur. Exempli gratia, esse per se est modus intrinsecus qui per se primo conuenit substantiæ: corpori autẽ & animali, & homini conuenit in quantum sunt substantiæ: esse subiectum diuisionis secundum trinam dimensionem per se conuenit corpori, sed animali & homini conuenit in quantum sunt corporalia & ita deinceps. Habito ergo, quod hom-

Tex. xvlij.

Primum documentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est substantia postquam est per se: inquirendum est, sit ne corpus, an spiritus; cognoscetur autem esse corpus, quia est subiectum trinæ dimensionis, quo habito inquirendum est, sit ne animatum, an inanimatum: cognoscetur per proprietatem animati, quæ est per se moueri: & habito quod sit animatum, videdum est quod, an sit animal, per sensibile, quod per se conuenit animali: & deinde videdū, sit ne rationale, an irrationale, per hoc quod est vti ratione, aut non vti ratione. Et hoc modo definitio simplex, id est, superioris est causa innotescēdi compositæ, id est, inferioris. ¶ In textu. 19. (Atqui diuisiones.) Addit ad maiorem explicationem alia tria documenta: post primum ergo iam dictum. Secundum documentum est, quod diuisiones generum debent fieri per differentias proximas oppositas, vt numerus diuidatur per parem & imparem. Nam si fieret diuisio per singulas species abiret in infinitum, aut saltem non possemus illas comprehendere, vt pater in speciebus animalis. At ne videatur sibi ipsi contradicere, quippe qui dixerat capitu. 5. quod quid est, non demonstrari per diuisionem: respondet, quod per diuisionem non demonstratur quod quid est, ad sensum supradictum, sed inuestigatur: non enim per diuisionem concluditur, quod animal rationale sit quidditatiua definitio hominis, quia nec demonstratur illas partes esse genus & differentiā, sed supponitur quod proprium substātiæ sit esse per se, & proprium corporis sit esse subiectum diuisionis, & ita ex suppositionibus peruenitur ad hoc, quod homo sit animal rationale: an vero illæ partes significent essentiam hominis philosophus naturalis examinat, aut metaphysicus. ¶ Tertium documentum est. Referre autem, &c. id est, differt quo ordine partes definitionis ponantur: illa enim quæ contrahitur debet præcedere, quæ contrahit debet subsequi, vt genus debet præcedere differentiam: & inter differentias, illa quæ contrahitur. Ponit tamen primum exemplum de differentijs, quarū vtraque potest per alteram contrahi, vt mansuetum & bipes, quod vnumquodque est commune homini, & aliquibus brutis: nihilominus cū dicitur, homo est animal mansuetum bipes: denotatur quod mansuetum constituat cum animali vnum genus quod contrahitur per bipes, distinguens hominem ab equo qui est quoque animal mansuetum: sed cum dicitur, homo est animal bipes-mansuetum, è conuerso mansuetum contrahit bipes distinguēs hominem à vulture. ¶ Quartum documentū est ibi. (Præterea hoc.) vt patet in diuisione nihil omittatur eorum quæ intrant definitionem. Vbi notandum est, quod omnes differentiæ superiorum generum formaliter, aut virtualiter pertinent ad definitionem speciei: nam vt in arbore Porphyriana dictum est, differentia diuisiua superioris generis est inferioris constitutiua. Si ergo quis diuideret superius genus per differentias remotas diuisiuas inferioris generis, vt si quis diuideret substantiam per gressibile, reptile, & volatile, & aquaticum, prætermitteret multas species substantiæ, quibus illæ differentiæ non competerent: nam illæ solū sunt differentiæ animalis: & ideo cum illæ differentiæ non distinguerent totam essentiam substantiæ, nō sufficerent ad inuestigandam definitionem cuiuscunq; substantiæ. Ponit exemplum de animali, quod non debet immediate diuidi per animal continuarum alarum (quales est vespertilio) & animal diuisarum (quales sunt aliæ aues) quia animal non cadit, id est, non comprehenditur totum sub illis speciebus quę solum sunt differentię animalis volatilis: ied animal primo diuidendum est per volatile, gressibile, &c. Et ita cōcludit procedendū esse

Documentum.

Documentum.

Documentum.

in diuisione per differentias immediatas. ¶ In text. 20. (Non autem oportet.) Respondet duabus falsis opinionibus. Prima erat dicentium neminem posse cognoscere differentiam quidditatiuam alicuius speciei, nisi cognoscat omnia rerum genera & species: nam hoc non differre ab illo, est esse idem cum illo, & differre ab illo, est esse diuersum: vnde illi inferebant quod nemo potest scire, quibus homo differat quin cognoscat omnia entia à quibus differt. Diluit autem hunc errorem dupliciter. Primo, quia multæ sunt differentiæ accidentales rerum quæ ad earum quidditatem nihil pertinēt, quas prosiade impertinens est cognoscere ad cognoscēdam quidditatem: vt ad cognoscendum quid est homo, nihil refert scire, quid est album, aut magnum, aut simile, &c. Et præterea cum quispiā diuiserit genus per differentias contrarias, & acceperit illam, qua constituitur species, non indiget comprehendere alia omnia quæ comprehenduntur sub contraria differentia: vt diuisi genere per rationale & irrationale, & habito quod homo est animal rationale: nihil amplius ea oportet scire vniuersa quæ continentur sub irrationali. ¶ Secūda opinio erat dicentium, quod qui vtitur huiusmodi diuisione, necesse est vt postuler & petat à respondente genus quod diuiditur contineri sub aliquo membro diuisionis, quo insinuabant illud non esse necessarium. Dicit ergo Aristoteles, quod qui diuidet genus per immediatas, & oppositas differentias non necesse habet hoc petere, quia necessarium est vt genus sub aliqua oppositarum differentiarum contineatur, omne enim animal, aut rationale est, aut irrationale. Secus si diuisio fieret per positiuas differentias: vt animalium, aliud gressibile, aliud volatile, aliud reptile, aliud aquaticum: nō enim est euidens non esse alias species animalis nobis forsan ignotas. ¶ In textu. 21. Ad extruendam autem, exclusis erroribus eorum quæ non requirantur ad diuisionem quæ quæritur quidditatiua definitio ponit tria quæ requiruntur. Primum, vt sumantur ea quæ quidditatiue prædicantur. Secundum, vt disponantur in definitione ordine iam dicto in textu. 19. Postremum est, vt ponantur in definitione omnia quæ requiruntur ad explicandum quidditatem & essentiam definiti. Atque primū, inquit, obseruabitur si ratiocinemur ad genus, quemadmodū ad accidens, id est, si per definitionem generis positam in primo Topicorum, capite quarto: examinemus an id quod ponitur loco generis sit genus, sicut per definitionem accidentis examinamus an aliquid sit accidens.

¶ Secundum autem fiet, id est, secundum obseruabitur, si inter differentias illa præcedat quæ sequitur inconsequentia ad omnes alias, non autem alię sequuntur ad ipsam, nempe si fuerit superior ad alias: vt si dicas, homo est animal gressibile bipes, sequitur enim hoc est bipes: ergo gressibile, quare bipes contrahit gressibile, & non, è conuerso: sicut sequitur, est gressibiles: ergo animal, & non è conuerso. ¶ Patebit autem hæc omnia esse, &c. id est, tunc definitio constabit ex omnibus quæ pertinent ad eius quidditatem, si in diuisione à generalissimo incipientis nullum intermedium prætermittamus, sed vt dictum est per intermedias semper differentias diuisio descendat. ¶ Concludit ergo, dicens: manifestum enim est, &c. Concludit inquam, quod isto modo constituetur adæquata & conuertibilis definitio quæ nec plus, nec minus continet quam requiritur: nam si sola prædicata quidditatiua sumantur, non cōtinebit plus, quia quicquid quidditatiue prædicatur de specie, aut est genus, aut differētia illius. Aut differentiam prædicari in quid, non sursorsum accipiatur,

Text. xx.

Text. xxj.

tur, nam tunc solum prædicatur essentialiter: sed quia pertinet ad quidditatem rei: & ideo addita generi, tota definitio prædicatur in quid: quod autem talis definitio non contineat minus, patet per id quod modo dicebamus, si in diuisione nihil prætermittatur, cum enim ventum fuerit ad vltimam differentiam, quæ amplius diuidi non potest, illa demum adæquate conuertetur cum definito. ¶ In textu. 22. quærere autem tradit Aristoteles altam secundam artem venandi definitionem modo compositiuo. Ait enim, quod ad iudicandum rei alicuius, aut formæ definitionem debent primo similia considerari & dissimilia: & deinde videre, an aliqua sit vna ratio communis omnibus illis, quod si fuerit, signum est quod conueniat illis vna definitio. Si vero non reducantur nisi ad duas, aut plures, non comprehenduntur sub vna definitione. Exempli gratia. Considero vnum hominem esse rationalem, & alium, & omnes, & video equum homini dissimilem, esse hinnibilem, & pariter vniuersos: quæ rationes nō comprehenduntur sub vna, sicut albedo & nigredo comprehenduntur sub vna ratione visibilis: & ideo homo & equus habent diuersas definitiones. Exemplum Aristotelis est de magnanimitate (seu si Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, & Ajax.) Boetius vertit Alcides, qui est Hercules: tamen in Græco non est nisi Alcibiades, qui cum Athenis ægre ferret Niciam sibi honoribus præferri, ad Lacedæmonios defecit, cum quibus propriæ patriæ bellum intulit. De Achille vero nota est historia, qui cum in expeditione esset Græcorum aduersus Troiam, ob ereptam sibi ab Agamemnone strictedem bello abstinuit. Ajax alter fuit Oileus. Hic autem est Thelamonius, qui cum pertisset Achillis arma defuncti & Vlysi potius à iudicibus fuissent decreta, iniuriam ferre non potens, se se interemit. In rei veritate non fuit vera in his virtus magnanimitatis, cum primus patriam bello petiuit, alter patriam in necessitate deseruit, & tertius occidit se: sed tamen cum omnes id fecissent ex animi magnitudine, quia, scilicet, non ferebant alios honoribus se anteire, dicit Aristoteles, quod eadem erat ratio magnanimitatis in omnibus, quæ est æstimatiue magni. Et pariter in Lysandro & Socrate, quamuis Socrates longanimis fuit in tolerandis iniurijs. Lysander vero, vt est apud Plutarchum, acerrimus in illis propulsandis: ex eadem tamen ratione magnanimitatis vtrumque procedit. Vnde concludit Aristoteles, quod cum definitio non sit particularis, sed vniuersalis: nam medicus, inquit, non definit quid est salubre huic oculo, sed cuicunque eodem morbo laboranti, sit vt quamuis magnanimitas in istis diuersa videatur, tamen propter eandem rationē communem vna est omnium definitio.

Text. xxij.

Caput. 15.

¶ In capite decimoquinto, quod in diuisione Commentatoris ad eundem textum vigesimumsecundum pertinet, docet Aristoteles, quod isto modo compositiuo facilius inuenire possumus definitionem speciei quā generis, & ideo posito modo ad diuisionem à singularibus, id est, ab speciebus specialissimis ad vniuersalia ascendere oportet. ¶ Quod probat dupliciter: primō, quia in specie specialissima, quippe cum non sit per differentias essentiales amplius diuisibiles, minus liret æquiuocationes: in generibus autem latent æquiuocationes, eo quod diuiduntur per differentias inæqualiter perfectas, vt capite de genere expositum est: æquiuocatio autem impedit rei cognitionem. Enimuero rationem ipsam animalis, puta esse sensibile, non tam perfecte cognoscimus in communi, quam cum illam cognoscimus in qualibet specie. ¶ Secunda ratio est, quia quemadmodum in demonstrationibus necesse est præsupponere aliqua per se nota, ex quibus ad ignotiora procedat demonstratio, ita in definitionibus à notioribus & facilioribus oportet procedere, sed facilius est genus vniuersale per rationes particularium speciērum cognoscere: ergo ab illis incipiendum est. Probat minorē exemplis: quī enim, inquit, vult notificare quid est simile, facilius explicabit secundum rationem specificam, quæ est in coloribus, in quibus eadem dicuntur similia, quæ eundem habent colorem, aut in figuris, quarum similitudo consistit in hoc, quod constet ex æqualibus angulis, & pariter acutum euidentius cognoscitur si ostendatur in vocibus, aut in saporibus, aut quantitatibus: alia est enim ratio acuti in sapore, alia in voce, alia in quantitate. ¶ Dubium posset hic esse ex dictis Aristotelis, ex 1. Physicor. vbi ait, quod ex vniuersalioribus procedendum est ad minus vniuersalia, hic vero dicit oppositum. Facillime tamē hoc diuiditur per communem distinctionem, scilicet, quod vniuersaliora sunt notiora naturæ: minus autem vniuersalia sunt notiora nobis, & ideo ordine naturæ incipiendum est ab vniuersalioribus addendo semper nouas differentias, & componendo nouas species, sicut natura operatur prius producens vitam animalis, quā viram hominis: sed quātum ad cognitionem nostram procedimus à compositis resoluendo illa simpliciora principia. ¶ Tandem in fine capitis, (quod si neque.) Addit Aristoteles vltimum documentum, quod, videlicet, sicut de re non est differendum per metaphoras, alias committeretur æquiuocatio: vt si quis arguat, quicquid habet caput est animal, arbor habet caput, ergo arbor est animal (nam caput metaphorice dicitur de radice arboris) ita nec definiendum est per metaphoram, vt si quis definiat hominem quod sit arbor inuersa, aut quod arbor est homo inuersus: caput enim arboris est radix, quæ cum sit sub terra videtur homo cuius caput est in terra, & pedes sursum eleuati, & è conuerso homo apparet arbor cuius, cuius radices in altum prominent. ¶ Dubium autem est circa doctrinam horum duorum capitum. Cum Aristot. duas hic vias tradiderit inuestigandi quod est, scilicet, diuisionis & compositionis, vtram illarum recitauerit tanquam propriam. Enimuero Commētator in prologo de anima, commēt. 5. dicit inter antiquos tres fuisse in hac parte sententias. Hippocratis enim, inquit, opinio fuit, quod quid est, inquirendum esse demonstratione. Plato vero censuit Vestigandum esse via diuisionis. Aristotelis autem sententia fuit inuestigandum esse via compositionis. Et idem affirmat illic Sanctus Thomas, lectio. 1. hic autem videtur Aristoteles approbasse viam diuisionis, cum dixit textu. 19. diuisiones non demonstrare quidem quod quid est, vtiles tamen esse ad illud inuestigandum. ¶ Ad hoc dubium respondētur tria. Primum, quod Aristotel. non reprobat viam diuisionis, imo asserit esse vtilem saltem ad inquirendum genus. Secundum est, quod diuisio sine compositione non sufficit, sed simul dum superiora diuiduntur, componuntur inferiora: nam differentia diuisiua superioris est constitutiua inferioris. Cum enim inuestigamus definitionē hominis, ex prima diuisione substantiæ in incorpoream & corpoream omittimus incorpoream, & eligimus substātiam corpoream, & postea diuiso corpore in inanimatum & animatum, colligimus substantiam corpoream animatam cui post addimus sensibilem, ac demique rationalem. Et hanc forte Aristotel. appellauit viam compositionis. ¶ Sed tertio dicimus, vt tam modo dicebamus, quod in definitionibus procedendum est à notio-

Dubium.

Documentum.

Dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus nobis, puta ex compositis speciebus ad simplicia, & superiora genera.

Quod diuisio & analogia conducuntur ad inuestigandum propter quid.

Cap. XVI.

VT autem facultatem mediorũ ad ea demonstranda quę proponuntur habeamus, peruestigare oportet & ea quæ animantibus apertis inspiciũtur & ipsas quoque diuisiones. Atque sic peruestigare oportet, suppositio genere cõmuni omnium: ceu si animalia sunt ea quæ cõsiderantur, quæ nam omni competunt animali. Quibus sumptis, rursus identidem peruestigare oportet, quæ nam cæterorum primo cuilibet insint? veluti si id sit auis, quæ nam omnẽ autem sequuntur? & sic semper quæ nam propinquissimo competunt? Patet enim, nos posse iam dicere propter quid insunt ea, quæ competunt hisce quæ sub ipso communi sunt collocata: vt propter quid homini competũt, aut equo? sit autem animal quidem. b. pro. a. vero ponantur ea quę animal omne sequuntur: pro c. c. d. vero animalia singula collocentur. Patet itaque propter quid. a. competit ipsi. c. propter b. nanq; competit. Et similiter cæteris. Eadem autem est semper & in alijs ratio, atque nunc sic dicimus per tradita nobis nomina communia rebus.

Textus. xxiij. ¶ Oportet autem non solum in his ipsis dicto medio considerare, sed etiam si aliquid aliud videatur commune competẽs, & ipsum accipere: deinde sumere, & ea quę ipsum sequuntur, & ea quæ hoc sequuntur? veluti cornigeris competit omasum habere, superioribusque vacare dentibus. Sumantur igitur hæc, & rursus accipienda sunt ea quibus competit, sequiturque gerere cornua. Patet enim propter quid illis competunt ea, quę diximus: nam ob id ipsum illis inerunt, quia cornua gerunt. ¶ Et insuper alius modus peruestigãdi per similitudinem rationis: nõ enim potest vnum quippiam idem sumi, quod quidem & sepium, & spina, & os appellare oporteat: inerunt autem & his, atque sequentur aliqua, quasi talis sit vna quædam natura.

Textus. xxiij. ¶ Eadem autem sunt nonnulla eorum quæ proponũtur multipliciter: quædam enim ex eo sunt eadem, quia medium idẽ habẽt: veluti quia sunt omnia antiperistasis, atque horum nonnulla sunt eadem genere, quęcunque differentias habent ex eo, quia sunt diuersorum, vel alio modo: vt propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid Iris existit, vniuersa enim hæc idem sunt propositum genere: omnia nanque sunt planereflexio, sed specie sunt diuersa. ¶ Quædam autẽ differunt ex eo, quia medium est sub alio medio, veluti propter quid Nilus decrescẽte mense magis afluat aquis: quia mensis decrescens similis magis hyemis est, propter quid mensis decrescens similis magis hyemis est? quia Luna decrescit. Hæc enim sic inter se habent, vt patet.

HIC incipit membrum quintũ huius libri, in quo postquam ostensum est quomodo sit inuestigandũ quod quid est, docetur in his duobus capitulis quomodo inuestigandũ est, propter quid est, quodcunque medium ad demonstrandum quamcunque conclusionem. Atqui in hoc capitu 16. sunt tres particulæ. Prima pertinet ad eundem text. 22. Secunda est text. 23. & 3. est text. 24. ¶ Est ergo primum documentum in prima particula, quod ad inuestigandum propter quid cuiuscunque passionis oportet habere præ oculis omnes diuisiones á generalissimo vsque ad specialissima, & dein de considerare ea quæ sunt propria cuicunque generi, vt, scilicet, ea quæ sunt propria substantiæ in quantum est substantia, & ea quæ sunt propria animali in quantum est animal, & ea quę sunt propria auibus in quantũ aues, &c. Quo habito facile quácunq; passionẽ generis superioris possumus demõstrare de quacũque eius specie. His ergo cõsideratis facile quicũq; potest passiones superioris generis de singulis eius speciebꝰ demõstrare, sumpto pro medio illo genere quod est propriũ subiectũ illius passionis: vt si sensibile, aut dormire, & vigilare quis velit de homine, aut de equo demonstrare, accipiat animal, pro medio quod est. b. & dormire, & vigilare pro. a. quod est maior extremitas, & homo, aut equus, aut bos pro. c. d. quæ sunt minores extremitates, & ita tandẽ fiet demõstratio, omne animal dormit vicissim & vigilat, omnis homo est animal, ergo. Et eodẽ modo, habere tres angulos æquales duobus rectis, demonstrabitur de isoscele & de æquilatero, sumpto pro medio trigono, cui primo cõuenit illa passio. ¶ In tex. 23. oportet autẽ, qui duas habet particulas, dicit primo, quod nõ solum id oportet obseruare vbi tale genus est nominatũ, sed etiã vbi non est ei nomẽ impositum. Exempli gratia: animal habens cornua, est quoddã genus animaliũ comprehendẽs multas species, quod quidẽ non habet nomẽ impositũ quidditatiuum, possumus id tamen appellare cornigerũ: considerare ergo oportet, quę sint propriata li generi animaliũ: vt puta esse omasum, id est, intestinũ crassum, habẽs plures ventriculos propter necessitatẽ ruminationis: itẽ carere dẽtibus in superiori mandibula, quippe quorũ materia conuertitur in cornua. Si ergo de boue, aut de ceruo quis voluerit demonstrare huiusmodi passiones, talis erit cũe demõstratio, omne animal cornigerũ caret dentibus in superiori mãdibula: omnis bos est animal cornigerũ, ergo omnis bos caret dentibꝰ in superiori mãdibula. ¶ In secũda particula, & insuper, ostendit præterea inuestigare propter quid, reducendo passionem ad aliquod medium quod nõ est simpliciter commune, sed analogum: vt animal habens sepium, aut spinam, aut os, non est simpliciter vniuocum genus, sed analogum: vt enim os se habet ad animal terrestre, ita spina

Tex. xxiij.

spina se habet ad pisces, & sepium ad septam: sepia genus quoddam piscis est, & etiam sepis sepis est genus serpentis. Accipitur ergo sepium pro esse serpentum quod non est omnino spina. Si ergo aliquam passionem communem his tribus generibus animalium velit quispiam demonstrare, debet sumere pro medio vnum nomen analogum ad illa tria. ¶ In text. 24. eadem autem, &c. qui duas itidem continet particulas, docet inuestigare propter quid in rebus simpliciter diuersi generis quibus conuenit aliquo modo vna ratio, quæ licet non sit generica, est tamen accidentalis, sicut per hoc medium quod est Antiperistasis, id est, reciprocatio seu repercussio, demonstrantur multa diuersorum generum: vt propter quid echo resonat? propter repercussionem motus aeris quo multiplicantur species sui: propter quid apparet imago in speculo? propter reflexionem specierum visualium, propter quid apparet iris in nubibus? propter refractionem radiorum solarium ad latera nubis. Omnia enim hæc media sunt reciprocationes quædam licet specie diuersa. ¶ In secunda particula, quædam autem, &c. concludit tandem quomodo in assignatione propter quid, media aliquando ordinate procedant vt. a. sit propter, b. &. b. propter. c. vsque ad causam immediatam: vt propter quid Nilus decrescente mense, id est, properante ad finem, magis afluat aquis, quia mensis decrescens magis similatur hyemi, id est magis est humidus. Sed propter quid finis mensis magis est humidus? quia luna decrescit: quæ cum habeat aquarum dominium, ipsa crescente, decrescunt aquæ ipsa vero decrescente, aquæ econtrario crescunt.

Text. 24.

De causis & effectibus.

Cap. XVII.

AMbiget autem quispiam de causa, & de eo cuius est causa, sit ne tum causa, cũ est id cuius est causa, veluti cum frondes decidunt sit ne tum ipsa defluendi frondes causa latitudo inquam foliorum siquidem id illius sit causa, vel cum deficit luna, sit ne tum interpositio terræ? Nam si non est, aliqua alia erit ipsorum causa, sin simul sunt causa & id cuius est causa: ceu si intercedit terra, deficit luna: aut si latitudo est foliorum defluunt frondes, tum mutuo profecto demonstrabuntur. ¶ Sit enim. a. frondes deponit. b. planta cuius sunt folia lata. c. vitis. Si igitur. a. cuilibet competit. b. omnis enim planta, cuius folia sunt lata, frõdes deponit. b. vero ipsi. c. competit, latas enim frondes quælibet vitis habet. a. etiam ipsi. c. competit: omnisq; vitis frondes suas deponit. Atque causa. b. medium est, vt patet. At licet etiam per foliorum defluxum, lata vitem habere folia demonstrare. Sit enim. d. lata habere folia, abijcere frondes. e. vitis autem. f. Et igitur cuilibet inest. f. omnis enim vitis abijcit suas frondes. d. vero cuilibet competit. e. omnis nanq; plãta quę frondes deponit habet folia lata, omnis ergo vitis habet folia lata, atq; causa est foliorũ defluxꝰ. ¶ Quod si fieri nequit vt sint sibi mutuò causæ, causa nanque prior est eo cuius est causa, & deficiendi quidem causa est in medio terram esse: huius autem non est causa deficere lunam, atque demonstratio quæ fit per causam est propter quid: demonstratio vero quæ non per causam fit, est ea qua quippiam tantum esse ostẽditur: qui per defectum terram in medio esse percipit, is scit quidem idipsum esse, propter quid autem est non cognoscit, atque deficere lunam non esse causam vt sit in medio terræ, sed hoc ecõtra causam esse vt deficiat luna, inde perspici potest: in ratione nanque deficiendi inest, in medio terrãm esse. Quare patet, per hoc illud, sed non per illud hoc innotescere. ¶ An fieri potest, vt vnius plures sint causæ, nempe etiam fit, vt idem primo de pluribus prædicetur. Sit. a. quod quidem tam. b. quam. c. competat primo, quorum alterum insit. d. alterum ipsi competat. e. inerit igitur ipsum. a. illis vtrisque. e. inquam &. d. Atque vt insit quidem ipsi. d. causa est ipsum. b. vt competat autem ipsi. e. causa est ipsum. c. quare si causa est necesse est & rẽ esse. Si vero res est, non est necesse id esse quod est causa, sed causam quidem esse, non tamen omnem. ¶ At si semper id quod proponitur vniuersale est, causa quoque tota quædam est, & id est cuius est causa, vniuersale etiam est: veluti foliis spoliari toti cuidam inest, determinato, & si species sunt illius, & his vniuersaliter aut plantis, aut huiuscemodi plantis competit, quare & medium in his, & id cuius est causa, æqua sint oportet, & conuertantur: veluti propter quid arbores foliis spoliãtur, quid si id ipsum ob congelationem esse oportet: & si congelatio non cuiuis inest, sed arbori, foliis arborem spoliari oportet. ¶ At quæret qui spiam rursus si fieri possit, vt non eadem eiusdem sit vniuersis causa, sed diuersa necne. An si per se quidem est demõstratum, & non per signum, aut per accidens id fieri nequit? quippe cum ipsum medium extremi sit ratio. Sin vero non hoc pacto est demonstratum, fieri potest. ¶ Sit autem & id cuius, & id cui est causa aliqua, per accidens vt conlideretur: non tamen e numero eorũ esse videntur, quæ proponuntur: quod si ita non est, similiter habebunt & medium. Si enim æquiuoca sint, medium habebunt æquiuocum, si sint vt in genere, medium habebunt similiter, veluti propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid etiam mutato ordine similitudinem subeunt rationum, est enim alia causa in lineis, & in numeris, atque eadem aliaquidem est vt linearum rationem subit eadem autem, vt tale habet incrementum, & eodem in omnibus modo. Vt color autem colori, figuraque figuræ sit similis, alia erit alia causa: simile namque in his est æquiuocum, in figuris enim, in similitudine forsitan rationum consistit quę inter latera sunt, & angulorum æqualitate: in coloribus autem, in eo quòd vnitas ipsius sensus sit aliqua, aut aliquo tali: ea vero quæ similitudine rationum eadem sunt, medium identi dem similitudine rationum idem habebunt.

¶ Causa autem, & id cuius est causa, atque id cui est causa, ita sese vt mutuo se sequantur habent: nam si hoc sumas per singula, id cuius est causa ad plura se se extendit: velut externos angulos quatuor rectis æquales habere, amplius extendit se quã aut triangulum aut quadratum: quod si omnia sumas æquatur: sunt enim quæcunque quatuor rectis æquales externos angulos habent. Similiter se se habet & medium. Est autem ipsum medium extremi, ratio primi, quocirca scientiæ omnes per definitionem fiunt: veluti spoliari frondibus, simul & sequitur vitem, & excedit: & ficumitem, atque excedit: sed non omne superat, sed æquatur. Si igitur primum medium sumpseris, ratio illud erit abijciendi folia: erit enim primum quidem medium versus extremum alterum, tales in quam vniuersas esse, deinde medium huius succum congelari, vel aliquid aliud tale. At si quispiam interrogauerit quid est defluere folia: congelari respondebimus eius succum, qui in seminis conjunctione consistit. ¶ In figuris autem hoc pacto quispiam assignabit, quærentibus quonã pacto se sequuntur causa & id cuius est causa: ponatur. a. cuilibet inesse. b. ipsum autem. b. cuique competat eorum quæ sunt. d. a. igitur vniuersale hisce fuerit, quæ sunt. d. Etenim id vniuersale dico, quod non conuertitur, id autem vniuersale vocito primum, cum quo vnum quodque quidem non conuertitur: vniuersa autem conuertuntur, atque æquantur. b. igitur causa est, vt. a. cunctis hisce competat quæ sunt. d. oportet ergo ipsum. a. ad plura se se extendere, quam ipsum. b. quod si ita non est, cur magis hoc erit illius causa? quod si. b. non omnibus competit. e. erunt vniuersa illa vnum quid aliud ab ipso. b. alioquin quonam pacto dicere licebit. a. quidem ipsum omni cõpetere. e? ipsum autem. e. non omni competere. a? Cur vero non erit aliqua causa nam ipsum. a. cunctis competit. d. at ipsis etiam. c. & ipsa igitur vnum quid erunt: atque id considerare oportet: & sit. c. Fieri igitur potest: vt eiusdẽ sed nõ eiusdẽ specie, plures sint causę veluti vt lõgę sint vitæ quadrupedes quidẽ causa est ipsas bili vacare, volucres autẽ, ipsas esse siccas, Tex. 26.
aut aliquid aliud. ¶ Quod si nõ statim accedũt ad indiuiduum, & si non solum vnum, sed plura sunt media, plures etiam & causæ sunt. Vtrum autem mediorum sit singulis causa, id nõ quod est versus vniuersaliter primum, an id quod versus singula collocatur? Patet igitur, ea esse quæ propinquissima sunt vnicuique, cui est causa. Nam vt primum sit sub vniuersali, hoc est causa veluti vt. a. competat ipsi. d. causa est ipsum. c. vt igitur. a. competit ipsi. d. causa est ipsum. c. vt autem. a. competat ipsi. c. causa est ipsum. b. at vt huic insit, idipsum. At enim de ratiocinatione quidem demonstrationeve, quidnam vtrunque sit, & quo fit modo, satis iam patuit, & simul etiam demonstratiua scientia, est enim idem.

IN cap. xvij. secundum sectionem Commentatoris Tex. 25.
sunt duo textus, nempe vigesimusquintus & vigesimussextus. Sunt tamen in primo particulæ nouem, & in secundo alia decima. In hoc capit. postquam in superiori ostendit quomodo propter quid, & generaliter quodcunque medium sit inuestigandum, mouet vnam quæstionem circa modum se habendi ipsius propter quid, id est, causæ ad suum effectum. Quærit namque vtrum quotiescunq; effectus est tunc etiam causa sit. Atqui hinc tandem colligit in octaua particula conclusionẽ huius capitis præcipuam, scilicet, quod inter causam primam & effectum & eius proprium subiectum est mutua conuertentia. ¶ Quod si quis dubiter hanc quæstionem superius esse determinatam text. 13. &. 14. vbi dictũ est aliquas esse causas quę simul sunt tẽpore cũ suis effectibus, vt sunt interpositio terræ & eclipsis, aliæ vero quę tempore præcedunt effectus, vt sunt lapides & fundamenta respectu domus, & generatio respectu prolis. Ad hoc respondetur, quod quæstio quæ hic mouetur pendet ex illa quæ illic determinata est Dubium.
Dictum enim est illic, quod in inuestigatione causarum incipere debet syllogismus ab effectibus, vt dom⁹ est, ergo fundamentum est, fundamentum est, ergo parietes sunt, & non econuerso. Quæsit ergo modo vtrũ vniuersaliter hoc sit verum, quod ex effectu semper inferatur causa, & ideo non proponit quæstionem vtrum effectus tunc sit quando est causa: sed econuerso. Est ne tunc causa cum est id cuius est causa.) Quapropter arguitad partẽ affirmatiuam in causa quæ non semper est simul tempore cum suo effectu, vt habere lata folia est causa quod folia cadant, & tamen non quandocunque est latitudo est casus, vt patet in Augusto. Arguit ergo Aristoteles, ad partem affirmatiuam, quod etiam in his, vbi est minor apparentia, quandocunque est effectus sit simul causa. Et arguit dupliciter. Primo, causa & id cuius est causa debent esse simul, vt patet de eclipsi & interpositione terræ: sed habere lata folia est causa huius quod est folia cadere: ergo quando cadunt folia

folia simul tunc est ipsa causa pura latitudo foliorum: aut sit vnus latitudo foliorum non est, alia est causa illius casus. ¶ Secundo ratio est ibi, (sit enim. a.) & est hęc, causa & effectus alterutrũ demõstrãtur, scilicet, effectus per causam, & econuerso. ergo sunt simul. Consequentia est nota & probatur antecedens. Sit. a. maior extremitas, frondes deponere. b. vero medium, lata habere folia, &. c. minor extremitas sic vitis, sequitur tunc à causa ad effectum, omnis planta lata habens folia deponit folia: vitis lata habet folia, ergo deponit folia. Et econuerso ab effectu ad causam etiam sequitur, quæcunque planta deponit folia lata habet folia:
3. Particu. vitis deponit folia, ergo lata habet folia. ¶ Intertia particula, (Quod si fieri:) soluit vnũ argumentũ quod posset fieri cõtra hoc. Non potest ex duobus vnum esse causa alterius & econuerso (intelligit in eodẽ genere causę) quia causa est prior natura saltem, quam effectus: ergo cõsideratione nõ potest vnũ demonstrari per aliud, & econuerso. Respondet negando consequentiam, quia quando causa demonstratur per effectum nõ demõstratur propter quid conclusionis, sed solum quia id est, ipsam esse veram, vt qui demonstrat terram nunc interponi quia luna modo eclipsatur, non demonstrat causam illius interpositionis, sed solum quod interpositio est. Quod autem eclipsis sit causa interpositionis & nõ econuerso, probat egregie (quæ probatio est notanda) quia inquit in ratione deficiendi, id est, in definitione eclipsis ponitur interpositio & non econuerso: est enim
4. Particu. eclipsis defectus lunæ ex interpositione terræ. ¶ In quarta particula, an fieri potest, soluit quæstionem propositam præmittens prius quod idem effectus potest procedere vt pluribus causis remotis, licet vnica sit causa proxima, vt esse vituperabile procedit ex vtroq; extremo vitiorũ, scilicet, ex auaritia & prodigalitate, sit ergo. a. id est, vituperabile qđ cõuenit. b. &. c. id est, auaritiæ & prodigalitati, & per. b. cõuenit. d. id est, auaro, & per. c. cõuenit. d. id est, prodigo. Tũc infert ex quacũq; istarũ causarũ sequitur effectus, si ex effectu nõ sequitur quæcunq; causa. Non enim sequitur, est vituperabilis: ergo auarus: quia potest esse prodigus.
5. Particul. Conclusi. ¶ In quinta particula textus, (an sit semper) respondet formaliter ad quæstionem ista conclusione. Quando effectus conuenit alicui tori, id est, alicui causæ per se primo vniuersaliter, tunc est mutua conuertibilitas inter causam & effectum: vt causa proxima huius quod est vituperabile, est facere contra rationem, quod est commune cuicunque vitioso: tunc sequitur, iste est vituperabilis: ergo agit contra rationem. Ponit exemplum Aristoteles, in causa proxima casus foliorum arboris, quæ est congelatio humidi foliorum, nam latitudo solum est causa remota, quia videlicet, arbores habentes talia folia habent multum humidi, quòd dum congelatur deficit virtus ad retinendum folium, & ideo cadit: vnde folia lauri licet sunt lata, non cadunt, quia
1. Particu. propter calorem non congelantur. ¶ In sexta particula, At quæreret quispiam, tractat secundam hanc quæstionem: quæ pertinet ad maiorem explicationem superioris, an videlicet contingere possit quod eiusdem effectus non sit semper eadem causa, sed diuersæ. Et respondet ibi: an sit per se, supposita distinctione, quod causa alicuius effectus alia est per se & propria, alia vero per signum & per accidens. Cõclusio ergo est, quod causa per se & propria non potest esse nisi vnica: nam causa per se debet esse definitio ipsius effectus, causæ vero per signum & per accidens possunt esse plures. In exemplo superiori conclusio est manifesta: causa enim per se huius quod est esse vituperabile, est facere contra rationem: quę quidem est vnica ratio in omni vitio scilicet auaritia autem quæ peccat per defectum, & prodigalitas quæ peccat per excessum, sunt signa & causæ per accidens, quod fiat contra rationem, per accidens enim est quod qui agit cõtra rationẽ faciat hoc vel illo modo, nam infinitis modis potest quis agere contra rationem. ¶ In septima particula, sit autem exponendo 7. Particu.
dictam conclusionem docet quomodo medium demonstrationis debeat proportionari extremitatibus, suppositio prius hoc fundamento, quod tam id cuius est causa, id est, maior extremitas cuius medium est causa, quam id cui est causa, id est, quam minor extremitas, cui medium causat, vt conueniat illi maior extremitas, per accidens, considerari potest, vt si dicamus, musicus ædificat, tam causa quam effectus considerantur per accidens: est enim musicus causa per accidens, domus: & domus effectus per accidens, musici. Addit vero quod huiusmodi propositiones non sunt de numero eorum quæ proponuntur. Id est, non sunt problemata quę per se habent demonstrari.

¶ Hoc igitur suppositio subiungit, quod qualis fuerit habitudo maioris extremitatis ad minorem, tale debet esse medium. Hoc est, si effectus qui est maior extremitas sit æquiuocus, id est, prouenies ex diuersis causis, medium esse debet illa causa ratione cuius conuenit tali minori extremitati: si vero maior extremitas sit eiusdem generis cum minori extremitate, medium debet esse eiusdem generis. Ponit prius exemplum secundi: vt si ille effectus qui est, commensurata proportionẽ sa habere demonstrandus sit de quatuor lineis, aut de quatuor numeris, vt sicut duo ad vnũ, ita sex sex habent ad tria: ergo sicut sex ad duo, ita et ta se habent ad vnum debet sumi pro medio hic terminus, quantitates proportionabiles: nam quamuis linea & numerus sint diuersæ species quantitatis, tamen illud medium propter quod illis cõuenit permutatim proportionari, est vna ratio eiusdem generis communis illis. Exemplum autẽ primi est in coloribus & figuris: vt si similitudo debeat demonstrari de coloribus, aliud medium debet sumi quam si demonstretur de figuris: ratio enim similitudinis in coloribus debet sumi in ordine ad sensum: quia scilicet, eodem modo afficiunt sensum: vt albedines disgregant, nigredines congregant visum: sed ratio similitudinis in figuris consistit in æqualitate angulorum & laterum. ¶ In octaua particula causa autem, ex dictis colligit hanc conclusionem principali- 8. Particu. Conclusio particul.
ter intentam in hoc capite, Passio & proprium eius sub iectum à propria & per se causa conuertuntur: vt si est risibile, est animal rationale: & si est animal rationale, est homo & econuerso. Medium vocat causam, passionem vero id cuius est causa, sed subiectũ id cui est causa. Vnde subiungit, quod si pro subiecto sumantur singulæ species primi subiecti talis passionis, tunc passio, excedit talia subiecta: vt sensibile cuius proprium subiectum est animal: superius est ad hominem & equum. Ponit autem exemplũ vt solet in mathematicis, omnes nanq; simul angulos extrinsecos quatuor rectis æquales, est passio superior ad triangulum, & quadrangulum, imo ad singulas species figuræ rectilineæ non enim solum triangulo & quadrangulo, sed pentagono & exagono, & alijs omnibus rectilineis illud conuenit, vt text. 31. & 32. conclusionibus Euclidis lib. 1. colligitur. Si tamen dicas omnis figuræ rectilineæ anguli omnes extrinseci æquales sunt quatuor rectis: tunc quatuor, id est, talis passio cõuertitur cũ figura rectilinea, illi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corollariū

Et similiter, inquit, se habet medium talis passionis, q̄ scilicet, excedit singulas species figuræ rectilineę. Inde infert corollarium, quòd medium extremi ratio est primi, id est, medium quo maior extremitas conuenit minori, est definitio primi, id est, maioris extremitatis: & ideo omnes scientiæ demonstrant per talem definitionem. Vt v.g. frondibus expoliari, est passio superior ad vitem & ficum & ad alias plures arbores & plantas, non tamen omnes superat, sed æquatur alicui: quia datur aliquod primum subiectum ideſt, aliquod genus arboris cui primo conuenit illa passio, quæ postea demonstrat de tali subiecto per proprium medium: puta per hoc, quod est, humidum congelari. Omnis enim arbor cuius humidum congelatur, spoliatur frondibus: sed illud idem quòd est humidum congelari est definitio huius, quòd est frondibus spoliari, siue frondes fluere. Si enim quæratur, quid est frondes fluere, respondebitur, quod est succum gelari vbi folium semini arboris confungitur.

2. Particu. ¶ IN noua particula, in figuris autem docet quomodo hæc omnia modo & figura exerceantur, docet inquam quomodo passio communis quæ potest habere plures causas, remotas, per illas, tanquam per diuersa media, demonstretur de diuersis speciebus diuersorum generū, quibus illæ causæ proprie conueniūt. Exempli gratia, longæ vitæ proxima & propria causa est bonitas complexionis: & ideo proprie demonstratur hoc modo. Omne animal bonæ complexionis est longæ vitæ in suo genere. Petrus est bonæ complexionis, ergo. At vero causa bonæ complexionis alia est in quadrupedibus, puta parum habere cholerę & fellis, vt est in ceruo: in asinis autem, multum habere siccitatis quæ subinde causæ sunt remotæ longæ vitæ. Si ergo. a. id est, longam habere vitam, ponatur in esse. b. id est huic medio quod est carere cholera & b cuicunque eorum competat quæ sunt. d. id est, omnibus speciebꝰ quadrupedis quadrupes est sit. d. sit vt. a. Vniuersal primum. vniuersale sit hisce, scilicet, speciebus. d. Vniuersale autem, inquit idem est quod superius ad aliud, sed vniuersale primum est id quod est superius ad singula, conuertitur tamen cum omnibus simul: vt licet vniuersale hominis sit quodcunque superius vsque ad generalissimum, tamen vniuersale primū, solum est animal, quod conuertitur cum disiuncto ex omnibus speciebus animalis. Quare. d. est vniuersale primum omnium specierum quadrupedis. a. vero est vniuersale quod etiam conuenit auibus. Et hoc est quod ait quod. a. est superius quā. b. quod cōuertitur cū. d. nā si. b. non esset inferius non esset causa ipsius. a. loquitur enim de causis inadęquatis & remotis. Quod si rursꝰ. b, ideſt, carere cholera non omnibus competit, e id est, speciebus auis. c. enim est auis conuenit. a. speciebus. c. per aliud medium quam. b. illud ergo erit. c. scilicet siccitatem habere. Quare eiusdem, scilicet, longæ vitæ sunt plures causæ non quidem primæ & proximæ, sed erunt causæ quibus ille effectus conuenit at distinctis speciebus & generibus animalis. Et ita de ceruo ostenditur habere longam vitam hoc modo, omne quadrupes parum habēs cholerę est longæ vitæ: ceruus est huiusmodi: ergo. Matior vero demonstrabitur per proximam causam sic, omne animal bonæ complexionis est longæ vitæ: omne

Tex. 26. quadrupes parum habens cholerę est huiusmodi ergo. ¶ In decima & postrema particula, Quod si non statim, quæ est textus vigesimus sextus, mouet & soluit dubiū circa ea quæ dicta sunt. Dubium autem est hoc. Cum ostensum sit vniuersalem passionem non statim accedere ad individuum, id est, non primo conuenire speciebus specialissimis, sed per causas inter medias, vt modo dicebam⁹, quæritur vtrū causa proxima, cur illud vniuersale cōueniat illis speciebꝰ specialissimis, debeat sumi ex parte ipsius vniuersalis primi, ideſt, ipsiꝰ passionis, an ex parte potiꝰ singularū specierū quibus inest. Et respōdet, quę debet sumi ex parte ipsarū specierūq̄ ubiꝰ inest, vt causa proxima ipsiꝰ vniuersalis, scilicet, longā habere vitam, bona complexio: sed causa proxima cur longa vita insit ceruo, est carētia cholerę. Et hoc est, quod ait. Quod. a. scilicet longa vita competat. d. scilicet, ceruo, causa est. c. scilicet carentia cholerę: quæ autem. a. competat ipsi. c. causa est. b, scilicet, bona complexio, quæ causatur ex carentia cholerę, a. vero per seipsum competit ipsi. b.

De principiorum cognitione. Cap. XVIII.

Tex. 27. DE principijs autem, & quo pacto nota nobis euadant, & quis habitus ea cognoscendi sit, hinc patefiet, si prius ea de re dubitauerimus. Fieri itaq; non posse vt demonstratione quisquam scientiā consequatur: si prima principia medijs vacantia nō noscat, priꝰ est dictū explicatumq;. Dubitauerit autē quispiā eorum quę medijs vacant, cognitio eadē sit necne: & vtrū sciētia vtriusq; sit necne aut alterius quidē sciētia vtriusq; sit necne aut alterius, autē aliquid aliud genus, & vtrum habitus eorum non insint, sed fiant, acquirantur: an vero insint quidem sed lateant.

¶ Et quidem si ipsos habemus, absurdum est sane. Fiet enim, vt nos certiore, quam vlla demonstratio est, cognitione præditos esse ignoremus. Sin vero quas prius non habemus, inde acquirimus, quonam pacto cognoscimꝰ dicimusque quorum antecedens notitia nulla est? Idem enim fieri nequit, vt de demōstratione etiam dicebamus. Constat igitur fieri non posse, vt hos, aut habeamus (non enim sane ignoramus) aut ignari nullumq; eorum habentes habitum, consequatur. ¶ Necesse est itaque vim quidem nos aliquam potentiamque habere, non talem vero quæ his ipsis exactior certitudineque præstabiliot sit. Videtur autem idipsum animalibus cunctis ineſſe: vim enim quandam insitam discernēdi habere, quam quidem vniuersi sensum appellant. Insito autem animalibus sensu, in quibusdā formę sensibilis mansio fit, in quibusdā non fit. In quibus igitur non fit, hisce prætet ipsum sentire cognitio aut omnino nulla, aut eorum circa quæ formæ mansio non fit, nulla est. In quibus autem sit vt causa sentiunt vnum quid in anima habeant, in his cum multa talia fiunt, differentia quędam emergit: itaque

que quibusdam ē talium visorum mansione ratio fit, quibusdam non fit. ¶ Ex sensu igitur fit memoria, quemadmodum dici solet: e memoria vero sæpius eiusdem rei facta, experientia nascitur. Plures enim memoriæ, numero vna experientia est: ab experientia vero illa genita, ex omnibus notitia sit: vniuersali quidē in anima iam consecuto, quod est vnum præter multa, quodque in omnibus illis vnum inest, principium artis atque scientiæ: artis quidem, si circa generationem sit: scientiæ vero, si sit circa id quod eodem modo semper existit. Neque igitur determinati habitus insunt, neque ab alijs ad cognoscendum magis aptis habitibus, sed à sensu, vt diximus fiunt, veluti in prælio facta fuga, cum constitit vnus, cōstitit & alius deinde, donec ad principium est ventum. Anima certe talis est, id pati vt possit.

¶ Quod autem dictum est antea, sed non dilucide dictum est, id rursus dicamus. Nam cum eorum quæ eandem impromiscuamque in omnibus rationem habent, vnum constiterit, principio vniuersale quidem in anima est, primum tum in anima nascitur vniuersale. Etenim sentitur singulare quidem, sensus autem ipsius vniuersalis vt hominis, non autem Caliæ hominis est. Rursus in ipsis his stat, quousque & ea quæ partibus vacant, & ipsa stēt vniuersalia: veluti tale animal, donec stet animal, & in hoc modo eodem. Necesse est igitur, vt ex hisce patet, ipsa prima inductione cognoscere. Sic enim & sensus facit in nobis ipsum vniuersale. ¶ Cum autem mentis habituum, quibus verum perspicimus quidam veri perpetuo sint vt intellectus atque scientia: quidam autem interdum falsum suscipiant, vt opinio, subducendæque rationis vis, nullumque aliud genus exactius scientia sit quam intellectus, atque principia notiora sint demōstrationibus, scientiaque cum ratione sit omnis: hæc inquam cum ita sint, sciētia quidem principiorum non erit sed cum fieri nequeat, vt aliud quicquam verius scientia quam intellectus ipse sit intellectus profecto principiorum habitus erit. Quod ex eo quoque perspicuum fuerit, quia demonstrationis principium non est demonstratio. Quare neque scientiæ scientia. Si igitur præter scientiam nullum aliud genus verum habemus quam intellectum, intellectus sane scientiæ principium erit: atque principium quidem est ipsius principij: scientia autem, ad rem omnē se se habet similiter.

CApitulum hoc decimumoctauum, atque adeo postremum, quod apud Commentatorem est textus vigesimusseptimus, in sexque diuiditur particulas: sextum atque vltimum membrum huius secundi libri.

¶ In quo post longam disputationem qua traditus est modus cognoscendi principia incōplexa, scilicet, quod quid & propter quid est, breuiter ostēdit quomodo, cognoscantur principia complexa quæ prima sunt & immediata: nam si sint mediata, in primo libro monstratum est probanda esse per resolutionem ad immediata. Atqui hoc (inquit) cognoscitur si de re ipsa prius dubitauerimus. Supponit ergo primum ex primo libro, quod nulla demōstratio sufficit generare sciētiam, nisi prima ipsi principia in quæ omnes præmissæ resoluuntur cognoscātur. Quo supposito mouet tres quæstiones, in hoc capite terminandas. Prima est vtrū eadem sit cognitio omnium principiorum, id est, vtrū idem sit modus cognoscendi omnia. Secunda, vtrum vtriusque (scilicet, generis principiorum mediatorum & immediatorum) sit scientia, an alterius (scilicet mediatorum) sit scientia, aliorum vero (scilicet immediatorum) sit aliud genus cognitionis, puta intellectus. Tertia quæstio est. Vtrum cognitio primorum principiorum sit aliquis habitus à natura genitus, qui lateat nos antequam ipso vtamur an sit potius habitus vsu & exercitio acquisitus vt habitus scientiæ. ¶ In secūda particula. Si igitur ipsos, disputat tertiam quæstionem pro vtraque parte. Et quod non sit habitus naturalis probat, quia si est à natura genitus, necesse est vt nos lateat & sit occultus antequā habeamus rationis vsum: absurdum autem est, inquit, vt habitus intellectus, cum sit certior illo, qui acquiritur per demonstrationem lateat nos, & tamen habeamus ipsę scientiæ non lateat habentem: dictum enim est in primo libro, quod sciens aliquam conclusionem, scit se scire illam. At quod non sit acquisitus per artem arguit: quia tunc habitus primorum principiorum deberet generari ex præexistenti cognitione sicuti scientia ipsa: omnis enim cognitio, ideſt, iudicium propositionis ex præexistente sit cognitione: vt in fronte istarum primi libri propositum & expositum est: si tamen sint prima principia, repugnat vt eorum cognitio ex præexistente fiat cognitione. Et ita concludit dicens. Constat igitur. & id est, concluditur vtranque partem esse falsam, scilicet, & quod talis habitus sit à natura, quia tunc nullo eum tempore ignoraremus: & rursus falsum est, vt eum prius non habentes postea acquiramus: quia non apparet, ex qua priori cognitione generetur. ¶ In tertia particula. Necesse est itaque, soluit eandem tertiam quæstionem per hanc conclusionem. Cognitionem primorum principiorum præcedit in nobis à natura vis aliqua & potentia qua principia cognoscimus: non tamen præcedit aliquis habitus qui sit certior ipsis principijs, sicut habitum scientiæ præcedit habitus intellectus. Explicat autem statim quæ nam sit ista præcedens virtus & potentia. Est enim sensus & intellectus. Vnde distinguit dupliciter inter animalia. Omnibus enim inquit in vniuersum animalibus communis est potentia sensitiua qua discernunt obiecta quibus nutriuntur. Cum enim omne animal alimento aliquo nutriatur, datus est illi sensus quo nutrimentum percipiat. Est tamen prima differentia, quod in aliquibus animalibus manet aliqua impressio sensibilis in absentia obiecti, scilicet, in animalibus perfectis memoriam habentibus: in alijs vero aut nulla impressio manet, sicut in his quæ non mouentur localiter, aut forte non manet: nisi quando obie-

Tres quæstiones.

Concl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiectum est vehementissimum, vt in aliquibus anima lium imperfectis. Et isti nulla est cognitio sensitiua, nisi in præsentia obiecti. Secunda differentia est inter animalia habentia memoriam, quod licet omnia referuent species sensibiles in absentia obiecti, brura quidem, quæ intellectu carent non conferunt vnum singulare ad aliud: quare non possunt elicere vniuersale ex singularibus: homines vero qui sunt virtutis intellectiuæ, possunt vnum ad aliud singulare comparare, non solum in intellectu, sed quodammodo etiam per virtutem imaginatiuam, quæ altior est quam in brutis, vt in. 2. de anima videtur. ¶ His ergo suppositis, In quarta particula. Ex sensu igitur: probat Aristotel, conclusionem, dicens ex sensu fieri memoriam, quemadmodum dici solet, vt habetur, primo Metaphysic. capitulo primo, ex memoria vero fit experientia: (quæ non est aliud quam memoria sæpe eiusdem rei frequentatæ) ab experientia vero homo per intellectum abstrahit vniuersale, quod est vnum præter multa: vt in prologo prædicabilium quæstione prima latis expositum est. Illa igitur cognitio vniuersalis, si sit circa generationé, id est, circa factibilia contingentia, est principium artis: si vero sit circa id quod eodem modo semper existit, est principium scientiæ. ¶ Concludit ergo. Neque igitur, id est, habitus principiorum neque sunt determinati, id est, naturaliter geniti, neque ex alijs certioribus generantur: sed assensu hoc modo fiunt. Veluti in prælio dum ex his qui victi fugiunt vnus pedem sistit, & item alter, & tertius, reparato agmine, fit principium integrandi bellum in quinta particula, Quod autem, &c. Explicat amplius hanc rationem. Vbi notandum est, quod si sensus non perciperet nisi singularia determinata sub ratione singularium, puta Callia & Socratem, non vtiq; posset abstrahi vniuersale, quia in illis nulla ratio vniuersalis lucet: sed tamen sensus percipit singularia vaga, scilicet, hunc hominem, hoc animal, hanc substantiam. &c. Et ideo cum illic iam lucear ratio vniuersalis intellectus agens ex sensu abstrahit illam rationem vniuersalem a singularibus, scilicet, homo animal. &c. ¶ In sexta demum & postrema particula, Cum autem, respondet Aristot. ad priores alias duas quæstiones. Et solutio ad ambas stat in hoc, scilicet quod omnium primorum principiorum eadem est cognitio: non quidem scientia, sed intellectus probat duabus rationibus. Prima, habituũ intellectus alij sunt quidem perpetuo, id est, semper veri: vt intellectus & scientia, præter mitti sapientiam, quam. 6. Ethico. iste annumerauit, eo quod cum includat intellectũ & sciẽtiam, per istos intelligi u t: lij vero sunt qui possunt esse falsi: vt opinio & alicnius, quem generat Syllogismus falsigraphus & dialecticus, quos vocat vim subducendæ, id est, decipiendæ rationis. Habitus ergo principiorum, cum sit necessarius, non potest esse opinio: ergo vel est intellectus vel sciẽtia, rursus cum principia sint notiora quam scientia, & intellectus sit certior quam scientia, sit vt habitus principiorum nõ sit scientia, sed intellectus. Secũda ratio est ibi. Quod ex eo. Principiorum primorũ demonstrationis non est demonstratio, alias demonstrationes irent in infinitum, scientia vero generatur per demonstrationem: ergo habitus principiorũ non est scientia, cũ ergo præter scientiã nullus alius sit habitus necessarius quã intellect⁹ sit vt habit⁹ principiorum sit intellectus. Inter obscuritatem prolixitatem, que huius operis cum nauigauerim, haud scio vnde plus damni acceperim: vtcunque tamen, Deo debetur quod emerserim, cui laus in cuũ sit perpetua.

Abstractio vniuersalis

Finis Commentariorum Fratris Dominici Soto Theologi in libros posteriorum Aristotel.

SALMANTICAE,
Ex Officina Ildefonsi à Terranoua & Neyla.
M. D. LXXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in funeribꝫ lex poſcit impetus in ſe aliqs plebis fieret: ꝓpſq̄ firmū & ſta bile optineret impiū. Nō pmiſit ei aliquid legitimoꝝ bonoꝝ fieri. Vxꝝ uxor eius. Filia ipſa Tarqnii ſupioris regis. cū paucis amicoꝝ p noc/ tē corpus extulit: ut uulgaris alicuius. Multūq; defleus ſuā illiuſq; for/ tunā: diraq; omnia impcās genero & filię corpus terra occuluit. Abiēſ/ q; domū a tumulo unāq; die poſtea ſupuiuēs: nocte ſequnti moritꝰ: quo mortis genere ignoratū ē a multis. Dicebāt enim alii deſpicientē ipſaꝫ ui/ tā ꝓdolore ſua manu cōcidiſſe. Alii uero genero filiaq; occiſā miſericor/ die eius beniuolētięq; in uiꝝ ſuū cā ac funer igr̄ r̄gio monumētoq; illuſtri ob has cās accidit minime potiri Tulliū. Memoria uero eterna ex rebꝫ geſtis p oē tēpus illū potiri licet: Declarauit auté numē fuiſſe uiꝝ hunc fligioſū & deo carū. Alio quoq; ope: ex quo ea q̄ de genitura eius. Fabu loſa incredibiliſq; opinio (ut ante dictū eſt) mibi credita eſt a multis. In fortunę nāq; tēplo qd' ipſe cōſtruxit: ſtatua eius poſita. Lignea inaurata orto incēdio: cōcrematiſq; & corruptis cęteris ſola pmāſit. Nulla accep ta pignē labe. Ac nūc ēt tēplū quidē cęteraq; in eo q̄cūq; ſūt. In ornatū ꝓ orē poſt incēdiū reſtituta nouę artis apparent clare. Statua uero qualis prius fuit ꝓſco adornatu pmanet ea adhuc ueneratiōe a romanis potieſ Ac de Tullio hęc accepimus. Poſt eū uero. Lucius Tarqnius ꝓncipa/ tuꝫ romanoꝝ ſuſcepit. Nō ex legibꝫ qdē eū: ſed armis occupans. Anno quarto ꝓmę & ſexageſimę olympiadis. qua uicit in ſtadio agathārchus Impante athenis. Heracleo bicq; plebis deſpiciēs multitudinē: deſpiciēſ q; patricios a qbꝫ erat ad Impium productus conſuetudineſq; & leges & ornatum gentilē oēm quo priores Reges urbē decorant confundens atq; corrūpens in cōfeſſā tyrānidē principatū cōuertit. Primuꝫ quidē cu ſtodiaꝫ circū ſe ſtatuens hominū ferociſſimoꝝ indigenarūq; : & aliorū q̄ nocte circū regiā excubātes: ac p diē exeuntē illū ſequētes quoq; iret: mul tā ei ab inſidiantibꝫ ſecuritatē exhibebant. Qui nec ipſe egreſſus conti/ nuos aut ſtatutos: ſꝫ p raros: inopinatoſq; faciebat dās reſpōſa de publi cis domi plurimū & aſtānbꝫ neceſſariis ſuis. In foro paꝫ: uolēnunq; ad ſe ingredi neminē pmittebat: niſi ſi quē uocaret ipe. adeuntibꝫ ſe nequa q̄ benignus aut mittis. Sed ut tyrānus grauis & difficilis iracundia ter/ ribiliſq; potius aſpectu q̄ alacer: controuerſiaꝝ ſponſionumq; iudicia: nō ad iura: nec ad leges: ſed ad mores ſuos referēs pagebat: ꝓpterq; hęc cognomētum illi impoſuere romani ſupbum. Significat autem iſtud in lingua nr̄a hyperephanon. auumq; eius uocabāt ꝓſcuꝫ: ut nos dice/ temus ꝓgeneſteron. Erat eniꝫ utroq; nomine cognominis iuniori ſe/

Statua.

Lucius Tarqnius.

Mors tar quinii.

Sꝫabꝫ.

Universidad de Deusto
Biblioteca